EVCHARISTICI
AMORES
EX CANTICIS
CANTICORVM
R. P.
IO. BAPTISTÆ NOVATI.

EVCHARISTICI
AMORES
EX CANTICIS
CANTICORVM
R. P.
IO. BAPTISTÆ NOVATI.



EVCHARISTICI AMORES
EX CANTICIS CANTICORVM
ENVCLEATI

A IO. BAPTISTA NOVATO

E Religione Clericorum Regularium Infirmis Ministrantium
Interiectis nonnullis, tam ex Scholastica, quam ex Morali Theologia.



ILLIBATÆ DEI PARENTI
MARIÆ VIRGINI,
TERRÆ, CÆLIQVE REGINÆ
AVGVSTISSIMÆ,

Hominum, atque Angelorum Imperatrici potentiſsimæ.

Abiectiſſimus ſeruus Io. Baptiſta Nouatus fauſta gloriæ incrementa precatur.

HAS qualeſcunque lucubratiunculas tibi, ò mea potiſsima magiſtra, Domina, atq; Patrona ſingularis, Virgo ſanctiſsima, pluribus titulis debitas reddo. Sic in vberrimum maris ſinum, quas ab eo traxere flumina aquas, poſt varios decurſus veluti tributaria lege refundunt. Sic fructus ab arbore procreati eiuſdem arboris Domino, æquum planè eſt, vt conſignentur. Sic opera à mancipio parta, ei, ſub cuius mancipatu degit, deberi iura proclamant. Vnum hìc, Diua Parens, à tua beneuola pietate obnixè flagito, vt Euchariſtici amores iugiter in me excitentur, magis, & magis ſemper accendantur; tuiq; ſimul me ſtudioſiſsimum, ac veriſsimum facias cultorem. Votis annue, annue votis indulgentiſsima Mater.

APPROBATIO.

Evcharisticos amores in Dei gloriam ex Canticis Canticorum à me enucleatos S. Romanæ Ecclesiæ correctioni submitto, & sapienti, ac beneuolo iudicio eorum, ad quos spectat facultatem facere, vt scripta prælo tradantur, & euulgentur. Mediolani in ædibus nostris S. Mariæ Sanitatis die 14. *Decembris* 1643.

Io. Baptista Nouatus Generalis Clericorum Regul. Ministrantium Infirmis.

Imprimatur, si Reuerendiss. Mag. S. Palatij Ap. videbitur.

A. Sacratus Episc. Comacl. Vicesg.

Librum, cui titulus Eucharistici amores ex Canticis Canticorum enucleati à Io. Baptista Nouato Clericorum Regul. Infirmis Ministrantium *auctoritate Reuerēdissimi Patris Magistri Sac. Palatij Apostoloci à me nuper exactissimè perlectum, & recognitum fateor esse Catholica pietate repletum, & ob miram eruditionem Diuini verbi Præconibus fore arbitror vtilissimum. Ex Conuentu S. Marcelli die prima Iulij* 1644.

Ità censeo Ego F. Mich. Angelus Gosius Ordin. Seruorum B. M. Sacræ Theologiæ Magister.

Imprimatur. Fr. Hyacinthus Serronus Mag. & socius Reuerendiss. P. F. Michaelis Mazarini S. P. A. Mag. Ord. Præd.

Fr. Petrus Hieronymus Cauazzutus de Bardo Ord. Seru. B. M. V. Sac. Theol. Magist. in Conu. Seru. Mediol. Regens, ac librorum pro Sanctiss. officio Inquis. Reuisor.
Opus hoc, cui inscriptio Eucharistici amores ex Canticis Canticorum enucleati à Io. Baptista Nouato Cleric. Reg. Infirmis Ministran. *maturè vidi, & accuratè perlegi, & nihil in eo, quod fidei Catholicæ, Apostolicæ, Romanæ, bonisquè moribus consonum non sit, reperi, imo doctrina non vulgari, omnibusq; vtriusq; Theologiæ studiosis, ac præcipuè concionatoribus futura maximè grata, & commoda referentem, recognoui; vndè typis dignissimum iudico. Dat. in Conu. Seruorum Mediol. die* 18. *Iulij* 1644.

Fr. Petrus Hieronymus Cauazzutus Reg. & Reuis. qui sup.

IMPRIMATVR.

Fr. Basilius Commiss. S. Officij Mediolani.

Io. Paulus Mazuchellus pro Eminentiss. D. Cardinali Archiepiscopo.

V. Arias Reg. Duc. Sen.

Comes Maioragius pro Excellentiss. Senatu.

BENEVOLO LECTORI.

CAntica Canticorum, in quibus multa, & præclara ænigmatum inuolucris obteguntur mysteria, non à paucis tàm ex prisca, quàm ex nostra ætate scriptoribus nobilissimis piè, & acutè satis dilucidata fuere, ex quorum doctissimis lucubrationibus intelligere possumus humano sponsalitio in cortice litteræ, hìc à Musa Salomonis superno afflata spiritu, decantato, hypostaticam vnionem Verbi cum humanitate assumpta, arctissimam eiusdē humanati Verbi cum Ecclesia coniunctionē, mutuum inter Iesum, & eius matrem illibatam, amorem, Animam per singularem dilectionem Deo in hac peregrinatione, & in Patria per visionem beantem copulatam, nexum quoque eiusdem animæ cū Christo per sacram Synaxim mysticè significari. hos sensus mihi perpendenti postremum prosequi non interrupto filo ad excitandum semper maiorem erga augustissimum Altaris Sacramentum venerationis affectu, in mentem venit, quod interpretamentum, quibus grauissimorum Auctorum effatis, rationumq; momentis fulciatur, ex infra adductis præambula septima, & duabus subsequentibus satis constat. Excipe nunc, Amice Lector, & foue pietatis sinu volumen hoc, quo quatuor priora capita huius sacri Carminis de admirandis illis spiritalibus nuptijs, quæ in Eucharistica mensa inter amantissimum Seruatorem nostrum, & fidelem animam fiunt, enucleans. Cæterum si quid in eo boni reperies, datum accipe à supremo Numine, cuius bonitas infinita modis penè innumerabilibus ad nos propitios influxus continuò transfundit; si quid verò inelegans, impolitum, atq; iniucundum inuenies, meum esse agnoscas. Quòd si hinc ad perfectiora promenda excitaberis, non parùm imperitia mea me profecisse existimabo. Alia quatuor capita huius libelli, quæ supersunt de eodem argumento, si vires præpotens Deus suppeditabit opportunas, altero volumine exponam. Viue diù, & viue Deo, quod tibi votis omnibus precor.

INDEX
CAPITVM, NOTVLARVM, ET DISQVISITIONVM,
Quibus constat hic Tomus.

Prænotula I. Non solus spiritalis sensus, sed humanus etiam, seu historicus in hoc Cantico à Salomone, Spiritu Sancto dictante, conscripto admittendus est. Pag. 1.

Prænotula II. Non est improbabile Pharaonis filiæ connubium cum Salomone decantari in hoc sacro Carmine, secundùm litteræ corticem, ad repræsentandum excellentissimam Christi cum Ecclesia conjunctionem. Pag. 2. col. 1.

Prænotula III. Probabile est secundùm litteræ corticem in hoc sacro Epithalamio non aliquas quidem peculiares personas, neque rem certam aliquando gestam enarrari, sed id, quod ritu communi fieri solebat in Hebræorum nuptijs, repræsentari. ibid.

Prænotula IV. Probabilius est huius Cantici argumentum esse nuptias cuiusdam adolescentis Hierosolymitani primarij, & prædiuitis, nomine Salomonis; illius verò sponsam puellam fuisse humili genere natam in monte Libani. ibid. 2.

Prænotula V. Nihil, quod repugnet pudicitiæ, & honestati puellari, in hoc sacro Cantico continetur. 3. 1.

Prænotula VI. Geminum litteralē sensum hoc sacrum Carmen admittit. 4. 2.

Prænotula VII. Nuptiæ humanæ descriptæ secundùm litteræ superficiem, in hoc sacro Cantico appositè admodum repræsentant nuptias spiritales, quæ fiunt inter Christum, & animam sanctam admiranda Eucharistiæ virtute. 5. 1.

Prænotula VIII. Non est nouum omninò interpretamentum huius sacri Epithalamij de Eucharisticis nuptijs. 7. 1.

Prænotula IX. Nobilissimi Dynastæ connubium cum puella infimi status accommodatè designat nuptias Eucharisticas. 7. 2.

Prænotula X. Mysterium de sacrosancta Eucharistia innuunt similitudines de syluis, de ductando grege, cæteraque ad pastoritium munus, & rurale exercitamentum, cui sponsa huius Epithalamij addicta erat, spectantia, quæ hic decantantur. ibid.

CAPVT I.

Verſ. 1. Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.

Notula I. Pia anima ſummam cum Chriſto ſponſo ſpiritalem vnionem per ſacram Synaxim auet, & poſtulat. 9. 2.
Notula II. Deſiderium ſacræ Synaxis eſt vitæ reformandæ exordium. 11. 2.
Notula III. Anima quantumuis in amore diuino feruenti præſtat, vt pro maiori diſpoſitione ad ſacram Synaxim oſculum amicitiæ à cæleſti ſponſo poſtulet. 13. 1.
Notula IV. Dilecta Dei delicias, & conſolationes, quæ proueniunt ex Euchariſtia, eſſe longè præſtantiores deliniimentis, & voluptatibus mundanis prædicat. 14. 1
Notula V. Euchariſtica menſa parata eſt non ſolùm innocentibus, ſed etiam peccatoribus verè pœnitentibus. 15. 2.
Notula VI. Diuinam fragrantiam, qua in ſacro conuiuio replentur deuoti fideles, actibus, & geſtibus effundunt. 17. 1.

PVNCTVM THEOLOGICVM
De exiſtentia, & eſſentia Sacramenti Euchariſtiæ.

Diſquiſitio I. An Euchariſtia exiſtentia ſit euidenter credibilis. 18. 1.
Diſquiſitio II. Quid ſit Sacramentum Euchariſtiæ, ſeu quæ partes intrinſecè componant hoc Sacramentum. 22. 1.

Verſ. 2. Oleum effuſum nomen tuum: ideò adoleſcentulæ dilexerunt te.

Notula I. Chriſtus in Euchariſtia miſericordiam ſuam nequit continere, quin largiſſimè effluat in eos maximè, qui ſacro illo cibo veſcuntur. 30. 1.

PVNCTVM THEOLOGICVM
De effuſione diuinæ gratiæ, quæ fit in Euchariſtica menſa.

Diſquiſitio I. An Euchariſtia conferat augmentum gratiæ communicanti conſtituto in ſtatu gratiæ, etiamſi careat actuali deuotione. 32. 1.
Diſquiſitio II. An Euchariſtia aliquandò conferat primam gratiam non ponenti obicem. 32. 2.
Notula II. Qui pabulo Euchariſtico nutriuntur, facilè vitiorum ſenecta exuta iuueneſcunt in dilectione Dei. 34. 2.
Notula III. Euchariſtico pabulo animæ mirabiliter adoleſcunt in vita ſpirituali. 35. 2.

Verf. 3. Trahe me: poft te curremus in odorem vnguentorum tuorum.

Notula I. Illud gratiæ auxilium, quod ad facram menfam fuauiter pertrahit, dilecta Dei poftulat. 37. 1.
Notula II. Fidelis anima eò perfectionis per Euchariſticum Sacramentum trahi exoptat, vt Chriftum per imitationem proximè fequatur. 38. 1.
Notula III. Fidelis anima fpondet, fi diuina gratia ad eam, quam optat, perfectionem attrahatur, fe & exemplo fuo, & omni ftudio ftimulaturam proximos, vt fecum feruenter accurrant ad facram menfam. 38. 2.

Verf. 4. Introduxit me Rex in cellaria fua: exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum fuper vinum: recti diligunt te.

Notula I. Potiores Ecclefiæ opes in Euchariftico Sacramento inclufas dilecta Dei exultabunda contemplatur. 41. 1.
Notula II. Regiam Chrifti dignitatem præclarè manifeftat Euchariftiæ inftitutio. 41. 2.
Notula III. Dominici corporis pabulum iucunditate, & gaudio replet deuotam animam. 42. 2.
Notula IV. Sacra Synaxis virtute pia anima ad eum fincerum amorem, quo Deus propter feipfum diligitur, peruenit. 43. 2.
Notula V. Non folùm Euchariftici Sacramenti fufceptio gaudium, & folatium parit, fed & illius fola recordatio. 45. 1.
Notula VI. Deuota anima iugem facræ Synaxis memoriã feruare debet. 45. 2
Notula VII. Anima deuota confiderans affectum, quo Chriftus fe nobis dat in cibum, fingulari lætitia perfunditur. 46. 2.
Notula VIII. Diuina amabilitas, quã maximè in Euchariftia elucet, poftulat, vt omnes viri recti amorem fuum dirigant in Deum. 47. 2.

Verf. 5. Nigra fum, fed formofa filiæ Ierufalem, ficut tabernacula Cedar, ficut pelles Salomonis.

Notula I. Eo commiferationis, & amoris affectu peccatores verè pœnitentes amplectitur Dominus, vt quodammodò pro illis potiffimùm facram Altaris alimoniã inftituiffe videatur. 49. 1.
Notula II. Deuotus fidelis facræ menfæ accumbens, fuæ vilitatis memoriam habere debet; hinc enim plurimùm venuftatur. 51. 1.
Notula III. Soli exigui progreffus in virtutibus, & imperfectionum fuligines non debent piam animam reuocare à frequenti Altaris refectione. 53. 1.
Notula IV. In Euchariftica menfa peculiaris amicitia contrahitur cum Angelis; 54. 1.

PVNCTVM PRIMVM.

An, & quomodo, & quando prærequiratur confeſſio Sacramentalis ante ſumptionem Euchariſtiæ, & quando poſt eam.

Diſquiſitio I. An obligatio præmittendi confeſſionem Sacramentalem ante ſumptionem Euchariſtiæ ſolum inducta fuerit à Concilio Tridentino, an verò fuerit antiquior. 55. 2.

Diſquiſitio II. An præceptum exigens Sacramentalem confeſſionem ante communionem, quando eſt conſcientia peccati mortalis poſt baptiſmum commiſſi, ſit merè Eccleſiaſticum, an & diuinum. 56. 1.

Diſquiſitio III. An aliquando liceat ſumere Euchariſtiam ſine præuia confeſſione poſt peccatum mortale commiſſum. 56. 2.

Diſquiſitio IV. Quæ diſtantia cenſenda ſit ſufficiens, vt copiam confeſſarij deeſſe dicamus. 57. 1.

Diſquiſitio V. An celebraturus ob vrgentem neceſſitatem, cuius conſcientia pluribus peccatis mortalibus grauatur, inter quæ nonnulla ſunt reſeruata, teneatur confiteri Sacerdoti inferiori, ſi non poteſt tunc habere confeſſarium, qui valeat abſoluere à reſeruatis. ibid.

Diſquiſitio VI. Quid dicendum, quando caſibus reſeruatis annexa eſt excommunicatio. 58. 2.

Diſquiſitio VII. An alij caſus admittendi ſint, in quibus liceat abſque præuia confeſſione communicare, ac ſi copia confeſſarij deeſſet, etiam ſi aliquis confeſſarius adſit. 59. 1.

Diſquiſitio VIII. Quænam vrgens neceſſitas communicandi excuſet à præmittenda Sacramentali confeſſione. 60. 2.

Diſquiſitio IX. Sacerdos celebrans, ſi recordetur alicuius peccati mortalis, quod ex obliuione non manifeſtauit in confeſſione, quam præmiſit, teneturne, ſi non poteſt iterùm confiteri, elicere tunc nouum contritionis actum? 63. 2.

PVNCTVM SECVNDVM.

In quibus caſibus ſit obligatio poſt celebrationem, vel communionem confitendi quamprimùm.

Diſquiſitio I. An illis verbis Concilij Tridentini ſeſſ. 13. cap. 3. (Quòd ſi neceſſitate vrgente Sacerdos abſq; præuia confeſſione celebrauerit, quāprimùm confiteatur) *præceptum contineatur faciendæ confeſſionis quamprimùm.* 64. 2.

Diſquiſitio II. An præceptum confitendi quamprimùm poſt celebrationem, quando vrgente neceſſitate celebrauit Sacerdos ſine præuia confeſſione, extendatur etiam ad laicos communicantes ſimiliter in caſu neceſſitatis, non præuia confeſſione. 65. 2.

Diſquiſitio III. An quoties Sacerdos recipit communionem more laicorum, ſi non præmiſerit confeſſionem in caſu neceſſitatis, teneatur quamprimùm confiteri. 66. 1.

Diſquiſitio IV. Celebrans poſt conſecrationem recordatur peccati mortalis ex obli-

obliuione omissi in confessione, elicit actum contritionis ante sumptionem Eucharistiæ, quia non habet copiam confessarij, an teneatur præcepto illo confitendi quamprimùm. 66. 2.
Disquisitio V. Sacerdos habens copiam confessarij, cui non vult confiteri ex necessitate, sed ex malitia, & sic in statu peccati celebrat, an præcepto hoc Concilij Trident. confessionis quamprimùm faciendæ obligetur. 67. 2.
Disquisitio VI. Sacerdos celebraturus, qui recordatur alicuius peccati ex obliuione inculpabili omissi in confessione, quam præmisit, & ob carentiam confessarij, & necessitatem, celebrat sine cõfessione illius peccati, an præcepto confitendi quamprimùm teneatur. 68. 2.
Disquisitio VII. Quid intelligatur per illam dictionem (quamprimùm) positam à Concilio. 69. 1.

Verſ. 6. Nolite me conſiderare, quòd fuſca ſim, quia decolorauit me Sol: Filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodiui.

Notula I. Dilecta Dei in vltionem peccatorum à Deo calamitates, & ærumnas sibi immissas agnoscit: hanc autem cognitionem potissimùm attentè recolens memoriam passionis Christi in sacra Synaxi assequitur. 70. 1.
Notula II. Sacræ mensæ conuiuis solet etiam diuinus amator in singularis amoris argumentum ærumnarum calicem propinare. 71. 1.
Notula III. Eucharistica refectio afflictionum tolerantiam facilem reddit. 72. 1.
Notula IV. Dilecta Dei fatetur se à Christo crucifixo, quẽ in Eucharistica mensa mente reuoluit, maximè ad carnis macerationem impulsam. 73. 1.
Notula V. Adeò diuino amore incalescit dilecta Dei in sacra Synaxi, vt quandoq; lacrymæ deuotionis ebulliant, & suspiria resonent. 74. 1.
Notula VI. Decoloratam se dicit Sponsa spiritalis ob summam, qua afficitur, tristitiam, ob iniurias, quæ diuino Sacramento ab hæreticis, & prauis hominibus irrogantur. 74. 2.
Notula VII. Fidelis anima piè conqueritur, quòd à proximis addicta pluribus negotijs, cultura animæ suæ neglecta, ea deuotione, quæ prærequiritur ad sacram Synaxim, se destitutam sentiat. 75. 1.

Verſ. 7. Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.

Notula I. Sponsa spiritalis, vt sibi prosit Eucharistica mensa, anhelat ad summam animi quietem, à qua mundi sollicitudine sexulant. 78. 1.
Notula II. Eum spiritus feruorem, quem sacra Synaxis accendere potest, optat, & postulat spiritalis sponsa à diuino suo amatore. 79. 1.

Notu-

Notula III. Quò vberiori gratia saginatur anima in Eucharistica mensa, eò auidiùs ad illam redire desiderat. 80. 1.

Notula IV. Agnoscit hìc pia anima, quantum expediat deuotionis feruorem erga sacram Synaxim frequenter renouare. 81. 1.

Notula V. Eucharisticus panis plurimùm valet ad humani cordis inconstantiam stabiliendam. 82. 1.

Notula VI. Dilecta Dei accensa in sacra Synaxi cælestis gloriæ desiderio, eam ardentissimè efflagitat. 83. 2.

Notula VII. Spiritualis sponsa in sacra mensa cælestis patriæ desiderio accensa, dilectum suum diuinum zelotypia stimulare videtur, vt celeriùs pabula gloriæ concedat. 85. 1.

Vers. 8. Si ignoras te ò pulcherrima inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum.

Notula I. Ad percipiendos vberrimos fructus à sacra Synaxi optima dispositio est operibus misericordiæ erga proximos sedulò vacare. 86. 2.

Notula II. Inordinati sensus appetitiones compescat, qui in Eucharistico conuiuio deliciari optat. 88. 2.

Notula III. Affectus immoderatus erga parentes ablegandus ab eo, qui in Altaris mensa iucunda quiete frui desiderat. 90. 1.

Notula IV. Sui ipsius agnitioni plurimùm studeat, qui pabulo Eucharistiæ saginari desiderat. 91. 1.

Vers. 9. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea.

Notula I. Spiritum generosum, quem in sacra Synaxi concepit deuota anima, sacer sponsus hìc deprædicat. 92. 2.

Notula II. Obedientia communioni necessariò præmittenda, vt hæc fructuosior sit, celebratur hìc in dilecta anima. 94. 2.

Vers. 10. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: collum tuum sicut monilia.

Notula I. Celebratur hìc anima deuota, quæ submissè verecundatur in sacra mensa. 97. 2.

Notula II. Indicatur hìc affectus fidelis amoris, quo dilecta anima piè dolet, quando præsentià sui diuini sponsi sub sacris speciebus frui nequit. 98. 2.

Notula III. Fida Dei amatrix Eucharistico pabulo feliciter saginatur. 99. 2.

Notula IV. Anima, quæ deuotè accedit ad sacrum conuiuium, ea gratia donatur, vt à iugo perfectionis Euangelicæ non oneretur, sed ornetur. 100. 2.

Notula V. Simplex, & humilis affectus, quo anima ad sacram mensam accedit, illam satis coram Deo exornat. 101. 2.

Notula VI. Anima eo deuotionis ornatu, quem exigit sacra Synaxis, se destitutā agnoscens, si à Deo, & sanctissima Virgine, cæterisquè Sanctis virtutum ornamenta sibi commodari efflagitabit, fiet voti compos. 103. 2.

Vers. 11. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.

Notula I. Ad æternæ gloriæ considerationem, peculiari sacræ Synaxis dono, eleuatur anima deuota. 105. 2.

Notula II. Insigni fidei augmēto pia anima in sacrâ Synaxi illustratur. 107. 1.

Notula III. Fides, quam exigit Eucharisticum Sacramentum, est illustre trophæum de profligato tartareo hoste. 108. 2.

Vers. 12. Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.

Notula I. Quod in se est, diligenter præstet fidelis anima, vt ritè ad Eucharisticum conuiuium se disponat. 110. 2.

Notula II. Christus in Eucharistica mensa est præcipua voluptas animæ diuino amore efferuescenti. 112. 1.

Notula III. Regiam munificentiam, & summam demissionem ostendit Christus in Eucharistia. 112. 2.

PVNCTVM THEOLOGICVM

De gratia, quam Sacramentum Eucharistiæ confert ex opere operato eo tempore, quo sacræ species perdurant in stomacho communicantis.

Disquisitio Vnica. An Eucharistia causet gratiæ augmentum, quandiù in stomacho perseuerat, si augeatur dispositio communicantis. 115. 1

Vers. 13. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.

Notula I. Sacra Synaxis contra vitiorum putredinem est antidotum, atque spiritalis vitæ refocillatio. 117. 2.

PVNCTVM THEOLOGICVM

De necessitate Sacramenti Eucharistiæ.

Disquisitio Vnica. An vita spiritalis diù persistere possit sine Eucharistica alimonia. 118. 1.

Notula II. Virtute sacrâ Synaxis ppulsātur corporei morbi et cōtagiosi. 119. 1.

Vers.

Vers. 14. Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.

Notula I. Communio sub vna specie, est animæ refectio completa. 121. 2.

PVNCTVM THEOLOGICVM De Sacramento Eucharistiæ sub vtraque specie.

Disquisitio I. Vtrùm Eucharistia sub vtraque specie conferat maiorem gratiam, quàm sub altera tantùm. 123. 1.

Disquisitio II. An Summus Pontifex possit legitimè dispensare, vt Sacerdos ob publicam vtilitatem in vna tantùm specie consecret. 126. 2.

Notula III. Ad benè degustandum Eucharisticum cibum, sedula illius meditatio requiritur. 128. 2.

Notula IV. Eucharisticum Sacramentum instituit Christus ante passionem suã, vt altiùs cordibus nostris infigeret desiderium, quo ille tenebatur effundendi sanguinem in passione. 129. 1.

Vers. 15. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.

Notula Vnica: Eucharistica alimonia mirabiliter anima venustatur. 131. 2.

PVNCTVM THEOLOGICVM De præuio apparatu ex parte corporis ad sacram communionem.

Disquisitio I. Vtrùm copula coniugalis obliget ad abstinendum à communione, si habita sit eadem die. 133. 1.

Disquisitio II. Vtrùm nocturna pollutio inuoluntaria indecentiam afferat, ob quam abstinendum sit die sequenti à susceptione Eucharistiæ. 134. 1.

Disquisitio III. Quo temporis spatio abstinere debeat à communione, qui lethali culpa voluntariæ pollutionis, vel copula illicitæ se deturpauit, etiã si peccati turpitudinem per Sacramentalem confessionem abstulerit. 135. 1.

Vers. 16. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.

Notula I. Admirabiliter mens humana sacræ Synaxis virtute irradiatur ad diuinas perfectiones agnoscendas. 137. 2.

Notula II. Ad laudes Deo concinendas prouocatur anima Eucharistiæ refectione saginata. 138. 1.

Vers. 17. Lectulus noster floridus: tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.

Notula I. Pia anima per frequentem communionem vehementiori amoris incen-

dio inflammata ad strictiorem cum Deo vnionem anhelat. 139. 1
Notula II. Excitandi sunt varij virtutum actus in sacra Synaxi, vt gratum Christo à nobis praestetur obsequium. 140. 1
Notula III. Praeter virtutum flores, quibus exornatur sacrae mensae conuiua, ius etiam peculiare acquirit ad futuram resurrectionem. 140. 2

PVNCTVM THEOLOGICVM
De virtute Sacramenti Eucharistiae in ordine ad corporum nostrorum resurrectionem.

Disquisitio Vnica. Quem peculiarem titulum carni nostrae ad resurgendum tribuat sacra Synaxis. 142. 1

CAPVT II.

Vers. 1. Ego flos campi, & lilium conuallium. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.

Notula I. Sacra Synaxis est donum Dei omninò gratuitum. 143. 2
Notula II. Amor Christi in paranda Eucharistica mensa ita inualuit, vt nulla iniuriarum multitudine obrui potuerit. 145. 1
Notula III. Summoperè desiderat Christus habere fideles conuiuas in sacra Altaris mensa. 146. 2
Notula IV. Vberrimos gratiae fructus percipiunt, qui magna submissione Dominicae mensae accumbunt. 147. 1
Notula V. Digne Eucharisticam escam manducans in Christum quodammodo transformatur. 148. 2
Notula VI. Assidens Altaris mensae non solùm à peccatis munditiem deferat, sed etiam studium in illis praecauendis. 150. 1
Notula VII. Castimoniae dono Eucharisticam escam dignè manducans euadit singulariter speciosus. 151. 1

Vers. 2. Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios.

Notula Vnica. Non mundi solatijs, sed Altaris mensa perfectè cor hominis exsaturatur. 152. 1

Vers. 3. Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.

Notula I. Qui sub vmbraculo fidei sedet ad mensam Dominicam, feliciter epulatur. 155. 1
Notula II. Qui fame Eucharistici cibi stimulatus illum manducat, quàm sua-

uis sit, gustat. 156. 1

Notula III. Fames diuini panis ad eius dulcedinem degustandam prærequisita excitatur in anima vacua bonorum temporalium alimento. 157. 1

Notula IV. Attenta meditatione cõmunicantibus sacer cibus benè sapit. 158. 1

Notula V. Quiescenti in diuino beneplacito fit maximè delectabilis Eucharisticus cibus. 158. 2

PVNCTVM THEOLOGICVM

Quando Eucharistia producat in communicante gratiam.

Disquisitio Vnica. An Eucharisticum Sacramentum producat suam gratiam, vel quando ore sumitur, vel quando gutture traijcitur, vel quando stomachum attingit. 160. 1

Vers. 4. Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.

Notula I. In Eucharistico symposio pius cõuiua spiritualiter inebriatur. 163. 1

Notula II. Adeò in excessum ab amore fuit raptus Christus, dum Eucharistiam instituit, vt mundi iudicio opus patrasse visus sit, quale ab ebrio, & demente fieri solet. 165. 1

Notula III. Sacra Synaxis charitatis feruorem ad normam Christianæ disciplinæ attemperat. 166. 2

Notula IV. Diuinus amor in sacra communione piam animam donorum affluentia vincit, & eam sibi deuincit. 167. 2

Vers. 5. Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo.

Notula I. Ità amore languescit deuota anima post Altaris refectionem, vt vnicũ illi solamen sit eadem sacra alimonia sæpè refocillari. 169. 1

Notula II. Plures, & optimos habere commensales in sacro conuiuio, non leue solamen est animæ diuino amore languenti. 170. 2

Vers. 6. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Notula I. Deuota anima per sacram Synaxim sic in Deum afficitur, vt ad illius beneplaciti normam etiam ipsos virtutum actus dirigere maximè cupiat. 172. 1

Notula II. Pia anima timens, ne amor, quo illa incaluit in Eucharistico conuiuio, ob imbecillitatem humanam tepescat, diuini sui amatoris præsentiam in præsidium ambit. 173. 2

Notula III. Agnoscens pia anima gratiam à peccatis præseruantem, quam Eucha-

ebaristica refectio confert, & futuræ gloriæ spem per eandem enutritam, plurimùm recreatur. 175. 1

Verf. 7. Adiuro vos filiæ Ierufalem per capreas, ceruofq; camporum, ne fufcitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, quoadufq; ipfa velit.

Notula I. Pia Anima in Eucharistico conuiuio sic iucundè epulatur quandoq; supernarum rerum accensa amore, vt licèt in terris vitam mortalem degat, affectu tamen versetur in cælis. 177. 1

Notula II. Contemplationis quiete insignitur anima deuoto affectu sacræ Synaxi addicta. 178. 2

Notula III. Cælestibus blandimentis à diuino amatore delinita anima in eũ amorem rapitur, qui ecstasim facit. 179. 2

Notula IV. Suæ sacræ mensæ conuiuas amantissimus Seruator noster singulariter protegit. 180. 2

Verf.8.9. Vox dilecti mei, ecce ifte venit faliens in montibus, tranfiliens colles: Similis eft dilectus meus capreæ, hinnuloq; ceruorum. En ipfe ftat poft parietem noftrum, refpiciens per feneftras, profpiciens per cancellos.

Notula I. In institutione Eucharistiæ eum amorem Christus demonstrauit, qui verborum est parcus, donorum verò est liberalis. 182. 2

PVNCTVM THEOLOGICVM
De verbis, quibus Euchariſticum Sacramentum conficitur.

Disquisitio I. An per verba consecrationis fiat vera conuersio panis in Christi corpus, & vini in sanguinem, & rectè hæc conuersio dicatur transubstantiatio. 184. 1

Disquisitio II. An transubstantiatio Sacramentalis colligi possit ex verbis Christi, Hoc eft corpus meum, Hic eft fanguis meus. 186. 1

Disquisitio III. Quomodo corpus, & sanguis Christi sint terminus ad quem sacræ conuersionis, ita vt benè saluetur, quòd etiam ex parte huius termini ad quem, sacra conuersio sit substantialis, & transubstantiatio. 189. 1

Disquis. IV. An panis, & vini substãtia in sacra cõuersione annihiletur. 197. 1

Disquis. V. Quenã sint verba ad consecrationem essentialiter requisita. 200. 1

Disquisitio VI. An consecrationis verba dicantur historicè, seu recitatiuè, an verò significatiuè. 202. 2

Disquisitio VII. An verba consecrationis sint causa conuersionis Sacramentalis, vt vera sunt, an vt significatiua. 203. 2

Notula II. Amantissimus Iesus ambit summoperè nobiscum esse sub sacris speciebus. 206. 2

Notula III. Eucharistici conuiuij intuitu, iustitiæ rigore compresso, Christus maxime mitescit. 208. 1
Notula IV. Christi præsentia in Eucharistia miris quandoq; modis fideli animæ innotescit. 209. 2
Notula V. Christus ad amoris nostri igniculos accendendos, præsentiæ suæ indicia in sacra mensa modò occultat, modò prodit. 212. 1

PVNCTVM THEOLOGICVM
De Christo sub sacris speciebus existente.

Disquisitio I. An totus Christus sit sub singulis speciebus Eucharisticis. 213. 2
Disquisitio II. An Christus in Eucharistia sit cum quantitate, & cæteris suis accidentibus. 214. 2
Disquisitio III. An totus Christus sit sub quauis parte specierum Sacramentalium, etiam ante fractionem, seu diuisionem specierum. 218. 1
Disquis. IV. An corpus Christi sit sub indiuisibilibus, & pūctis specierū. 220. 1
Disquisitio V. An Christi corpus sit in hoc Sacramento, vt in loco. 228. 2
Disquisitio VI. An Christi corpus ita sit in loco specierum Sacramentalium, vt verè, ac propriè sit ibi definitiuè. 229. 1
Disquisitio VII. Vtrùm accidentia remaneant sine subiecto in hoc Sacramento, & quæ. 229. 2
Disquisitio VIII. Vtrùm accidentia remanentia in hoc Sacramento pendeant saltem ab aliquo alio accidente, tanquam à subiecto. 230. 2
Disquisitio IX. Quando, & quomodo accidentia Sacramentalia desinant continere Christi corpus, & sanguinem. 231. 2
Disquisitio X. Vtrùm Christus, prout est in Eucharistia, possit cognoscere, & cognosci. 233. 2

Vers. 10. 11. 12. 13. En dilectus meus loquitur mihi: surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Iam enim hyems transit, imber abijt, & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit: vox turturis audita est in terra nostra. Ficus protulit grossos suos, vineæ florentes dederunt odorem suum.

Notula I. Mens deuotè communicantis pluribus sanctis inspirationibus illustratur. 235. 2
Notula II. In sacræ mensæ conuiuis diuini edulij desiderium ambit Xps. 236. 2
Notula III. Animam ad cælestem patriam celeri gressu contendentem Eucharistica mensa libenter admittit. 238. 1
Notula IV. In sacra mensa ita Christi amica euadit fidelis anima, vt cælestium arcanorum notitia decoretur. 239. 1
Notula V. Lenitate conspicuus debet esse sacræ mensæ conuiua. 240. 2
Notula VI. Anima decorata cælesti contēplatione, Altaris pabulo nutrienda est. 241. 1

Notu-

Notula VII. Vberrima hilaritatum seges est in Dominica mensa. 242. 1
Notula VIII. Prælibationes quædam cælestis gloriæ in sacra Synaxi habentur. 243. 2
Notula IX. Excrescentes in anima terrenarum rerum appetitiones sacræ Synaxis virtute reciduntur. 244. 2
Notula X. Ad ingemmandos de admissis sceleribus pœnitudinis actus in sacro symposio comedentes prouocantur. 246. 1
Notula XI. Celerrimæ perfectionis fructus in anima producit Eucharisticum Sacramentum. 247. 2
Notula XII. Anima deuotè communicans diuini corporis fragrantia ita perfunditur, vt Dæmones facilè fuget. 248. 2

Vers. 14. Surge amica mea, speciosa mea, & veni: columba mea in foraminibus petræ in cauerna maceriæ: ostende mihi faciem tuam; sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

Notula I. Ex vehementi, quo ardet Christus, desiderio animæ deuotæ recreandæ in sacra mensa, vt accedat, eam secundò adhortatur. 250. 2
Notula II. Vt dignius accumbat Eucharisticæ mensæ anima, ad maiorem semper perfectionem sectandam stimulatur hic à diuo amatore. 252. 2
Notula III. Vt Dominicæ passionis meditationem sacræ communioni adnectat dilecta anima à cælesti sponso hortatur. 254. 1
Notula IV. Admonetur anima, vt simplicitatis spiritu decorata ad sacram mensam accedat. 255. 2
Notula V. Preces ante augustissimum Altaris Sacramentum sicut Deo acceptissimæ, ita ad impetrandum efficacissimæ sunt. 257. 1

Vers. 15. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit.

Notula Vnica. Deuotè communicans eo gratiæ auxilio donatur, vt vel leuissimas etiam labendi in peccata occasiones videat, & diligentissimè euitet. 259. 2

Vers. 16. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.

Notula I. Eo amore Christus se totum in sacra Synaxi tradit vnicuique fidelium, ac si ille solus esset. 261. 2
Notula II. Beneficium Eucharistici Sacramenti omnibus, & singulis fidelibus collatum, sibi vni præstitum reputat pia anima. 262. 2
Notula III. Fidelis anima, vt mutui amoris partes expleat, se totam deuouet Christo, qui se totum illi tradidit sub sacris speciebus. 264. 2

Notula IV. Plurimùm deliciatur Christus, dum in sacro conuiuio pascit animas puritatis candore nitentes. 266. 1

Notula V. Maximum Ecclesiæ firmamentum, & solatium est, quòd habitura sit Eucharisticum pabulum, vsq; ad nouissimum diem. 267. 2

Vers. 17. Reuertere: similis esto, dilecte mi, capreæ, hinnuloq; ceruorum super montes Bether.

Notula Vnica. Eucharisticus cibus plenè quidem reficit, sed & nouam suscitat famem in deuota anima. 270. 1

PVNCTVM THEOLOGICVM

De amore, & timore in ordine ad sumendam Eucharistiam.

Disquisitio Vnica. An vtilius sit animæ sufficienter dispositæ ad sacram mensam duce fiduciali amore accedere; an verò ab ea recedere reuerentialis timoris suasu. 271. 2

CAPVT III.

Vers. 1. 2. 3. 4. In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni. Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos, & plateas quærã quem diligit anima mea: quæsiui illum, & nõ inueni. Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem: Num quem diligit anima mea, vidistis? Paululùm cùm pertrãsissem eos, inueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

Notula I. Panis Eucharisticus non delicatæ viuendi ratione, sed laboriosa carnis maceratione, & indefessa virtutũ exercitamenta cõparandus est. 279. 1

Notula II. Christus quandoq; supernas consolationes communicanti animæ subtrahit, vt ab ea puriori affectu diligatur. 281. 1

Notula III. Commodi, & voluptatis terrenæ omnimoda ablegatio, nec non strenuum mortificatæ vitæ exercitamentum ad degustandas in sacra Synaxi singulares illas delicias Christi præsentiæ indices, prærequiritur. 282. 2

Notula IV. Magistrorum spiritualium consilio plenè adhæreat, qui gratijs cumulari, atq; fauorabilem Christi præsentiam in sacra mensa experiri desiderat. 284. 1

PVNCTVM THEOLOGICVM

De ministro Eucharistiæ.

Disquisitio I. An solis Sacerdotibus competat administrare Altaris Sacramentum. 286. 1

Dis-

Disquisitio II. An in praxi nunc liceat committere Eucharistiæ administratione Diacono, vel Subdiacono, vel Clericis inferioribus, vel etiam laicis in casu necessitatis. 287. 1
Disquisitio III. Vtrùm Sacerdos extra Missam vrgente necessitate possit sibi Eucharistiam administrare. 288. 1
Disquisitio IV. Vtrùm omnes Sacerdotes licitè administrare possint Eucharistiam. 288. 2
Disquisitio V. Quinam sint Sacerdotes ministri ordinarij sacrosanctæ Eucharistiæ. 289. 2
Disquisitio VI. Vtrùm simplex Sacerdos licitè possit administrare Eucharistiam ex præsumpta licentia Pastoris. 290. 1
Disquisitio VII. Quid possint Regulares in administratione Eucharistiæ per priuilegia illis à Pontificibus concessa. 290. 2
Notula V. Obedientia, quæ superiori, seu spiritali duci, non vt homini, sed vt Deo præstatur, eò animam deducit, vt Christum ad votum propitium maximè in sacra Synaxi reperiat. 291. 2
Notula VI. Fidelis, qui in sacra Synaxi, quàm suauis sit Dominus, prægustauit, peculiari illum affectu detinere, & in intima cordis penetralia introducere diligentissimè studet. 293. 1
Notula VII. Pia anima per sacrum edulium ad eam perfectionem aspirat, qua Christi speciem vitæ suæ rationibus referat. 295. 1

Vers. 5. Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, ceruosq; camporum, ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

Notula I. Sumpta sacra refectione deuota anima cum Domino pijs meditationibus, & affectibus aliquantulum agat, si ab eo singulares gratiæ feruores impetrare cupit. 296. 2
Notula II. Animã post Synaxim secessui vacantem singulari modo protegit Dominus. 298. 2

Vers. 6. Quæ est ista, quæ ascendit per desertũ, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij?

Notula I. Odoriferæ Christifidelis virtutes, si Eucharistico igne incalescant, spiritalem fragrantiam in proximos effundunt admirabiliorem. 300. 1
Notula II. Virtutum humanarum imbecillitas mirabiliter firmatur à vi Eucharistici Sacramenti. 301. 1
Notula III. Anima in sacra mensa aliquandò tali dilectione Dei inflammatur, vt, dum ipsa consideratione, & affectu ad cælestia fertur, etiam corpus secum à terra eleuet. 302. 1
Notula IV. Quò perfectiori fide quis ad Altaris Sacramentum accedit, eò meliùs disponitur ad illius sublimia mysteria cognoscenda. 303. 2

Verſ. 7. 8. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael. Omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi: vniuſcuiuſquè enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos.

Notula I. Pacis, & reconciliationis arrham exhibet Dominus in Altaris Sacramento. 305. 2

Notula II. In ſacra menſa excitantur, & inſtruuntur fideles ad pugnandum contra humanæ ſalutis hoſtes. 307. 1

Verſ. 9. 10. 11. Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani: Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum: media charitate conſtrauit propter filias Ieruſalem. Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

Notula I. Sacra alimonia viatitantibus, qua itur ad cælum, via facilis redditur. 309. 1

Notula II. Inanes ſunt hæreticorum conatus contra veritatem auguſtiſſimi Sacramenti. 311. 2

Notula III. Eo deuotè communicantes ſpiritu replentur, quo & alios ad ſacroſanctam Euchariſtiam venerandam, & dignè ſumendam alliciant. 314. 1

Notula IV. Tantum ſibi complacuit bonus Ieſus ſub ſacris Speciebus pro noſtra refectione exiſtere, vt in illis, quaſi in magnifica, & commoda ſede, quieſcere ſibi videatur. 315. 1

Notula V. Sanguis in Chriſti paſſione effuſus communicantibus obijcitur, vt ad vicem rependendam ſtimulos inijciat. 316. 1

Notula VI. Quo amore intimo corporis, & ſanguinis ſui refectionem largiatur Dominus, fidelium conſiderationi obijcitur, vt & ipſi ad redamandum pelliciantur. 317. 1

Notula VII. E ſæcularibus delicijs exeant, qui de ſublimi auguſtiſſimi Sacramenti excellentia diuinitùs erudiri deſiderant. 318. 2

Notula VIII. Chriſtus per ſacram Synaxim, vt potentiſſimus Rex in Eccleſia dominatur. 320. 1

Notula IX. Chriſtus Rex maximè proditur, dum Euchariſticam cœnam inſtituit, in qua nocte tradebatur. 1. *ad Corinth.* 11. 320. 2

Not. X. Beatiſſima Virgo Euchariſticæ inſtitutioni plurimũ cooperata eſt. 322. 1

Notula XI. Glorioſam Chriſto coronam illius inclyta mater Virgo componit, fideles ad ſacram menſam ſuauiter pertrahendo. 323. 2

Notula XII. Euchariſticas nuptias ingenti cum exultatione celebrauit Redemptor noſter. 325. 2

Notula XIII. Cur in Euchariſtico ſpõſalitio affluẽti lætitia perfuſus fuit Xps. 327. 1

CA-

CAPVT IV.

Verſ. 1. Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es! Oculi tui columbarum abſque eo, quod intrinſecùs latet. Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad.

Notula I. Anima per ſacram Synaxim condecoratur gratiæ augmento. 328. 2

PVNCTVM THEOLOGICVM

De gratia, quam ex opere operato confert Euchariſtia.

Diſquiſ. I. An Sacramentũ Euchariſtiæ cõferat augmentũ gratiæ habitualis. 329. 2

Diſquiſitio II. Vtrùm communicanti meliùs diſpoſito maior gratia ex opere operato conferatur in ſacra Synaxi. 331. 1

Diſquiſitio III. Quænam ſit diſpoſitio recipientis Euchariſtiam, ratione cuius maior gratia ex opere operato conferatur ab eodem Sacramento. 332. 1

Notula II. Sacra communio, quem exigit, vnicum, & fidelem in Deum amorem fouet, & auget. 332. 2

Notula III. Laudatur anima dilecta, quòd ad imitationem Chriſti ſe ipſum in Euchariſtia ſub ſpeciebus panis, & vini occultantis, præſtantiores dotes; & virtutes ſtudioſè celet. 333. 2

Notula IV. Deuota anima per Euchariſticum Sacramentum facillimè diuerſos virtutum actus elicit. 335. 1

Notula V. Pabulum Euchariſticum ſanctas cogitationes nutrit, & mira tenacitate annectit. 335. 2

Verſ. 2. Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas.

Notula I. Sapientia admirabilis anima pura ab Euchariſtico Sacramento inſignita commendatur hìc. 337. 1

Notula II. Euchariſticum conuiuium pias cogitationes, & affectus ſubueniendi pauperibus excitat. 338. 2

Notula III. Sacra Synaxis inducit ad meditanda ea, quæ pacem, & concordiam cum proximis fouent. 339. 2

Notula IV. Perfecta rerum terrenarum abdicatio, & aſſiduum ſtudium cooperandi ſaluti animarum, acuit appetitum Euchariſtici pabuli. 340. 2

Verſ. 3. Sicut vitta coccinea labia tua: & eloquium tuum dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, abſque eo, quod intrinſecùs latet.

Notula I. Commendatur pia anima, quæ ſicut in Euchariſtica menſa charitate repleta eſt, ita de ea frequenter loquitur. 343. 1

Notula II. Laudatur gratia ſermonum, quæ diffuſa eſt in labijs cæleſtis ſponſæ per virtutem Sacramenti Euchariſtici. 343. 2

Notula III. Laudat ſponſus ſacer labia dilectæ ſuæ, quæ, vt Euchariſtiam decenter recipiant, à ſcurrilibus, & profanis eloquijs ſe continent, diuinis verò laudibus feruidè occupantur. 344. 2

Notula

Notula IV. Genus eloquij dulcis, & encomiastici est, venerabundo silentio incomprehensibilem excellentiam Eucharistici Sacramenti indicare. 345. 2

Notula V. Deuotè communicans ità diuina luce irradiatur, vt semper videat aliquid, de quo in conspectu Dei erubescat. 347. 1

Notula VI. Sacra Synaxis desiderium effundendi sanguinem ad Christi imitationem accendit. 348. 1

Verſ. 4. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

Notula I. Summa fortitudo, qua dilecta anima in sacra Synaxi corroborata est, commendatur hìc. 349. 2

Notula II. Eminens, & triumphalis obedientia, quam pia anima in sacra communione acquisiuit, celebratur hìc. 351. 1

Notula III. Regia Altaris mensa conuiuas ingenua libertate, & animo regio conspicuos desiderat. 352. 1

Notula IV. Nobilis animi libertas, quæ in sacra mensa conuiua exigitur, per illius diuini cibi sumptionem mirabiliter augetur. 353. 2

Verſ. 5. Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in lilijs.

Notula Vnica. Laudatur in dilecta anima pudicitia ab omni labe seruata, virtute Eucharistici Sacramenti. 355. 1

Verſ. 6. Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

Notula Vnica. Christus suo exemplo allicit dilectam animam post sumptam sacram Synaxim ad orationis, & mortificationis studium. 356. 2

Verſ. 7. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.

Notula Vnica. Diuinus sponsus pulchritudinem eximiam, qua dilecta anima ità decorata est in sacro conuiuio, vt abstersa omni piaculorum labe, tota speciosa appareat, præconizat hìc. 357. 2

PVNCTVM THEOLOGICVM
Quanam ratione à venialibus culpis per ſacram Synaxim fideles liberentur.

Disquisitio I. Quænam dispositio requiratur in communicante, vt ei venialia remittantur. 359. 1

Disquisitio II. Utrùm Sacramentum Eucharistiæ infallibiliter operetur remissionem venialium in communicante non habente vllum affectum, aut complacentiam ad venialia. 359. 2

Disquisitio III. An omnia peccata venialia remittantur virtute Eucharistici Sacramenti. 360. 1

Verſ.

Verſ.8. Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.

Notula Vnica. Dilecta anima in ſacra Synaxi puriſſimo candore facta conſpicua inuitatur à diuino ſponſo, vt oblita natalis huius mundi ſoli, parentum, & cognatorum, ſecum affectu viuat in cæleſti Ieruſalem, vbi coronanda eſt. 360. 2

Verſ. 9. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

Notula I. Dilecta anima in ſacra Synaxi ità ſanctificatur, vt affectum omnem, & cogitatum in diuinum ſponſum dirigens mirabili amoris telo eum feriat. 362. 1

Notula II. Quantùm amabilis reddatur anima ob fiduciam, quam de diuina bonitate concepit in ſacra Synaxi, demonſtratur hìc. 363. 1

Notula III. Adeò eximiam ſanctitatem aſſequitur per Euchariſtiam deuotè ſumptam anima fidelis, vt in re quacunque minima diuino ſponſo placere maximè ſtudeat, quod illi acceptiſſimum eſt. 364. 1

Verſ.10. Quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa! pulchriora ſunt vbera tua vino, & odor vnguentorũ tuorũ ſuper omnia aromata.

Notula Vnica. Commendatur hìc affectus, quem concepit pia anima in ſacra menſa vacandi ſaluti animarum ſuauitate magis, quàm violentia, vel nimio rigore. 366. 1

Verſ.11. Fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel, & lac ſub lingua tua: & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.

Notula I. Dulceſcit Euchariſtica alimonia animæ candore puritatis nitenti. 368. 1

Notula II. Beata Virgo perfectiori modo, quàm cæteræ puræ creaturæ, Euchariſtici cibi ſuauitatem deguſtauit. 369. 1

Notula III. Suauiter ſapit Euchariſtia ei, qui eo animi ſenſu communicat, vt in ſpiritali tyrocinio ſe perpetuò eſſe meditetur. 370. 1

PVNCTVM THEOLOGICVM

De ijs, quæ ex vi verborum ſunt in Euchariſtia.

Diſquiſitio I. Quænam ſint in hoc Sacramento ex vi verborum, quæ verò per concomitantiam. 371. 1

Diſquiſitio II. Quid nomine corporis ſignificetur, cùm dicitur ſolum Chriſti corpus eſſe præſens ex vi verborum ſub accidentibus panis in Sacramento. 373. 2

Diſquiſ. III. An totus Chriſti ſanguis ſit ex vi verborũ ſub ſpeciebus vini. 377. 2

Notula III. Anima per deuotam Euchariſtiæ ſumptionem ita in Deum operationes ſuas referre diſcit, vt adimpleat illud Luc. 18. Oportet ſemper orare. 378. 2

Verſ. 12. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.

Notula Vnica. Commendatur dilecta anima ob virtutem, quam à ſacra Synaxi habuit

habuit custodiendi cor obsequio Dei dicatum. 380. 1

Vers. 13. Emissiones tuæ Paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus, Cypri cum nardo.

Notula Vnica. Laudatur anima, quòd ad eam virtutis excellentiam peruenerit per sacram Synaxim, vt, quod illi amabilius, & iucundius erat, Deo obtulerit. 381. 2

Vers. 14. Nardus, & crocus, fistula, & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrha, & aloe cum omnibus primis vnguentis.

Notula I. Laudatur hìc fidelis anima ea gratia donata in sacrosancta communione, vt eleganti ad inuicem successione ordinet, & componat præstantissimarum virtutum actus. 384. 1

Notula II. Humilitas, & patientia, quam à sacra Synaxi fidelis anima habuit, commendatur his verbis. ibid.

Notula III. Celebratur dilecta anima ea virtute ditata à sacra Synaxi, qua ità interiori perfectioni vacat, vt simul actiones externas proximorum ædificationi accommodet. 386. 2

Notula IV. Laudantur affectus maioris sanctitatis, quos anima deuota concepit in sacro conuiuio. 387. 2

Notula V. Diuinus sponsus præconizat piam animam incitatam à sacra Synaxi ad omne mortificationis genus, & præcipuè ad ablegandagulæ irritamenta. 388. 2

Notula VI. Diuinis solatijs piam animam sacra Synaxis replet. 390. 1

Vers. 15. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.

Notula I. Christus in sacra Synaxi instar vberrimi fontis adeò copiosam gratiæ aquã transfundit in animam piam, vt hæc velut fons beneficentiæ riuulos transmittat in proximos. 391. 1

Notula II. Indicantur hìc in anima dilecta profundissimæ humilitatis, aliarumq; virtutum semper perfectiores actus tempore communionis, ob quos magis disponitur ad vberiores gratiæ influxus recipiẽdos, dũ sacræ species perdurant. 392. 2

Vers. 16. Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius.

Notula I. Anima dilecta per virtutem sacræ Synaxis ita perficitur, vt eam ad quæcunq; præclara facinora licèt ardua peragenda, vel minima diuinæ inspirationis aura satis pelliciat. 393. 2

Notula II. Persecutiones, & aduersitates in anima dilecta acuunt aliquandò appetitum Eucharistici cibi, qui, quò auidiùs sumitur, etiam suauiùs delinit. 394. 2

Notula III. Licèt ad tempus permittente Deo dilecta anima persecutionibus, & calamitatibus concutiatur, virtute tamen sacræ Synaxis eripitur, & mirificè delinitur. 395. 1

FINIS.

PRÆNOTANTVR QVÆDAM AD DILVCIDANDVM Nostrum Scopum.

PRÆNOTVLA PRIMA.

Non solus spiritalis sensus, sed humanus etiam, seu historicus in hoc Cantico à Salomone Spiritu Sancto dictante conscripto, admittendus est.

QVONIAM Recentiores aliqui eruditissimè pro præfato asserto scripsere, in eo probando non immorabor diù; vno, aut altero contentus ero argumento.

D. August.

In sacra scriptura exponenda non est recedendum à proprio sensu verborum, nisi aliquod inconueniens sequatur.

Et primò recepta est regula D. Augustini, & aliorum Doctorum, in sacro Codice exponendo à proprio verborũ sensu non esse recedendum, nisi inconueniẽs aliquod sequatur, sed plura huius sacri Epithalamij verba, si secundum litteræ sonum recipiãtur, ita vt amores alicuius humani sponsi, & sponsæ significent, id-que ad indicãdum amorem diuinum inter Christum, & Ecclesiã, vel inter Christum, & animam sanctam, vel etiam inter Verbum, & sacram humanitatem assumptam, nullum absurdum, aut aliquod indecens sequitur; nec est extrà morẽ sacræ Scripturæ humanos recensere amores valdè ardentes virorum in mulieres, vt Patriarchæ Iacob in Rachelem, Danidis in Bersabeam, Assueri in Hester, Amnonis in Thamar, ad amorem Dei in nos vehementissimum indicandum: facilius enim homo per notas sibi historias amatorias, & similitudines eleuari potest ad contemplandum flagrantissimum in nos amorem diuinum. Adde, quòd à conditi orbis primordio legitimum maris, & fœminæ connubium summam Christi cũ Ecclesia, & cum anima iusti coniunctionem præmonstrauit, vt aduertit Apostolus ad Ephes. 5. qui cùm de Protoparentum nostrorum coniunctione mentionẽ fecisset, subdit. *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Quis igitur neget aptè admodùm referri in hoc sacro Cantico humanas nuptias ad altissimam Christi cum Ecclesia, seu anima sancta adumbrandam vnionem?

Legitimum maris, & fœminæ connubium denotat coniunctionem Christi cum Ecclesia, & animæ iusti.

Ad Ephes. 5.

Præterea quoties Scriptura metaphora nuda vtitur, aliquid addere solet, quo innuit metaphoricè accipiendum esse quod dicitur; e. g. Apocalypsis 5. dicitur *Vicit leo de tribu Iuda*, si tantum dixisset, vicit leo, de vero leone posset intelligi, sed dum subnectit, de Tribu Iuda, de Christo accipiendum esse admonet: Atqui in hoc sacro Cantico nihil est, quo sermonem fieri de Christo, vel Ecclesia indicetur, liquet igitur non esse intelligendum in simplici sensu metaphorico seiuncto ab omni proprietate verborum, atque ità præter spiritalem sensum includere alium, quem voces significant; quod benè adnotat Illustrissimus Aresius in suo doctissimo volumine de sensu huius sacri Cantici excursione 1. sub nu. 8. Plura de hac re qui vult, videat Sherlogum anteloquio 1. in Cant. sect. 5. vbi num. 32. affert auctores eliminantes ab hoc Canticorum volumine quidquid humanum sapit, & solum agnoscentes spiritalem sensum. num. verò 34. alios magni nominis Interpretes adducit, præter spiritalem sensum, litteralem etiam secundùm Allegoriæ, vel historiæ corticem admittentes.

Apoc. 5.

Præter spiritalem sensum includitur alius, quem voces significant.

Aresius.

Sherlogus.

PRÆNOTVLA II.

Nõ est improbabile Pharaonis filiæ connubiũ cum Salomone decantari in hoc sacro Carmine secundùm litteræ corticem, ad repręsentandum excellentissimam Christi cũ Ecclesia coniunctionem.

POtissima ratio ad præmemoratũ assertum suadendum est, quia sic expositum, nihil, quòd aures offendere valeat, nec aliquod inconueniens contineat, & omnia in cortice litterę filo narrationis non interrupto, licet non ita facilè, aliqua tamen ratione alligari possunt. Et prætereà plurimos non vulgares patronos habet, vt notat Sherlogus cit. Anteloq. sect. 9. qui assertione prima vsq; ad nonam, & principium decimæ multa, & quidem summa cum peritia congessit.

Sherlogus.

PRÆNOTVLA III.

Probabile est secundùm litteræ corticem in hoc sacro Epithalamio non aliquas quidem peculiares personas, neque rem certam aliquando gestam enarrari, sed id, quod ritu communi fieri solebat in Hebræorum nuptijs, repræsentari.

PRædictæ existimationi expressè fauet Gaspar Sanctius, egregius huius sacri carminis Commentator, in præfatione ad Lectorem, vbi hæc habet. *Ac tandem vero maximè simile mihi visum est, spectare Salomonem in hoc sacro Epithalamio ritus illos, qui in nuptiarum sacris communiter seruabantur ab Hebræis, quia in eis optima proponebantur symbola casti connubij, sicut in his, qui nunc à Christianis religiosè seruantur. Nam vt ritus illi coniugum inter se coniunctionem, & amorem præseferunt; sic etiam similis coniunctionis, & amoris Christi cum Ecclesia eximia documenta sunt. Neque temerè mibi*

Gaspar Sãctius.

A *videor in eam cogitationem venisse: nam eorum, quæ in hoc Epithalamio præcipua sunt, occurrũt in Scriptura plurima, neque ea obscura vestigia, vt pluribus statim Prolegomeno Tertio ostendemus. Quæ à Iudæis nunc etiam ex antiquo, vt verisimile est, patrum suorum instituto seruari colligitur ex Hebræorum Rituali, seu Cæremoniali, quod latinum fecit Genebrardus. Quod ego etiam accepi ab Hebræo quodam Iudaica antiquitatis scientissimo, qui Hebræorum matrimonijs non interfuit solùm, sed etiam præfuit tanquam sacrorum Antistes.* Hæc citatus Auctor. Nec ab hac cogitatione multum distat Ghislerius præfationis c. 4. dicens, Librum istum minimè esse historicum, narrationemq; eius esse locutionis rerum
B figuratarum, non autem gestarum; & eiusdem existimationis esse videntur, qui hoc sacrum Carmen in modum Dramatis conscriptum, seu fabulæ, seu comœdiæ, in quibus laruatæ, seu fictæ personæ introducuntur. Auctores pro hac parte affert Sherlogus anteloq. pri. sect. 5. nu. 30. & 31. Probabilitas autẽ huius asserti innititur, tum auctoritate probatissimorum scriptorum, tum etiam more sacræ scripturæ, quæ aliquando parabolas ad præfatos ritus antiquos alludentes, affert; qualis est de virginibus cum lampadibus obuiam sponso, & sponsæ exeuntibus, & illa de homine non habente vestem nuptialem.

Ghislerius.

Sherlogus.

C

PRÆNOTVLA IV.

Probabilius est huius Cantici argumentum esse nuptias cuiusdam adolescentis Hierosolymitani primarij, & prædiuitis nomine Salomonis; illius verò sponsam puellam fuisse humili genere natam in monte Libani.

D IN prædictam existimationem non parum propendet Gaspar Sanctius prolegomeno 2. in hoc Canticum dicens; *Vel certè Salomon significat adolescentem Hierosolymitanum, vt docuit Hieronymus super c. 3. Ioelis, vbi dicit Salomonem à Ierusalem nomen accipere.* & paulò post subnectit. *Quòd Salomon non se ipsum induat in his Canticis, probabile sit, quia non posset saluo pudore, atque modestia, sibi arrogare, quòd sit candidus, & rubicundus, electus ex mil-*

Gaspar Sãctius.

libus &c. Huius autem interpretamenti auctor expressus, & defensor est Sherlogus anteloq. 3. & præcipuè sect. 3. sub sect. 1. (Sherlogus.) Præcipuũ fulcimentum huius opinionis est, quia ad dignoscendam historicam, & non fictam enarrationem plurimùm confert, si personarum nomina intexantur, & de patria, moribus, & euentibus singularibus spectantibus ad personas, de quibus agitur, fiat mentio, quod in hoc sacro Cantico accidit, nam sponsa, Salomonia, seu quod idē est, Sunamitis nominatur. (Sanctius.) *Sponsa* (inquit citatus Sanctius) *quæ anteà à multis Sunamitis dicebatur, Sulamitis dicitur, idest Hierosolymitana, vt habetur in Græcis, Hebraicisq; codicibus, & in Biblijs à Sixto correctis:* (Cant. 8.) *Ipsa verò sponsa Cant. 8. videtur prodere nomen suum; Nam cum sponsi nominis etymologiam exposuisset, appellans pacificum, statim sui nominis notionem videtur insinuare, cum addit, Ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens, quod idem valet Sulamitis, idest pacifica.* Sponsi nomen Salomonem esse tradunt multi. Præterea natales sponsæ infimi indicantur, vtpotè quòd mater præ rerum angustia coacta fit in syluis sub pomifera arbore edere; (Cant. 8.) vt constat ex illo Cantic. 8. *Sub arbore malo suscitaui te.* Angusta etiam res familiaris illi fuit, & modica supellex, vt (Cant. 1.) innuitur Cantic. 1. *Nigra sum &c.* (Cant. 4.) Patria indicatur illis verbis c. 4. *Veni de Libano sponsa mea.* Tempus etiam floridum, & amœnum, ver scilicet nuptijs valdè accommodatum, recensetur c. 2. (Cant. 2.) *Iam hyems transijt.* Ex his igitur particularibus circumstantijs historiam, non autem parabolam decantari in hoc sacro volumine valdè probabile apparet, cui existimationi libenter adhæreo.

PRÆNOTVLA V.

Nihil, quod repugnat pudicitiæ, & honestati puellari, in hoc sacro Cantico continetur.

Quoniam modestiæ limites excedere, & delicatas aures offendere prima fronte videri posset puellam virginem prorumpere in hæc verba sponsi oscula expetentia, *Osculetur me osculo oris sui*, operæ pretium erit declarare, qua ratione id dici potuit sine vlla indecentiæ, & impuritatis nota.

A Aliqui Expositores plura excogitarunt, quibus præmemoratarum loquendi modum ab omni impudicitiæ, & inuerecundiæ macula vindicarent, inter hos Sherlogus ingenio, & doctrina celebris (Sherlogus.) hac de re fusè satis scripsit tō. 1. in Cant. ab anteloquio 5. Verùm ad huius auctoris argumenta eneruanda plura eruditissimè congessit Illustriss. Paulus Aresius (Aresius.) in suo opere de vero sacri Cantici Canticorum sensu ab excursione 4. vsq; ad 9. in cuius fine confutat etiam, quod citatus Sherlogus sect. 6. num. 48. habet, nimirum quòd sponsa hæc protulerit nō labijs, sed corde præfata verba, vbi nemo audiebat: Confutat igitur asserens non consonare hoc dictis ipsius, qui cum cæteris expositoribus Neotericis asserebat hæc à sponsa prolata fuisse, dum fe- B rè exanimis ab alijs puellis vnguentis, & vino foueretur, significans sibi nihil prodesse deficiente sponsi amplexu; sed quidquid sit de hoc, ego breuiter dico puellam hanc solam induci à Salomone in præfata verba prorumpētem ex amore vehementi, quo sponsum iuxta leges honesti connubij affectabat, nec hoc repugnare decori, neq; moribus pudicæ puellæ; desiderare enim nuptias propter prolē, maximè æuo illo Salomonico, quo pro maledictis habebantur steriles, nec virgines dedecebat, nec insuetum est, puellam etiam pudicam amore pudico alicuius exardescentem secum loqui, & animi sui sensus ad solamen solam pro- C ferre, quorum exempla apud scriptores facilè inuenies. Quare cùm liceat oratoribus, & poetis non solùm verum, sed vero similia intexere, quid mirum, si sapientissimus Salomon puellam in sponsum suum amore efferuescentem non aliquo præsente sua vota sic annuentem inducat? *Osculetur me osculo oris sui &c.* Et sanè ex modo loquendi etiam satis colligi potest huius Epithalamij sponsam nullo audiente ad absentē sponsum suas postulationes direxisse, *Osculetur me osculo oris sui &c.* en cum tertia persona loqui apertè videtur, & statim subnectit, ac si præsentem spōsum alloqueretur, *quia meliora sunt vbera tua vino.* Et certè si D coram alijs sic locuta fuisset, non satis decori suo consuluisset, vtpotè non cohærentia pronunciando.

(Obiectio.) Dices adhuc nodum dissoluendum superesse, nam si ab alijs adolescentibus sponsa præ amoris deliquio fulcimenta postulauit, & amplexus sponsi se exoptare non obscurè indicauit, quomodo affirmamus solam fuisse?

(Responsio.) Respondeo non eo tempore sponsam introduci expetentem oscula, quo præ-

dicta subsidia efflagitabat, & ad amplectendam sponsi dexteram anhelabat.

Instantia.

Vrgebis adhuc, non satis virgineo pudori congruisse, sponsam amoris sui languorem, & concupitos sponsi amplexus alijs adolescentibus propalare.

Solutio.

Respondeo puellam promissione iam thalamo destinatam aliquam habere licentiam de nuptialibus ritibus, & de singulari amore in suum sponsum, cum adolescentulis familiaritate coniunctis miscendi sermones; puellam autem in hanc scenam à Salomone introductam, desponsatam fuisse, satis colligi potest ex ipso textu, qui etsi hoc expressè non dicat, implicitè innuit, dum sic apertè de connubiali amore, & festiua pompa nuptiali differentes inducit sponsum, & sponsam.

Sanctius. Sherlogus.

Præterea non videtur improbabile, quod Gaspar Sanctius in commentario huius versiculi primi, & Sherlogus loco cit. & alij tradunt, nimirum osculū nullam impudicitiæ notā importare, si amicitiæ, si pacis, si beneuolentiæ, si patriæ consuetudinis gratia, aut reddatur, aut accipiatur, aut desideretur; osculum autem expetitum à puella huius Cantici ardentissimi quidem, sed honesti amoris argumentum fuisse. Verùm difficultas adhuc vrget de amplexu, qui licèt fuerit olim concordiæ, & amicitiæ symbolum, nihilominus inter viros ad inuicem, & inter fœminas pariter, non aūt inter marē, & fœminā admittebatur.

Osculum licitū, si amicitiæ, pacis, beneuolentiæ, & patriæ cōsuetudinis gratia fiat.

Amplexus concordiæ, & amicitiæ symbolum.

Huic difficultati occurrere possumus proponendo honestum connubium, cui sponsa huius sacri Cantici, vt diximus, iam destinata erat; vndè licitè ea, quæ ad perfectionem, & complementum legitimum nuptiarum spectabant, poterat desiderare.

Quòd si prædicta alicui adhuc non satisfaciunt, satisfaciāt quæ habet Richardus Victorinus in prologo in hæc Cantica. *Nominantur enim*, inquit, *in hoc libro oscula, nominantur vbera, nominantur genæ, nominantur femora, in quibus rebus non est irridenda sacra scriptura, sed amplior Dei misericordia consideranda est, quia dum membra corporis memorat, sic ad amorem vocat; Notandum est, quàm mirabiliter nobiscum, & misericorditer operatur, qui vt cor nostrum ad instigationem sacri amoris accenderet, vsque ad turpis nostri amoris verba descendit.*

Richardus Victorinus.

Cæterùm huius sacri Epithalamij lectorem, & contemplatorem monitum volo, vt affectu puro, & amore in Deum accenso mysteria hæc Diuina pertractet, quod docent Patres. Luculenter Gregorius Nyssenus hom. 1, in Cant. *Nemo ergò perturbationibus animi obnoxius, & carnalis, veteris hominis mortuum adhuc olens fætorem, ad belluinas trahat operationes diuinitùs inspiratarum sententiarum, ac verborum significationes, sed vnusquisque ipse à se ipso excedens, cùm fuerit extra mundum materialem, & per impatibilitatem quodammodo redierit in Paradisum, & per puritatem Deo similis euaserit, ita procedat ad aditum mysteriorum, quæ in hoc apparent libro.* Egregiè D. Bernardus serm. 79. *Vndè in Epithalamio hoc non verba pensanda sunt, sed affectus. Cur ità? nisi quòd amor sanctus, quem totius huius voluminis vnam constat esse materiam, non verbo sic æstimandus, aut lingua, sed opere, & veritate. Amor vbique loquitur, & si quis horum quæ leguntur, cupit adipisci notitiam amet. Alioquin frustrà ad audiendum, legendumuè amoris carmen, qui non amat, accedit; quoniam omninò non potest capere ignitum eloquium, frigidum pectus.*

Greg. Nyss.

D. Bernard.

Amor sanctus nō verbo æstimādus est, vel lingua, sed opere, & veritate.

PRÆNOTVLA VI.

Geminum litteralem sensum hóc sacrum Carmen admittit.

PRæter litteralem sensum, qui est in cortice litteræ, alius etiā spiritalis, qui mysticus à multis, sed etiam litteralis verè dici potest, in hoc diuino Cantico continetur.

Duplex litteralis sensus in hoc Cantico.

Primus est, qui ex verbis parabolam, vel historiam huius Epithalamij exprimentibus, habetur. Alter, qui significat nuptias spiritales Christi cum Ecclesia, & personæ Verbi cùm humanitate assumpta, & Christi cum anima sancta, per parabolam, seu historiam de humanis nuptijs repræsentatas. Primus dicitur litteralis proprius. Secundo verò litteralis translatus, seu metaphoricus. Huius asserti potissima ratio est, quia in hoc maximè Dei sapientia elucet, quòd vno, eodemq; vocabulo, vna eademq; parabola, vel historia plura æquè immediatè significet; & ad Christi gloriam, ad Ecclesiæ, & humanitatis assumptæ, atq; animæ sanctæ excellentiam indicādam plurimum facit, si non solum mysticè adumbrentur, sed ad litteram celebrentur in hoc sacro Cantico; & pro hac re firmam, & vniuersalem regulam sanctorum Patrum effatis consonam affero, quam docet Valentia tom. 1. disp. 1. q. 1. punct. 5. *Si enim, inquit, sensus litteralis, quem quis affert,*

Valentia.

affert, *congruit alioquin cum sana doctrina, & cum alijs locis elarioribus scripturæ, & possit referri ad finem, in quem referri oportet ea omnia, quæ traduntur in sacris litteris, nempè ad claritatem; tunc omnis eiusmodi sensus est admittendus, vt praeclarè docet* Augustin. *Augustin. lib. 3. de doct. Christ. c. 3 & 27. Nec facultas sic interpretandi sacras litteras, est appellanda nimia licentia; immò potius putandus est Spiritus sanctus eam facultatem fecisse hominibus eruditis, ad vtilitatem Ecclesiæ, vt asserit Augustinus in illo cap. 27.* Plures Auctores huic parti suffragantes Sherlog. Sherlogus tom. 1. iu hoc Caut. anteloq. 1. sect. 4. affert; vide etiã Aresius. Aresium cit. opere exc. 1. nu. 8.

PRÆNOTVLA VII.

Nuptiæ humanæ descriptæ secundùm litteræ superficiem in hoc sacro Cantico appositè admodum repræsentant nuptias spiritales, quæ fiunt inter Christum, & animam sanctam admiranda Eucharistiæ virtute.

IAM ex hactenus dictis satis constat humanas nuptias secundum litteræ corticem decantari in hoc sacro Carmine: superest vt videamus, an nuptiæ spiritales verè celebrentur inter Christum, & animam sanctam, dum hæc carnem, & sanguinem Christi in augustissimo Altaris Sacramẽto accipit, quòd si hoc demonstrabimus, apparebit, quã aptè ad nostrum captum Spiritus Sanctus affectus, & effectus spiritalis coniugij per affectus, & effectus humani coniugij designet, ad quod præstandum sanctorum Patrum, & Theologorum effata afferam, in quibus apertissimè declarant, nuptias spiritales fieri inter Christum, & animam sanctam per Theodoret. sacram Synaxim. Theodoretus in Cant. Cantic. cum illum versiculum primum interpretatur, *Osculetur me osculo oris sui. At ne quis*, inquit, *osculorum vocabulo perturbetur, consideret quemadmodum mystico sponsi tempore sponsi corpus suscipientes cõplectimur, & osculamur, atq; oculis cordis imponimus, & animo, ac cogitatione quasi complexus quosdam, & congressus nuptiales* Aponius. *effingimus*. Aponius lib. 1. in Cant. *Sponsa*

A *sa effecta est*, scilicet anima, *Corpus, & sanguinem Christi suo corpori coniungendo*. Richard. Richardus in Cant. c. 33. *Anima enim*, ait, *quæ in nuptijs Agni vxor est, & filia, vino spirituali inebriari nouit, quæ in hoc conuiuio lateribus Christi assidet, & circa mensam, sicut scriptum est; Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ; filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ*. Greg. Nyssen. Gregorius Nyssenus in cit. Cant. Cantic. c. 5. de coniugio isto, & Ecclesiæ exponens illum locum, *Vox patruelis mei pulsat fores, aperi mihi soror mea, proxima mea*, hæc habet. *Comparat nos Dominus cum Angelis, siquidem vigilanter Deo pareamus; & vos, vt ait Dominus, similes hominibus expectantibus Dominum suum, quãdo reuertatur à nuptijs, vt cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei*. subiungit deindè Gregorius, scilicet, *factis nuptijs,* B *& in thalamum mysteriorum admissa iam sponsa (qui enim sponsam habet, sponsus est, ait Ioannes) expectabant Angeli reditum Regis Ecclesiæ ad naturalem beatitudinem, & gloriam. His ergò dixit Dominus debere esse similem vitam nostram.* hæc Gregorius; cuius verba expendens Franciscus Turrianus. Turrianus de Sacram. Eucharist. tract. 2. c. 7. ita subdit: *Thalamum mysteriorum vocat Altare, ad cuius participationem, qui admittuntur, cum eis tanquã cum sponsa Christus sponsæ nuptias per communionem corporis sui in mysterio celebrat*. Apud quem Auctorem de hoc argumento differentẽ plura videri possunt. B. Laurentius Iustinianus Laur. Iustinian. serm. de Eucharist. sic scribit. *De hoc spirituali connubio Apostolus lo-*

quens ait: Viri diligite vxores vestras, si- C *cut Christus dilexit Ecclesiam, qui tradidit semetipsum pro ea, vt exhiberet sibi sponsam Ecclesiam non habentem maculam, neque rugam. Huic castissima sponsæ nedùm in virginali adhæsit vtero, vt essent duo in carne vna, verùm etiam in corporis, & sanguinis sui Sacramento, quatenus sint duo in vno spiritu, si tamen spiritaliter manducetur*. Vasques. Vasquez tom. 3. in 3. partem c. 4. disp. 204. sic ad rem nostram loquitur: *Cum enim charitas ad hoc perueniat, vt non tantùm coniungat nos Christo secundùm locum, sicut etiam solet amor coniungere amantes, vt sua præsentia mutuò perfruantur, sed etiam effi-* D *ciat, vt ipse Christus sub specie cibi, & potus intra carnem nostram sit, vt eo spiritaliter alamur: hæc coniunctio non tantùm habebit rationem cuiusdam propinquitatis inter corpora nostra, & corpus Christi, sed etiam rationem vnionis propter intimum affectum, quem corpus Christi existens intrà carnem nostram, non quomodocunq; sed sumptum per modum cibi intra nos operatur, sic enim fit, vt sicut maritus post commixtionem cum*

vxore

vxore carnem ipsius propriam existimare, & tractare debet, quia intima illa coniunctio hoc postulat, ità etiam Christus postquam à nobis intra viscera, & carnem nostram per modum cibi ex charitate sumptus est, corpora nostra, inter quæ recipitur, æstimet, & tractet vt propria, & vt membra ex carne, & ossibus eius.

Claudius Sainctes.

Claudius Sainctes acerrimus Hæreticorum oppugnator luculentissimè pro nostro scopo disserit, perpendens illud Apost. ad Ephes. 5. *Viri diligite vxores vestras. Libenter*, inquit, *aduersarij subscribunt huic sententiæ, sed interpretantur vinculum matrimonij contrahi fide interposita, nec opus esse corporali cõmixtione, quoniam nuptias consensus faciat, non concubitus, constareq́; inter absentes matrimonium propter fidem mutuam. Nos autem cum Patribus ex hac scriptura contendimus, exigi copulationẽ corporis nostri cum carne Christi, tùm ex ratione matrimonij, tum quia scribatur nos esse os ex ossibus, & carnem de carne eius. Nam Apostolus, Christi cum Ecclesia coniugium, non simpliciter comparat cum matrimonio, sed cum illo, quod inter Euam, & Adamum intercessit, in quo dupliciter Eua fuit vna caro cum carne Adami: prius origine, quia de viro sumpta fuit, ob idque dixit, Os ex ossibus meis, & caro de carne mea, posteà commixtione cum Adamo. Vt Eua ergò ab Adamo carnem suscepit ad suæ carnis formationem, ita ad reformationem, & innouationem carnis nostræ decet nos à Christo carnem mutuari, vt prius origine inueniamur os de ossibus, & caro de carne eius. Euane tantum spiritali contactu carnis Adami formata est? an ad eam tantum peruenit spiritalis à carne nescio quis tantum influxus, an propter fidem, aut per eam aliquam desumptam perfectionem sine carnis substantia potuit haberi, & reputari os, & caro de ossibus, ac carne Adami? Sic Irenæus, Cyrillus Alexandrinus, atque alij applicant textum Apostoli, vt oporteat nostra corpora carnem Christi capere, vt ad immortalitatem, & incorruptionem vegetemur, efficiamurque membra de membris, & os de ossibus eius. Ac ne sufficere censentur aduersarij, si animus, aut spiritus noster participet cum carne Christi, aut cum eius spiritu, & diuinitate, Respondet Irenæus, nec in Christo, nec in nobis, spiritum carnem, & ossa habere, sed agi de ea, quæ secundùm hominem est, carnis, & ossium substantia.* Et nonnullis interiectis subnectit citatus Claudius hæc. *Deindè ex contracto matrimonio, & fide data ac consensu, nondum perficitur, & consummatur matrimonium, nec realis est copula, & vna caro re vera, sed tantùm habitudine quadam, ac potestate. At inter Christum, & Ecclesiã, sicut inter Euam, & Adamum perfici conuenit, & absolui verum matrimonium. Propterea non satis fuit filio Dei despondisse sibi naturam humanam ab origine Mundi, & in eius nuptias consensisse, sed oportuit re vera & de facto eam sibi commiscere: ità ex parte nostra vicissim tam verè carnis Christi cum nostra cõmixtio desideratur ad complementum matrimonij, & realis copula, quàm fuit, inquam, necessarium ex parte ipsius nostram carnem cum eiusdem diuinitate commisceri. Hanc vicissitudinem naturalem, substantialem, ac corporalem ad veri matrimonij inter nos, & Christum consummationem, Irenæus, Cyprianus, Hilarius, Augustinus, Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus inculcant. Verùm nefas aiũt aduersarij, commixtioni coniugali comparare eam, quæ nobis cum Christo intercedit, cõiunctionem. Apostolus quidem comparationem ducit ex matrimoniali copula, quoad effectum illius coniunctionis, nempè quoad vnionem realem, & corporalem, sed non quo ad modum; quia quamuis talis coadunatio sit par cum ea, quæ fit in matrimonio, non tamen facta est in Christo, nec in nobis fit per actum matrimonij, aut venereum concubitũ: sed in Christo per incarnationem, & assumptionem naturæ humanæ, in nobis verò per manducationẽ, & assumptionem carnis Christi sacramentalem, quemadmodum scriptura verbis istis exposuit: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Quoniam verò tam arctus est, aut etiam arctior mutuus carnis Christi, & nostræ contactus, quàm in matrimonio, ideò scriptura illud matrimonio confert, & Patres ad similitudinem matrimonij commixtionem appellarunt.* Ex præallatis igitur Patrum, & Theologorum testimonijs asserentibus Christum veluti maritali fœdere animæ sanctæ per sacram Synaxim coniungi, liquet quàm accommodatè hæ spiritales nuptiæ Eucharisticæ sub velamine humani connubij indicentur in hoc sacro Cantico, quod diuina fauente gratia expositurus sum, afferendo primò litteralem sensum proprium, & posteà spiritalem ad sacrosanctam Communionem spectantem subnectendo.

Nuptiæ Eucharist. sub velamine humani cõnubij indicãtur in hoc Cãtico

PRAE-

PRÆNOTVLA VIII. A

Non eſt nouum omninò interpretamentum huius ſacri Epithalamij de Euchariſticis nuptijs.

PAtres aliqui non obſcurè
innueiunt ſpiritale con-
nubium Chriſti cũ ani-
ma ſaucta per ſacram
Synaxim decantari in
hoc cœleſti carmine.
D. Ambroſius lib. 5. de
D. Ambr. Sacram. c. 2. explicat primum verſiculũ
de ſacroſancta communione, cuius verba
dabimus infrà notula 1. ad verſiculum, B
Oſculetur me oſculo oris ſui, cui adſtipula-
tur Theodoretus, cuius pronuntiatum
antecedenti prænotula adduximus; Ho-
rum autem Auctorum menti quis di-
cet repugnare, ſi cętera etiam, quę in
hoc libro habentur ſub inuolucris huma-
narum nuptiarum, de eodem sacramen-
to enucleentur? hoc enim eſt ſolum affir-
mare priora poſterioribus cohęrere,
quod ſicut ad excellentiã huius ſacrę ſcri-
pturę attinet, & diſſonum nimis vide-
tur ab hoc carmine à Spiritu Sancto di-
ctato antecedentium connexionem cum
ſequentibus tollere, Ità eorundem Patrũ
exiſtimationi conſonum eſt myſteria hu- C
ius ſacri Cantici ordine admirabili, &
ſumma cohęrentia, atq; ſequela expo-
nere. Affero demùm patronum optimũ
explicationis, quam proſecuturus ſum,
Gerſon. Gerſonem ſcilicet, qui tract. 9. part. 4.
ſuper *Magnificat*, poſtquàm de delecta-
tione, quę percipitur ab anima in Eucha-
riſtica alimonia, diſſeruit, hęc ſubijcit.
Poſſet huius delectationis feruidus ardor to-
tus incendens, totus liquefaciens colligi per
totum decurſum Cantici Canticorum ſub
alloquijs amoroſis ſponſa ad ſponſum.
Videre eſt illic vt æſtuet affectibus,
vt totum ſcintillet amoroſum
ipſius incendium, vul-
neratur, D
languet, ſtipatur, fulcitur,
cadit, & ſpaſmatur.

PRÆNOTVLA IX.

Nobiliſſimi Dynaſtæ connubiũ cum puella infimi ſtatus accommodatè deſignat nuptias Euchariſticas.

DIximus prænotula quar-
ta celebrari in hoc Epi-
thalamio cõiugium ado
leſcentis ſtemmate, po-
tentia, & diuitiarũ am-
plitudine clariſſimi, cũ
agreſti puella paſtrice,
atq; inopi, quæ virtute talium nuptiarum
B domina primaria, & prędiues euaſit.
Egregium ſanè ſchema, in quo adumbrã-
tur Euchariſticæ nuptię, in quibus homo,
qui eſt infimę conditionis, vtpotè de
ſtirpe maculata natus, & ſic dęmonis ſer-
uituti ſubiectus, miſerijſq; quampluri-
mis repletus ad ſummũ nobilitatis api-
cem euehitur, & cęleſtium theſaurorum
affluentia locupletatur, dum illius ani-
ma per ſacram Synaxim vinculo arctiori
quàm maritali coniungitur magnificen-
tiſſimo, & ditiſſimo Dominorum Do-
mino, Regum Regi, atq; Monarchę po-
tentiſſimo.

C PRÆNOTVLA X.

Myſterium de ſacroſancta Euchariſtia innuunt ſimilitudines de ſyluis, de ductando grege, cæteraq; ad paſtoritiũ munus, & rurale exercitamentum, cui ſponſa huius Epithalamij addicta erat, ſpectantia, quæ hìc decantantur.

D CVM hoc Carmen diuino
afflante Spiritu ſit à Sa-
lomone conſcriptũ, du-
bium nemini eſſe deber,
quin myſterijs grauidũ
ſit, quidquid in eo con-
tinetur; Quare puella
huius Cantici ex infimo vulgo, in
ſyluis, & inter greges educata, verbaq;
in eodem Dramate ſœpiſſimè à vineis, ab
hortis, à gregibus, à paſcuis petita, ſacra
certè quędam arcana indicant: Credi-
derim inter illa hoc eſſe, vt admonea-
mur,

mur, qua mentis submissione de altissimo Eucharistię Sacramento agendum sit, & discamus simplicem mentem humili fide, & sincero affectu comitatam magis idoneam esse ad tantum Sacramentum contemplandum, & ad aliquid dę eius excellentia percipiendum, quàm quilibet intellectus, etiam si maximè perspicax, & acutus, si fide humili, & amore puro destituatur. Audiamus B. Thomã de Villanoua eleganter ad rem nostram differentem conc. 2. de die Corporis Domini. *Neq;* inquit, *Christi præsentiã in Eucharistia naturali lumine Angelus ap-*

B. Thomas de Villanoua.

A *prehendere vales; omnem facultatem excedit, omnem intellectum superat hoc secretũ. Mira res, quam non attingit Angelus intelligendo, rusticus pertingit credendo, & plus potest sancta simplicitas credere, quàm Angeli viuacitas valeat comprehendere. O miram fidei nostræ virtutem! quid fide potentius? quid acutius? inquisitus Angelus an sub illis speciebus lateat Christus, nisi gratia ipsum doceat, respondebit, ignoro: interrogatus rusticus fidelis respondebit, firmiter credo; sicquè penetrat fides rustica, quod non penetrat naturalis visus Angeli.*

CAPVT

CAPVT PRIMVM

Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.

Vers. 1.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

PVDICA puella pudicè adamata ab adolescente morum elegantia, forma præstanti, opum affluentia, & gentilitio stemmate conspicuo, cum eo sincerum connubium affectans, optat, & petit ab eodem osculum illud, quod sub nuptiarum fœdere dari mos erat. Quasi dicat: O vtinam, quem deperео, me ore suo osculetur, & sic coniugalem nexum mecum indissolubiliter contractum testetur.

Quia meliora sunt vbera tua vino.

In nuptiali conuiuio mariti in sinu accũbebat spõsa.

APud priscos consuetudo inoleuit, vt sponsa in geniali conuiuio mariti gremio recumberet, vndè Iuuenalis Satyra 1.

Iuuenal.

——————— ingens
Cœna, sed & gremio iacuit noua nupta mariti.

Cohærenter igitur sponsa subdit, nihil sibi iucundius contingere posse, quàm castissimi sponsi sinu foueri, inter dexteram, & læuam eius conquiescere, suauissimo eius halitu recreari, cordisq; illius amore puro deliniri. Quasi dicat: Si fruar optato dilecti mei amore, eiusque honestissimo amplexu optimis vnguentis fragranti dignabor, hæc mihi potiora erũt nectareo falerno, & suaueolentibus vnguentis, cæterisq; omnibus oblectamentis, atque vniuersis illecebris.

A *Osculetur me osculo oris sui.*

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA PRIMA.

Pia anima summam cum Christo sponso spiritalem vnionem per sacram Synaxim auet, & postulat.

B

DIuus Ambrosius lib. 5. de Sacram. c. 2. hunc versiculum dupliciter exponi posse docet, vel de Christo animam à peccatis expiatam ad Eucharisticam mensam excitante, vel de anima pia fiducialiter sacram cõmunionem postulante. *Venisti*, inquit, *ad Altare, vocat te Dominus Iesus, vel animam tuam, vel Ecclesiam, & ait: Osculetur me ab osculis oris sui. Vis ad Christum aptare? nihil gratius. Vis ad animam tuam? nihil iucundius. Osculetur me. Vidit te mundum esse ab omni peccato, quia delicta deleta* D. Ambr.

C *sunt; ideò te Sacramentis cœlestibus dignum indicat, & ideò inuitat ad cœleste conuiuium, inquiens: Osculetur me ab osculis oris sui. Tum anima tua, vel humana conditio, vel Ecclesia videns se ab omnibus mundatam esse peccatis, & dignam quæ ad Altare Christi possit accedere (quid est enim altare, nisi forma corporis Christi?) vidit Sacramenta mirabilia, etiam ait: Osculetur me ab osculis oris sui; hoc est, osculum mihi Christus infigat.* Pro hac secunda expositione est hoc loco Theodoretus. *At ne quis*, inquit, Theodoret.

osculorum vocabulo perturbetur, conſideret quemadmodum myſtico ſponſi tempore ſponſi corpus ſuſcipientes cõplectimur, & oſculamur, atq; oculis cordis imponimus, & animo, ac cogitatione quaſi complexus quoſdam, & congreſſus nuptiales effingimus, uſque ipſum eburtate timorem foras eijcientes nos amplexari putamus, & ſuauiari. Cohæret Aponius lib. 5. in Cant. *Deſponſationẽ, inquit, annuli, & oſculi traditione, corporis, & ſanguinis ſui Sacramentum ſub paſſionis tempore in Apoſtolos tradidiſſe probatur.*

Aponius.

Huic interpretamento inhærentes dicere poſſumus à ſpõſa, quæ deſignat animam diuini amoris cupidam, appeti, & expeti oſculum cœleſtis ſponſi, ſcilicet halitum Spiritus Sancti, virtute cuius Diuo ſponſo firmiter adhærere, & illius vitam viuere poſſit; Cùm antè hoc mediante Euchariſtico Sacramento ſe poſſe aſſequi agnoſcat, ad illud anhelans ait, *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Enimuerò dũ ſub ſacramentalibus ſpeciebus Chriſtus ſponſus recipitur ore, nonnè oſculum quoddam interuenire videtur?

Per oſculũ anima quaſi in alienũ corpus trãſmigrat.

Præterea ſi per oſculum anima quaſi in alienum corpus tranſmigrat, vt docuit Plato apud Gellium lib. 13. c. 11. & perуenuſtè Ambroſius lib. de Iſaac c. 3. *Per oſculum,* ait, *adhæret anima Deo, per quod ſcilicet transfunditur ſpiritus oſculantis, ſicut & hi, qui ſe oſculantur, non ſunt labiorum libatione contenti, ſed ſpiritum ſuum ſibi inuicem videntur infundere.* Certè hęc diuini ſpiritus transfuſio in animam mediante ſacra Synaxi mirabili modo fit, quæ in oſculo præſignatur, quod pater ille benignus filio panem appetenti dedit, Luc. 15. hic enim typum geſſit animæ piæ eſurientis panem Euchariſticum, vt notat Anaſtaſius Synaita lib. 9. contemplat. Anagogicarum in Hexamer. De præmemorato oſculo elegãter Guarricus Abbas ſerm. in Sabbatum ſecundæ hebdom. Quadrageſimæ de parabola prodigi filij. *Amplexus ille, & oſculum paternæ pietatis quid non habet gratiæ, & dulcedinis? quid non feliciſſimi gaudij? quid non ſanctiſſimæ voluptatis? cecidit, inquit, ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum: cùm ſic ſuper eum affectabat, quid agebat amplectens, & oſculans, niſi illum ſibi, vel ſe ipsũ illi inſinuabat, vt adhærendo ſibi vnus ſecum fieret ſpiritus? non poterat nos ſibi arctiùs aſtringere, non poterat nos magis intimos habere, quàm vt corporaret ſibi, & ſicut charitate, ſic virtute ineffabili, non ſolum aſſumpto corpori, ſed etiam ipſi counirет ſpiritui.* Eandem ſpiritus tranſmiſſionem, & animi communicationem, quæ per ſũptionem Euchariſtiæ fit, ipſemet Chriſtus ſatis apertè indicat his verbis Io. 6.

D. Ambr.

Luc. 15.

Anaſtaſ. Synaita.

Guarricus Abbas.

Sicut miſit me viuẽs Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, viuet propter me; quaſi dicat, ſicut Pater meus per æternam generationem vitam mihi cõmunicat, & ex miſſione illius factus homo in mundo, etiam propter ipſum viuo, quia omnia quæ habeo, & cuncta, quæ operor, illius virtute operor; ità qui manducat me, viuet propter me, quia manducando me virtute talis cibi diuini ſpiritaliter viuet, & operabitur: in eum enim tranſmittam vitales influxus per auxilia gratiæ, per illuſtrationes, & diuinos afflatus, quibus vitam cœleſtem agere poterit.

Ioan. 6.

Audiendus hic Gerſon ſuper *Magnificat* tract. 9. partit. 4. perpendens bona, quæ ab hoc Sacramento emanant, & eliciuntur. *Duodecimum,* inquit, *bonũ vnit. Hic finis, hoc complementum omnium, quæ dicta ſunt, aut quæ dici poſſunt ſuper cibi iſtius laudibus, & effectibus. Totus ob hoc mundus creatus eſt exterior, & interior. Ad quid inquies? Certè ad vnitatem, vt omnia ſint in vnum conſummata. hoc eſt illud verbum, de quo Chriſtus. Porrò vnum eſt neceſſarium. Et diuinus Dionyſius, omnia vno participant. Demum & ipſe Theologium ſuam myſticum in vnione ſupra mentem conſtituit. Vnionem hanc præpoſuit ſponſa pro fine dilectionis ſub oſculi nomine: Oſculetur me oſculo oris ſui. Conſonat Apoſtolus: Vnus panis, & vnum corpus multi ſumus, qui de vno pane, & vno calice participamus.* hæc Gerſon.

Gerſon:

Congruunt huic argumento, quæ referuntur lib. 5. inſinuationum diuinæ pietatis opera D. Tilmanni Bredẽbachij in lucem poſt recognitionem editarum. Beata Gertrudis ſic aliquando Chriſtũ allocuta eſt. *Quid ergò in me omnium creaturarum peripſemate poteris inuenire, in quo taliter delecteris, vt hoc amplexibus, & oſculis ſponſalis blanditatis æquiparare digneris? Dominus verò reſpondit. Hoc inquam, quod tenes, me tibi communico in Sacramento altaris, quod poſt vitam hanc fieri nequit; & in hoc in infinitum plus delector, quàm omnes ſimul, qui vnquam in humanis amplexibus, & oſculis ſunt delectati, potuerunt experiri; Nam delectatio oſculorum, & amplexuum humanorum vilis eſt, & cum tempore tranſit, ſuauitas verò vnionis illius, quæ ego me tibi communico per Sacramentum Altaris, nobiliſſima eſt, & nunquam deficit, aut tepeſcit, ſed quantò ſæpiùs renouatur, tantò efficaciùs viget in æternum.*

Tilmannus Bredenbachius.

Ad eandem charitatis, vnionem, quæ per ſacram Synaxim fit, tum inter Chriſtum, & animam, tum inter fideles, alludebat ille ritus ab Eccleſię initijs, quo viri viros, & fœminæ fœminas, cùm ad

Oſculũ inter Chriſtianos olim, cũ ad Euchariſtiam accederent.

Eucha-

Eucharistiam accederent, osculabantur, vt testatur Clemēs Romanus lib. 2. Apostolicarum constitutionum c. 57. de qua consuetudine plura habent Bozius de signis Ecclesiæ lib. 14. c. 5. Baronius ad Christi annum 45. Gabriel Altaspinus obseruat. de veteribus Ecclesiæ ritibus lib. 7. c. 17.

Clemens Roman. Bozius. Baronius. Gabriel Altaspinus.

Porrò de prememorata coniunctione, qua communicans Deo copulatur, Patres admirabiliter loquuntur. Nyssenus hom. 6. in Eccles. *Propterea nobis se ipsum comedendum proponit is, qui semper est, vt cum ipsum in nobis ipsis acceperimus, illud fiamus, quod ipse est.* Et Leo epist. 23. *Quia illa mystica distributione spiritualis alimonia hoc impartitur, hoc sumitur, vt accipientes virtutem cœlestis cibi, in carnem ipsius, qui caro nostra factus est, transeamus.* Idem Leo ser. 14. de Passione. *Non enim aliud agit participatio corporis, & sanguinis Christi, quàm vt in id, quod sumimus, transeamus.* Chrysostomus hom. 60. ad Pop. *Semetipsum nobis*, ait, *commiscet, & non fide tantùm, verùm & ipsa re nos suum efficit corpus, per realē scilicet sui corporis vnionem.* Et hom. 61. *Vt itaq;* ait, *non tantum per charitatem hoc fiamus, verùm & ipsa re in illam misceamur carnem, hoc per escam efficitur, quā largitus est nobis.* Et D. Hilarius de Trin. lib. 8. *Hæc autem idcircò*, inquit, *à nobis commemorata sunt, quia voluntatis tantum inter patrem, & filium vnitatem hæretici mentientes, vnitatis nostræ ad Deum vtebantur exemplo, tanquam nobis ad filiū, & per filium ad patrem obsequio tantum, ac voluntate religionis vnitis, nulla per Sacramentum carnis, & sanguinis naturalis communionis proprietas indulgeretur: cùm & per honorem nobis datum Dei filij, & per manentem in nobis carnaliter filium, & in eo nobis corporaliter, & inseparabiliter vnitis, mysterium veræ, ac naturalis vnitatis sit prædicandum.*

Nyssenus. D. Leo. D. Chrys. D. Hilar.

Verùm horum Auctorum, & aliorum dicta de hac vnione ità intelligenda sūt, vt non significent physicam vnionem inter carnem Christi, & carnem communicantis, quia vt inquit Suar. tom. 3. in 3. p. disp. 64. sect. 3. *Neque vniuntur ad componendam vnam naturam, neque vnam personam, neq; habent realem modum vnionis vnius ad alterum, nec deniq; fit aliqua corporalis transmutatio alterius in alterum, quæ omnia sunt per se euidentia.* Ita Suar. cit. De morali ergò vnione accipi debet, sicut diximus tom. 1. de Eminentia Virginis c. 8. qu. 25. Porrò hæc vnio varijs similitudinibus à Patribus declaratur. Ad rem nostrā indicatur hic illa, quæ fit per osculum, sicut enim mediante osculo, non solùm communicatur spiritus, &

Suarez.

A halitus mutuus deosculantium, sed etiā quædam dignificatio resultat: v. g. si vir nobilitate primarius sponsam inferioris conditionis deosculetur, hæc remanet aliquo modo nobilitata, & sponsus illā, tanquam aliquid sui existimat; ita per Eucharisticam sumptionem, in qua, vt diximus, sanctum osculum videtur interuenire, non solùm diuinæ vitę halitus, & cælestes inspirationes transfunduntur, sed etiam corpus communicantis, cōtactu Christi remanet dignificatum, & nouo titulo fit aliquid Christi.

Corpus cōmunicantis contactu Christi remanet dignificatum.

Osculetur me osculo oris sui.

NOTVLA II.

B

Desiderium sacræ Synaxis est vitæ reformandæ exordium.

PER hoc osculum sacram communionem significari vidimus; quare spōsa illud ardenter appetens introducta in principio huius Cantici, denotat animam piā, quæ statim ac feruenter incipit affectare Eucharisticum edulium, sanctioris vitæ fūdamentum iacit; Etenim sicut per hoc Sacramentum mala omnia ablegantur, C ita bona vniuersa pro spirituali vita adducuntur.

Mensa, in qua panes propositionis seruabantur, in parte Aquilonari collocata erat, ità Domino mandante Exod. 26. num. 34. *Pones & propitiatorium super arcam testimonij in Sancto sanctorum: mensamq; extrà velum: & contrà mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano: mensa enim stabit in parte Aquilonis.* Sed cum illa mensa sacrosanctam Altaris alimoniam adumbraret, existimabit forsan aliquis non adeò congruum locum illum, qui Aquilonē respiciebat, hic enim originem omnis nequitiæ designat, iuxtà illud Prophetæ oraculum, *Ab Aquilone* D *pendet omne malum.* Quarè in meliori sede collocanda alicui videri poterat mēsa illa repræsentās Sacramentum Eucharisticum sanctitate eminentissimum; sed re vera aptissimus fuit situs respiciens regionem Aquilonarem pro mensa propositionis panes continente, vt deuntaretur, quòd sicut per Eucharisticam mēsam omnia bonorum genera in nos deriuant, ità per eam etiam obstruendus erat aditus ille, à quo mala cuncta promanant.

Exod. 26.

Per Eucharistiā omnia bonorū genera in nos deriuāt & cuncta mala ablegantur.

Filius ille paternæ substantiæ dissipator, ad saniorem mentem rediens, melioremq; vitam meditans, *Quanti mercenarij*, inquit, *in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo? Surgam,*

Luc. 15.

& ibo ad patrem meum &c. Luc. 15. Memoratus adolescens typus est totus hominis pœnitentis, & vitæ in melius commutandę cupidi. Sed quænam sunt felicissima huius conuersionis initia? sanè fames; *Ego autem hic fame pereo*, fames inquam Eucharistici panis. Audiamus

D. August.

hic D. Augustinum in psal. 138. *Et post laborem, & trituram, & tribulationem, & egestatem, venit illi in mentem pater, & voluit redire, & ait. Surgam, & ibo ad patrem meum; Surgam, dixit, sederat enim. Eius ergò vocem hic agnosce dicentis, tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam, sed in egestate surrexi in desiderio panis tui; Panis inquam tui, de quo tu Christe dixisti, Ego sum panis viuus, qui de Cælo descendi.* Nihil ità magis reuocat hominem à comestione siliquarum, à cibis mundi inanibus, quæ saturare animum

Eucharistię sola recordatio, & appetitio hominē à vitijs ad cælestem vitā traducit.

nequeunt, sicut Eucharistica refectio, immò illius sola recordatio, & appetitio à vitijs, & à belluinis epulis ad nobile cœlestis vitæ genus traducit. Pulchrè Ana-

Anastasius Synaita.

stasius Synaita lib. 4. Anagog. contemplar. in Hexamer. *Quem quidem aliquando comedens populus prodigus desiderabat satiari, nam qui satiatur, exindè desistit comedere, & nemo dabat mihi, donec veniret panis cælestis, qui me abduxit ab esu siliquarum.*

Singulari diuini flaminis impulsu excitata B. Catharina Ianuēsis ad sublimiorem Euangelicæ perfectionis metam attingendam, vehemens simul concepit sacræ Synaxis desiderium, quo postea toto vitæ suæ curriculo mirabiliter exarsit. Quin etiam supremi numinis peculiaris quædam de hac muliere Altaris esca reficienda cura, & dispositio apparebat, dùm sæpissimè nulla sua præmissa industria, aut opera à Sacerdoribus, vt piè creditur, cælesti illustratione moris aduocabatur ad illam sacram mensam; habetur in eius vita c. 3.

In vita B. Catharinæ Ianuensis.

Verùm sicut memoria, & desiderium sacræ Synaxis plurimum momenti habēt ad inducendum quemlibet, vt mores componat, vitam sanctam instituat, ita

Eucharistię obliuio in peccatorū barathrum detrudit hominem.

obliuio, & nulla cogitatio de hac refectione diuina in peccarorum barathrum, & vitiorum præcipitium detrudit hominem. Exod. 1. *Surrexit interea Rex nouus*

Exod. 1.

super Aegyptum, qui ignorabat Ioseph: & ait ad populum suum: Ecce populus filiorū Israel multus, & fortior nobis est. Venite, sapienter opprimamus eum, ne fortè multi-

A *plicetur: & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de terra.* Scelestus hic Rex impius Israelitarum persecutor flagitiosissimum, & pertinacissimum, atque ad omnia scelera paratissimum virum repræsentat. Animaduersione dignū est, quòd Sacer textus ordiatur historiam de hoc pessimo Rege ab eo, quòd nulla esset in eo notitia, aut memoria de Ioseph. *Surrexit interea Rex nouus super Aegyptū, qui ignorabat Ioseph.* Sed nonnè Ioseph, qui frumentum in Aegypto distribuebat ad subleuandam multarum gentium famem, Christi typum gessit, in Ecclesia diuinum sacratæ Eucharistiæ ferculū ad

B reficiendos fideles subministrantis? vt

D. Ambr.

benè aduotat Ambrosius lib. de Ioseph c. 11. ex quo deuoratur, eum, qui obliuioni mandat mysticum Ioseph Christum sacri Eucharistici pabuli largitorē, nullamq; de illo cogitationem suscipit, nullam illius cupiditatem in se excitat, primum malorum omnium limen ingredi, viam obstinatæ nequitiæ præcipitē currere, tuitui ū in certissimam perditionē.

Psal. 106.

Omnem escam abominata est anima eorū.

D. Gregor.

Psal. 106. Gregorius tract. 1. in ps. c. 8. locum Gen. 2. cum hoc conferens dicit. *De omni ligno, quod est in paradiso, comede, Vt ibi omne lignum vocat plenitudinem om-*

C *nis boni, ità & hic verum illum, & omnipotentem cibum appellat omnem escā.*

Eucharistia appellatur omnis esca

Meritò quidem nominatur Eucharistica alimonia omnis esca, quia hæc est verus cibus, sicut dixit Seruator noster, *Caro mea verè est cibus*, & omnem alimenti perfectionem in se continet; ex inappetentia autem huius Eucharistici cibi eò deducuntur homines, vt in extremo æternæ mortis periculo versentur, & hoc est de quo nos admonet prædicto oraculo Psalmista, *Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt vsq; ad portas mortis*, & ita aduertit & cit. Gregorius hæc ad allata verba subnectens, *cuius fuga cā, qua ad mortem ducit, imbecillitatem con-*

D *ciliat.*

Hippocrates.

Verū est illud effatum Hippocr. aphor. 6. lib. 7. *In morbo diuturno fastidium cibi, & deiectiones sincera, malum.* Verùm si stomachus cibum fastidiat, est desperatæ valetudinis corporalis signum, sed argumentum etiam non obscurum est spe verò destitutam esse salutem spiritualem eorum, qui cum grauissimorum vitiorum ægritudine continuò languescant, nullo saluberrimi Altaris edulij appetitu tanguntur.

Rex ille, de quo Matth. 22. ad magnificè paratas nuptias seruis suis demādauit, vt inuitatos aduocarent, his verò

venite

A venire renuentibus per alium nuncium inuitamentum iterauit; *Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire: Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meũ paraui, tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias.* Cur quęso tanta sollicitudo? non satis decori regio consultum videtur, eos, à quibus repulsam passus erat Rex, denuò accersere: Verùm cum in illo Rege Christus Dominus Rex Regum, qui nuptias Eucharisticas instruxit, præsignetur, hic, vt nos monitos faceret, quanti momenti sit, & nostra intersit, non eas negligere, se anxium quodammodo, & suæ dignitatis B oblitum repetita inuitatione demonstrauit: Sed quid tum? nonnè eò deducta est respuentium prauitas, vt nuperis nuncijs iniurias, & mortem impiè intulerint? quod detestandum facinus comitata est statim eorum extrema pernicies. *Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam suam, alius verò ad negotiationem suã: reliqui verò tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cũ audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit.* O argumentum euidens certæ perditionis imminentis ad Eucharisticum conuiuium repudiantibus accedere.

Matth. 22.

Ibid.

C

Osculetur me osculo oris sui.

NOTVLA III.

Animæ quantumuis in amore diuino feruenti præstat, vt pro maiori dispositione ad sacram Synaxim osculum amicitiæ à cœlesti sponso postulet.

Osculum amicitię, fœderis, & cõcordię symbolum.

D. Ambr.

D. Chrys.

D Satis tritum est, amicitiæ fœdus, pacem, & cõcordiam osculo designari. Vndè meritò Ambrosius in ps. 39. inuehit in Iudã his verbis. *Iuda osculo filium hominis tradis? hoc est, venenum infundis osculo, quo gratia charitatis infunditur; osculo, quod sacra pacis insigne est; osculo, quo amicitia fida firmatur; osculo, quo fides sancta signatur.* Chrysostomus hom. 30. in cap. 13. Epistolæ posterioris ad Corinth. *Ob id enim nobis datum est osculum, vt charitatis igniculus, & fomes sit*; Quo posito dicere possumus dilectam Dei, vt maiori quã possit securitate ad sacrosanctum Eucharistiæ conuiuium accedat, expetere hic osculum perfectissimæ reconciliationis, & pacis cum Deo; Etenim cùm nullus certus esse possit in hac mortali vita, quod sit per gratiam amicus Dei constitutus, *Nemo enim scit vtrùm amore, an odio dignus sit*, quoties exoptatur, & postulatur hæc amicitia, & reconciliatio cum Deo, consultò agitur. Osculetur igitur, ait sponsa, quasi dicat, vt benè exponit Honorius Augustodiensis: *Signo amicitiæ, quam propria ore pænitentibus promisit, me consoletur.*

Honorius Augustodiensis.

B Quo gratiæ, & amicitiæ cũ Deo incũdæ nouo semper affectu studiosi esse debeant sacro Altaris conuiuio accumbentes, indicatur Psal. 127. *Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ.* Sicut enim oliua pacis, & amicitiæ insigne est, vndè oratores olim ea cingebantur, vt se pacis cupidos declararent, & hac ratione sibi gratiam conciliarent; ità etiam nouellæ oliuarum, quæ semper noua germina produnt, nouos pacis, & amicitiæ affectus appositè designant.

Psal. 127.

Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. 1. ad Corinth. 5. Prima fronte pugnare inter se hæc verba videntur, dum enim admonentur C Corinthij, vt abijciant fermentũ vetus, non apparet quomodò poterant esse azymi, azymus enim panis est, qui caret fermento; vel è contra, si erant azymi, qua ratione poterant proijcere à se fermentum, quo non inficiebantur? frustrà igitur illis iniungitur, vt emundentur à fermento. Sed re vera si attentè considerentur, nulla est in prædictis verbis contrarietas, sed optimè inter se cohærent; Etenim licèt Corinthij essẽt azymi, idest per pęnitentiam purgati ab antiquę malitiæ fermento, nihilominus eos Apostolus hortatur, vt per iteratos contritionis actus, per repetita desideria diuinæ amicitiæ, & gratiæ assequendæ semper maiorem affectent puritatem, sibiq; persua- D deant semper indigere noua expurgatione à fermento patratorum criminum, vt maiori qua fieri potest conscientiæ securitate, & animi munditie purissimum Agnum Eucharisticum comedant, subdit enim Apostolus. *Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus*, quibus innuit Sacramentum, & sacrificium Altaris. Suffragatur ex parte D. Chrysostomus hom. 15. in epistola ad Corinth. his verbis. *Et non inquit, purgate, sed expurgate, vt ostendat diligentiam adhibendam, vt neq; reliquiæ, neq; minima illius vmbra supersit.*

1. Ad Cor. 5.

D. Chrysostomus.

Ex

Ex dinino præscripto agnus notissimus Sacramenti Eucharistici typus cum lactucis agrestibus comedendus erat. (A)

Exod. 12. Exod. 12. *Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymas panes cũ lactucis agrestibus.*

Lactucæ amaræ amaritudinem, quã de peccatis sẽtire debemus, significant. Lactucæ verò cùm amarescant, amaritudinem, quam de peccatis admissis sentire debent fideles, apposité adumbrant; Sed perpende, quòd lactucæ simul cum agno comedebantur, nimirum vt denotetur, licèt quis antè communionem peccata expiarit, nihilominus eo tempore, quo sacræ mensæ assidet, illi maximè expedire, & prodesse, plurimumque Deo placere, si actus doloris ob offensas Deo illatas renouet, congeminet, reconciliationem, & pacem cum Deo pluries ambiat, atque exposcat. (B) Pulchrè Eligius hom. 14. *Lactuca* (inquit) *agrestis valdè amara est, significat autem hoc, vt quando ad corpus Christi, qui verus agnus est, sumendum accedimus, quamuis de redemptione lætemur, amaritudinem tamen ex recordatione peccatorum habeamus, vt dulcescat ex venia, quod amarescit ex pœnitentia.*

Lactucæ cur cũ agno comederẽtur.

Eligius.

Quando sederis vt comedas cum principe, diligenter attende, quæ apposita sunt antè faciem tuam: & statue cultrum in gutture tuo. Prouerb. 23. De Eucharistica mensa locus hic intelligitur, vt D. Augustinus tractat. 84. in Ioan. & alij Patres noiãt. Sed quid mysterij innuitur his verbis? *Statue cultrum in gutture tuo.* (C) Crediderim iniungi vnicuiq; sacræ mensæ conuiuæ, vt recordetur diuinæ iustitiæ gladiũ contra se suis peccatis aliquando pronocasse, à cuius ictu sicut per indulgentiæ, & reconciliationis gratiam liberari potest, ità etiam submissè efflagitare debet.

Prouer. 23.

D. August.

Quia meliora sunt vbera tua vino.

NOTVLA IV.

Dilecta Dei delicias, & consolationes, quæ proueniũt ex Eucharistia, esse longè præstantiores delinimentis, & voluptatibus mundanis prædicat.

Vbera typ⁹ suauitatis, quæ in Eucharistia degustatur.

PER vbera aptissimè denotatur suauitas, quæ degustatur ab ijs, qui summa deuotione sacra mensa vescuntur; Nam sicut pueri suauissimum lac hauriunt ab vberibus maternis, quo (A) aluntur, & crescunt, ità qui Eucharistiam magno pietatis studio sumunt, iucundè, & deliciosè epulantur, & suauitate quadam diuina delibata spiritaliter reficiũtur, & adolescunt. Præterea sicut vbera lac instillant infantulis pueris, & simplicibus, qui tantùm os aperiunt, & mamillas etiam sæpè clausis oculis exugunt, ità oblectamenta Eucharistici cibi maximè percipiuntur ab ijs, qui corde puro, & fide humili communicant. Satis quoq; notum est à Patribus Eucharisticam alimoniam, modò lac, modò mamillã nominari. Irenæus lib 4. c. 74. *Quasi* (inquit) *infantibus ille, qui erat panis perfectus Patris, lac nobis se ipsum præstitit, quod* (B) *erat secundum hominem eius aduentus, vt quasi mamilla carnis eius enutriti, & per talem lactationem assueti manducare, & bibere, Verbum Dei, & eum, qui est immortalitatis panis, qui est Spiritus Patris, in nobis ipsis iam continere possimus.* D. Augustinus in Psal. 33. *Verbum illud* (inquit) *quo pascuntur Angeli sempiternum, quod est æquale Patri, manducauit homo. Saginantur ergò illi Angeli, sed semetipsum exinaniuit, vt manducaret panem Angelorum homo; Quid autem homo potest ad illum cibum? vndè tã idoneus illi cibo? oportebat ergò, vt mensa illa lactesceret, & ad paruulos perueniret.*

Irenæus.

D. August.

(C) *Meliora sunt vbera tua vino.*

CLemens Alex. lib. 1. Pædag. c. 6. *Ipse* (inquit) *qui est dilectus, & alter noster, effudit pro nobis suum sanguinem, per quem qui in Deum credimus, ad mamillam Patris, quæ curarum obliuionem inducit, sæpè Verbum confugimus. Verè beati, qui hãc lactant mamillam.* D Chrysostomus hom. 83. in Matt. *Non videtis quãta infantes alacritate mamillas arripiunt, qua pressione papillis infigũt labia? nõ minori cupiditate, nos quoq; ad hanc mensam, ad huius calicis spiritualem accedamus papillam, immò verò desiderio quasi lactentes pueri gratiam sugamus.* Sed luculentiùs pro huius loci explicatione Theodoretus exponens præ- (D) dicta verba, *Meliora sunt &c. Per vbera* (inquit) *admiranda, & vino præstantiora cogita ineffabiles illos Altaris fontes, ex quibus nos pietatis alumni nutrimur.* Cuius rei mentionem fecimus tom. 2. de Eminentia Virginis c. 7. quæst. 9. §. demum, vbi etiam aliqua adnotauimus de suauitate huius Sacramenti.

Clemens Alex.

D. Chrysost.

Theodoret.

Hæc verò oblectamenta ab vberibus Eucharistici Sacramenti promanantia potiora esse vino dicuntur, scilicet omni alia iucunditate vniuersisq; mundi delicijs; Nam apud Hebræos vinum symbolum erat omnis iucunditatis, & cuncta-

Vinũ iucunditatis symbolum.

rum

rum illecebrarum, vt eruditè notat Cypriauns Ciſtercienſis hoc loco: Quarè his verbis, *Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt vbera tua vino*, dilecta Dei ità cęleſtem ſponſam alloqui videtur. Ah precor diuine Amator, in Euchariſtica menſa illo ore, quo felicem auram cœleſtium gratiarum, & ſublimium donorum afflare ſoles, ſimiles halitus in me inſuffla, ac ſacratiſſimæ carnis tuæ puriſſimo contactu me dignare, vt in tuo amore magis accendar, hic enim mihi inſtar ſuauiſſimi lactis ab vberibus expreſſi dulciſſimè ſapit, deſipit verò vinum deliciarum mundi.

Cyprianus Ciſtercien.

Quantum mundi oblectamentis vberrima ſacroſancti Altaris pabuli ſuauitas præſtet, ſanctiſſimi viri experimento, vt piè credendum, edocti tradiderunt. S. Cyprianus ſer. de Cœna Domini. *Panis iſte Angelorum omne delectamětum habens, virtute mirifica omnibus, qui dignè, & deuotè ſumunt, ſecundum ſuum deſiderium ſapit, & amplius quàm manna illud eremi ſatiat, & implet edentium appetitus, & omnium carnalium ſaporum irritamenta, & omnium ſuperat dulcedinum voluptates.* B. Laurentius Iuſtinian^9 lib. de diſcipl. monaſt. c. 19. *Talia ſunt munera tua Domine Ieſu, quæ amicis tuis deuotis, & dilectis per hoc ſacroſanctum myſterium conferre dignaris, vt omnem tranſeuntis vitæ ſuperent delectationem; per illud namq; tradis te ipſum fidelibus tuis, vt ex ſuauitate ipſius diſcant cognoſcere te, amare te, tenere te.* Perpendendū illud, *tradis te ipſum*, qui cum ſit fons totius iucunditatis, & vniuerſarum deliciarum, pleniſſimè recreare, & infallibiliter demulcere poteſt eos, in quos deriuat per ſacroſanctam Euchariſtiam. Vndè D. Th. opuſc. 57. *Suauitatem*, inquit, *huius Sacramenti nullus exprimere ſufficit, per quod ſpiritalis dulcedo in ſuo fonte guſtatur;* quam qui aliquantulum deguſtat, ita repletur omni oblectamento, vt nullas mūdi illecebras amplius appetat. D. Cyrill. Alex. de ſacra Synaxi intelligens illud Iſai. 49. *Non eſurient, neq; ſitient*, ait; *Poſtquam conſecuti ſumus miſericordiam, habuimus cibum vitalem animæ, comedimus enim panem de cælo, & bibimus aquam viuam, de qua Dominus dixit Samaritanæ, Qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo, non ſitiet in æternum.*

S. Cyprian.

B. Laurent. Iuſtinian.

D. Thomas

D. Cyrillus Alex.

Menſam conſtruendam mādanit Deus in priſca lege. Exod. 25. *Facies, & menſam de lignis Setim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum, ac ſemiſſem.* Sed cur quæſo adeò anguſtam menſam condere præcepit Deus Moyſi? forſan vt in ea ſoli panes propoſitionis ſeruarentur, & non alia edulia apponerentur? Ità ſanè, quo ſymbolo cùm Euchariſtica mēſa delinearetur, vt notat Rupert. lib. 4. in Exod. c. 7. appoſitè indicatum fuit, quòd vbi eſt diuini Altaris pabulum, nō ſunt admittenda alia fercula, ſcilicet mundi oblectamenta, quia illud vnicum ſatis eſt ad explendum omnem hominis appetitum, et illo ſolo iucundiùs epulatur, & recreatur homo, quàm omnibus alijs terrenis voluptatibus, cum hoc vnicum diuinum pabulum valeat ad explēdum omnem appetitum, & ſaginandum animum, ſuperetq; admirabili ſuauitate omnia, quæ mundus afferre poteſt oblectamenta.

Exod. 25.

A

Rupertus.

Euchariſtia explet omnem hominis appetitū eiuſq; ſuauitas ſuperat omnia mūdi oblectamenta.

B

Quæri poteſt, cur non peculiaria ſubſidia in communibus petitionibus, ſed ſolum panem quotidianum vnuſquiſq; fidelis efflagitat. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Sed panis Euchariſticus poſtulatur, qui cum ſolus ſufficiat ad hominem refocillandum, & omni iucunditate deliniendum, non eſt cur alia ab eo appetantur, & expetantur. Pulchrè D. Auguſtinus ſerm. 9. ex varijs. *Quando panem petimus, ibi omnia accipimus, norunt enim ſpiritualem alimoniam fideles, quam & vos ſi puri eſtis, accepturi iam eſtis de Altari Dei. Panis erit & ipſe quotidianus huic menſæ neceſſarius, nunquid non Euchariſtiam accepturi ſumus, cum ad Chriſtū venerimus? Ergò Euchariſtia eſt noſter panis quotidianus.*

D. Auguſt.

C

Quia meliora ſunt vbera tua vino.

NOTVLA V.

Euchariſtica menſa parata eſt non ſolùm innocentibus, ſed etiam peccatoribus verè pœnitentibus.

D

IN quæſtionem vocari poteſt, cur ſponſa gemina vbera ſponſo tribuit, videbatur forſan aptius vber vnicum ad indicandum affectum vnionis, quam Chriſtus in Euchariſtia fidelibus communicare cupit, vt nimirum ad inuicem coniungantur tanquam membra ſub vno capite, vt ex illo 1. ad Corinth. 10. *Quoniam vnus panis, vnum corpus multi ſumus, omnes, qui de vno pane participamus.* Quod etiam in pane de pluribus granis confe-

1. Ad Corinth. 10.

ćto,

ctio, & vino ex pluribus acinis expresso præsignare voluit, vt notant Patres.

Plutarchus.

Sed hoc inter alia, quod subijcitur, mysterium innui puto. Plutarch. de educandis liberis; *Sapientem, inquit, fuisse naturæ prouidentiam, quòd duplices mulieribus mammas addidit, vt si gemellos peperisse contigerit, duplices ad alendos fontes haberent.* Ità Christus instar piæ matris bina vbera habere dicitur ad nutriendum geminos filios lacte deitatis, & carnis, ac sanguinis sui, quorum alter est ille fidelis, qui lethalibus noxis, puritatem, quã à baptismatis lauacro habuit, nunquam coinquinauit; alter verò, qui pluries à iustitiæ semitis recessit, sed per pœnitentiã resipuit.

B

Admirandam blandientis Christi benignitatem, & indulgentiam in excipiẽdis pœnitentibus ad Eucharisticum conuiuium crediderim fuisse adumbratam olim illo symbolo pastoris ouem humeris deportantis in calice Altaris efformato, de quo Tertullian. de pudicitia c. 7. cuius hæc sunt verba. *A parabolis licebit incipias, vbi est ouis perdita à Domino requisita, & humeris eius reuecta. Procedant ipsæ picturæ calicum vestrorum, si vel in illis perlucebit interpretatio pecudis illius, vtrùmne Christiano, an ethnico peccatori de restitutione conliniet.*

Tertullian.

Exod. 12.

Cur agnus & hœd' adhiberetur ad celebrandũ Pascha.

Non solùm agnus, sed & hœdus quoq; ad celebrandam solemnitatem Paschæ admittebatur. Exod. 12. *Erit autẽ agnus absq; macula, masculus, anniculus, iuxta quem ritum tolletis & hædum.* Hac legali cæremonia denotabatur, non solùm ad sacram Synaxim, in illa Paschali festiuitate præsignatam, recipiendum esse virũ non interruptæ sanctitatis, sed & eum, qui à peccatis, in quæ lapsus fuerat, per pœnitentiam surrexit; sicut enim agnus est viri incontaminatæ probitatis notissimus character, ità hœdus peccatorem conuersum quandoq; delineare videtur. Vndè Isaacus hędos manducauit ingenio Rebeccæ conditos, scilicet Christus per Isaacum præfiguratus peccatores pœnitentia, & gratia mutatos amabiliter ad suam mensam admittit, & hi sunt ei veluti delicatæ dapes. Hùc respexit Theodoretus q. 24. in Exod. his verbis, *Qui diuinorum mysteriorum sunt participes, nonnulli eum agno commune quippiam habent, qui videlicet perfectam vitam obtinẽt; alij verò, qui per pœnitentiam peccatorum maculas delent, magis accedunt ad hœdum, sic & Saluator noster non frumentaceis tantùm panibus, sed hordeaceis pauit eos, qui conuenerant.*

Agnus viri probi symbolũ, hœdus verò peccatoris conuersi.

Theodoret.

Christus cur miserit Petrum, & Ioannẽ ad parandum Pascha.

E cœtu discipulorum duos præmisit Seruator noster, Petrum scilicet, & Ioan-

A

nem ad parandum locum pro cœna, in qua instituturus erat Eucharistiam, *Et misit Petrum, & Ioannem dicens: euntes parate nobis Pascha, vt manducemus.* Luc. 22. Petrus quidem hominis in peccata lapsi, sed per pœnitudinem erecti speciem refert, at Ioannes virum, qui nunquam innocentiæ candorem à baptismate receptum lethali culpa coinquinauit, repræsentat; quare his gemina classis eorum, quos Domini mensa admittit, egregiè præmõstrata fuit; immò perpende quòd prior Petrus nominatur, ad insinuandũ, vt ego reor, quàm promptè, & alacriter sui sacri conuiuij participem faciat indulgentissimus Redemptor noster peccatorem conuersum.

Luc. 22.

Petrus typ' peccatoris pœnitentis, Ioãnes autẽ viri innocentis.

Ecclesiæ ianuæ cur pateant, dũ administratur Eucharistia.

Quando sacra communio administratur, portæ Ecclesiæ apertæ sunt, vt nimirum denotetur, quòd illa mensa communis, & exposita est non modò ei, qui semper integer vitæ, scelerisq; purus fuit, sed illi etiam, qui culpas plures commisit, sed eas acriter deplorauit, & Sacramẽto pœnitentiæ aboleuit. Ità obseruauit Rupertus Abbas de diuinis officijs lib. 5. c. 19. *Cùm ergò (inquit) tantus Pontifex Deo Patri assistit, tenens panem, & vinum, & inuitat omnes ad corporis, & sanguinis sui conuiuium, omnes Ecclesiæ patent ianuæ, vt aduertas, neq; iustis, neq; peccatoribus debere prohiberi, quin accedant ad diuinæ misericordiæ fontes.* B. Laurentius Iustinianus ser. de Eucharistia pio, & venusto discursu peccatores pœnitentes ad sacram communionem inuitat, cuius verba accipe. *Redeant huiusmodi præuaricatores ad se, & cum maxima cordis humilitate defleant: sic plorent errata præterita, vt de cætero lugenda non agant; carnes, & spiritus sui renes iuxtà Domini sanctionem continentiæ cingulo complectantur, desiderijs cælestibus, ac pio deuotionis affectu animæ suæ pedes, vt calceati sint, muniant; Dominicam passionem, quæ in Sacramento hoc mysticè celebratur, memoriter teneant, laudabiles compunctionis emittant gemitus, atque ad bonorum operis perseuerantem exhibitionem perfectionemq; virtutum ignito amore se parent. Sic quippè azymos panes cum lactucis agrestibus manducantes, atq; calceamenta in pedibus, baculosq; habentes in manibus antiquum Pascha olim mandatum in lege solemniter celebrarunt. Sic inquam expurgato omnis malitia fermento veteri, cum profectu suo, & Angelorum beneuolentia agnum sine macula anniculum comedent. Sanè ex iniuncta percipient gratia, quàm bonus Israel Deus sit ijs, qui recto sunt corde, quàmque suauis, & mitis, multaq; misericordia omnibus se in veritate poscentibus. Tunc eorum, luctus conuertetur in gaudium, in meridiem, nox,*

Rupertus.

C

B. Laurent. Iustin.

D

nox, atq; in dulcedinem ſauctam ariditas cordis, adeò vt feſtiua exultatione referti diuinis intendant laudibus, & ſuo ardentiſſimo amore Deo vota perſoluant; Efficiuntur iſti nonnunquã, qui erant nouiſſimi, primi. Quoniam quemadmodum in ipſis deliĉtorum abũdauit malitia, ità ſuperabundat gratia. Hæc planè ſunt miſerationis tuæ laudabilia opera Domine Ieſu, qui neminem quamuis lethalibus criminibus obnoxium perire deſideras. Hinc tua mediante gratia, nedum defunctos ſimpliciter, verùm etiam quatriduanos in deliĉtorum tumulo iacentes, atq; fœtentes ad ſpiritualem vitam reuocas, tuaq; illos participatione ſacra efficis dignos. Te namq; illis in animarum, & corporum refeĉtione pio amore communicas.

Fragrantia vnguentis optimis.

NOTVLA VI.

Diuinam fragrantiam, qua in ſacro conuiuio replentur deuoti fideles, actibus, & geſtibus effundunt.

Vnguenta adhibebãt Hebræi in conuiuijs.

ALludunt verba textus ad antiquam conſuetudinẽ, quæ apud Hebræos, & alias gentes viguit, vt in lautioribus, & ſplendidioribus cõuiuijs adhiberentur vnguenta: Amos 6. *Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti*; & Cic. Tuſc. 5. agens de conuiuio Dionyſ. *Aderant*, inquit, *vnguenta, & coronæ &c.* hic igitur innuitur lautiſſimæ Altaris menſæ dignè accumbentes cæleſti quadam ſuaucolentia oblini, quam vbiq; effluunt, optimis moribus proximum ædificando, iuxtà illud Apoſtoli, *Chriſti bonus odor ſumus*: Non ſolùm enim gratia, quæ per ſacram Synaxim communicatur, perficit interiùs hominem, ſed etiam exteriùs. Pulchrè Paſch. c. 21. *Nonniſi electorum eſt cibus, ex quo bonum ſalutis Eccleſia, & pulchritudo decoris præſtatur; Bonum quippe, vt ad vitam æternam proficiamus, pulchrum verò, dum immortalitatis gloria veſtimur, vt & interiùs fruamur vitæ dulcedine, & exteriùs fulgeamus nitidiùs de tanti beneficij gratia.* Perpende hæc vltima verba, *exteriùs fulgeamus nitidiùs*; quia nimirum certum eſt ex feruore charitatis, quem hoc Sacramentum operatur in anima, ſequi quandam vultus ſerenitatem

Amos 6.

Cicero.

Euchariſtiã ſumentes cœleſtẽ fragrantiã, qua replentur, vbiq; effundunt.

Paſchaſius.

A oculorum modeſtiam, linguæ refrænationem, maturitatem incedendi, totius corporis compoſitionem, & peculiarem quendam geſtum, externorum decorem, quæ omnia fragrantiam quandam perfectionis Euangelicæ exhalant fidelibus ſaluberrimam.

Eleganter Cyprianus de Cœna Domini. *Vident* (inquit) *hæc Sacramenta pauperes Chriſti, & hoc vno contenti ferculo omnes mundi huius delicias aſpernantur, & poſſidentes Chriſtum aliquam huius mundi ſupellectilem poſſidere dedignantur: Eſurientes, & ſitientes iuſtitiam, cùm ſaturati fuerint, vide quid agant, intellige quæ loquantur, quàm ſancti odoris ſit, quidquid illa eructat plenitudo. Verbum bonum, mores* B *compoſitos, affectus pudicos, ſenſus pacificos illa interior ſinceritas vbiq; diffundit, ità poſt odoramenta iſta gratiæ huius comparticipes diſcurrant, & mutuis ad inuicem affectibus complectantur, & quibus vnus eſt panis, vnum eſt corpus, & omnium vnum cor, & anima vna, vni Chriſto adhærens, cætera omnia quaſi fermentata reſpuens in vnius azymi ſinceritate lætatur.* Et B. Laurentius Iuſtinianus ſerm. de Euchariſtia. *Experientia* (inquit) *igitur deuotionis ſanctæ, & exultatione ſpiritus, quæ in Sacramenti huius perceptione guſtatur, notiſſimum almi ſpiritus noſcitur eſſe teſtimonium. Porrò dum Euchariſtiam accipis, accidentia vi-* C *des panis, ac vini ſaporem ſenſis; Vnde òro, ſi panis, ac vini ſubſtantia eſt, & non corpus Chriſti, ex hac cibi modicitate, & potus, tanta in anima prouenit fortitudo, interioris hominis innouatio, charitatis diuinæ feruor, ſpiritualis ſuauitatis iucunda libatio, intimæ pacis affluentia, æternorum amor, deſideriũ proficiendi, virtutum concupiſcentia, & gratiarum actionis ignita exhibitio? Ex huius ſumptione deuota, ceſſant odia, contentiones ſopiuntur, dirimuntur lites, vitia diſplicẽt, diligitur pudicitia, terrena vileſcunt, efficitur homo alius, non per naturam, ſed per gratiam, mutatuſq; totus in melius compeſcit linguam, amat ſilentium, fraternitatis cuſtodit vnitatem, cordis ſectatur munditiam, & quidquid Deo placere cognoſcit. Huiuſmodi* D *ſpirituales profectus nõ aliundè proueniunt, quàm ex Sancti ſpiritus bonitate, Chriſtique amabili præſentia, qui in ſui corporis Sacramento tam mirificè operatur, non tamen vniformiter, ſed iuxta diſpoſitionem vniuſcuiuſq; ſumentis, ipſiuſq; miſerentis Chriſti.*

D. Cyprian.

B. Laur. Iuſtinian.

Oſculetur me oſculo oris ſui.

DVM ſponſa ſcilicet anima fidelis diuini ſponſi in Euchariſtico cibo ſanctum oſculum prædictis verbis petit, vt ex D. Ambroſio, & alijs vidimus, &

D. Ambr.

ita de hoc mysterio loquitur, ac si illud omnibus sit notum, nullusq; de eius existentia ambigat; occasionem nobis præber, vt aliqua de existentia, & essentia huius venerabilis Sacramenti explicemus enucleatiùs scholastica methodo; quod seruabimus, quoties huiusmodi tractationes cõpleta expositio sacri textus in his Canticis insinuabit. Sit ergò.

PVNCTVM THEOLOGICVM

De existentia, & essentia Sacramenti Eucharistiæ.

DISQVISITIO I.

An Eucharistiæ existentia sit euidenter credibilis.

Conclusio.

Existentia Eucharistię est euidẽter credibilis.

DICO, existentiam venerabilis Sacramẽti Altaris esse euidenter credibilem.

Probatur ex tergemino fonte, ex quo etiam alia argumenta ad cætera fidei nostræ mysteria cõprobanda eruũtur, nimirum ex Scriptura, ex traditione, & Ecclesiæ auctoritate.

Ioan. 6.

Primò ex sacris paginis est illud Io. 6. ex quo hoc Sacramentum à Deo reuelatum, & promissum colligitur; Nã Christus ibi occasione capta ex illo miraculo, quo quinq; panibus tot hominum millia satiauit, primùm eos ad fidem sui adhortatur, tùm à fide sui apostrophem facit ad corpus suum in hoc Sacramento dandum: *Et panis, quem ego dabò, caro mea est pro mundi vita.* Quòd verò non loquatur ibi Christus tantùm de manducatione spirituali per fidem, vt hæretici falsò opinantur, constat primò; quia comparat, & præfert se mannæ, quod typus fuit huius Sacramenti: non præferret autem se mannæ, si vel esset tantùm signum corporis sui, vel de sola fide loqueretur; quia etiam Patres, qui manna manducauerunt, fidem de Christo habuerunt.

Secundò quia loquitur in futuro; *Panis*, inquit, *quem ego dabò, caro mea est*; vt porè quia nondum hoc Sacramentũ instituerat; cum autem de fide loquitur, non in futuro, sed in præsenti, vel præte-A rito loquitur, quia obiectum fidei semper est præsens. Præterea si de sola mãducatione per fidẽ loqueretur, sat Christo fuisset dicere, nisi me ipsum manducaueritis; cum autem distinguit carnem, & sanguinem, per modum cibi, & potus, sanè hoc mysterium designauit apertissime; spiritualis enim perceptio Christi per fidem non eget ista distinctione, cùm vno modo fiat, idem enim est manducare, & bibere in sumptione per solam fidem; vt benè notat Bellarminus lib. 1. de Eucharistia c. 5. Faciunt ad rem nostram illæ explicitæ confirmationes, *Caro mea verè est cibus, sanguis meus verè est potus*. Quibus apertè indicat, se non lo-B qui de cibo metaphorico, qui sola fide manducatur.

Bellarmin.

Tertiò hoc ipsum efficaciter confirmat Iudæorum scandalum, qui de manducatione corporali Christi verba intelligentes dixerunt. *Durus est hic sermo, quomodo potest hic carnem suam dare ad manducandum?* Etenim si Christus locutus fuisset de manducatione spirituali per fidem, facillimè hoc scandalum auferre potuisset, dicendo, non de manducatione corporali, sed de spirituali per fidem hoc esse intelligendum. Verùm nõ modò Christus traditam doctrinam de mãducatione spirituali non explicauit, sed de manducatione corporali iureiurando C confirmauit; *Amen, amen dico vobis; Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*. Io. 6.

Ioan 6.

Quartò Euangelista Ioannes, qui in mysterijs fidei, præsertim quæ in vltima cœna peracta sunt, explicandis, diligentissimus fuit, si de hoc venerabili Sacramento in prædicto capite non egisset, cum alibi de illo ne verbum quidem fecerit, diminutus fuisset scriptor, quod asserere est absurdum, vt benè obseruat Bellarminus lib. 1. de Eucharistia cap. 5. Augustinus lib. 3. de consensu Euangelistarum c. 1. Et sanè necessarium fuit, vt Apostoli priusquam tantum Sacramentũ D è manibus Christi in vltima cœna sumpturi essent, à Christo instruerentur, ne, vt in 26. Matth. adnotauit Chrysostomus, cùm postea erant audituri, *Accipite, & manducate: hoc est corpus meum*, turbarentur, vt iam turbati fuerunt, Io. 6. cùm primum verba de hoc Sacramento à Christo prolata audierunt.

Bellarmin.

D. August.

D. Chrysost.

Ioan 6.

Quintò sequeretur nunquam de hoc Sacramento sumendo præceptum promulgatum esse, nullibi eius excellentiã, & vtilitatem à Christo explicatam, vt de baptismo præstitit; nam in vltima cœna solùm illud instituit,

Sextò exprimuntur hæ veritates Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. his verbis: *Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus*; quæ verba adeò visa sunt clara Luthero, vt cum maximè propensus esset ad hoc Sacramentum negandum, ingenuè fassus sit, se non posse tam manifesto testimonio Christi repugnare, qui vt testatur impio illo opere de abroganda Missa, lõgam de hac re habuit cum dæmone disputationem, qui sophisticis argumentis contendebat Christum non adesse sub sacris speciebus, à quo tamen, vt ipsemet Lutherus testatur, conuinci non potuit: Et certè si hæretici concedere vellent Christum voluisse suum corpus, & sanguinem consecrare, clarioribus verbis explicare non potuisset, quàm quibus de facto explicuit: aut igitur negent hoc fieri potuisse, quod plerique non audent, aut credant hoc factum esse conuicti tam manifesto Christi testimonio. Placet hîc referre quod habet lib. 3. Ecclesiæ militãtis de Trãsubstantiatione c.46. Petrus Cotonus considerat. 1. *Tantum* (inquit) *est interuallum, & discrimen inter ista, Hoc est corpus meum, & hoc non est corpus meũ, vt in mysterio tanti momenti, ac ponderis meritò locus è diuinis litteris poscatur tam luculentus, & expressus pro negante parte, quàm multa clara, & contestata pro aiente proferuntur; & quemadmodum in vno dicitur, Hoc est corpus meum, sic vel vnus locus reperiatur, in quo sit, Hoc non est corpus meum. Vno in loco dicitur, Panis quem ego dabo, caro mea est; vbinam autem perscribitur, Panis, quem ego dabo, non est caro mea? Quod si nimium hoc cupiam fortè videatur, & non satis rationi congruens petitio, proferatur saltem vnica sententia, quæ dicat, Panis quem ego dabo est figura mea carnis. Estne verò simile, vt sapientia paterna compos, & thesauros scientiæ omnes complexus, tam oblitus sui fuerit, aut imbecillitatis nostræ immemor, vt ne verbum quidem ea de re clarum, & perspicuum reliquerit, quod sententijs opponatur, quas multas, & manifestas nos in medium adducimus? & in Sacramenti, atque testamenti nuncupatione per antiphrasim locutus sit; & Hoc est dixerit, cum Hoc non est, vellet?*

Matth. 16. Marc. 14. Luc. 22. — Petrus Cotonus.

Sed aliquas expositiones nullo veritatis fundamento innixas in medium proferunt hæretici supra verba Christi. Et primò aliqui exponunt ponomen, *hoc*, aduerbialiter, pro *hic*, vt sensus sit, hic sedet corpus meum; expositio sanè irrisione digna. Et quis remoculis præsentẽ, cuiusmodi erat corpus Christi, Apostolorum conspectui digito videndam commonstrat? Exponunt secundò verbum, *est*, pro significare; siquidem familiare, inquiunt, erat Christo vti verbo substantiuo pro significatiuo Io. 15. *Ego sum vitis vera, vos palmites*: sed hoc reijcitur communiter ab omnibus, vt repugnans proprietati verborum, vt notat Maldonatus c. 26. Matth. 1. nunquam verbum substantiuum in Scriptura accipi pro significare, sed accipi semper pro vnione extremorum, vndè Grammatici, cum multa verborum simplicium, & cõpositorum figurarum genera esse dicant, nemo eorum in verbo substantiuo figurã esse dixit; sed omnem figuram esse in subiecto, prædicato, vel verbo adiectiuo, vt patet ex ijsdem exemplis, quæ afferũt hæretici; nam illud, *Petra autem erat Christus*, figura non esset in ly, *est*, sed in ly, *petra*, quæ se tenet ex parte prædicati, nã Christus dicitur petra metaphoricè, quia est fundamentum Ecclesiæ: & cum ostensa Herculis imagine dicitur, Hic est Hercules, figura est ly, Hercules, qui cũ propriè significet viuum, transfertur etiã ad significandum figuram viui. Præterea etiam si ly, *est*, esset capax tropi, adhuc tamen in casu nostro non esset tropus, vt fusè ostendit Alan. lib. 1. c. 22. ex varijs circunstantijs huius actionis, & ex ijs, quæ mox subijciam, etiam constabit. Videatur Bellarminus lib. 1. de Sacramento Eucharistico cap. 11. & Vasquez tom. 3. in 3. p. disp. 189. c. 7. nu. 91. Alij non in verbo, *est*, sed in nomine, *corpus*, tropum fingunt, vt nimirum hac voce non significetur corpus Christi naturale, sed aut mysticum discipulorum, aut signum, & figura veri corporis Christi. Alij demum pronomen, *meum*, exponũt possessiuè, vt sensus sit: Hoc ostenso pane est corpus meum: Sed hæc duo postrema commenta apertè refellunt subsequentia verba; *Quod pro vobis tradetur, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum*; atqui non corpus, & sanguis Apostolorum, non panis a Christo creatus, sed corpus, & sanguis Christi pro nobis traditum est.

Ioan. 15. — Maldonatus. — Alanus. — Bellarmin. — Vasquez.

Reliqua verò falsa esse indè constat, quoniam etsi interdum sit licitũ vti metaphoris, in testamento tamen, legibusque condendis nunquam licet, ne tropis, & metaphoris mens testatoris, & legislatoris in dubium reuocetur: Christus autem in vltima cæna leges præscribebat vniuersales Sacramentorum ad totam Ecclesiam; testamentumque condebat, in quo vltimam suam voluntatem declarauit, ergò tanquam Sapientissimus legislator verbis vsus est proprijs, ne in dubium reuocari posset eius mens, vt in alijs Sacramentis, & legibus fecit, quã regulam Augustinus tertio de doctrina Chri-

D. August.

Christiana cap. 10. seruandam docet in diuino sermone, cùm ad morum honestatem, vel ad fidei veritatem refertur. Adde, quòd quando scriptura vtitur metaphoris, ex antecedentibus, & consequentibus constat illam metaphoricè loqui, hic verò nullum est signum figuratæ locutionis.

Secundò probatur principaliter veritas existentiæ Sacramenti Eucharistici ex perpetua, & nunquam interrupta traditione, ab ipsis Apostolis ad nos vsque continuata successione, per manus maiorum delata, quæ in omni ætate, & sæculo vignit, cuius opposita sententia, vt aperta hæresis à fidelibus semper habita, & oppugnata est. Huius traditionis primus oculatus testis fit D. Andreas Apostolus, in cuius vita ab eius discipu- B lis conscripta hæc habentur, *Ego omnipotenti Deo immaculatum agnum quotidiè sacrifico, qui cum sit verè sacrificatus, & verè à populo carnes eius manducata, integer perseuerat, & viuit.* Secundus fit Ignatius, qui & ipse fuit Apostolorum tempore, in cuius ad Smyrnenses Epistola hæc scribuntur, *Eucharistias, & oblationes non admittunt, quòd non confiteantur Eucharistiam esse carnem Saluatoris, quæ pro peccatis nostris passa est.* Tertius fit Clemens Romanus Primus huius nominis Pontifex, & Quartus D. Petri successor lib. 8. Apost. constit. c. 17. vbi Deū alloquens, *Rogamus*, inquit, *vt mittas Spiritum Sanctum tuum super hoc sacrificium testem passionum Domini Iesu, vt ostendat hunc panem corpus Christi tui, & hunc calicem sanguinem Christi tui*, Etc. 21. *Percepto*, inquit, *corpore, & pretioso sanguine Christi &c.* Alios testes huius traditionis, qui per singulas ætates illam confirmarunt, refert Bellarminus lib. 2. de Sacramento Eucharistiæ. Hanc Apostolicam traditionem confirmat praxis Ecclesiastica, quæ semper diligentissimam se exhibuit in pertractando hoc Sacramento. Nam primò antequam fideles sumerent, adorabant, non vt rem præsentās tantùm, sed vt verè continens corpus Christi, vt Theodoretus dixit hæc mysteria adorari, non quia significant, sed quia sunt quæ creduntur. Secundò illud inuocabant. Tertiò diligentissimè cauebant, ne quid frustuli in terram caderet. Quartò non permittebant illud videri ab infidelibus, sed cathecumenis. Quintò signum huius veritatis est antiqua cæremonia, cuius meminit Augustinus lib. 2. de peccatorum meritis c. 26. quòd benedicebatur panis, vt daretur cathecumenis, quem sanctum, Sacramentumq; appellabat Au-

In vita S. Andreæ.

S. Ignatius Martyr.

Clemens Roman.

Bellarm.

Theodoret.

D. August.

A gustinus, *quamuis*, inquit, *non sit corpus Christi*. Quòd si Eucharistia nihil aliud esset, quàm purus panis sola Sacerdotis benedictione sanctus, quid opus erat panem illum benedicere, vt daretur cathecumenis, aut cur hic etiam non appelletur corpus Christi? Sextò demonstrāt calumniam, quam teste Tertulliano in Apol. c. 7. Gentiles Christianis imponebant, quòd ad infantem comedendum congregarentur. Idē testatur Auerroes, qui nos impios appellat, eo quòd Deum nostrum manducemus. Tandem ostendunt tot miracula, quæ Deus in diuersis locis, temporibus, & personis ad hanc veritatem confitendam, & confirmandā operatus est, quorum exempla passim leguntur in historijs, nisi pertinaciter velimus omnem fidem historijs denegare.

Tertiò probatur principaliter ex definitione Ecclesiæ, & Concil. General. existentia Eucharistiæ, seu realis præsentia corporis, & sanguinis Christi sub speciebus panis, & vini. Quod primum docuit hanc veritatem, fuit Nicænum Primum sub anno 330. in cuius actis hæc C leguntur. *Iterùm etiam hic in diuina mensa ne humiliter intenti simus ad propositum panem, & poculum, sed attollentes mentem, fide intelligamus situm in sacra illa mensa agnum illum Dei tollentem peccata mundi, incruentè à Sacerdotibus immolatū, & pretiosum ipsius corpus, & sanguinem nos verè sumentes credere hæc esse nostra resurrectionis symbola.* Secundum est Ephesinum in Epistola Cyrilli ad Nestor. ab ipso Concilio approbatam, quæ habetur tom. 1. Concil. c. 14. *Ad mysticas*, inquit, *benedictiones accedimus, eaq; ratione sanctificamur, vtpotè sacra carnis, & pretiosi sanguinis Christi omnium nostrum Saluatoris participes effecti.* Et paulò post, *Neque enim illam, vt carnem communem suscipimus, sed tanquam verè viuificam, ipsiusque Verbi propriam.* Tertiò exorta hæresi Berengarij, qui primum circa an- D num 1050. publicè præsentiam Christi in hoc Sacramento negauit, definita est hæc veritas in tribus Concilijs, in Vercellensi sub Leone IX. & duobus Romanis sub Nicolao II. & Gregorio VII. per publicam confessionem fidei, & abiurationem contrariæ hæresis ab ipso Berengario factā, vt habetur de consecratione dist. 2. cap. *Ego Berengarius &c.* Quartò definitur hæc ipsa veritas in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. can. 1. his verbis. *Verum Christi corpus, & sanguis in Sacramento Altaris sub speciebus panis, & vini veraciter continetur transubstantiatis pane in corpore, & vino in sangui-*

Tertullian.

Auerroes.

Concilium Nicænum.

Concilium Ephesin.

Concilium Vercellen. & Roman.

Concilium Lateran.

Concilium Viennense.

ac potestate diuina. Quintò eadem veritas stabilitur in Concil. Viennensi Generali sub Clemente V. vbi statuitur festum Corporis Christi, & adoratio illi debita contra Beguardos, & Beguinas.

Concilium Constant.

Sextò eadem confirmatur in Concil. Cõstantiensi generali sub Ioanne XIV. vbi sess. 13. sub pœna excommunicationis prohibetur laicis cõmunicatio sub vtraquè specie. *Cùm firmissimè*, inquit, *credendum sit, & nullatenus dubitandum Christi corpus, & sanguinem tam sub specie panis, quàm sub specie vini veraciter contineri*.

Concil Florent.

Septimò eadem definitur in Concilio Florentino sub Eugenio IV. *Ipsorum*, inquit, *verborum virtute substantia panis in corpus, & substantia vini in sanguinem conuertuntur*.

Conc. Trident.

Postremò hæc veritas ex professo sancitur contra hæreticos nostri temporis in Concilio Tridentino sess. 13. c. 1. his verbis. *Principio docet Sancta Synodus, & apertè, ac simpliciter profitetur, in almo Eucharistiæ Sacramento, post panis, & vini consecrationem, Deum verum, atque hominem, verè, realiter, ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibilium contineri*. Quibus verbis quatuor hæreses cõfutantur. Prima Vbiquistarum, asserentium Christum adesse in hoc Sacramento non virtute consecrationis, sed vbiquitate corporis Christi. Secunda Sacramentariorum negantium Christum verè esse in hoc Sacramento, sed tantùm vt in signo. Tertia Caluini affirmantis Christum non esse in hoc Sacramento realiter, sed solùm fide apprehensum. Quarta Caluinistarum docentium Christum non esse in hoc Sacramento substantialiter, sed per quandam virtutem accidentalem, qua nobis coniungitur.

Quartò probatur principaliter existẽtia venerabilis Eucharistiæ, quæ est præsentia corporis, & sanguinis Christi sub speciebus panis, & vini, ex duplici absurdo. Primum, si Eucharistia non esset nisi purus panis, Ecclesia Christi excederetur in sacrificijs ab antiqua sinagoga; nã hæc præter sacrificium Missæ nullũ aliud habet, quod diuinam recognoscat excellentiam, cùm illa etiam multas, & varias habuerit oblationes, & victimas, quas diuinæ libabat maiestati: Corruerent antiquæ prophetiæ, quibus semper aliquid maius, & excellentius promittebatur in sacrificium Ecclesiæ post aduentum Messiæ, quàm anteà nunquã fuerit, Malach. 1. Zachar. 8. Lege D. Thomam q. 75. art. 1. Quarè rectè Coronus lib. 3. Ecclesiæ militãtis de transubstantiatione cap. 46. considerat. 10. *Si aliud* (inquit) *nihil sit in sacra mensa à Christo in testamento nouo instituta, quàm panis, vinum, & fides, longè illustrius, nobiliusque fuit Manna Sacramentum apud Hebræos, quàm inter Christianos Eucharistia, nam per fidem, vt ait Apostolus, eandem escam spiritualem edebant; quod verò ad signum externum Sacramenti pertinet, manna panem pretio, & dignitate multis partibus superauit; vnda verò à rupe scaturiens longè admirabilior omni vino*.

Malach. 1.
Zachar. 8.
D. Thomas
Coronus.

Secundum absurdum, quod apud omnes maximam vim habet, & hæreticos falsitatis conuincere debet, est intolerabilis error idololatriæ, quã Christus ab incunabilis suæ nascentis Ecclesiæ vsq; ad finem mundi, quousq; duraturum est hoc sacrificium, permisisset in tota Ecclesia, vt in puro pane, & vino adoraretur eius corpus, & sanguis.

Confirmatur, quia quando Christus instituebat hoc Sacramentum, si re vera noluisset sub illo suum corpus relinquere, sed signum tantùm corporis sui, iam indè præuidisset Ecclesiam in hunc errorem lapsuram, & quidem rationabiliter motã ex verbis ipsius hoc satis apertè significantibus, vndè tenebatur ab hoc errore Ecclesiam suam liberare, vtẽdo verbis, ex quibus posset colligi illum metaphoricè loqui, quod cum non fecerit, immò ex toto contextu constat oppositum, manifestè sequitur, de facto suũ corpus in hoc Sacramento consecrasse, vt verba ipsa significant.

Ex dictis conficitur hæc demonstratio moralis. Implicat obiectum illud esse falsum, quod habet ea signa credibilitatis, quæ euidenter moraliter ostendunt, quòd sit à Deo reuelatum; sed mysteriũ venerabilis Sacramenti habet ea signa &c. ergò implicat illud esse falsum; Consequentia sequitur ex recta forma syllogistica; Minor cõstat ex omnibus signis, & rationibus, quas hactenus in confirmationem huius veritatis attulimus, quę omnia simul sumpta faciunt euidentiam credibilitatis, quòd hoc Sacramentum sit à Deo reuelatum.

Maior probatur, quia ad Dei prouidentiam spectat, non permittere tot signa credibilitatis in confirmationem rei falsæ; cum enim naturale sit homini in rebus, quarum euidentiam non habet, eas amplecti vt veras, quæ maiora, & euidentiora habent signa credibilitatis, si in confirmationem rei falsæ tot signa credibilitatis permitteret Deus, quibus redderetur euidenter credibilis res falsa, censeretur moralis causa erroris, cùm abundè non possit homo de falsitate obiecti fieri certus. Nec dici potest, quòd fieri possit certus discursu naturali, quo naturaliter apprehendit im-

pli-

plicantiam huius mysterij, quoniam in rebus fidei, cum superent captum nostri intellectus, prohibemur vti discursu, & nobis iniungitur, vt captiuemus intellectum in obsequium earum, alioquin multa alia mysteria nostræ fidei essent neganda, si ea obliqua lance humani discursus essent examinanda, & probanda.

DISQVISITIO II.

Quid sit Sacramentum Eucharistiæ, seu quæ partes intrinsecè componant hoc Sacramentum.

D. Ambr. Theodoret.

QVoniam verba hæc, *Osculetur me osculo oris sui*, quæ ad Augustissimum Altaris Sacramentū diriguntur, iuxta D. Ambros. & Theodoret. supra cit. notula 1. occasionem nobis præbent, vt paulò antè diximus, indicandi aliqua de huius Sacramenti existentia, & essentia; disquisitione verò præcedenti cū de existentia egerimus, restat vt hìc aliqua attingamus ad eius essentiam spectantia.

Notandum, multa concurrere ad hoc Sacramentum perficiendum; panem, & vinum, vt materiam remotam: verba cōsecratoria; actionem transubstantiatiuā in corpus, & sanguinem Christi, quæ consecratio dicitur, quia per eam consecrantur species, quæ consecratæ sunt proxima materia huius Sacramenti; Christum sub his speciebus realiter contentum; sumptionem Eucharistiæ; gratiam Sacramentalem, quæ nobis media sumptione datur: Certum est autē primum, & vltimum non ingredi essentiam huius Sacramenti; tum quia gratia est effectus, qui solum concurrit, vt terminus; tum quia materia remota nullius Sacramenti essentiam ingreditur: De reliquis sunt variæ sententiæ, qua in re, vt breuitati studeā, plura omittam, quæ videri possunt apud Vasquez tom. 3. in 3. p. disp. 167. Cardinalem de Lugo tom. 2. in 3. p. disp. 1. de Sacramento Eucharistiæ à sect. 2. vsq; ad sect. septimā, Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 42.

Vasquez. Cardin. de Lugo. Suarez.

1. Cōclusio Corpus, & sāguis Christi sunt pars Sacramenti Eucharistię. D. Thomas Vasquez.

Dico primò: Christi corpus, & sanguis sunt pars Sacramenti Eucharistici. Est S. Thomæ in 4. dist. 8. qu. 1. art. 1. quæstiuncula 1. ad secundum. Vasquez cit. tom. disp. 167. c. 6. Suarez cit. tom. disp. 42. sect. 3. & aliorum apud ipsum ibidem, §. Dicendum vero est, qui vel expressè id asserunt, vel affirmant Sacramentum Eucharistiæ constare ex Christi corpore, sanguine, & speciebus, qui modus loquendi apertè significat Christi corpus, & sanguinem esse partem eiusdem Sacramenti.

Suarez.

Probatur primò; Corpus, & sanguis Christi in recto, & in quid prædicantur de hoc Sacramento, ergò sunt pars essentialis illius: Consequentia constat, quia nequit in recto, & in quid prædicari, nisi quod est essentiale constitutiuum rei, antecedens passim docent Patres: Ignatius ad Smyrnenses Eucharistiam appellat carnem Saluatoris. Ambrosius de his, qui mysterijs initiantur cap. vlt. *In illo*, inquit, *Sacramento Christus est, quia corpus est Christi*. Et lib. 4. de Sacramētis c. 5. *Antequam consecretur, panis est; vbi autem verba Christi accesserint, corpus est Christi*. Et colligitur ex verbis Christi Io. 6. *Caro mea verè est cibus, sanguis meus verè est potus*; Si ergò vera est hæc; corpus Christi est cibus, est etiam vera sua conuertens; hic cibus est caro Christi, vt constat ex summulis.

D. Ignatius D. Ambr.

Ioan 6.

Probatur secundò; id, quod spiritualiter nutrit homines, aut est Sacramentū Eucharistiæ, aut est eius pars; sed Christi corpus per modum cibi, & sanguis illius per modum potus, spiritualiter nutrisit homines, vt patet ex pluribus locis Euangelij, ergo Christi corpus, & sanguis, aut sunt Eucharistiæ Sacramentum, aut eius pars: sed non sunt totum Sacramentum, vt constabit ex subsequēti, & alijs conclusionibus, ergò pars Sacramenti.

Objicies primò: Quod est res, & Sacramentum non potest esse pars Sacramenti, vt constat inductione in reliquis; siquidem character, qui in Baptismo, Confirmatione, & Ordine est res, & Sacramentum, non est pars sacramenti, sed eius effectus; Atqui in Sacramento Eucharistiæ Christi corpus est res, & Sacramentum, vt communiter asserunt Theologi, ergò non est pars Sacramenti Eucharistiæ.

1. Obiectio.

Respondeo negando maiorem, neque enim inductione in reliquis Sacramentis constat id, quod est res, & Sacramentum, non esse partem Sacramenti; Nam id, quod in Sacramento significatur tātùm, dicitur res sacramenti tantùm, quod autē significatur, & significat, dicitur res, & Sacramentum. Quarè cum contritio in Sacramento Pœnitentiæ significetur per externam confessionem, & significet gratiam, ideò contritio in

Responsio.

eodem

eodem Sacramento est res, & Sacramentũ; sic igitur corpori, & sanguini Christi ex huius Sacramenti institutione conuenit significari, nempè per verba consecrationis, & significare gratiam, & sic conuenit eidem Christi corpori, & sanguini esse Sacramentum, siue partem Sacramenti, & rem Sacramenti; characteri autem Baptismi, Confirmationis, & Ordinis, non conuenit nisi esse rem Sacramenti, quia illi non conuenit nisi significare gratiam.

2. Obiectio. Obijcies secundò: Sacramẽtum est signũ sensibile, ergò pars illius debet etiã esse sensibilis; Christi autem corpus, & sanguis non habent in Eucharistico Sacramento esse sensibile, ergò non possunt esse pars illius.

B

Responsio. Respondeo distinguendo hanc propositionem; Christi corpus non habet esse sensibile in Eucharistia per se, concedo; non autem habet esse sensibile per aliud, siuè per alteram compartem, idest per species consecratas ipsum significantes, & nego: esse autem sensibile modo prædicto sufficit ad rationem partis Sacramenti, cuius rei apertum est argumentum, quòd etiam dolor internus de peccatis in Sacramento Pœnitentiæ, licèt non sit sensibilis per se, sed tantùm per aliam compartem, idest per confessionẽ externam, adhuc tamen est pars huius Sacramenti.

C

3. Obiectio. Obijcies tertiò: Christi corpus cõtinetur in hoc Sacramento, vt Concilia, & Patres tradunt, ergò Christi corpus contradistinguitur ab eodem Sacramento, aliàs in eo non contineretur.

Responsio. Respondeo: contradistinguitur à Sacramento inadæquatè, finè ratione compartis, concedo; conuenit enim singulis partibus distributiuè sumptis cuiuslibet totius, vt illa ratione contradistinguantur à suo toto: contradistinguitur Christi corpus à Sacramento Eucharistiæ adæquatè, & nego.

2. Cõclusio. Species Sacramentales sunt pars Sacramẽti Eucharistiæ. D. Thomas. Suarez. Vasquez. Dico secundò: species Sacramentales sunt pars Sacramenti Eucharistiæ. Est D. Thomæ 3. p. qu. 74. art. 1. ad 2. & 3. Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 42. sect. 1. §. 3. Vasquez tom. 3. in 3. p. disp. 167. & est communis inter Theologos.

D

Probatur primò: Id, quod est Sacramentum tantùm, & nõ integrum Sacramentũ est, pars Sacramenti, sed species Sacramentales ex Innocentio III. c. 3. de celebratione Missarũ sunt tantùm Sacramentum, sed non integrum Sacramentum, vt constat ex præcedenti conclusione, in qua diximus corpus, & sanguinem Christi esse partem Sacramenti, ergò &c.

A

Probatur secundò ratione: species Sacramentales concurrunt ad constituendum hoc Sacramentum, prout est signum sensibile gratiæ per modum nutrimenti spiritualis, ergò simpliciter sũt pars huius Sacramenti; sicut enim Sacramentum secundùm se, & essentialiter est signum sensibile, ità quod constituit Sacramẽtum in esse signi sensibilis, est pars constitutiua Sacramenti; Antecedens satis patet, quia Sacramentum Eucharistiæ per ipsas species formaliter habet esse sensibile signum nutrimenti spiritualis, neq; enim id habetur formaliter, & immediatè per verba consecrationis, vel per aliud à speciebus.

Probatur tertiò: Sacramentum Eucharistiæ est essentialiter sacrificium, sed vt sacrificium essentialiter constituitur non solùm ex corpore Christi, sed etiam è speciebus, ergò etiam vt Sacramentũ: Maior patet, quia est realis repræsentatio sacrificij cruenti in ara Crucis consummati, vt constat ex illo, *quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis.* Minor habetur in Canone, Hoc est, de consecratione, dist. 2. vbi dicitur, hoc sacrificium duobus constare, visibili alimentorum specie, & inuisibili Domini nostri carne, & sanguine. Sed

Obiectio. Obijcies Patrum propositiones communiter asserentes corpus, & sanguinem Christi esse Sacramentum Eucharistiæ, hæ autem propositiones non videntur posse verificari, si species sint pars eiusdem Sacramenti, sicut nec verè dicitur, materia, vel forma est totum, aut compositum.

Responsio. Respondeo, in illis propositionibus, in quibus dicitur, corpus, vel sãguis Christi est Sacramentum, tunc Sacramentum prædicari de Christi corpore, vel figuratè, vt totum de parte, vel non per modum totius propriè constantis ex partibus, sed per modum entis connotatiui, ità vt sensus sit, corpus Christi est idem cum substrato Sacramentalitatis, sicut cùm dicitur, paries est albus, significatur parietem esse substratum albedinis; ex hoc autem non potest colligi species Sacramentales non esse partes Sacramenti, sicut neq; ex prædicta prædicatione albi de pariete, non sequitur albedinem non esse partem albi.

3. Cõclusio. Verba consecrationis intrinsecè constituunt Sacramentũ Eucharistiæ. Suarez. Dico tertiò: verba consecrationis sũt pars intrinsecè constituens Sacramentũ Eucharistiæ. Hæc conclusio est quamplurimorum Theologorum simpliciter dicentium verba consecrationis ità esse formam Sacramenti Eucharistiæ, vt sint illius intrinsecè constitutiua; Pro hac parte sunt Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 42.

sect.

Valentia. sect. 2. Valentia tom. 4. in 3. p. disp. 1. de Eucharistia sect. 4. vbi existimant hæc esse communem antiquorum Theologorum. Est tamen contra alios à Suarez Vasquez. loco citato relatos, & contra Vasquez tom. 3. in 3. p. disp. 167. c. 3. qui vniuersaliter docent verba consecrationis concurrere ad hoc Sacramentum, nô vt formam intrinsecè componentem, sed vt principium formale effectiuum.

Conc. Florent. Probatur nostra conclusio communiter ex Concilio Florentino in decreto Eugenij IV. vbi Pontifex tractans de Sacramentis in communi asserit illa perfici materia, & forma; & posteà agens de Sacramento Eucharistiæ definit verba consecrationis esse formam eiusdem Sacramenti: Hæc autem doctrina vt manifestè constet, debet verificari saltem de ipso Sacramento Eucharistiæ in fieri.

Catechism. Pij V. Probari etiam potest auctoritate Catechismi editi iussu Concilij Tridentini, & Pij V. parte 2. c. 1. num. 15. vbi dicitur quodlibet Sacramentum confici ex materia, & forma, quam dicit esse verba, forma autem est pars rei, quæ ex illa constat. Et perpendendum est, quòd Pontifex simpliciter dicit verba consecrationis esse formam Sacramenti Eucharistiæ; similiter Catechismus absolutè, & simpliciter asserit formam cuiuslibet Sacramenti esse verba, forma autem simpliciter accepta est forma intrinsecè constituens rem, quam causat, & cuius dicitur forma; siquidem forma non alia ratione potest causare, quàm per modũ partis, siue informando subiectum, vel naturam, & communicando formaliter, & intrinsecè se ipsam rei, cuius dicitur esse forma.

Probatur ratione conclusio: Definitio Sacramenti, nempè esse signum sensibile gratiæ, non conuenit speciebus Sacramentalibus secundùm se sumptis, neque ipsi corpori Christi secundùm se, neque toti constanti ex speciebus Sacramentalibus, & corpore Christi, præscindendo à verbis consecrationis, vt per se patet; sed definitio Sacramenti conuenit toti aggregato ex verbis, speciebus, & corpore Christi, ergò verba sunt pars Sacramenti Eucharistiæ: Consequentia patet, antecedens quoad hoc, in quo est difficultas, probatur; quia species Sacramentales, præscindendo à verbis, non significant corpus Christi, & consequenter neq; gratiam nutrimentalem: similiter nec corpus Christi præscindendo à verbis, licèt existens sub speciebus, habet huiusmodi significationem, idest Sacramentalem, ergò verba consecrationis, tanquam forma, & pars constituunt hoc Sacramentum.

1. Obiectio Obijcies primò ex Vasquez disp. supra cit. c. 3. Eugenius IV. in decreto suprà allegato eodem modo assignat materiam, & formam huius Sacramenti; siquidem simpliciter, & absolutè loquendo assignat materiam, & formam eiusdem Sacramenti; atqui non assignat materiam, quæ sit intrinsecè constitutiua, vel pars huius Sacramenti, siquidem pro materia eiusdem assignat panem, & vinum, quæ sunt materia remota, & extrinseca eidem Sacramento: ergò similiter dum prædictus Pontifex pro forma Sacramenti Eucharistiæ assignat verba consecrationis, rectè potest intelligi de forma extrinseca, quæ videlicet sit principium efficiens eiusdem Sacramenti.

Responsio. Respondeo negando consequentiam: ratio discriminis est, quia per formam non potest intelligi principium effectiuũ Sacramẽti, vt constat ex supradictis; per materiã verò põt intelligi, iuxta cõmunẽ vsum Philosophorũ, tum materia proxima, tum remota, quæ scilicet prærequiritur ad materiam proximam; per materiam enim mixti v. g. iuxta sententiam negantium elementa esse actu in mixto, possunt intelligi elementa, & lignum potest dici materia ignis, nec tamen elementa respectu mixti, aut ligna respectu ignis est materia proxima, sed tantùm remota, & extrinseca.

2. Obiectio Obijcies secundò ex eodẽ Auctore: significatio, & efficacitas instrumentaria Sacramentalis primariò, & proximè vel conuenit tantùm speciebus Sacramentalibus, vel constituto ex speciebus, & Christi corpore, non autem verbis, vel constituto ex verbis, & speciebus; quãuis enim verba significando ponant corpus Christi sub speciebus, non tamen significant, aut efficiunt gratiam Sacramentalem, vt per se patet, ergò nullo modo verba consecrationis sunt pars Sacramenti Eucharistiæ.

Responsio. Respondeo neq; species Sacramentales per se sumptas immediatè significare Christi corpus, vel gratiam Sacramentalem, neq; hanc sensibiliter significari à composito ex speciebus, & Christi corpore, præscindendo à verbis, vt patet, sed illam significari à speciebus immediatè, quatenus constant vnum aggregatum cum verbis, & Christi corpore; sicut igitur hoc sufficit, vt species Sacramentales sint pars Sacramenti Eucharistiæ, ità etiam, quia verba vnà cum speciebus, & corpore Christi significãt gratiam Sacramentalem, id sufficiet, vt verba consecrationis sint pars Sacramenti Eucharistiæ.

Obij-

3. Obiectio Objicies tertiò ex eodem Auctore: Pars formalis, siue causa formalis, & causa efficiens eiusdem compositi non possunt identificari, ergo verba consecrationis, cum sint causa efficiens sacramenti Eucharistiæ, non possunt ulla ratione esse formalis causa, vel pars illius.

Responsio. Respondeo negando antecedens: patet, quia Verbum diuinum est causa efficiens compositi, quod est Christus, & tamen idem Verbum respectu eiusdem compositi, se habet tanquam pars formalis, ergò idem potest verificari etiam de verbis consecrationis, respectu Sacramenti Eucharistiæ. Alij afferunt aliam bonam instantiam de anima rationali, quæ est causa formalis & efficiens partis de nouo additæ homini per nutritionē, vel augmentationem.

Instantia. Dices, Verbum non est propriè pars formalis Christi, ergò instantia allata non est ad rem.

Solutio. Respondeo, nos non dixisse Verbum esse propriè partem formalem Christi, sed tanquam partem formalem illius, hoc est, constitutiuum inadæquatum, instrumentum, & perfectiuum huius cōpositi, quod est Christus; & causam efficientem eiusdem, nempè vnà cum reliquis diuinis personis, atq; hoc sufficit pro instantia, quia si repugnaret causam efficientem rei esse partem formalem eiusdem, non alia de causa repugnaret, C nisi quia principium intrinsecè constitutiuum rei non posset esse causa efficiens illius, eo quòd causa efficiens videatur esse necessariò extrinseca rei, cuius est efficiens, atq; hoc est manifestè falsum, vt constat ex instantia allata.

4 Obiectio Objicies quartò: Sacramentum Eucharistiæ in hoc differe à reliquis, quòd illud sit permanens, transactis enim verbis perseuerat diù Sacramentum, ergò non constat intrinsecè ex verbis, alioquin illis transactis, non maneret integrum Sacramentum, sicut ablata anima, non maneret homo.

Responsio. Respondet huic obiectioni Cardinalis de Lugo dict. disp. 1. sect. 4. Sa- D cramentum Eucharistiæ permanere quidem transactis verbis, quoad id, quod dicit in rectò, non verò quoad id, quod dicit in obliquo; sufficit enim manere id, quod includit in rectò, vt dicatur perseuerare Sacramentū: quarè cùm Eucharistia solùm significet in rectò corpus Christi sub speciebus consecratis, licèt verba consecrationis transierint, verum est manere Eucharistiam, quia manet corpus Christi sub speciebus consecratis, & in eodem sensu verum est dicere, Eucharistiam esse in Altari, licèt nō sint A ibi verba; & sicut obiectum cognitū verè denominari potest à cognitione etiam præterita, & absenti, ita etiam species cōsecratæ possunt sic denominari à verbis præteritis.

Instantia Quòd si vrgeas; In alijs Sacramentis, tam forma, quàm materia importantur in rectò, Baptismus enim est ablutio, & verba, & sic de alijs; ergò in Eucharistia tam forma, quàm materia debent importari in rectò, & per consequens etiam si deinr corpus Christi sub speciebus, si tamen modò non dantur verba, non dabitur modò simpliciter Sacramētum Eucharistiæ.

Solutio. Respondet idem Auctor, quòd licèt in B alijs Sacramentis sit vera doctrina tradita, in Eucharistia tamen patitur exceptionem; nec enim Eucharistia supponitur in rectò pro forma: rationem autem huius exceptionis desumendam esse ex eo, quia illud importatur de connotato, quod significatur per modum alteri adiacentis, seu habiti ab alio: ex quo fit in Eucharistia verba importari de cōnotato, non verò in alijs Sacramentis; cum enim in alijs Sacramentis materia proxima sit aliqua actio transiens, vt ablutio, vnctio, &c. non benè importaretur vt subiectum verborum, quia vna actio non benè concipitur vt subiectum alterius actionis, nec esset maior ratio de vna, quàm de alia; at verò in Eucharistia materia proxima est res permanens, & ideò aptiùs significatur vt accipiens, & habens denominationē à verbis transeuntibus.

Impugnatur Sed contrà hanc doctrinam duo occurrunt. Primum est, quòd quodlibet totum etiam accidentale, sumptum propriè vt totum, dicit in rectò omnes suas partes, neq; aliud dicit in rectò nisi partes suas: hoc autem patet, quia verè dicitur, totum, quod est album, nihil aliud est, quàm subiectum, & albedo inhærens simul sumpta, sunt totum, quod est album. Cùm igitur totum accidentale prædicetur in rectò de omnibus suis partibus collectiuè sumptis, & omnes illius partes collectiuè sumptæ prædicentur in rectò de ipso toto, sequitur quodcunque totum accidētale importare omnes suas partes in rectò: vndè patet, quòd si totum importet aliquid, non tamen in rectò illud sit importatum, non potest dici pars huius totius; sicut v. g. potentia visiua non potest dici pars huius totius, quod est cæcum, nec lux potest dici pars tenebrosi, quia potentia visiua à cæco, & lux à tenebroso importantur solùm in obliquo: sic etiam tempus vespertinum, quia importatur à cœna in obliquo, non potest

potest dici pars cœnæ; nullus enim dicet, eum, qui sumpsit omnes partes cœnæ, sumpsisse etiam tempus vespertinum. Præterea si verba præterita consecrationis possunt dici pars Sacramenti Eucharistiæ, quia importantur in obliquo, seu de connotato, etiam aliquis dicet, quòd simili modo Sacerdos legitime ordinatus poterit dici pars, & quidem formalis, & forma Sacramenti Eucharistiæ, quia importatur in obliquo ab eodem Sacramento, & à forma consecrationis, siue forma eiusdem Sacramenti, quod falsum esse constat, nisi improprijssimè loqui velimus. Quarè cùm prædictus Auctor concedat verba consecrationis importari de connotato, seu in obliquo in Sacramento Eucharistiæ, non videtur propriè saluare, quomodò propriè loquendo verba consecrationis sint pars constitutiua intrinseca Sacramenti Eucharistiæ,

Secundum, difficilè intelligi potest, quomodo simul possint verba consecrationis esse pars intrinsecè componens Eucharistiæ Sacramentum, & non permanere aliquo modo in eodem Sacramento; nec omninò satisfacit dicere, quòd ideò dicuntur pars Sacramenti verba consecrationis, quia ab illis transactis remanet denominatio in speciebus consecratis, sicut esse cognitum retinet denominationem non à cognitione præsenti solùm, sed etiam a cognitione præterita; nam ly esse cognitum in obiecto non habet rationem partis intrinsecè cõponentis.

Responsio quorũdam. Respondent aliqui recentiores diuerso modo, nimirum concedendo verba consecrationis simpliciter accepta, scilicet secundùm suum esse actuale reale, esse partem Sacramenti Eucharistiæ in fieri; eadem verò verba sic similiter sũpra, præscindendo ab omni alio, non esse partem Sacramenti Eucharistiæ in esse permanenti, cõcedunt verò eadem verba, secundùm suum esse virtuale morale, esse formam, siue partem formalem Sacramenti Eucharistiæ in esse permanenti. Quòd non possint verba consecrationis sumpta secundùm suum esse actuale reale, præscindendo ab omni alio, esse pars Sacramenti Eucharistiæ, sic probant; quia verba illa consecrationis, *Hoc est corpus meum*, (quod autem de his dicitur, intelligendum est etiam de verbis consecrationis calicis) præcisè sumpta secundùm suum esse actuale reale, non significant Christi corpus esse, vel permanere sub speciebus panis pro tempore consequenti ad instans, in quo fuerunt absoluta, & completa, ergò ex vi

A eorundem verborum ea ratione sumptorum, Christi corpus non est sub speciebus panis pro tempore prædicto, ergò eadem verba secundùm suum esse actuale reale, non componunt Sacramentum Eucharistiæ in esse permanenti, nequè sunt pars illius in eodem esse permanenti, quia eadem sunt pars Sacramenti, quatenus significant Christi corpus contineri sub specibus panis; quarè si non significant idem corpus contineri sub ijsdem speciebus pro tempore permanentiæ Sacramenti, neq; sunt pars Sacramenti Eucharistiæ pro eodem tempore; vtraq; consequentia est manifesta; Antecedens patet, quia si verba illa, *Hoc*

B *est corpus meum*, præcisè sumpta secundũ suum esse actuale reale significant Christi corpus esse sub speciebus panis etiam pro tempore consequenti ad instans, quo completur Sacramentum, id esset, quia sensus illius propositionis esset huiusmodi, Hoc est, & erit corpus meum, vt manifestè patet; at quia propositio illa non habet huiusmodi sensum, vel significationem; hoc autem primò constat ex ipsis verbis, nam aliud est dicere, *Hoc est corpus meum*, aliud est dicere, Hoc est, & erit corpus meum; illa enim est vnica propositio de præsenti; in hoc verò duplex propositio continetur, altera de

C præsenti, altera de futuro,

Secundò idem probatur, quia verba illa licèt à Sacerdote proferantur in persona Christi, nihil tamen aliud significant, nisi id, quod Sacerdos intendit significare per illa verba, vt certum est; Atqui Sacerdos per illa verba non intendit per se loquendo significare, quòd Christi corpus etiam erit sub illis speciebus pro tempore consequenti ad instans completiuum eorundem verborum; nam per se loquendo intendit significare tantùm id, quod eadem verba per se sonãt: verba autem consecrationis non sonant illud, sed tantùm quòd Christi corpus de præsenti sub speciebus panis sit, vt

D patet. Præterea potest contingere, vt Sacerdos pronuncians verba consecrationis mentem omninò abstrahat à tempore consequenti, ità vt de ipso nihil planè cogitet, & tunc per eadem verba consecrat, vt certum est, ergò Sacerdos per verba consecrationis per se loquendo non intendit significare, quòd Christi corpus erit sub speciebus pro tempore consequenti ad instans completiuum verborum. Deniq; probant idem antecedens, quia aliàs Deus non posset absq; falsitate verborum consecrationis separare post instans terminatiuum prolationis eorundem verborum Christi cor-

pus

pus à speciebus Sacramentalibus, atque ità non posset Deus dicere, nolo amplius esse Christi corpus, v. g. sub his numero speciebus consecratis; & tamen si hoc diceret, atq; ita separaret Christi corpus ab ijsdem speciebus, nemo diceret, Deū dixisse fallum proferendo per Sacerdotem illa verba, *Hoc est corpus meum*, quibus verbis prius eædem species essent consecratæ; sicut si Deus dicat de lapide, Hoc est lapis, & immediatè post conuertat lapidem in lignum, vel de lapide dicat, Hoc non est lignum, remanentibus lapidis accidentibus, censebitur in vtroq; casu dixisse verum, quia dicere, hoc est lapis, vel hoc est lignum, non est dicere, hoc erit lapis, vel lignum etiam tempore consequenti, vel hoc semper erit lignum, vel lapis, donec eius accidentia permaneant, sed illud est tantùm dicere, hoc de præsenti est lapis, vel lignum.

Porrò ijdem Recentiores explicāt esse virtuale morale verborum consecrationis consistere in carentia, seu negatione reuocationis eorundem verborū; quarè dicunt Christi corpus non conseruari præsens sub speciebus panis ex vi illorum verborum, *Hoc est corpus meum*, prout habuerunt esse actualiter in se, quod esse præterijt, sed ex vi eorundem verborum post instans terminatiuum ipsorum virtute, & moraliter permanentium, quæ pro tempore ad illud instans consequenti dicuntur manere virtute, & moraliter, quatenus tunc est negatio reuocationis eorundem verborum, in qua negatione verba ipsa aliquo modo manent, tanquam in aliquo sui, siquidem eadem negatio reuocationis æquiualet ijsdem verbis, prout ipsa habuerunt esse actuale reale in se, quatenus Deus intuitu einsdem reuocationis verborum, Christi corpus primò positum sub speciebus ex vi verborum secundùm suū esse actuale reale sumptorum, conseruat sub ijsdem speciebus pro tempore ad instans terminatiuum ipsorum verborum consequenti, & pro omnibus eius instantibus, donec species panis perseuerant, & quatenus eadem verba prædicto modo manentia pro eodem tempore, & eiusdem instantibus nos mouent ad cognoscendum Christi corpus esse sub illis speciebus, sicuti verba ipsa secundùm suum esse actuale reale mouebant ad cognoscendū Christi corpus esse sub ijsdem speciebus pro instāti terminatiuo prolationis verborum Sacramentalium.

Refellitur. Sed in hac sententia nullo modo placet, quod tanquam fundamentum, cui innititur, affert, nimirū quòd verba illa A consecrationis, *Hoc est corpus meum*, præcisè sumpta secundùm suum esse actuale reale, non significant Christi corpus esse, vel permanere sub speciebus panis pro tempore consequenti ad instans terminatiuum prolationis eorundem verborum. Nam contrà hoc est, quia verba, quibus Christus vsus est in institutione Sacramenti Eucharistiæ, significant existentiam sui corporis, & sanguinis sub speciebus panis, & vini per modum nutrimenti spiritualis animæ; ergò verbū substantiuum, *est*, in illis verbis, *Hoc est corpus meum*, *Hic est Calix sanguinis mei*, significat Christi corpus, & sanguinem esse sub speciebus panis, & vini, non so- B lùm pro instanti terminatiuo prolationis verborum consecrationis, sed etiam pro tempore consequenti ad illud instās, donec species Sacramentales perseuerant. Antecedens probatur ex sacris Paginis, & primò ex illo, *Accipite, & manducate, Hoc est corpus meum*, & ex illo, *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus*. Io. 6. Consequentia proba- Ioan. 6. tur euidenter, nam in instanti terminatiuo prolationis verborum, Eucharisticū Sacramentum non potest in actu exercito esse nutrimentum spirituale animæ, sed tempore subsequenti, quo comestio, seu sumptio fieri potest. Plura contrà prædictum fundamentum videri possunt C apud Cardinalem de Lugo dicta disp. 1. Cardin. de sect. 5. à num. 71. Lugo.

Solutio. Quare prædictæ obiectioni, quæ in ordine quarta est, Respondeo verba consecrationis secundùm suum esse virtuale morale, esse formam, siuè partem formalem Sacramenti Eucharistiæ in esse permanenti: Hoc verò esse virtuale morale dico non consistere in carentia, seu negatione reuocationis verborum eo modo, quo recentiores aliqui, vt vidimus, explicant, sed quia verbum, *est*, substantiuum in illis verbis, *Hoc est corpus meum*, *Hic est sanguis meus*, ita significat poni præsentiam corporis, & sanguinis Christi sub speciebus, non solùm pro instanti D terminatiuo prolationis verborum Sacramentalium, sed etiam pro tempore ad illud instans consequenti, donec species Sacramentales perseuerant. Fauēt huic nostræ opinioni plures Theologi, asserentes species Sacramentales esse de ratione intrinseca Sacramenti Eucharistiæ, & haberi formaliter per verba, vt significent corpus, & sanguinem Christi, vel gratiam, quæ significatio competit speciebus etiam dum Sacramentum est in esse permanenti.

Hanc autem permanentiam moralē, & virtualē verborum cōsecrationis post instans

instaos terminatiuum prolationis eorundem verborum hoc exemplo explicari potest. Sit Rex, qui profusa regia munificentia velit distribuere subditis frumentum, & vinum hac lege, vt statim ac ipse, vel ipsius nomine præco protulerit hæc verba. Distribuatur frumentum, & vinum quibuscunq; personis ad ædes nostras confluentibus pro toto tempore, quo fax accensa durabit. Sanè verba illa expressiua voluntatis Regis largiendi vinum, & frumentum, transacta eorum prolatione, perseuerabunt sub illa duratione facis interpretatiuè, seu virtualiter, & moraliter pro toto illo tempore, quo fax accensa durabit, ità vt supposita Regis fidelitate non possit sine illius violatione retractari dicta voluntas Regis, & consequenter nec auferri moralis, & virtualis duratio verborum dictæ voluntatis expressiuorū, pro eo tempore, quo fax accensa durat. Sic Christus pro regia sua munificentia, & ad ostendendas diuitias sui ergà nos amoris instituit, vt verba consecrationis per suum ministrū, idest Sacerdotem prolata in persona ipsius, vt sint in signum existentiæ sui corporis existentis sub speciebus Sacramentalibus per modum nutrimenti spiritualis pro toto tempore, quo species ipsæ conseruantur; nec potest Christus reuocare (supposita illius fidelitate inuiolabili) verba consecrationis super illam materiam nuper prolata, cuius extant species Sacramentales, & sic in illis moraliter, & virtualiter perseuerant transacta verba consecrationis. Et ex his patet, quomodo verba consecrationis secundùm suum esse virtuale, & morale sint pars formalis Sacramenti Eucharistiæ in esse permanenti, quia nimirum habent vim significandi Christi corpus contineri sub speciebus pro tēpore, quo idem Sacramentum est in esse permanenti; etenim si fidelis interrogetur, vndè cognoscat Christi corpus sub his, vel illis speciebus Sacramentalibus, pro tempore consequenti ad fieri Sacramenti Eucharistiæ, rectè respondebit, se id cognoscere ex prolatione verborum consecrationis facta à legitimo Sacerdote super legitimam materiam ex Christi institutione volentis, vt suum corpus, & sanguis per modum nutrimenti spiritualis nostri sint sub speciebus sacris post prolationem verborum consecrationis pro toto tempore, quo species conseruantur.

4 Cõclusio. Sūptio Sacramēti Eucharistiæ nō est pars Sacramenti. D. Thomas Coninchus

Dico quartò, sumptionem Sacramenti Eucharistiæ non esse partem eiusdem Sacramenti. Ita D. Thomas quæst. 78. art. 1, ad 2. Coninch. ad finem dubij propositi in art. primum qu. 78. D. Thomæ Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 42. sect. 4. §. Dicendum verò primum, & alij apud ipsum. Est verò contrà Aureolum in 4. dist. 8. qu. 1. art. 1. affirmantem Eucharistiam, vt est purum Sacramentum, essentialiter constitui speciebus, verbis, & vsu Sacramentali; Videtur etiam esse contrà Gabrielem, qui in 4. dist. 8. q. 2. art. 1. etsi doceat species panis, & vini, vt Christi corpus, & sanguinem continent, esse Sacramentum, art. tamen 3. dub. 2. sub formidine asserit etiam consecrationem, & comestionem esse duo alia Sacramenta à primo distincta, quoniam singulis conuenit definitio Sacramenti, omnia dici vnum aggregatione, & ordine ad vnum finem proximum, qui est spiritualis refectio, sicut ordines dicuntur vnum Sacramentum per respectū ad Presbyteratum.

Suarez. Aureolus. Gabriel.

Fundamentum nostræ conclusionis est, quia antè sumptionem est essentialiter integrum. Constat ex Concilijs, quæ illud appellant absolutum Sacramentum etiam antè sumptionem; non esset autem essentialiter integrum, si sūptio esset pars essentialis. Vndè Concilium Trident. sess. 13. cap. 3. tractans de excellentia huius Sacramenti, super reliqua docet illud perfici antè vsum; reliqua verò tunc accipere vim sanctificandi, cùm illis vtimur. Probatur ratione, quia Eucharistia antè sumptionē, & vsum habet omnia requisita ad Sacramentum; siquidem species substantes consecrationi, siuè realiter, siuè moraliter præsenti, sunt signum corporis Christi, prout est cibus animarum, & ipsum Christi corpus vnà cùm speciebus Sacramentalibus est signum sensibile gratiæ sanctificantis ad modum nutritionis, sed hæc sufficiunt ad rationem completi, & perfecti Sacramenti, ergò non est pars Sacramenti Eucharistiæ. Sed

Concil. Triden.

1. Obiectio

Obijcies primò; vsus in reliquis Sacramentis est pars eorum essentialis, vt constat inductione per illa omnia; ergò idem etiam dicendùm est de sumptione Eucharistiæ, quæ est ipsius vsus.

Responsio.

Respondeo negando consequentiam. Ratio disparitatis est, quia vsus in reliquis Sacramentis per se primò est institutus ad significandum, & sanctificandum; In baptismo enim v. g. non aqua secundùm se, sed vsus aquæ, siue ablutio, est per se instituta ad significandum, & sanctificandum, alioquin si aqua baptismalis secundùm se ex Christi institutione haberet vim sanctificandi, tunc etiā absq; legitima intentione ministri baptizantis, aquæ applicatio ablueret, &

sanc-

sanctificaret animam, neq; ad validitatem baptismi esset necessaria ablutio facta ab alio. Contrà verò Christi corpus ex eius institutione, vt colligitur ex illis verbis Io. 6. *Caro mea, verè est cibus, & sanguis meus verè est potus*, vnà cum speciebus Sacramentalibus habet rationem Sacramenti per se loquendo per modum cibi supernaturalis, sicuti panis per se loquendo etiam antè comestionem habet rationem cibi naturalis. (Ioan. 6.)

(2. Obiectio) Obijcies secundò; Quod complet Sacramentalem significationem, est pars Sacramenti, sed sumptio ita se habet respectu Sacramenti Eucharistiæ, siquidem idem Sacramentum non confert gratiam antè sumptionem, ergò sumptio est pars Sacramenti Eucharistiæ.

(Responsio.) Respondeo negando minorem: Sacramentum enim Eucharistiæ non confert gratiam antè sumptionem, non quidem eo quòd exigat sumptionem tanquam aliquid sui constitutiuum in ratione instrumenti productiui gratiæ, sed tanquam applicationem, vel conditionem necessariam ad actu producendum effectum; sicut & ignis ad comburendū exigit approximationem, non tanquam rationem sui intrinsecè constitutiuam, siuè completiuam in ratione combustiui, sed tantùm vt conditionem necessariam ad comburendum.

(Instantia.) Instabis, dum Christus in Euangelio dicit, *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum*, sumptioni Eucharistiæ tribuit vim effectiuam nutritionis spiritualis, ergò sumptio Sacramenti Eucharistiæ est pars eiusdem Sacramenti.

(Solutio.) Respondeo negādo antecedens; verba enim Christi tantùm significant manducationem, & sumptionem Eucharistiæ tanquam conditionem, & applicationē exigi adhoc, vt idem Sacramentum actu nutriat, & conseruet vitam spiritualem; sicut cùm dicitur, qui manducat cibum, viuit, qui non manducat, non potest viuere, tunc manducationi non tribuitur nisi ratio applicationis necessariæ ad hoc, vt cibus naturalis nutriat.

(5. Cōclusio. Consecratio non est pars forma lis intrinseca Sacramenti Eucharistiæ.) Dico quintò consecrationem, siuè actionem transubstātiatiuam non esse partem formalem intrinsecam Sacramenti Eucharistiæ.

Fundamentum est, quia consecratio, seu actio transubstantiatiua est via ad Sacramentum; via autem non est pars formalis, seu ratio constitutiua termini: nō enim effectus constituitur per actionem, qua producitur, cuius ratio est, quia actio transit, terminus permanet; non potest autem ens permanens essentialiter constitui per aliquid, quod transit.

Confirmatur, quia possunt circa idem numero Sacramentum variari actiones, vt si fiat medio instrumento, vel à solo Deo: actiones enim variantur, variato agente, ergò nequit actio esse forma essentialiter constitutiua huius Sacramenti, aliàs variata actione variaretur Sacramentum, sicut quia reliqua Sacramenta essentialiter constituuntur actione, variata actione variaretur numero Sacramentum.

Obijcies ex D. Thoma 3. p. qu. 78. ar. 1. ad 3. & in 4. quæstiuncula 1. affirmante hoc Sacramentum esse ipsam sanctificationem materiæ, per quod distinguitur ab alijs Sacramentis, quæ consistunt in vsu materiæ consecratæ, non in ipsa consecratione materiæ. (Obiectio. D. Thomas.)

Respondeo dixisse D. Thomam Eucharistiam esse ipsam sanctificationem materiæ, quia per hanc immediatè attingitur hoc Sacramentum, sicut per actionem immediatè attingitur terminus, vndè hic non dixit esse ipsam consecrationem materiæ, sed perfici in ipsa consecratione materiæ, quod importat habitudinem viæ, & per hoc rectè ab alijs Sacramentis distinguitur, quæ non perficiuntur consecratione, tanquam via proxima, & immediata, sed remota, & mediata, & ideò in illis dicitur Sacramentale, quia non pertinet immediatè ad Sacramentum, vt consecratio ad Eucharistiam. (Responsio)

Oleum effusum nomen tuum: ideò adolescentulæ dilexerunt te. Vers. 2.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

Celebrat Sponsa dilecti sui singularem lenitatis, & misericordiæ dotem, vulgari symbolo olei designatam, ob quam amorē plurium adolescentularum facillimè sibi conciliauit; nihil enim ita hominem omnibus amabilem reddit, sicut clementia, & misericordia. Vndè peruenustè Polyb. lib. 4. *Tantum mansuetudo, atque benignitas Principum potest, vt non solùm cum sunt præsentes, verùm etiam maximo internallo disiuncti, quosdam quasi fomites amoris, & beneuolentiæ erga se in pectoribus hominum relinquunt*. Cicero lib. 5. Epist. famil. Caio Cassio. *Omnibus*, inquit, *est odio crudelitas, & amori pietas, & clementia.* (Oleum misericordiæ symbolum. Polybius. Cicero.)

Porrò

Porrò dictio, *effusum*, significat non vulgares, sed copiosos misericordiæ, & beneficentiæ effectus. Quarè sponsa sic dilectum suum alloqui videtur. O mi spōse adeò in lenitatem, & misericordiam propensus es, adeò studiosè occasiones quæris, quibus te manifestes indulgentem, & beneficum, vt tu ipse instar odoriferi vnguenti liquescere videaris, & sic mirifica vi penetras, & delinis omnium corda, vndè non me solam, sed ipsas quoque adolescentulas, idest famulantium puellarum turmas in tuum amorem pertraxisti.

Oleum effusum nomen tuum.

Enucleatur sensus Eucharistiam respiciens.

NOTVLA PRIMA.

Christus in Eucharistia misericordiam suam nequit continere, quin largissimè effluat in eos maximè, qui sacro illo cibo vescuntur.

QVIA vsquequaq; misericordia copiosa in Sacramento Eucharistiæ diffluit, Christus ideò oleum effusum dicitur. Accipitur autem hìc nomen pro re, quod sæpè
Apocal. 3. fit in sacris Paginis. Apoc. 3. *Habes pauca nomina in Sardis*; & subnectit, *qui non inquinauerunt vestimenta sua.* Illud, *qui*, non tam refert nomen, quàm qui nominibus subsunt; De qua re plura eruditè
Sanctius. congerit Gaspar Sanctius in hunc locum. Porrò dictio effundendi, largitatem maximam indicat; vt optimè adnotauit Dydimus hunc locum exponens lib. I.
Dydimus. de Spiritu Sancto post medium. *Significat autem*, inquit, *effusionis verbum largam, & diuitis muneris abundantiam.*

Ioseph ergà fratres, quos conuiuio
Gen. 43. refecerat, Gen. 43. tanta pietate, & indulgentia afficiebatur, vt non vltrà se
Gen. 45. posset cohibere, ex sacro textu, Gen. 45. vndè pluribus clementiæ officijs se beneficum fratrem declarauit. Sed sicut Ioseph fratres conuiuio excipiens Christū referebat Eucharistica alimonia pascentem fideles, ità ille Iosephi redundans clementiæ, & pietatis affectus in fratres

A delineauit affluentiam diuinæ misericordiæ, quam Christus in sacra mensa retinere nequit, quin affluenter excurrat ad conuiuas. Christus in Eucharistia suam misericordiam retinere nequit, quin effluat ad conuiuas.

Adolescens ille absumpta prædiuiti substantia ad saniorem mentem redactus, vt pane in domo paterna vescatur, ad patrem remeat: hunc vt benignus genitor redeuntem à longè vidit, vim prędominanti misericordiæ non potuit inferre, ab ea extimulatus celerrimè accurrit, ab ea tandem victus, & veluti viribus destitutus corruit in amplexum, & osculum filij; ad eius ornatum, annulū, & vestes afferri mandat, atq; ad eius refectionem, parari iubet ex vitulo sagi-
B nato lautum symposium. *Cùm autem adhùc longè esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Dixitq; ei filius: Pater, peccaui in Cælum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos: Citò proferte stolam primam, & induite illū, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius, & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur.* Luc. 15. O egregium simulacrum diuinæ misericordiæ præualentis in pientissimo Patre Domino Iesu Christo, dum nos filios Eucharisticum panem esurientes excipit, vt sacrosancta
C Eucharistia saginet. Luc. 15.

Panes azymi, qui ex diuino præscripto in sacrificium offerri debebant, oleo conspergendi erant, similiter & lagana oleo linienda. *Cùm autem obtuleris sacrificium coctum in clibano de simila, panes scilicet absq; fermento conspersos oleo, & lagana azyma oleo lita.* Leuit. 2. Sed cur oleum non intùs etiam admiscebatur? offæ enim vt gratiores gustui reddantur, dum conficiuntur, intùs oleum, vel butyrum, vel aliud genus condimenti apponi, & commisceri solet. Panis ille, & lagana Eucharisticum panem præsignabant, oleum autem diuinam misericordiam huic adiunctam, quæ cùm in-
D tercludi renuat, gestiat verò se patefacere, ad hoc indicandum aptissimus typus fuit panis oleo extrinsecùs conspersus, & lagana similiter extrinsecùs oleo delinita. Leuit. 2. Panes azymi, & lagana oleo cōspersa typus Eucharistiæ diuinam misericordiam effundentis in fideles.

D. Thomas 3. p. qu. 74. art. 3. agens de materia Eucharistici Sacramenti, quę est panis triticeus, sic sibi obijcit. *Videtur*, inquit, *quòd non requiratur ad materiam huius Sacramenti, quòd sit panis triticeus. Hoc enim Sacramentum est rememoratiuum Dominicæ passionis; sed magis videtur esse consonum Dominicæ passioni panis hordeaceus, qui est asperior, & de quo etiam* D. Thomas

Chri-

Ioan. 6. *Christus pauit turbas in monte, vt dicitur Io. 6. videtur ergò, quòd panis triticeus non sit materia propria huius Sacramenti.*

Respondet. *Dicendum ergò, quòd panis hordeaceus competit ad significandum, tum duritiem veteris legis, propter duritiem pa-*

D. August. *nis; tum etiam quia, vt Augustinus dicit in libro 83. quæstionum, hordei medulla, quæ tenacissima palea tegitur, vel ipsam legem significat, quæ ità data erat, vt in ea vitale animæ alimentum corporalibus Sacramentis obtegeretur, vel ipsum populum nondum expoliatum carnali desiderio, quod tanquam palea cordi eius inhærebat. Hoc autem Sacramentum pertinet ad suaue iugum Christi, & ad veritatem iam manifestatam, & ad populum spiritualem. Vnde non esset materia conueniens huius Sacramenti panis hordeaceus.*

Sed præter mysteria à S. Doctore adnotata, hoc etiam innui credo, quòd quia hordeum tenacissima palea regitur, difficilè ab ea exit, frumentum verò facillimè à palea excutitur, atque ob id panis ex tritico confectus, & non ex hordeo accommodatior fuit materia Eucharistiæ, vt hac etiam significaretur, quòd Christi misericordia in hoc Sacramento non tenaciter cōcluditur, sed promptissimè communicatur.

Panis triticeus, non hordeaceus materia Eucharistiæ, quia Christi misericordia in hoc Sacramēto non tenaciter includitur, sed facillimè effluit.

Petra illa, quæ Israelitico populo aquas suppeditauit affluenter, Christum in Eucharistia præfigurauit, vt plures Doctores affirmant; & non obscurè insinnauit Apostolus 1. ad Corinth. 10. *Et omnes eundem potum spiritalem biberunt (bibebant autem de spiritali, consequente eos petra: petra autem erat Christus.)* Perpendendum illud, *consequente*, siuè quia saxum proficiscentes Israelitas comitabatur, vt volunt nonnulli, siuè quia fons è lapide manans eosdem insequeretur, vtroque enim modo patet, quàm paratum, & pronum erat illud subsidium, quo appositè adumbratum fuit fluentum diuinæ misericordiæ quàm spontè fluidum in homines. Pulchrè D. Cæsar. Arelatensis hom. 7. de passione. *Bibebāt (inquit) de consequenti eos petra; vides quòd qui de Christi gratia biberit, sequitur eum Christi misericordia.*

Petra, quæ Israelitico populo aquas suppeditauit, figura Christi in Eucharistia.

1. ad Corinth. 10.

D. Cæsar. Arelatensis.

Misericordia Christi sequitur eū, qui de Christi gratia biberit.

Postquam locupletauit amplissima benedictione Isaac filium suum Iacob, Gen. 27. Esau aliam ab eo benedictionem postulanti respondit, *Frumēto, & vino stabiliui eum, & tibi post hac fili mi vltrà quid faciam?* quibus verbis significauit vberiori misericordia hominem non posse ditari illa, qua in Eucharistia donatur. Audiendus est hic Paschasius de corpore, & sanguine Christi cap. 21. *Quod est, inquit, apertè dicere, firmaui eum panè corporis Christi, & vino sanguinis, in quibus illi æterna maneat abundantia: tibi autem fili vltra quid faciam? Quid igitur? tantus ac talis Dei cultor si nihil inuenit filio vltra, quod præbeat, nisi eadem illi votis imploret: putasne, quod absit, si fueris indignus tanta gratia, vllis quòd polleas bonis, vltrà quam nihil amplius in hac vita præstatur?* Quasi dicat, si misericordiæ abundantia, quam in Eucharistiæ Sacramento effundo, abuteris, de te actum erit, quia vberior non datur.

Gen. 27.

Vberiori misericordiā nō potest ditari homo, quā in Eucharistia.

Paschas.

A

Hanc misericordiam Christi in Eucharistia quàm benè Beatissima Virgo contemplaretur, perpendit Gerson super *Magnificat* tract. 9. part. 3. *Contemplabatur, inquit, cum exultatione spiritus Eucharistiam in templo, iubilansque dicebat: Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. Suscepimus olim misericordiam hanc visibiliter me præsentante, Symeone recipiente, Anna prophetante. Etenim Deus meus misericordia mea. Suscepimus hanc eandem Sacramentaliter quotidiè, si volumus in medio templo cordis nostri. Itaque templum Dei sumus. Nos quæramus sapientiam accusantem, non iustitiam damnantem, non potentiam punientem, sed misericordiam absoluentem. Suscepimus eam Sacramentaliter quotidiè mirabilis in excessu facientem.* Summa in sacrosancta Synaxi diuinæ misericordiæ propensio se insinuandi in nobis innotuit euentu illo admirando, quem Alphonsus Salmeron tom. 9. operum tract. 31. recenset, *Religiosum quendam, aiт, vivum periculosè laborantem postulasse sanctum viaticum, quod cum allatum fuisset, & ob frequentem vomitum non posset assumere, sed tantùm adorare, rogauit Sacerdotem, vt Christi corpus inuolutum sacro linteo cordi eius admoueret, quod cùm fecisset Sacerdos, corpus Domini penetrauit in cor eius, & ità compos desiderij sui ex fide magna profecti, non minus quàm hæmorrhoissa tangens Domini fimbriam, factus est.*

Gerson.

Misericordiam Christi in Eucharistia contemplabatur B. V.

B

C

Alphons. Salmeron.

D

PVN-

PVNCTVM THEOLOGICVM

De effuſione Diuinæ Gratię, quæ fit in Euchariſtica menſa.

DISQVISITIO I.

An Euchariſtia conferat augmentum gratiæ communicanti conſtituto in ſtatu gratiæ, etiamſi careat actuali deuotione.

Concluſio. Euchariſtia cõfert augmentũ gratiæ cõmunicanti in ſtatu gratiæ, ſed carenti actuali deuotione.

DIco, medianre Euchariſtico Sacramento, diuinam miſericordiam veluri ſpontè inſtar olei effuſi, ità excurrere, & ſe inſinuare, vt augmentũ gratiæ transfundatur in communicantem, exiſtentem quidem in graria, ſed carentem actuali diſpoſitione, ſeu deuorione. Probarur: Sacramẽrum hoc eſt inſtitutum ad conſeruandã, C & augendam viram ſpiritualem, quod fit per nouam grariæ collationem. *Qui mãducat me, & ipſe viuet propter me*, dicit Chriſtus, ergò ex ſua inſtitutione hoc Sacramentum non prærequirit in ſuſcipiente ad conferendum prædictum effectum, niſi viram ſpiritualem, quæ cùm poſſit eſſe ſine actuali deuotione, conſtat hanc non neceſſariò exigi; ſed neq; ex præcepto Eccleſiaſtico requiritur prædicta actualis deuotio in communicante, ergò nullum eſt fundamentum exigendi eam ranquam neceſſariam diſpoſitionem in ſumente Euchariſtiam ad conſequendũ illius effectum.

Confirmatur primò, quia diſpoſitio D ad dignè communicandum, & conſequenter ad effectum dignę communionis conſequendũ eſt illa, quã requirit ex D. Paulo Concilium Tridenr. ſeſſ. 13. cap. 3. (Concil. Triden.) *Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat &c.* Sed hæc conſiſtit in hoc, *vt nullus ſibi conſcius peccati mortalis, quãtumuis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa Sacramentali confeſſione ad ſacram Euchariſtiam accedere debeat.* Ex quibus verbis nulla colligitur obligatio actualis diſpoſitionis, immò colligitur, quòd prædicta probatio ſufficit ad dignam manducationem, per quam homo viuat

A propter Chriſtum.

Confirmatur ſecundò: Conciliũ Florent. ſeſſ. 25. cap. 4. (Concil. Florent.) dicit non eſſe damnandam antiquitatem, ſi mos dandi Euchariſtiam infantibus, in quibuſdam locis aliquando ſeruatur, eo quòd Sanctiſſimi illi Patres ſui facti poſſibilem cauſam pro illo tempore habuerunt; hoc autem non eſſet admittendum, niſi hoc Sacramentum haberet vim conferendi gratiam etiam nullam habentibus actualem diſpoſitionem, quæ neceſſariò præſupponit rationis vſum. Pro qua doctrina plura videri poſſũt apud Suar. in 3. p. (Suarez.) tom. 3. diſp. 63. concluſ. 2. ſect. 3. in quæſt. 79. 3. p. D. Thom. dub. 1. Fagun- (D. Thomas)
B dez de præceptis Eccleſiæ lib. 3. cap. 8. (Fagundez.) num. 8. Cardinalem de Lugo de Sacramento Euchariſtiæ diſp. 14. ſect. 3. (Cardin. de Lugo.) Verùm cum maieſtas huius venerabilis Sacramenti ſummam exigat reuerentiam, ideò Patres meritò inculcant, vt accedentes ad Euchariſticam menſam feruorem, & deuotionem prius ſtudeant in ſe ipſis excitare; quarè grauiter reprehendendi ſunt, qui hoc ſacrum ferculum repidè ſuſcipiunt, quia non exhibent auguſtiſſimo Altaris Sacramento congruũ obſequium: & licèt, vt diximus, recipiant gratiam in non ponendo obicem lethalis culpæ, non ea tamen vbertate illius
C gratiæ ditantur, quam reportant communicantes actualiter deuoti.

DISQVISITIO II.

An Euchariſtia aliquando conferat primam gratiam non ponenti obicem.

Concluſio. Euchariſtia quandoque confert primam gratiã per accidẽs.

DIco, quamuis hoc Sacramentum non ſit per ſe primò inſtitutum ad remiſſionem peccati mortalis, vndè cum talis peccati conſcientia non licet ſumere hoc Sacramentum, vt conſtat ex Concil. Trident. (Cõcil. Trident.) ſeſſ. 13. cap. 3. conferre tamen primam grariam quandòque per accidens, ſcilicet cum quis non eſt in ſtatu gratiæ, ſed exiſtimat prudenter ſe eſſe in gratia, eo modo, quo infra declarabimus, & Euchariſtiam ſumat: Et hæc eſt quædam alia admirabilis diuinæ miſericordiæ, & gratiæ effuſio in Euchariſtia. Fauet Auguſtinus de Eccleſiæ dogmat. cap. 53. (D. Auguſt.) *Si mens* (inquit) *in affectu peccandi eſt, grauatur magis in Euchariſtiæ perceptione*,

in

quàm purificatur. Quamuis enim Christus in potestate habeat ac virtute, etiam talem expiare, non decet tamen, quoniam impedimentum obycit, nec parat viam Christo, sed quantum in se est, obstruit. Quòd si operam, quam potest, peccator nauarit, vt domum suam Christo recipiendo decoram, & congruentem reddat, quamuis non qua decet, fulgeat dignitate, & munditia, quamuis etiam aliqua mortifera peccata relinquantur in homine, tamen si eorum non tangitur conscientia, nec appetitione, vel quia oblitus est sine lata culpa, ac supina socordia, vel putat de ipsis satis se dolere, licèt non ad sufficientiam doleat, & interea à Christo præsente precatur veniam, suamque indignitatem quibus potest modis confiteatur, tunc Sacramentum hoc creditur illa expiare vi sua, quandoquidem homo fecit quod potuit; neque plus ab ipso Deus exigit, quā sine fictione valeat præstare.

D.Anton.

D. Antonin. 3. p. tit. 14. §. 6. *Per hoc etiam quoq; remittitur peccatum mortale, non quidem illud, cuius quis conscientiam habet, cum accedit ad ipsum, sed talis aliud tunc committit mortale, sed illud, cuius conscientiam, & affectum non habet: forte cum primò non fuit sufficienter contritus, sed deuotè, & reuerenter accedens per hoc Sacramentum gratiam recipiet, quæ perficiet contritionem, & sic consequetur remissionem, & sic intelligitur illud Gregorij, sit ablutio scelerum.*

D.Thomas

D. Thomas in cap. 2. Io. lect. 6. in fine, vbi expressè, vt patet, docet, non solùm Baptismum, Pœnitentiam, sed etiam Eucharistiam, Extremam Vnctionem, & reliqua Sacramenta cōferre remissionem peccati mortalis, si antè ipsorum susceptionem dolor de peccato non fuerit sufficiens ad eius remissionem, dummodò non sit fictio in suscipiente.

Caro Christi viuificatrix.

Cyrill. Alexand.

Præterea sæpiùs Christus in reddenda ægris sanitate, & præsertim in vita defunctis restituenda, solitus erat non solùm vti verbis, sed & adiuncto manus tactu, vt nimirum intelligeremus carnē eius viuificatricem esse; Vndè Cyrill. Alexand. lib. 4. in Io. c. 14. *Quoniam igitur* (inquit) *Saluatoris caro Verbo Dei, quod naturaliter vita est, coniuncta, viuifica effecta est, quando eam comedimus, tunc vitam habemus in nobis, illi coniuncti, qua vita effecta est.* Et subnectit. *Hac de causa in suscitandis mortuis, non solummodo verbo, atque imperio vt Deus vtebatur, verùm etiam carnem suam quasi cooperatricem nonnunquam adhibebat, vt re ipsa ostenderet carnem quoque suam, quoniam sibi coniuncta est, viuificam esse.*

Præterea Patres interdum vniuersaliter docent per hoc Sacramentum auferri omne peccatum, omnem animi morbum, & omnia mala, vt S. Ignatius epist. ad Ephes. Chrysostom. hom. 4. in Matth. Cyrill. lib. 4. in Io. c. 16. & 17. Damasc. lib. 4. de fide c. 14. & alij apud Suar. in 3. p. tom. 1. disp. 63. sect. 1. post primam conclusionem. §. Sed contra hanc conclusionem. Huiusmodi autem Sanctorū Patrum dicta saltem probabiliter possūt referri ad illum casum, in quo quis cum peccato mortali bona fide accedit ad hoc Sacramentum; ex quo patet, quidquid aduersarij dicant, nostram conclusionem habere fundamentum in Patribus. In cuius rei comprobatione sic discurro. Hoc Sacramentum habet vim producendi augmentum gratiæ in subiectis non ponentibus obicem, ergò & conferendi primam gratiam, si respectu illorum non ponatur obex. Huius consequentiæ ratio generalis est, quia virtus sufficiens ad intendendam formam, est etiam sufficiens ad producendam illam primò, si non est aliquis obex. Constat causarum naturalium inductione, vt v.g. corpus luminosum, quod potest augere lucem in aere iam illuminato, potest etiā producere illam in aere non illuminato, & quidem vt causæ naturales habent illam vim ex natura, ità hoc Sacramentū habet illam vim in eleuatione, & virtute supernaturali. Colligi hoc idem etiam posset ex ratione intensionis, nam quocunq; modo fiat intensio, non potest intelligi per actionem agentis intendi formam, quin producatur forma; nam si intensio fit per maiorem radicationem in subiecto, adhuc illa radicatio non potest intelligi, nisi quatenus forma sit magis inhærens in subiecto, vel per additionem gradus ad gradum, & tunc primus gradus, vel est æqualis secundo, vel certè perfectior, vndè potens producere secundum, poterit & primum. Corroborari etiam potest noster discursus sic ratiocinando; sicut Sacramenta per se instituta ad primam gratiam, si illam inueniant in subiecto, dant augmentum gratiæ; ita Sacramentum Eucharisticum per se quidem institutum ad dandum augmentum gratiæ, si non inuenit gratiam in subiecto non ponenti obicem, dat primam gratiam. Confirmatur, quia etiam Sacramentum Extremæ Vnctionis, quamuis viuorum sit Sacramentum vtpotè institutum ad modum medicinæ, peccata tamen mortalia per accidens remittere potest, si suscipiatur bona fide, & cum supernaturali attritione de ijsdem peccatis, ergò similiter Sacramentum Eucharistiæ, licèt sit viuorū Sacramentum, idem præstare poterit in ijsdem circunstantijs, maximè cùm in

D. Ignatius. Chrysost. Cyrillus. Damascen. Suares.

hoc Sacramento adsit ipsemet Christus, fons vitæ, & gratiæ, atq; omnium Sacramentorum auctor.

Bellarmin.

Quòd verò Sacramentum Extremæ Vnctionis habeat prædictam vim, est communis sententia, vt probat Bellarminus de Sacramento Extremæ Vnctionis cap. 8. Et colligitur etiam ex illis Iacobi verbis, *Si in peccatis sit, remittentur ei*, quamuis nomine peccatorũ possint intelligi peccata venialia, possunt tamen etiam intelligi peccata mortalia, præsertim cùm peccati nomine communiter indicetur peccatum mortale. Adde, quòd in verbis formæ ipsius Sacramenti extremæ Vnctionis indicatur satis hoc idē, verba enim illa, *Indulgeat tibi Dominus quidquid &c.* comprehendũt etiam peccata mortalia.

Obiectio.

Dices, cibus materialis nō habet vim dandi primam vitam, sed tantùm augēdi, vel nutriendi, & conseruandi præcedentem; Sacramentum verò Eucharistiæ institutum est sub accidentibus cibi, vt per modum cibi gratiam conferat, ergò non potest primam vitam causare, siue remittere mortale peccatum.

Responsio.

Respondeo cibum naturalē non posse producere primam vitam naturalē, quia vitaliter non influit, dùm nutrit; vita enim naturalis non effectiuè pendet ab ipso naturali cibo, sed ab anima, & à potentia vitali, quæ in recipiente est, nec aliquid vitæ à cibo naturali transfunditur, atque ità constat alimentum non posse cōferre primam vitam naturalem: Sed Eucharisticum Sacramentum, cùm sit verè cibus vitalis, vitaliter influit in vitam spiritualem, & gratia, quam cōfert, aliquid vitæ spiritalis est, & hoc sufficit ad viuificādum spiritualiter animam, & sic verum est, quòd cibus Sacramentalis habet vim tribuendi animæ primam, & sufficientem vitam, dummodò in ipsa non sit impedimentum, quale non est solum peccatum habituale, cum pœnitentia supernaturali saltem imperfecta, & ignorantia inuincibili eiusdem peccati.

Dixi in conclusione, *si quis prudenter existimet se esse in gratia, & nihilominus sit adhuc in statu peccati mortalis habitualis*, si quis enim cum attritione confiteatur homini, qui non habet intentionem absoluendi, vel qui communiter reputatur ab omnibus Sacerdos, & tamen re vera non est, eo quòd eius ordinatio fuerit nulla, siuè per defectum baptismi, siuè per defectum legitimæ intentionis in ordinante, is qui cum attritione peccatum mortale confessus est huiusmodi Sacerdoti, prudenter existimat se esse in gratia, & prudenter ad Eucharistiam accedit, & tamē re ipsa in statu peccati mortalis est. Similiter si quis cum attritione non vera, sed iuxta moralem considerationem putata vera, confessus sit peccata mortalia, post verò confessionem elicuit actum veræ attritionis, nullumque peccatum mortale post illam confessionem, & post elicitā veram attritionem admisit, hic prudenter putat se esse in statu gratiæ, cùm re vera non sit; similiter si quis vrgente necessitate communicat, dum copia confessarij deest, & ità dolet de peccatis mortalibus, quæ commisit, vt putet se esse contritum, cum re vera non sit nisi attritus, hic etiam prudenter existimat se esse in statu gratiæ, cùm re vera sit in statu peccati habitualis.

Ideò adolescentulæ dilexerunt te.

NOTVLA II.

Qui pabulo Eucharistico nutriuntur, facilè vitiorum senecta exuta iuuenescunt in dilectione Dei.

Delrius.

TEstatur Delrius disquisit. magic. lib. 23. Tarenti anno 1631. senem capularem fuisse, qui depositis pilis, cute arenti, omnique ingrauescentis ætatis squalore reassumpsisse viridem iuuentam, qua annis quinquaginta superuixit. Petrus quoque Maffæus histor. Indic. lib. 11. refert, cuidam nobili Indo, annorum quibus vixit trecentorum, & quadraginta spatio, ter virorem iuuenilem elanguisse, ter reuixisse. Hæc omnia in vita corporali prodigiosa sunt, & ordinarias naturæ vires excedentia, sed non est nouū in vita spirituali senium in iuuentam cōmutari, effectus hic est proprius diuinæ gratiæ, & præcipuè illius, quam Altaris alimonia confert, & hoc à dilecta Dei innuitur his verbis. *Ideò adolescentulæ dilexerunt te*, animæ scilicet non vetulæ, sed spiritu renouatæ, quæ deposito veteri homine, nouum hominem Christum induunt; Ità hunc locum exponit D. Ambrosius lib. 5. de Sacramentis, & cōsonat Origenes hom. 1. ex quatuor; *Sed nunc* (inquit) *quando nomen tuum factum est vnguentum exinanitum, dilexerunt te,*

Petrus Maffæus.

Effectus Eucharistiæ est inducere animam, vt veterem hominē deponat, & Christū induat.

D. Ambr. Origenes.

te, non illa vetula, ac veterem hominem induta anima, neque rugas habentes, neque maculas, sed adolescentula, in augmento scilicet ætatis, & pulchritudinis posita animæ, quæ semper innouantur, & de die in diem renouantur nouum hominem induentes, qui secundùm Deum creatus est. Quàm verò efficax sit sacra communio ad inducendam animam, vt veterem hominem deponat, & Christum induat, egregiè perpendit idem Ambrosius lib. 4. de Sacramentis cap. 2. *Deposuisti* (inquit) *peccatorum senectutem, sumpsisti gratiæ iuuentutem. Hoc præstiterunt tibi Sacramenta cælestia.* Et subdit exponens illud Dauidicum Psal. 102. *Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Bona* (ait) *aquila esse cœpisti, quæ cælum petis, terrena fastidis. Bonæ aquilæ circa Altare. Vbi enim corpus, ibi & Aquilæ. Forma corporis altare est, & corpus Christi est in Altari. Aquilæ vos estis renouatæ ablutione delicti.* D. Thomas in opusc. de Sacramento cap. 12. cuius verba notatu digna hæc sunt. *Similitudo, quæ indicatur, quòd mutetur in corpus Christi tota substantia panis, sumitur à conuersione spirituali, de qua primo Reg. 10. dicit Samuel ad Saul, qui significat peccatorem. Insiliet in te spiritus Domini, & mutaberis in virum alium, in qua conuersione, seu mutatione, quatuor iam supradicta consideranda sunt, scilicet continens, & contentum, operans, & operatum. In statu enim peccati noster homo exterior pulcher, & sanus, interior verò amaritudine, & veneno peccati plenus est, & ægrotus. Hic dum per spiritum Dei conuertitur, specie corporis manente exteriori, amaritudo, & languor peccati interior in dulcedinem, & sanitatem gratiæ commutatur. Primum, scilicet corporis species exterior, manet, secundum, scilicet amaritudo peccati interior, transit in quartum, scilicet in dulcedinem gratiæ, & hoc per tertium, scilicet per spiritum Dei. Et sic fit, vt dictum est in consecratione corporis Christi. Eugenius ad quendam conuersum. Quanta, ait, & quã celebranda beneficia vis bonitatis Diuinæ operatur, & quod tibi non nouum, & impossibile esse debeat, quòd in Christi substantiam terrena conuertuntur, te ipsum interroga, qui præterita vilitate deposita subitò nouum indutus es hominem, in exteriori nihil additum, totum est in interiori mutatum.* Hæc D. Thomas, qui etiam eodem opusc. transmutationem illam, de qua Paulus Apost. ad Galat. 2. *Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Christus*, virtuti Eucharistiæ tribuit.

D. Ambr.

Psal. 102.

D. Thomas

Sunt, qui testantur in Insula Bonica nomine, quæ est in Indiarum partibus, fontem adeò admirandæ virtutis scaturire, cuius aqua epota longeuæ ætatis maciem in iuuenilem nitorem commutat, sed hoc an verum sit, scrutentur alij; Nobis certè constat in Eucharistiæ Sacramento fontem illum aquæ viuæ reperiri admirabilioris virtutis, cuius aqua malorum habituum senium abijcit, adducit verò spiritalem iuuentam omnibus virtutibus floridam; Hoc nobis memorat Ecclesia in solẽnitate corporis Christi celebri illa Antiphona. *Introibo ad Altare Dei, sumam Christum, qui renouat iuuentutem meam.*

Eucharistia malorũ habituũ seniũ abijcit, & spiritalem iuuentã adducit.

Ecclesia in festo corporis Xpi.

In Arca testamenti vrna aurea erat habens manna, & virga Aaron, quæ fronduerat, & Tabulæ testamenti, memorat Apostolus ad Hebr. 9. Verùm sicut in illo manna diuinissimum Altaris pabulũ præsignatum fuisse satis constat, ità in virga Aaron, quæ admirando modo germinauit, de qua *turgentibus gemmis eruperant flores, qui folijs dilatatis, in amygdalas deformati sunt*, vt Numer. 17. refertur, spiritalem iuuentam nouis semper virtutum germinibus, & incrementis reflorescentem præadumbratã esse nullus inficiabitur. Ex quo mysterium ad nostrum scopum iam elucet, nimirum cõiunctionem illam virgæ floridæ, & fructiferæ cum manna denotare animam, quæ deuotè accedit ad Eucharisticam mensam, virtute illius in vita spiritali iuuenescere, & recenti semper vigore in Deum ferri.

Ad Hebr. 9.

Num. 17.

Coniunctio virgæ floridæ cũ manna denotat animã virtute Eucharistiæ in vita spiritali iuuenescere.

Ideò adolescentulæ dilexerunt te.

NOTVLA III.

Eucharistico pabulo animæ mirabiliter adolescunt in vita spirituali.

Sancta Florentina Synodus docet ab altaris alimonia ea omnia in iustorum animabus præstari, quæ à corporeis cibis in corporibus efficiuntur. Quarè sicut cibus corporeus nutrit, & auget corpora nostra, vt experimento constat in pueris, qui quotidiano cibo adolescunt, ità Dominici corporis refectio, incrementa vitæ spiritualis operatur in animabus; Vndè hæ congruenti titulo hìc nominantur adolescẽtulæ. Appositè D. Antoninus 3. p. tit. 14. cap. 4. §. 2. *Per cibum homo augetur, cùm est in statu augmenti, & ideò pueri indigent frequenti cibo, vt augeantur, & quia*

Concil. Florent.

D. Anton.

tumus in via in aptitudine augmenti ſpiritualis, ideò frequenter ſumere debemus, vt augeamur in virtutibus. Cohærent quæ habet D. Thomas ſerm. in feſto corporis
D.Thomas Chriſti. *Nullum*, inquit, *Sacramentum hoc ſalubrius eſt, per quod virtutes augentur, & mens omnium ſpiritualium chariſmatum abundantia impinguatur*. Conſonat
Tertullian. Tertullianus de Reſurrectione carnis c. 8. *Caro corpore, & ſanguine Chriſti veſcitur, vt anima Deo ſaginetur*.

Conuertentur ſedentes in vmbra eius: viuent tritico, & germinabunt quaſi vinea: memoriale eius ſicut vinum Libani. Oſee
Oſee 14. 14. De Euchariſtiæ Sacramento oraculũ hoc eſſe ſatis conſtat ex eo, quòd nominatur memoriale Dei, in ſui memoriam
B verò nobis ſacrum conuiuium reliquit, vt ipſe dixit, *Hæc quotieſcunque feceritis in mei memoriam facietis*, & ſic adnotat
Hugo. Hugo in cap. 6. Io. cuius hæc ſunt verba. *Memoriale tuum, ideſt corporis, & ſanguinis Sacramentum, quod in commemorationẽ paſſionis eſt inſtitutum, vt dicitur Luc. 22. & 1. ad Corinth. 11*. Sed ad rem noſtrã, quænam arbor ità feliciter germinat, ità copioſè, & vtiliter fructificat, ſicut vinea? huic igitur aſſimilantur ſacram mẽſam frequentantes, vt inſinuentur admirabiles eorum progreſſus in vita ſpirituali.

Vinea aſſimilatur frequentantes Euchariſtiã ad denotãdos mirificos eorum progreſſus in vita ſpirituali.

C Inter myſteria, quæ docere voluit Chriſtus poſt cœnam Euchariſticam cum Apoſtolis in montem Oliuarum ſe conferens, *Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti*,
Matth. 26. Matth. 26. hoc præcipuum fuiſſe reor; vt indicaret ſacro Altaris pabulo refectos ad montem perfectionis proſpero greſſu pergere; ſed cur non dicitur aſcenderunt in montem, cum hoc verbũ maximè aptum ſit ad ſignificandum motum, qui ad ſublimia fit? Sed hoc non eſt ſine ſacramento; cùm aſcendimus, labor, & defatigatio interuenire ſolet, qui verò Euchariſtico cibo roborati ſũt, ità facilè virtutum gradum ſcandunt, ac ſi per ſemitam planam deambularent;
D ad hoc igitur indicãdum appoſitè exierunt, non autem conſcenderunt in montem, dixit Euangeliſta. Certũ eſt, quia progredienti in via perfectionis plura obijciuntur impedimenta, plura occurrunt ardua, quæ vel retardare, vel etiam retrahere ab incœpto perfectionis curſu hominem poſſe videntur, ſed ſi ſuccurrat Euchariſtiæ virtus, nullo negotio omnia vincuntur, omnia ſuperantur. Hoc adumbratum fuit in Iſraelitis per Iordanem tranſeuntibus auxilio Arcæ, quæ notiſſima eſt Sacramenti Altaris figura, aquis illius fluminis cedentibus. *Ingreſſiſque eis Iordanem, & pedibus eorum in*

Euchariſtia refecti ità facilè virtutum gradũ ſcandunt, ac ſi ſemitam planam calcarent.

A *parte aquæ poſitis, ſteterunt aquæ deſcendentes in loco vno, & ad inſtar montis intumeſcentes apparebant procul ab vrbe*. Ioſue 3. Inſurgant, intumeſcant fluctus, aduerſa quæcunq; obruere conentur gradientem per ſemitam ſanctitatis, ſi ſanctiſſimi Sacramenti ſubſidium non deſit, omnia cedent.

Ioſue 3.

Euchariſtiæ ſubſidio roboratus aduerſa quæcunq; ſuperabit in vita ſpirituali.

Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum. Verſ. 3.

Indicatur ſenſus ad corticem litteræ.

PVdica ſponſa ita dilecti ſui imperio ſe mãcipatã agnoſcit ob ſinceri ſpõſalitij leges, vt ſine eius iuſſu domo pedem efferre non poſſit; quarè enixè deprecatur, vt ſibi veniam faciat pergendi ad ipſum, cuius præſentiam quo affectu concupiſcat, indicat, dum ait, *Trahe me poſt te*. Quaſi dicat: Permitte quæſo, vt ad te me trãſferam, in qua profectione non ego vllũ ſentiam laborem, non aliqua laſſitudine langueſcam, non vires deficient, ſed maximo afficiar ſolatio, quia mihi adeò ſuauis es, vt tua ſuauitate ſuauiter trahar; trahi enim dicimur, cùm non modò ſine reluctamine, ſed vehementi cum voluptatis impulſu ad aliquid tendimus.
Cicero. Vndè Cicero in lib. offic. *Omnes* (inquit) *trahimur, & ducimur ad cognitionis, & ſcientiæ cupiditatem*. Et Oratione pro Archia. *Trahimur omnes ſtudio laudis &c.*
Virgil. Et eſt vulgatum illud Virgilij.

Trahit ſua quemque voluptas.

Curremus in odorem vnguentorum tuorum.

D Neque ſola accedam, ſcio enim hoc dedecere ſponſam nobiliſſimi viri, & potentiſſimi Regis, ſed puellarum turmas mecum adducam, quas vnguentorum tuorum donis à te profusè emiſſis ſic deliniam, & recreabo, vt & ipſæ ad nuptialem feſtiuitatem condecorandã conuolent, quod tibi maximè iucundum eſſe non dubito.

Trahe me : poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.

Enucleatur ſenſus ſpiritalis Euchariſtiam reſpiciens.

NOTVLA I.

Illud gratiæ auxilium, quod ad ſacram menſam ſuauiter pertrahit, dilecta Dei poſtulat.

EX priſco more ſerui ad epulas proxima hora cęnæ vocantes cõuiuas pręlata face præibant; non ſecùs Diuinæ gratiæ illuſtratio præuenire ſolet eos, qui ad Euchariſticá cœnam pergunt. Præclarum huius rei ſymbolum fuit; quando Reges Magi fulgentiſſimo illo iubare præuio ductore peruenerunt in Bethleem, quæ cùm domum panis denotet, certè Eccleſiam, in qua eſt panis ille verus, qui de cælo deſcendit, ſignificat.

Nuptiale prandium, de quo Matth. 22. loquitur, typum geſſit Euchariſtici conuiuij, vt benè notat Chryſoſtomus hom. 3. in cap. 1. ad Epheſ. cui quotquot aſſiderunt per ſeruos conuocati fuerunt. [Chryſoſt.]

[Matth. 22.] *Et egreſſi ſerui eius in vias, congregauerunt omnes, quos inuenerunt, malos & bonos : & impleta ſunt nuptiæ.* Sed quinam sũt hi ſerui, niſi diuinæ inſpirationes, quibus alliciuntur fideles ad Altaris menſam?

[Prou. 9.] Locum illum Prou. 9. *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem*, de Euchariſtiæ inſtitutione exponunt Beda, [Beda.] & Hugo in citatum textum, Cyprianus [Hugo. Cyprian.] in Epiſtola ad Cælium de Sacramento Altaris, & lib. 2. Teſtimoniorum contra Iudæos. Ambroſius lib. 4. de fide cap. [Ambroſius] 7. Chryſoſt. hom. in pſal. 22. D. Thom. [Chryſoſt.] opuſc. de Sacramento. [D. Thomas] Vndè hæc domus eſt Eccleſia, in qua Chriſtus quotidiè lautiſſimum cõuiuium celebrat; quarè ſubditur. *Immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam. Miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis.* Quibus indicatur, quòd ſapientia Diuina ad inuitandos homines ad ſui corporis, & ſanguinis cœnam miſit, ideſt deſtinauit cæleſtes

[Diuina ſapientia ad inuitandos homines ad cœnam ſui corporis, & ſanguinis mittit cęleſtes inſpirationes.]

A vocationes, ſeu gratiæ excitationes; ſed ſi hic ad refectiones aduocantur homines, quorſum ad arcem & mœnia accerſuntur? hic enim locus ſicuti pugnæ cõgruus, ita epulis, & conuiuio ineptus. Qui ad arcem, & ad mœnia ciuitatis aduocantur, non niſi voce magna, & elata aduocari ſolent, quo clamore valido efficacia diuinæ vocationis ad ſacrã Synaxim aptiſſimè deſignatur. Et ſanè cũ certum ſit in fide catholica ad omnia perfectionis Chriſtianæ opera præſtanda præuium Spiritus Sancti impulſum requiri; *Omne enim datum optimum, & omne donũ perfectũ deſurſũ eſt deſcendens à Patre luminum.* Iacob. 1. [Iacob. 1.] & *Nemo poteſt*, B inquit Dominus, *venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum, & niſi ei fuerit datum à Patre meo.* Io. 6. [Ioan. 6.] nemini dubium eſſe poterit, quin ab eodem præueniendus ſit, qui ad ſacrum conuiuium accedit: hoc enim eſt opus ſanctiſſimum, & ad ſummam perfectionem conducens; conſcia itaque anima fidelis ſuæ imbecillitatis, his verbis, *Trahe me poſt te*, eam gratiæ opem implorat, qua ſuauiter ad dilectum ſuum, Chriſtum ſcilicet in Auguſtiſſimo Altaris Sacramento exiſtentem, pertrahatur. [Ad Euchariſtiam accedens à Deo præueniendus eſt.] Quaſi dicat: O mi Diue dilecte præueni me quæſo ea tua gratia, qua bonitatem tuam, maximè in diuino pabulo communicatam agno- C ſcam, vt ea illecta ad tuum ſacrum conuiuium attrahar, in quo tibi perfectè adhæream. Quantum verò poſſit Chriſti amabilitas, & iucunditas animam piam demulcere, & ad ſe eam efficaci oblectamento allicere, & nulla libero arbitrio illata violentia ſuauiter trahere, peruenuſtè explicat Auguſtinus tract. 26. in Ioan. [D. Auguſt.] *Trahitur animus & amore. Nec timere debemus, ne ab hominibus, qui verba perpendunt, & à rebus maximè diuinis intelligendis remoti ſunt, in hoc ſcripturarum ſanctarum euangelico verbo forſan reprehendamur, & dicatur nobis. Quomodo voluntate credo, ſi trahor? Ego dico: Parum* D *eſt voluntate : etiam voluptate traheris. Quid eſt trahi voluptate? Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Eſt quædam voluptas cordis, cui panis dulcis eſt ille cæleſtis. Porrò ſi Poetæ dicere licuit: Trahit ſua quemque voluptas; non neceſſitas, ſed voluptas; non obligatio, ſed delectatio: quantò fortiùs nos dicere debemus, trahi hominem ad Chriſtum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iuſtitia, delectatur ſempiterna vita, quod totum Chriſtus eſt? An verò habent corporis ſenſus voluptates ſuas, & animus deſeritur à voluptatibus ſuis?* Hæc verò ingens de Chriſto delectatio, quæ

adeò

adeò suauem attractionem operatur, licèt extrà sacram Synaxim sæpiùs percipiatur, in ipsa tamen feliciori experimento habetur.

Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.

NOTVLA II.

Fidelis anima eò perfectionis per Eucharisticum Sacramentum trahi exoptat, vt Christum per imitationem proximè sequatur.

OFFA lacte ouium confecta, & canibus in cibum à pastoribus tradita, ità mirificè eos allicit, vt ab ipsis, & ab ouibus recedere nesciant, teste MarcoVarrone de Agricultura lib. 2. cap. 9. Sed maioris efficacitatis est panis Eucharisticus diuinitatis dulcedine conditus, ad suauiter pertrahendam animam, vt Christi fiat fida comes, eiusque vestigia studiosè semper sectetur. Oraculū illud Osee 11. *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis: & ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum: & declinaui ad eum vt vesceretur.* D. Hieronym. de cibo Eucharistico exponit. *Et declinaui (inquit) ad eos deferens regna cælorum, vt cum eis vescerer, assumpta forma hominis, sine dedi eis esum corporis mei, ipse & cibus, & conuiua.* Iuxtà quam interpretationem palam fit in his funiculis, & vinculis denotari, quàm magnā vim habeat diuinissimus Altaris cibus perducendi homines ad insequendum Christum. Huius itaque felicissimæ tractionis auida dilecta Dei clamat. *Trahe me post te.* Tertullian. lib. de oratione Dominica c. 6. illa verba, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, de Eucharistico pane accipiens, hæc habet. *Itaque petendo panem nostrum quotidianum, perpetuitatem postulamus, & indiuiduitatem à corpore eius.* Perpendenda est hæc dictio, *indiuiduitatem*, per quam insinuatur, quòd virtute communionis pia anima hoc assequi potest, vt fiat indiuidua Christi comes, eius vestigijs insistendo, & mores eius perfectè imitando. Et sanè quàm potens sit

M. Varro.

Osee 11.

D. Hieron.

Eucharistia magnā vim habet trahendi homines ad Christum.

Tertullian.

Anima virtute Eucharistiæ fit indiuidua Xpi comes, & morū eius imitatrix.

A sacra Synaxis ad transfundendas in nos Christi virtutes, graphicè prælineatum fuit in Eliseo, quando super puerum se prostrauit, eique calorem, & spiritum viuificantem communicauit. *Et ascendit Eliseus, & incubuit super puerum: posuitq; os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius: & incuruauit se super eum, & calefacta est caro pueri.* 4. Reg. 4. Accipe D. Thomæ opusc. 58. c. 21. præmemorati loci interpretationem. *Per puerum fidelis anima, per Eliseum Dominus significatur, quia sicut sigillum ceræ, sic se coniungit animæ, oculos suos super oculos ponit, quia intellectum illuminat; carnem calefacit, quia affectū charitatis inflammat; os super os ponit, quia*
B *gustum memoriæ dulcedine spirituali delectat; manus super manus ponit, quia in bono opere vsque in finem conseruat, & sic totum hominem perficit, vt ad vitam æternam perducat.* Notatu digna sunt præallata verba, *sicut sigillum ceræ*, quas habet figuras imprimit, sic Christus Dominus in sacrosancta communione virtutum characteribus, quibus ille est insignitus, deuotā animam obsignat. Ex Patrum pronunciatis supra notula quarta ad primū versiculum, vidimus Eucharisticum pabulū lac nominari, sed quid aptius afferri potest ad significandum Christi mores, Altaris refectione, in homines effluere? Indoles enim, & qualitates nutricis infantibus per lactis haustum instillantur,
C vt experimento constare pluribus adductis historijs diximus tom. 1. de Eminentia Virg. cap. 11. quæst. 3.

4. Reg. 4.

D. Thomas

Christus in sacra communione obsignat animā virtutum characteribus, quibus ipse est insignitus.

Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.

NOTVLA III.

Fidelis anima spondet, si diuina gratia ad eam, quam optat, perfectionem attrahatur, se & exēplo suo, & omni studio stimulaturam proximos, vt secū feruenter accurrant ad sacram mensam.

D

ODOR amœnus columbis est magna illecebra, vndè si sub alis cuiusdā domesticæ columbæ odorata grana affigantur, hæc suaueolentia, qua fragrat, alias columbas ad secum

secum conuolandum allectat, & ad locũ in quo ipsa pabulum sumere, & nidificare solet, feliciter perducit. Floridè hoc tradit Magnus Basilius epistola 175. ad Iulittam. *Ars quadam est (inquit) aucupandi columbas, videlicet talis, vbi vnam ceperunt, qui capiendis illis student, cicurem illam reddunt, & ad humanum conuictum assuefaciunt; deinde vnguento alas illius liniunt, sinuntque coniungi agrestibus: illa verò per vnguenti fragrantiam agrestem illum, ac liberi pastus gregem ad possessionem transfert eius, cuius ipsa est domestica, benè olentem namque sequuntur & reliquæ, atque ità in potestatem columbarij veniunt.*

D. Basilius.

Simile quid futurum esse indicat dilecta Dei, dum cælestem sponsum ità precatur. *Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Quasi dicat; ò mi Diue Amator, sieò tua gratia perducar, vt tuas virtutes imitatione prosequi possim, his veluti suauibus odoramentis suffumigata plurimũ meos proximos allicere potero, hi enim mecum sentient aliquid tuæ diuinæ fragrantiæ, quæ & mihi, & illis maximum erit illectamentum, vt ad eã melius percipiendam ad Eucharisticum sympofium, vbi copiosius diffunditur, promptè festinemus.

Postquam indulgentissimus genitor osculo, & alijs blandimentis excepit filium ad se reuertentem, stola prima indui, annulo decorari, calceamentis affabris muniri mandauit, etiam illius gratia vitulo saginato opiparam mensam instrui iussit. Sed animaduertendũ, quòd ad eam non solùm ille adolescens, sed quotquot erant domi paternæ cum eo accumbunt, & iucundè epulantur. *Adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur.* & paucis interiectis; *Et cœperunt epulari.* Luc. 15. Sicut autem iuuenis ille denotat animam, quę singularibus gratiæ donis ad magnam sanctimoniam euecta est, ita conuiuium illud vituli saginati Eucharisticum designat. Probè Tertullianus de pudicitia cap. 9. *Vestem pristinam accipit, statum scilicet eum, quem Adam transgressus amiserat, annulum quoque accipit tunc primũ, quo fidei pactionem interrogatus obsignat, atque ità exindè opimitate Dominici corporis pascitur, Eucharistia scilicet.* Huic autem sacro cõuiuio nõ solùm anima sancta assidere, & suaui illo edulio frui cõtenta est, sed alios habere secum cõuiuas gaudet, & in eis deuotionis affectus excitat.

Luc. 15.

Tertullian.

Vbi Patriarcha Iacob nouit, quòd in Aegypto erat copia frumenti, statim filios extimulauit, vt illùc se conferrent, ad frumentum pro vitæ sustentatione comparandum. *Audiens autem Iacob, quòd alimenta venderentur in Aegypto, dixit filijs suis: Quare negligitis? audiui quòd triticum venundetur in Aegypto, descendite, & emite nobis necessaria, vt possimus viuere, & non consumamur inopia.* Gen. 42. Cùm autem hoc loco mysteriũ Eucharistiæ adumbretur, vt aduertit D. Ambrosius lib. de Ioseph cap. 8. rectè Iacob vir magnæ probitatis, & pluribus donis cælestibus cumulatus, vrgens filios ad escas, denotat munus eius esse, qui diuina gratia ad magnam perfectionem peruenit, alios ad feruentem sacræ alimoniæ susceptionem inducere.

Gen. 42.

D. Ambr.

Ruth inuitata à Booz ad prandium *comedit, & saturata est, & tulit reliquias,* inquit sacer textus. Ruth. 2. & postea subdit, *& dedit ei* (scilicet socrui suæ) *de reliquijs cibi sui, quo saturata fuerat.* Ciuis Booz Bethleemiticus homo potens, & magnarum opum, refert Iesum Christum Dominum nostrum, summè potentem, & opum maximarum, vt notat Glossa in cit. loc. & etiam aptè congruit eidẽ nomen Booz, significat enim, teste Hieronymo, in quo est fortitudo, verè enim in Christo est fortitudo Diuina: Demùm est ciuis Bethleemiticus, quia Christus natus est in Bethleem, idest in domo panis, panis inquã illius, de quo ipse dixit. *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi.* Quare Booz veniens de Bethleem, & ad comedendum inuitans Ruth, est Christus singulari gratia animam ad Eucharisticum conuiuium pertrahens, hæc autem adeò diuini illius pabuli iucunditate repletur, vt de consolationibus cælestibus, quibus abundat, aliquid ad alios transfundere studeat.

Ruth 2.

Glossa.

Hieronym.

Booz insistans Ruth ad comedendum typus Christi pertrahẽtis animam ad Eucharistiã

Beatus Aloysius Gonzaga eximium Vener. Societ. Iesu decus & ornamentũ, lucidissimum Euangelicæ perfectionis speculum, ob eximiam, quam in Augustissimo Altaris Sacramento degustabat, suauitatem, in illud amore mirifico, & obsequijs non vulgaribus rapiebatur; Vnam communionem ad alterius apparatum dirigere, & die sacram refectionẽ antecedente, quo accuratiùs ad illam se disponere solebat, non alios, quàm de hoc altissimo mysterio, cum quibus versabatur, sermones effundebat. Id cùm nonnullis Sacerdotibus gnarum esset, Sabbato horam iuxtà discretas regulas ad exhilarandos animos destinatam cũ Aloysio insumere studebant, vt de ineffabili hoc Sacramento mira dicentem eleuato spiritu audirent, asseuerantes se feruentiores adstare Altari die Dominico, quàm alijs diebus, eo quòd in singularem ergà sacram Synaxim deuotionem

nem excitati, & accenſi eſſent colloquijs cum Aloyſio præhabitis ; & hoc erat adeò notum, vt vberiori pietatis ſenſu celebrare cupientes, præcedenti die Aloyſium adirent, quem dexteritate quadam, vt de Euchariſtia verba faceret, alliciebant. Teſtatur Virgilius Ceparius lib. 2. cap. 2. in vita B. Aloyſij. Refert Lippomanus in vita S. Franciſci, quòd ſæpè communicabat, & tàm deuotè, vt alios deuotos efficeret, dùm ad immaculati Agni deguſtationẽ ſuauem, quaſi ſpiritu ebrius in mentis vt plurimùm rapiebatur exceſſum.

Virgil. Cepar.

Lippoman.

Quantùm verò poſſint ſe mutuò deuoti fideles ad feruidè communicandũ incitare, præindicarunt vigiles illi Paſtores, qui feliciſſimo de nato Saluatore nuncio ab Angelis accepto, & aliquid de diuino halitu ſubodorati ſe inuicem prouocantes celeri greſſu in Bethleem properarunt; in Bethleem, inquam, quæ cum domum panis ſignificet, Eccleſiam, in qua panis ille, qui de Cælo deſcendit, in cibum datur, repræſentat. *Paſtores loquebantur ad inuicem: Tranſeamus vſq; Bethleem, & videamus hoc verbum, quod factum eſt, quod Dominus oſtendit nobis. Et venerunt feſtinantes.* Luc. 2.

B

Luc. 2.

C

Introduxit me Rex in cellaria ſua; exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum: recti diligunt te. Verſ. 4.

Indicatur ſenſus ad corticem litteræ.

Cellæ, in quibus res exquiſitiſſimæ, & pretioſiſſimæ eleganti ordine aſſeruantur, pro regalium conuiuiorum ſplẽdore, & ſupremi Principis gloria, cellaria nũcupantur. Non diſcrepat ab hoc Origenes hom. 1. ex duabus. & ex quatuor etiam, & Philippus Abbas lib. 1. in Cant. cap. 14. & conſonat locus Iſaiæ cap. 39. *Oſtendit eis cellam aromatum, & argenti & auri, & odoramentorum, & vnguenti optimi, & omnes apothecas ſupellectilis ſuæ, & vniuerſa, quæ inuenta ſunt in theſauris eius.* Loquitur autem Propheta de Ezechia, qui introduxit honoris, & beneuolentię gratia legatos Regis Babylonię in penetralia, in quibus repoſitæ erant omnes perilluſtres gazæ.

D

Origenes.
Philippus Abbas.

Iſaiæ 39.

A

Introducta itaque noua nupta in cellaria, ſeu promptuaria ſponſi ſui Regis, in quibus non modò cuncta, quæ ad opulentas nuptias celebrandas largo ſumptu, labore multo, & ſingulari artificio parata erant, ſed ea quoq; coaceruata conſpiciebantur, quæ prædiuitem, & regiam ſupellectilem iactabant, admirans tam ſplendidum genialis pompæ ſpectaculum, adeò affluentes dilecti ſui diuitias, non potuit non effundi in lætitiam, quòd ſponſum adeò inſignem nacta ſit, à quo ſe in amore præuentam iugiter cogitans, ità mirificè hilareſcit, vt quæcũque alia gaudioſa eſſe poſſint, non curet: ſimili verò animi ſenſu puellas comites affectas exſtimans, earum etiam nomine hæc verba ad ſponſum dirigit. *Exultabimus. & lætabimur in te, memores vberum tuorum.* Quaſi dicat: O mi dilecte, admirandi quidem ſunt hi cõnubialis ſympoſij apparatus, præclarè hæ tuæ ingentes opes regalem magnificentiam tuam oſtentant; verùm nos, qui te ſincero amore diligimus, non his tuis opibus acquieſcimus, ſed te volumus, quẽ omnis iucunditatis noſtræ fontem experimur, & ſola recordatio amoris tui, à quo tam libenter præoccupatæ ſumus, nos magis demulcet, & lætificat, quàm omne aliud delicium.

Recti diligunt te, ſubnectit ſponſa: quaſi dicat, adeò gratijs omnibus excellis, & virtutibus cunctis ſummè amabilis redderis, vt nullus eſſe poſſit, qui probitate morum rectitudinem ſectatur, quin in amorem tuum rapiatur. Perue nuſtè Anſelm. *Scilicet debemus in te exultare, & te diligere, quia omnes, qui recti ſunt, hoc faciunt; quare niſi hoc fecerimus, recti eſſe non poſſumus.*

Anſelm.

Intro-

Introduxit me Rex in cellaria sua &c.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Potiores Ecclesiæ opes in Eucharistico Sacramento inclusas dilecta Dei exultabunda contemplatur.

CVM cellaria sint promptuaria, in quibus ditior Principum, & Regum supellex asseruatur, vt nuper in corice litteræ vidimus, accommodatè hic significant Augustissimum Altaris Sacramentũ, quod, quidquid eximij valoris est, in se continet.

Eucharistia in se continet, quidquid pretiosum est.

Nauis illa mercatoria, cui Salomon comparat mulierem illam, sedula, & prouida negotiatione cumulantem domesticas facultates, & à remotissimis partibus veniens solo pane onusta dicitur. *Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suum.* Prou. 31. Sed cur Salomon non confert illam mulierem cum naue, quæ gemmas, aurum, argentum, aromata, vestes concinnè elaboratas, aliasque magnę æstimationis merces vehat? hæc enim videbatur aptior ad significandum, quàm coplosè auxerit illa mulier rem familiarem industria, & labore suo. Ità sanè, si de solis materialibus mercibus, vel opibus ageretur, sed spiritualia indicãtur hic. Mulier, de qua Salomon meminit, est Beatissima Virgo Deipara, vt notat D. Bernard. in Salue. D. Bonau. serm. 1. de Beata Virgine, & alij Patres passim, quæ Ecclesiam pane Eucharistico locupletauit; hic autẽ cùm in se habeat, quidquid verè pretiosum est, illius solius præsignatio satis fuit ad præmonstrandum, quantum spiritualibus diuitijs abundet Ecclesia.

Prou. 31.

D. Bernard.
D. Bonau.

Postquam audiuit Esau paterna benedictione ditatum fratrem Iacob, instanter rogat Patrem, vt sibi etiam benedicat: cui ille, *Frumento, & vino stabiliui eum, & tibi post hac fili mi vltrà quid faciam?* Gen. 27. Sed nonnè armenta, & greges non paucos, aliaque plurima possidebat Patriarcha Isaac, quorum hæredem noua benedictione instituere poterat Esau natu maiorem filium? quarè ergo in sua facultate sibi nihil aliud relictũ esse declarat his verbis, *& tibi post hac fili mi vltrà quid faciam?* Non frumentũ, & vinum materiale respiciebat illa benedictio, sed spirituale, & Eucharisticũ adnotante Paschasio de corpore, & sanguine Christi cap 21. Hoc verò cùm amplectatur omnes diuinas opes, illo dato, nõ aliud superest dandum. In contemplatione itaque admirabilium thesaurorũ, quibus refertum est Eucharisticum Sacramentum, pia anima diuinæ gratiæ impulsu se introductam pandit his verbis. *Introduxit me Rex in cellaria sua: exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum super vinum &c.* Quasi dicat: dum attentè cõsidero, ò mi dilecte, quales, & quantas opes diuinas in hoc Eucharistico Sacramento coaceruasti, non possum non incredibili gaudio gestire in te, à quo tot bona pendent, & simili lætitia exultabunt semper in te omnes piæ animæ, quæ mecum eadem mente reuoluent.

Gen. 27.

Paschasius.

Eucharistia omnes diuinas opes amplectitur qua data nihil aliud superest dandum.

Introduxit me Rex in cellaria sua &c.

NOTVLA II.

Regiam Christi dignitatem præclarè manifestat Eucharistiæ institutio.

CVM quis ingreditur penetralia, seu adyta, in quibus Regiæ gazæ asseruantur, vbi res adeò magnificas, & opulentas, regioque charactere obsignatas fuerit contemplatus, illarum dominum verè Regem esse facili coniectura assequitur; ità dilecta Dei cælesti fauore per mentis eleuationem introducta in considerationem thesaurorum, quibus ditatum est Eucharisticum Sacramentum, regalem simul splendorem in illis agnoscit, quo Christus Rex præmonstratur, vndè eum apertè Regem vocat his verbis, *Introduxit me Rex in cellaria sua.* Simile quid cogitauit D. Hieronymus ad illud Cant. 2. *Introduxit me Rex in cellam vinariam. Non, inquit, mihi vacuum videtur, quòd tùm potuisset dicere sponsa, introduxit me spon-*

D. Hieron.

sponsus, aut frater meus, aut aliquid huiusmodi, nunc quia cubiculum dicturus erat, Regis dixerit cubiculum, neque aliud nomen posuerit; Propterea arbitror in his Regem Christum nominatum fuisse, vt in hoc nomine ostendatur pradiuum eius cubiculum, vtpote regium, multisque opibus refertum.

Prisca illa mensa, in qua panes propositionis collocabantur, multis emblematibus concinnè elaboratis condecorabatur. Inter hæc duæ inspiciebantur coronæ, quarum superior erat aurea; *Facies & mensam de lignis Setim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum, ac semissem. Et inaurabis eam auro purissimo; faciesque illi labium aureum per circuitum, & ipsi labio coronam interrasilem altam quatuor digitis: & super illam alteram coronā aureolam.* Exod. 25. Sed cum aurea corona notissimum sit Regis insigne, hinc præindicatum fuisse facilè intelligere possumus, in mensa Eucharistica, cuius mensa propositionis fuit figura, regiam Christi dignitatem fore manifestandam.

Exod. 25.

In corona aurea, quę erat super mensā propositionis præsignata fuit regia Christi dignitas in Eucharistia

Orientales Magi Christum recens natum proni adorarunt, cumque Deum, hominem, Regem tribus muneribus thuris, myrrhę, & auri declarauere, quod Presbyter Iuuencus relatus à D.Hieron. in c. 2. Matth. breui musa cecinit.

Iuuencus.

Aurum, thus, myrrham, Regique, hominique, Deoque
Dona ferunt ———————

Sed vbi, quæso, hæc peracta sunt? Certè in Bethleem, quæ domum panis significat, vt nimirum palam fieret, quòd Christus Deus, homo, & Rex maximè dignoscendus erat in Ecclesia ex eo, quia hæc pane Eucharistico abundat. Congruit parabola hominis Regis, qui fecit nuptias filio suo; de qua Matth. 22. Rex enim inducitur, qui eas nuptias instruxerit, per quas Eucharisticæ præsignabantur. Et sanè quid mirum, si ex alimonia adeò diuina & regia, quam affluenter fideles sibi à Christo suppeditari vident, ipsius etiam Christi diuinitatem, & regiam dignitatē agnoscant? Cum enim potissimum munus Regis sit alimenta suis subditis prouidere; vndè ille, qui supra vires suas regiam prouinciam nouerat, vt eam declinaret, dixit; *In domo mea non est panis, nolite me constituere Regem.* Isai. 3. facilè populi Regem fatentur, Regem acclamant, in Regem coronant eum, à quo sibi optimos, & copiosos cibos subministrari experiuntur. Fidem huius faciat, quòd postquam in deserto Christus tot homines pauit, *Venerunt* (inquit sacer textus) *vt raperent eū, & facerent eum Regem.* Io. 6. Plurima alia præclara, & admiranda patrarat Christus, & nusquam legimus ob ea homines inductos fuisse ad eum Regem cōstituendum, quia nimirum hoc præcipuè subditi a Rege requirunt, & pro charactere sui Regis habent, si ab eo abundè alimenta recipiant. Adde, quòd si in Eucharistico edulio deliciæ regales degustantur, vndè canit Ecclesia; *Pinguis est panis Christi, & præbebit delicias Regibus,* non est difficile ex eis præsentire aliquid de Christi regno.

Christus dignoscendus erat Deus homo, & Rex in Ecclesia ex eo, quia hęc Eucharistico pane abundat.

Matth. 22.

Isaiæ 3.

Ioan. 6.

Ecclesia in officio corporis Christi.

Introduxit me Rex in cellaria sua &c.

NOTVLA III.

Dominici corporis pabulum iucunditate, & gaudio replet deuotam animam.

INgentem lætitiam, & exultationem, quam sacra Synaxis parit, indicat dilecta Dei his verbis. *Exultabimus, et lætabimur in te.*

Ad bonam frugem redeuntem filium iuniorem pijssimus genitor excipiens, in epulas vitulum saginatum mactari iubet, paratæ opiparæ mensæ tota familia accumbit festiua, musicorum chorus, & symphonia conuiuas demulcent, domus gestit, & tripudiat. Lucæ 15. Quis vitulo saginato, & in esum dato adumbratus fuit? Christus sane in Eucharistico Sacramento, qui hilaritate eximia, & summo gaudio comedentes afficit. *Nunquid possunt filij sponsi lugere, quandiù cum illis sponsus est?* dixit Iesus Matth. 9. vt innueret præsentiam suam in Eucharistico Sacramento, mirificè lætificando, eliminare mœrorem, & luctum omnem propellere. Huic interpretationi fauet Hilarius apud D.Thomā in Catena ad prædictum locum Matth. Auctoris verba accipe. *Mysticè verò, quòd præsente sponso ieiunandi necessitatem discipulis non esse, respondet præsentia sua gaudium, & Sacramentum sancti cibi edocet.* Audiendus hic B. Laurentius Iustinianus de casto Connubio cap. 22. *Quomodo* (ait) *non exultet anima, quæ se sentit dignam effectam Verbi præsētia? si Præcursor in vtero positus exultauit ad aduentum Verbi, quare non magis sponsa in amplexibus sponsi? Non ad insipientiam sibi exultat sponsa in cordis thalamo sponsum adesse cognoscens.*

Luc. 15.

Matth. 9.

Christus in Eucharistia summa lætitia replet animam.

Hilarius.

B. Laurent. Iustin.

Ap-

Eucharistia lætitiæ fluentum. Clem. Alex.

Appositè Eucharistia dicitur lætitiæ fluentum à Clemente Alexandrino 2. pædag. c. 2. vt denotentur faciles, & vberrimi lætitiæ influxus, quos in animam piam transmittit hoc Sacramentum.

D. Thomas

Supposito quòd Christus cum discipulis suis in nocte cœnę Eucharistiam sumpserit, quod cum D. Thom. 3. p. quæst. 81. art. 1. admittunt plures Theologi, quæritur cur Christus hoc corpore, & sanguine suo voluerit se ipsum reficere. Certè ad incrementum gratiæ habitualis consequendum dici non potest, quia hic ab instanti suæ conceptionis omni gratię plenitudine (qualem humanitatem Deo hypostaticè vnitam decebat) cumulatus est; ad iucunditatem ergò quandam, & exultationem à sacra Synaxi promanantem, cuius ipse capax erat, recipiendam se ipsum Christus communicauit. Ità grauissimi Auctores.

Christus se ipsum communicauit ad recipiendam quandam iucunditatem, & exultationem.

Facit ad rem nostram cibi corporei ad cælestem proportio; Nam sicut cibus,& potus corporeus non solùm delectat, dũ actu deguttatur, ob suauitatem saporis, quam præ se fert, sed etiam posteà delectationem causat, quatenus generat bonos humores, & optimum temperamentum, ratione cuius homo hilarescit,& ad iucunditatem mirificè disponitur. Vndè Ruth 3. dicitur. *Cumque comedisset Booz, & bibisset, factus est hilaris.* Ità cibus hic Sacramentalis cum ex Concil. Tridentino præstet ea omnia circà vitam spiritualem, quæ circa corporis vitam operatur cibus corporeus, non solùm dũ actu sumitur, & quandiù durant species Sacramentales, sed etiam post, cælestem quandam delectationem operatur, quæ maximè pullulat ex gratia sanctificante per hoc Sacramentum infusa, & relicta.

Ruth 3.

Cõcil. Tridentinum.

Adde, quòd sicut cibus corporeus generat in homine temperamentum sibi consimile, iuxtà illud Philosophi, *Id sumus, ex quo nutrimur*, ità sanctissimum Christi gloriosi corpus, gaudio, pace, & iubilo plenum, cùm deuotè sumitur, etiam aliquid gaudij, ac iubili in nos transfundit.

A *Exultabimus, & lætabimur in te.*

NOTVLA IV.

Sacræ Synaxis virtute pia anima, ad eum sincerum amorem, quo Deus propter se ipsum diligitur, peruenit.

Duplex amor, amicitiæ,& cõcupiscentię.

B Geminum amorem, amicitiæ scilicet, & concupiscentię Philosophantium, & Theologorum scholæ docent. Amor amicitiæ ità purus est, vt in personam amatam feratur propter se ipsam, & amans hoc amore vult bonum personæ amatæ, quia est bonum eiusdem personæ amatæ. Vndè verus & sincerus amicus sic diligit amicum suum, diuitem, nobilem, sanũ, felicem, & sapientem, vt nobilitatem, diuitias, sanitatem, prosperam fortunã, & sapientiam amici velit, quia amico bona, & vtilia sunt, non quatenus ex eis sibi aliquid emolumenti prouenire po-C test, oblectatur etiam, & complacentia afficitur, quia amicus illis bonis abundat. Amor verò concupiscentiæ nõ ità purus, non enim fertur in personã amatam propter ipsam, volens bonum eius, quia est bonum eius, sed quia bonum personæ amatę redundat in commodum personæ amãtis. Vndè qui amat amore concupiscentiæ aliquem sanguine præclarum, opulentum, potentẽ, alijsque egregijs dotibus præstantem, ità nobilitatem, opes, potentiam, aliaq; amati bona vult, quia ipse ex illis commodum, & vtilitatem percipit. Deus non amore concupiscentiæ à nobis diligendus est; nimis enim dedecet ità Deum diligere, D sicut diligimus agros, domos, aurum, argentum, equos, armenta, greges, & alia ob vtilitatem, vel delectationem, vel honorem nostrum. Diligendus ergò Deus amore sincero amicitiæ propter se ipsum, & debemus illi velle omnes infinitas perfectiones, quas habet, quia perfectiones illius sunt. Vndè debemus Deum omnipotentem, omniscientem, summè bonum, summè gloriosum, æternum, infinitis perfectionibus refertum amare, quia hæc bona sunt ipsius Dei; hac ratione esse diligendum Deum docent cælestes illi spiritus, qui Apoc. 7. re-

Amore sincero amicitiæ diligendus est Deus propter se ipsum.

Apoc. 7.

receuſentur. *Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis ſtãtes ante thronum, & in conſpectu Agni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum: & clamabant voce magna dicentes: Salus Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronum, & Agno. Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni, & ſeniorum, & quatuor animalium: & ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas, & adorauerunt Deum, dicentes, Amen. Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo noſtro, in ſæcula ſæculorum, Amen.* Hanc itaque perfectionẽ vnitiuam, & affectiuam aſſecuta dilecta Dei per gratiam ſacræ Synaxis iubilans B in Deo dicit: *Exultabimus, & lætabimur in te.* Quaſi dicat: Gaudeo Domine mi te infinitam habere bonitatem, ſapientiam, potentiam, omneſque perfectiones in ſummo; fruere illis dilecte mi in æternum, & vltrà, hæc eſt potiſſima mea lætitia, & exultatio.

Quòd verò Euchariſticum Sacramentum ità amorem noſtrum purget à terreno, ſeu concupiſcenei affectu, vt illum purum, & nitidum, quo Deus diligitur propter ſe, reddat, ex eo inſinuatur, quòd hoc diuinum Altaris pabulũ, ignis & à Patribus, & à ſacris Paginis appellatur; aptiſſimè enim ignis efficacitate in expurgando auro, & argento ab im- C puris metallis, denotatur vis ſacratiſſimi cibi, in purificando auro, & argento charitatis ſinceræ. D. Chryſoſtomus in illud Iſai. 6. *Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat,* hæc habet. *Ne putetis quòd accipiatis diuinum corpus ex homine, ſed ex ipſius Seraphini forcipe ignem.* Egregiè D. Paulinus epiſt. 3. cuius hæc ſunt verba. *Caro enim eius, vt ipſe ait, verè cibus, & vita eſt. Ipſa enim eſt ſecundùm Ieremiam olla vrens peccata, & illo igne cõſumens, de quo ait; Ignem veni mittere in terram, quem & in nobis optemus accendi, vt in olla Dominici corporis, idest Eccleſia con- D coquamur, peruſtiſque vitijs, efficiamur argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum.* S. Io. Damaſcenus lib. 6. q. fidei 14. *Cum omni (inquit) timore, & conſcientia pura, & indubitabili fide, accedamus, & veneremur ipſum omni puritate animæ, & corporis, accedamus ei deſiderio ardenti, manus in crucis modum formantes, Crucifixi corpus ſuſcipiamus, & apponentes oculos, labia, & frontem, diuinum carbonem concipiamus, vt ignis in nobis deſiderij aſſumens ex eo carbone ignitionẽ comburat peccata noſtra, vt participatione diuini ignis igniamur, & deificemur.* Premo

D. Chryſoſt.

D. Paulin.

Io. Damaſcen.

A hoc vltimum verbum, *deificemur*, ſicut enim Deus ſe ipſum diligit propter ſe ipſum, ità qui deificatur, conſimili amore Deum diligit.

De Chriſto in Altaris Sacramento exiſtente Chryſoſtomus homil. de Chriſti miraculis exponit locum illum Iſai. 6. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum: & ea quæ ſub ipſo erant replebant templum. Seraphim ſtabant ſuper illud &c.* Plura myſteria procul dubio in hac viſione indicantur, inter quæ hoc eſſe reor, quòd ignis Euchariſticus homines ità amore in Deum perfectò accẽdat, vt Seraphini ab amore ardentes nominari poſſint, quidùm nil aliud inge- B minant, niſi *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria eius,* ſatis apertè teſtantur ſe tali amore in Deum ferri, & ſummo iubilo affici, quia Deus infinitam habet ſanctitatem, potentiam abſolutiſſimam, & gloriam immenſam.

Chryſoſt.

Euchariſticus ignis ita homines amore in Deum accẽdit, vt Seraphim amore ardentes vocari poſſint.

D. Maria Magdalena lacrymis lauando, & oſculis ſuauiãdo pedes Chriſti accumbentis conuiuio, feruentiores ſemper ſanctiſſimi illius amoris, quo diligitur Deus propter ſe, concipiebat flammas, vt colligitur ex ſacro textu Luc. 7. *Hæc autẽ lacrymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit. Oſculum mihi non dediſti: hæc autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes* C *meos. Oleo caput meum non vnxiſti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Perpende illud, *dilexit multum*, nõ enim multum dilexiſſet, ſi nõ dilexiſſet Deum, ſicut diligẽdus eſt propter ſe. Sed nonnè fortunata hæc mulier aliquid de virtute, quã Xpus in ſacra mẽſa cõmunicat, præſenſit? Audiendus eſt hìc D. Paulinus ep. 4. loquens de Magdalena. *Quæ ipſum vinum, viuificumq; panem manibus, & ore præſumpſit, ſanguinem quoq; calicis, antequam fieret calix ſanguinis, oſculis ſugentibus prælibauit, & in ipſo corpore Chriſti corpus accepit.*

Luc. 7.

Magdalena nõ dilexiſſet multũ, ſi non dilexiſſet Deũ, ſicuti diligendus eſt propter ſe. D. Paulin.

D Ioãnes In cœna recubuit ſuper pectus Domini; originale Græcũ habet, *cecidit*, quia ſinceri amoris pondere in ſolum Deum tendentis ferebatur, verè enim dixit Auguſtinus. *Amor meus, pondus meum, illò feror, quocunque feror.* Sed quid Ioannis amorem ita perfecit? ſanè credendum eſt Euchariſticum Sacramentum, etenim poſt illius ſumptionem ita cecidit ſuper pectus Domini.

D. Auguſt.

Ioannis amorem Euchariſtia perfecit.

Exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum.

NOTVLA V.

Non ſolùm Euchariſtici Sacramenti ſuſceptio, gaudium, & ſolatium parit, ſed & illius ſola recordatio.

Dauid mœrore oppreſſus ſola Dei recordatione exhilaratus eſt.

PRophetæ Dauid aliquando ità ingenti mœrore opprimebatur, vt nullũ ſubleuamẽ admitteret, B ſtatim verò ac illi venit in mentem Deus, hac ſola recordatione exhilaratus, atque mirificè recreatus fuit.

Pſal. 76.

Renuit conſolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus ſum; talis eſt itaque iucunditas, qua Deus abundat, vt etiam ſolùm de ea re cogitans oblectetur; cuius effectus participes procul dubio ſunt, qui altaris Sacramentũ, in quo verè eſt Deus, deuota mente reuoluunt. D. Thomas opuſ. 58. cap. 21. de Euchariſtia exponens illud Eccleſiaſtici 49. *Memoria Ioſiæ in compoſitionem odoris facta opus pigmentarij. In omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini.* C hæc habet. *Ioſias, qui interpretatur fortitudo Domini, ſignificat Chriſtum, dicit gloſ. memoria Chriſti, ideſt Sacramentũ corporis eius, quod in memoriam ſui iuſſit conſecrari, opus eſt odoriferum veri pigmentarij, ideſt Spiritus Sancti, qui illud compoſuit de pretioſiſſimis ſpeciebus, ſcilicet de carne virginali, & ſapientia Dei. Hic quaſi mel in ore cordis indulcatur, ſi virtus eius in ſalutem humani generis piè cogitatur.* Perpende hæc vltima verba, quibus S. Doctor monet etiam ſolam piam cogitationem de hoc Sacramento dulcedinem afferre; Et quidem cùm Ioſias Domini fortitudinẽ ſonet, aptiſſimè deſignat fortitudinem, & ſtrennitatem, quam Dominus oſtendit inſtituendo Euchariſtiam ea nocte, D qua illi Iudas proditionem ſtruebat, ferens Iudæorum ſæuitia contumelias, tormenta, & mortem moliebatur acerbiſſimam; quiſquis enim ad hoc animũ refert, & conſiderat, quàm fortis, & cõſtans fuerit Chriſti in nos amor, qui à tot iniurijs ſuperari non potuit, plurimùm de eo ſibi promittens, non poteſt non magna affici lætitia. Beata Ida Louanienſis, vt refertur cap. 19. illius vitæ, ad ſolam Euchariſtiæ memoriam adeò ardenti charitate incaleſcere ſolebat, vt

D. Thomas

Sola cogitatio Euchariſtiæ dulcedinem affert.

Fortitudinem maximam oſtendit Chriſtus, dũ inſtituit Euchariſtiam.

In vita B. Idæ Louanien.

A eius etiam externa membra mirificè feruerent, & procul dubio ingenti etiã illo gaudio, quod vehementem charitatem comitatur (fructus enim charitatis gaudium) afficiebatur, Sic etiam Catharina Senenſis ab aſpectu Sacerdotis, qui Euchariſtiam tetigiſſet, mirificè recreabatur, vt in eius vita cap. 15. refertur, quod illi eueniſſe piè credi poteſt, quia excitabatur tunc in ea Auguſtiſſimi Sacramenti recordatio. De hoc itaq; ſuauiſſimo experimento loquitur hic dilecta Dei his verbis. *Exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum.*

In vita S. Catharinæ Senen.

Memores vberum tuorum.

NOTVLA VI.

Deuota anima iugem ſacræ Synaxis memoriam ſeruare debet.

DIlecta Dei diuino ſpiritu illuſtrata, agnoſcens quantum cæleſti ſponſo acceptum ſit, vt mente verſemus Euchariſticũ Sacramentum; hoc ſedulò cum alijs ſe executioni mandare modeſtè innuit his ver- C bis, *Memores vberum tuorum.*

Quando Dominus in loco campeſtri ingentem illam turbam quinque panum ſubſtantia diuina virtute amplificata pauit, panes diſcipulis diſtribuendos populis diſcumbentibus tradidit; *Et cùm iuſſiſſet turbam diſcumbere ſuper fœnũ, acceptis quinque panibus, & duobus piſcibus, aſpiciens in cælum benedixit, & fregit, & dedit diſcipulis panes, diſcipuli autem turbis.* Matth. 14. Quale myſteriũ voluit hic ſapientiſſimus Magiſter in manus diſcipulorum inferendo panes, indicare? An vt tanti miraculi memoratiuas continuò inſpicerent manus? Ità exiſtimat Chryſoſtomus relatus à D. D Thoma in Catena ad præfat. Matth. locum. Audi S. Doctorem. *Chryſoſtomus. In quo quidem non ſolùm eos honorauit, ſed voluit, vt hoc miraculo facto non increduli fiant, neque obliuiſcantur eius, cum præterierit.* Verùm ſi illa refectione Euchariſtica alimonia denotabatur, vt ex vulgata expoſitione conſtat, certè monemur, vt iugem, & continuam diuini edulij recordationem ſeruemus. Sed dum de hac ſtupenda refocillatione loquimur, in mentem venit, quòd poſt illam, qui mãducauerant, *ſuſtulerunt reliquias fragmentorum*

Matth. 14.

Diſcipulis cur dederit Chriſtus panes, vt diſtribuerent turbis.

D. Chryſ.

tetium, & homicidium, memotat illi regiam dignitatem, opes regias, plutaque alia, quibus eum locupletauit, & ſubnectit: Si pauca ſunt iſta, adijciam tibi multò maiora. *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Ego vnxi te in Regem ſuper Iſrael, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum domini tui, & vxores domini tui in ſinu tuo, dedique tibi domum Iſrael, & Iuda: & ſi parua ſunt iſta, adijciam tibi multò maiora.* 2. Reg. 12. Etſi enim maxima erant, quæ Dominus largitus erat Regi Dauid, vt illum ſibi amicum obſtringeret, cumulatiora tamen adhuc erogare poterat. Sed poſtquam Dominus in ſacrâ menſa ſe nobis in cibum tradidit, cùm omnia ſimul ſecum nobis tradiderit, non poteſt dicere, maiora adijciam, vt vos ad me redamandum alliciam. Verè enim in ſacra Synaxi recipimus Chriſti corpus, ſanguinem, animam, diuinitatem, perſonam Verbi, attributa omnia diuina, & conſequenter ſanctiſſimam Trinitatem, & inſuper inæſtimabilia merita Chriſti, quę nobis in hoc Sacramento feliciter applicantur. Quare ſi dona ad conciliandum amorem plurimum habent ponderis, & eò maioris, quò pretioſiora ſunt; vndè Ariſtoteles inter omnes ſtudioſos maximè amari liberales affirmat. Sanè quis adeò in amore durus, & rigidus eſſe poterit, quē non molliat, & inflectat ad amandum adeò larga, & prodiga largitas, vbi donator venit in donum, & datum eſt idē penitùs cum datore, vt verbis vtar Vrbani Papę in Clement. de reliquijs, & veneratione Sanctorum, cum datore inquā, qui ſecū, quidquid pretioſum eſt, affert. Hæc dilecta Dei cōſiderans meritò clamat. *Recti diligunt te*, ſeu *rectitudo diligit te*. Quaſi dicat: ò mi dilecte cùm te in cibum nobis tradis, omnia ſimul congeris, & potiora, quæ præſtari poſſunt, operaris ad noſtrum præcipuum amorem deuinciendum, quare recta eorum certè electio, qui dilectionem ſuam in te, tanquam in omnis amabilitatis ſcopum collineant.

2. Reg. 12.

In Eucharistia Christ. nobis omnia ſimul tradidit.

A *Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Hieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis. Verſ. 5.*

Indicatur ſenſus ad corticem litteræ.

Communis Interpretum huius loci ſenſus eſt, ſponſam ſe obfuſcam ingenuè fateri; huiuſmodi autem colorem, non illi natiuum, ſed eueniſ-
B ſe ab ardenti Solis æſtu, quem ſuſtinuit: hoc valdè probabile admitto, mihi tamen ſatis veriſimile videtur de ſuis natalibus obfuſcis, deque vili, & abiecta conditione ſua, ob quam ſimilis appareat Cedarenorum incultis tabernaculis, quæ quòd æſtui Solis, imbriū illuuiei, & alijs cæli iniurijs expoſita eſſent, nigra, & inculta ſquallebant; nam de vultu reddito decolore ab ardentioribus Solis radijs, infrà verba facit, dicens, *Nolite me conſiderare, quòd fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.* Subdit tamen, cum hoc nigrore, ſeu humili genere, & exigua ſupellectile ſe formoſam, ſeu ſpectabilem morum concinnitate, &
C ſe donis etiam à ſponſo acceptis exornatam eſſe, ità vt ęquari poſſit papilionibus, ſeu tentorijs, quibus Salomon inter venandum, vel faciendum iter vtebatur, nitore, atque decore inſignibus, qualia decebant Regem adeò magnificum, opulentum, & elegantiarum amatorem, ſic enim eum vocat Ioſeph. lib. 8. antiquit. cap. 2. Hæc expoſitio quatenùs ità diſtribuit geminas allatas ſimilitudines, vt fuſcus ſponſæ color conferatur cum tabernaculis Cedarenorum, formoſitas verò cum papilionibus Salomonis, quibus vix aliquid pulchrius eſſe poterat, eſt Rabbinorum, quam approbat Alcaſarus hic; occurrit autem hic ſponſa ta-
D citæ exprobrationi virginum Sionidum, quibus forſan nimium præter rerum ordinem videbatur, quòd paſtrix nullo ſtēmate clara, non opibus abundans, ruſticanis exercitamentis dedita, ad connubium adeò nobile introducta, & euecta fuerit. Quaſi dicat: ò Hieroſolymitanæ puellæ, cur admiramini, ſi ego adeò illuſtri connubio extollar? nam licèt fuliginoſa ob infimum, atque inopem ſtatū meum verè ſim, ità vt cum atris, & nullius æſtimationis Cedarenorum tabernaculis comparari valeam, nihilominùs

Ioſeph.

Alcaſar.

morum elegantia, & muneribus pretiosis mei sponsi mihi ad decorem adiunctis, ita speciosa euasi, vt papilionibus omnibus Salomonis Regis conspicuis assimilari meritò possim. Quarè non omninò indigna existo regalibus nuptijs cum eo, qui præclaras animi dotes stirpi, & diuitijs anteponit.

Nigra sum, sed formosa &c.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Eo commiserationis, & amoris affectu peccatores verè pœnitentes amplectitur Dominus, vt quodammodò pro illis potissimùm sacram Altaris alimoniam instituisse videatur.

SPonsa spiritalis agens hoc loco personam peccatoris ad meliorem frugem redacti, & Eucharisticæ mensæ assidentis, ne quis illi insultet, aut obrectet, quòd connubium adeò sanctum, quale in sacra communione fit, celebrare audeat, quod nunquam deuigratam per culpas sanctitatẽ exigere videtur, sincerè, & verecundè suorum criminum nigredinem fatetur, simul subnectens se per pœnitentiæ gratiam talem formositatem esse adeptam, per quam noscit se reddi singulariter habilem ad Eucharisticas nuptias; quasi hæc dicat humili affectu alloquens spiritus cælestes, vel eos, quorum pes in via mandatorum nunquam offendit; Agnosco quidem, ò immaculatæ sanctitatis spiritus, ò probi viri, qui nunquam lethalia scelera patrastis, quàm nigra sim ex concupiscentiæ meæ æstu, & peccatorum, atque imperfectionum mearum illuuie, & nigrescentibus tabernaculis Cedarenorum non dissimilis appaream, sed baptismali fonte abluta, & per pœnitentiæ gratiam actualium criminũ meorum sordibus detersis, & virtutibus infusis decorata, sic formosa euasi, vt de elegantia, & nitore possim cum perpolitis Salomonis papilionibus auro, gem-

A misque fulgentibus assimilari. Hæc autem omnia pretiosa dona sunt, quæ mihi profusa diuini amatoris liberalitas largita est, vt ad celebrandum cum eo purissimum, & sanctissimum coniugium, in Eucharistico conuiuio aptè disponerer. Ad quod adeò ingenti benignitatis affectu peccatores verè pœnitentes clementissimus Redemptor admittit, vt prò illis maximè sacrosãctum illud epulum parasse videatur. Fauet ex parte Hugo Cardinalis in huius loci expositione. *Vel nigram se dicit secundùm statum præteritum, quo fuit sub peccato, formosam secundùm statum præsentem, quæ lota est in baptismo, & purificata fide.* Subdam ali- B qua in propositi argumenti plenioré cõfirmationem.

Hugo Cardin.

Ingressus Dominus ciuitatem Iericho domum Zachæi publicanorum principis pro hospitio elegit, Zachæus autem ille, vitam, quam priùs malè traduxerat, in melius commutarat, vt apertè cõstat ex sacro textu Luc. 19. vndè typum gerit hominis post lapsum resipiscentis, & communicantis, qui verè Christũ Dominum intrà animæ suæ penetralia recipit. Sed cur quæso Dominus tanta animi propensione in ædes Zachæi fertur, vt vi quadam ad eas pertrahi videatur? *Zachæe festinans descende, quia hodiè in* C *domo tua oportet me manere*, deerant forsan non interruptæ probitatis viri in ea ciuitate, qui Dominum omni beneuolentiæ, & pietatis officio essent excepturi? non hoc ego cogitarem; crediderim verò Dominum voluisse apud Zachæum potiùs diuersari, quàm apud alios, vt indicaret, quàm peculiari affectu cupiat in sacra Synaxi recipi à peccatore verè pœnitente, vt eum in sanctitate, & iustitia, quam nuper adeptus est, ita obfirmet, & stabiliat, vt de ipso absolutè verificetur. *Hodie huic domui salus facta est.*

Luc. 19.

Christus apud Zachæum diuersari voluit, vt denotaret quã peculiari affectu cupiat in Eucharistia recipi à peccatore verè pœnitente.

Miseratione tactus Dominus turbam illam alimento destitutam pauit admiranda panis multiplicatione, sed ad hoc D se inductũ fuisse innuit potissimũ propter eos, qui à remotioribus partibus iter susceperunt. *Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via: quidam enim ex eis de longè venerunt.* Marc. 8. Eucharisticam refectionem præadumbratã tunc fuisse, sat norunt, qui in sacris paginis vel mediocriter versati sunt. Duo autẽ virorum genera in illa turba considerãda occurrunt, quidam enim aderant, qui venerunt de longè, quidam verò non, inter quos enumerandi discipuli, fidi Christi comites; in his enumerantur,

Marc. 8.

qui in via mandatorum Dei ſemper perſiſtunt, in illis verò, qui per lethales culpas longè receſſerant à Deo, ſed rediere per pœnitudinem. Hoc vltimum probè

D. Thomas

aduertit D. Thomas in Cant. ex Beda in memoratum locum Marci. *Qui verò poſt carnis flagitia, poſt furta, violentias, & homicidia ad pœnitentiam redeunt, ad Dominum de longinquo veniunt; quantò enim quis plus in prauo opere errauerit, tantò ab omnipotenti Deo longiter receſſit.* Quarè pro ſcopo noſtro notandum, quòd, licèt omnibus in illa turba exiſtentibus fuerit alimonia data à Chriſto, nihilominùs hic ad eam ſuppeditandam ſingulari cõmiſeratione in eos, qui de longè venerunt, impulſus eſt, vt hinc palam fieret,

Euchariſtia pro omnib⁹ inſtituta, ſed præcipuè ꝓ peccatoribus pœnitentibus.

B Euchariſticum Sacramentum ad omnes quidem ſpiritaliter reficiendos eſſe conditum, ſed neſcio quo peculiari commiſerationis Chriſti affectu, ad eos maximè, qui à lapſu grauiorum peccatorum ſurrexerunt, & ideò maiori gratiæ fomento indigent, ne relabantur.

Ad cœnam illam magnam inuitatis accedere renuentibus Dominus dixit ſeruo ſuo. *Exi citò in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc hùc.* Luc. 14. In hac cęna ſymbolicè repræſentata fuit Euchariſtia, vt Cyrillus, & alij Patres animaduertunt:

Luc. 14.

Cyrillus.

Sed nunquid ad Euchariſticã cęnam admittendi ſunt non modò pauperes, & debiles, ſed etiam cęci, & claudi, notiſſimi prauorum hominum characteres? Abſit; eliminandus ſemper ab hac ſacra menſa, & in tenebras exteriores detrudendus non indutus veſte nuptiali pœnitentiæ. Cæci, & claudi, ſcilicet miſeri peccatores aduocantur quidem ad epulas Dominici corporis, ſed vocatione efficaci, quæ illos priùs mouet ad recuperandã per pœnitentiam gratiã illuminantem animam, & corroborantem vires ſpiritales, quibus recto greſſu ambulent in lege Domini. Quare eò tendit hæc parabola Domini ad cœnam illam magnã, per ſeruum cæcos, & claudos inuitantis, vt doceamur, peccatores à diuina gratia maximè excitari ad perfectiſſimam pœnitentiam, vt conuerſi ſacræ altaris menſæ accumbant, vbi tanquam primarij conuiuæ à Chriſto ardenter expetuntur.

Peccatores à Deo excitantur ad pœnitentiã vt conuerſi Euchariſtiã ſumant.

Poſtquam clementiſſimus Genitor iuniorem filium paternæ ſubſtantiæ dilapidatorem ſaniori menti redditum amplexus, ac deoſculatus eſt, annulo, & veſtibus ornauit, calceamentis muniuit, vitulum tandem ſaginatum occidi ad epulandum imperat. *Et adducite vitulũ ſaginatum, & occidite, & manducemus, &*

A *epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt.* Luc. 15. Premenda eſt hæc dictio, *quia*, quæ cauſam, ſeu motiuum epularum importat, vndè hunc ſenſum gignit: Epulemur, quia filius meus reſipuit; reſipiſcentia filij deſignat pœnitentiam, vitulus ſaginatus in cibum datus Euchariſticum Sacramentum, quod etſi debeatur omnibus probis, nihilominus præcipuo quodam modo deberi videtur recedentibus à peccatis, in quibus aliquandò ſorduerunt, vt gratia, quam confert hoc Sacramentum roborati, in iuſtitia, & sãctitate perſeuerent, atquè proficiant.

Luc. 15.

Euchariſtia omnibus probis debetur, & præcipuè peccatorib⁹ ad Deũ cõuerſis.

Egregiè Tertullianus de pudicitia c. 9. B *Veſtem*, inquit, *priſtinam accipit, ſcilicet eam, quam Adam transgreſſus amiſerat, annulum quoquè accipit tunc primùm, quo fidei pactionem interrogatus obſignat, atquè ità exinde opimitate Dominici corporis veſcitur, Euchariſtia ſcilicet.* Sed luculentiùs adhùc ad noſtrũ inſtitutũ Titus Boſtrenſis in citatum locum Lucæ. *Et adducite* (inquit) *vitulum ſaginatum, illum inquam vitulum adducite, qui pro terrarum orbe immolatus, eiſquè, qui vera reſipiſcentia ducuntur, donatus eſt, hoc eſt, tremendorum myſteriorum participem illum facite.*

Tertullian.

Titus Boſtren.

Aduertendum, quæ in hac notula dicuntur, in conſimili ſenſu accipienda eſſe, quo parabola de Paſtore, qui dimiſſis C nonaginta nouem ouibus in deſerto, errabundam quæritat, qua inuenta ad ſibi congratulandum de ea recuperata conuocat amicos, vt conſtat ex Luc. 15. vbi ſacer textus ſubdit. *Dico vobis, quòd ità gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſupra nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia.*

Luc. 15.

Nam de cætero certum eſt, digniorem eſſe Altaris alimonia, & libentiùs à Domino ad eam admitti, & vberiori gratia donari eum, qui in perfectiori ſanctitatis gradu reperitur, ſiue ſit è claſſe eorũ, qui nunquàm à iuſtitiæ ſemitis receſſerunt, ſiuè è cœtu peccatorum, qui per veram pœnitudinem, gratiam iuſti-
D ficantem ſunt aſſecuti, quorum
aliqui interdum per actus
cõtritionis, & charitatis
intenſiſſimos, non
ſolùm ſanctitate
æquant, ſed
&
ſuperant eos, qui
ſine lethali
lapſu
vixerunt.

Nigra

Nigra ſum, ſed formoſa &c.

NOTVLA II.

Deuotus fidelis ſacræ menſæ accumbens, ſuæ vilitatis memoriam habere debet, hinc enim plurimùm venuſtatur.

VErum eſt corpora quædã omni ex parte abſoluta, & pulchra videri, ſi optimus corporis habitus in debita quantitate, & qualitatum omniũ ſymmetria conſiſtens aſpiciatur; at ſi non adſit etiam quædã morum concinnitas, ſeu iucunda elegantia, quæ communiter gratia nominatur, illa ſola pulchritudo corporea imperfecta remanet, nec ad amorem ſatis allicit. Côtrà verò corpus etiam defectu coloris, & ſtaturæ imperfectum, ſi gratia condecoretur, venuſtum iudicatur, & intuentiũ amorem ſibi conciliat: Hæc porrò gratia ſtudio, & induſtria aliquandò comparatur, vel augetur, quod mulier illa iactabat.

Si mihi difficilis formã natura negauit,
Ingenio formæ damna rependo meæ.

Tacitus. Plutarch. Similem illecebram tribuit Poppilæ Tacitus, Cleopatræ Plutarchus in Anton. Sed quænam eſt ſpiritalis elegantia, ſeu venuſtas, quæ hominem Deo peculiariter formoſum, ſeu amabilem reddit, licèt vilitate ſuæ conditionis, & imperfectionibus denigreſcat? certè eſt illa, de qua loquuntur Dauid Pſal. 95. *Confeſſio, & pulchritudo in conſpectu eius.* Et Salomon Eccleſiaſt. 4. *Eſt confuſio adducens gloriam, & gratiam.* Igitur hæc ingenua ſubmiſsio, qua anima ſuam indignitatem incuſando, ſe vilem, & contemptibilem ſinceré fatetur, plurimum formoſitatis, & venuſtatis illi adiungit, qua Euchariſtico conuiuio accumbens, diuino ſuo ſponſo gratior, & amabilior euadit, & hoc nos docet hic Spiritus Sanctus, dùm ſpõſam ſic loquentem inducit. *Nigra ſum ego,* & ſtatim ſubdit, *ſed formoſa,* quia ſtatim ac nigredinem ſuarum imperfectionum prodit, formoſa & apparet, & digna cæleſti connubio, quod in ſacro conuiuio celebratur.

Pſal. 95. Eccleſ. 4.

Quantum verò placeat Deo communicans, qui in mente verſat abiectionem ſuam, pluriès in ſacris paginis indicatur.

A Panem Euchariſticum in pane ſubcinericio ſæpiùs adumbratum habemus, 3. Reg. cap. 17. & 19. & alibi. Rectè quidem, quia cùm pani ſubcinericio ſemper aliquid de minutiſsimo cinere adhęrere ſoleat, cinis autem ſit vilitatis noſtræ index, appoſitè per panem ſubcinericium innuitur, in eſu panis Euchariſtici noſtræ abiectionis conſiderationem eſſe admiſcendam. Quarè, ſi Abraham allocuturus Deum magna animi ſubmiſſione dicebat: *Loquar ad Dominum meũ, cùm ſim puluis, & cinis;* accedens ad ſacram Synaxim dicere debet, Egonè puluis, & cinis Dominum meum intrà me excipiam?

3. Reg. 17.

Pane ſubcinericio denotatur in eſu panis Euchariſtici admiſcẽdam eſſe cõſiderationẽ noſtræ abiectionis.

B Bis Dominus pauit turbam in loco cãpeſtri. In vtroquè pabulo præſignatum fuit conuiuium Euchariſticum; ſed attẽdendum, quòd Chriſtus ſimul præcepit turbæ, vt diſcumberent ſuper terram. Matth. 14. aliàs verò, vt fœno inſiderent. *Erat autem fœnum multum in loco. Diſcubuerunt ergò viri, numero quaſi quinque millia.* Io. 6. Sed cur hæc iuſsit Dominus? nimirùm vt hinc intelligamus illi valdè acceptum eſſe, dùm ſacro conuiuio aſsidemus, ſi recogitamus de terra, à qua traximus originem, & de fœno, hoc eſt de carnis noſtræ imbecillitate. *Omnis enim caro fœnum.* Iſai. 40.

Matth. 14. Ioan. 6.

Deo valdè accepta eſt noſtræ vilitatis recogitatio, dũ ſacræ menſæ accumbimus.

Iſai. 40.

Celebraturus Chriſtus Paſcha cũ diſcipulis, C præmiſit ad parandum locum, Petrum, & Ioannem. *Ite,* inquit, *in ciuitatem, & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, ſequimini eum.* Marc. 14. Vide quem ductorem proponit illis Dominus, hominem lagenam aquæ portantem, hunc præeuntem inſequi debent diſcipuli comeſturi agnum. O egregium optimæ diſpoſitionis ad comeſtionem agni Euchariſtici documentũ, antè oculos mentis habere hominem deferentẽ lagenam aquæ, ſcilicet miſeram hominis conditionem, hic enim, quantum eſt ex ſe, vas teſtaceum eſt, ſolam iniquitatis aquam vehens. Huic exiſtimationi ſuffragatur Theophilus apud D. Thomã D in Catena ad illum locum Lucæ 22. *Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem occurret homo quidam amphoram aquæ portans. His paratoribus* (inquit citatus Auctor) *occurrit homo: quia per prædicta reperimus ſtatum hominis, qui creatus eſt ad imaginem Dei, qui portat amphoram aquæ, quæ ſignificat gratiam Spiritus Sancti. Amphora autẽ eſt humilitas cordis, humilibus enim dat gratiã, qui ſe cognoſcunt eſſe terram, & puluerẽ.*

Marc. 14.

Euchariſtiã ſumens ante oculos mẽtis habere debet hominem deferentem lagenã aquæ ſcil. miſerã hominis cõditionem.

Illud Ruth 2. *Intinge buccellam tuam in aceto;* exponit Hugo Carenſis in cap. 17. Prouerbiorum de Euchariſtico bolo, qui non ſine memoria illius ace-

Ruth 2.

ri, quod accepit Iesus in Cruce, sumendus nobis est. Verba citati Auctoris hęc sũt. *De hac buccella* (scil. Eucharistię) *Ruth 2. quando hora vescendi fuerit, veni huc, & intinge buccellam tuam in aceto, idest in commemoratione passionis Christi.*

Hugo Cavensis.

Debemus sanè cùm sacra Dominici corporis esca vescimur, animum referre ad ea omnia, quæ pertulit pro nobis Christus, sed simul ad peccata nostra grauissima, ob quæ adeò acerbissimos cruciatus sustinuit; nec non etiam in memoriã reuocandum est, quoties in sacro conuiuio Christo pro vino feruentis charitatis, summæ frigiditatis spiritalis acetum propinanimus. Hoc eximiæ sanctitatis viri ad praxim optimè reducebant.

Eucharistiã sumentes animum referre debemus ad ea omnia, quę pro nobis pertulit Christus.

B Andiendus hic B. Laurent. Iustin. deuoto soliloquio varios humilitatis actus ante communionem eliciens. *Ecce*, inquit, *tantillus seruus tuus coram te toto corde prostratus clamat ad te totis desideriorum suorum præcordijs in spiritu humilitatis, & in animo contrito. Ego, ò Domine, ego sum prodigus ille, qui cæleste patrimonium, omnemque substantiam carnaliter viuendo dissipaui, atque consumpsi, propter quod filius vocari dignus non sum. Ego, inquam, ouis sum perdita, quæ per vitiorum deuia diù errans luporum dentibus laniata permaneo. Tu igitur pijssime Pater suscipe venientem, pœnitenti occurre, atque esurienti saginati vituli alimoniam prabe. Tu Pa- C stor bone inuentam recognosce ouem, & ne iterum errare incipiat, in humeris ad ouile reporta. Respice in me, ò Domine, & miserere mei, & ne auertas faciem tuam à puero tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi me, te sustinui tota die, te præcipuè diligo, te cupio, te totis visceribus sumere concupisco. Oro te Domine, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.* Hæc pijssimus vir de triumphali Christi agone cap. 4.

B. Laurent. Iustin.

Benè nouerat Beatus Franciscus Borgia diuino lumine illustratus, quàm venusta, & Deo amabilis per actus submissionis reddatur anima in sacrosancta cõmunione: Hic enim celebraturus Mis- D sam sacras induens vestes se ipsum tanquam lupum obtectum pelle ouina contemplabatur; Missæ introitum admirabundus proferebat, quòd cum ipse peccator esset magnus, Canticum Domini, & Angelorum in terra aliena ore immundo caneret; Pudore suffundebatur in recitandis collectis, quòd munere reconciliatoris inter Deum, & populum fungeretur, qui animas ad malum pertraxisset; quòd diuinæ sapientiæ libros legeret in Epistola, qui iam in cathedra pestilentiæ sedisset; quòd Euangelium

A promulgaret, qui Euangelium dictis, & operibus impugnasset. In offertorio cõfusione replebatur, cogitando, quo animo, qui filium aliquem impiè occidisset, proprio patri offerre auderet, æternum tamen Patrem, vt pro benignitate sua ineffabili acceptare dignaretur talẽ oblationem, deprecabatur; gratiarumque actionibus pro acceptatione adiunctis. Consecrationi propinquus admirabiliter commouebatur, contremiscebat, ac si audiret Dominum sic loquentem. Ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, reputans se ipsum esse illum scelestum peccatorem, in cuius manus tradendus erat fi- B lius Dei, & Immaculatæ Virginis. His & alijs profundæ humilitatis actibus indignitatem suam incusando formosus, & amabilis semper magis in Eucharistica mensa euadebat vir iste non vulgari sanctimonia conspicuus. Vide hæc, & alia apud Virgilium Ceparium in vita huius Beati Italicè conscripta.

Virgil. Cepar. in vita B. Francisci Borgiæ.

Aliquando D. Catharinæ Senensi Augustissimum Altaris Sacramentum suscepturæ magno submissi animi feruore ingeminanti: Domine non sum digna, vt corpus meum ingrediaris, Dominus respondit, & ego dignus sum, qui ingrediar in te. Ita refertur cap. 11. de vita, & gestis eiusdem Sanctæ.

In vita D. Catharinæ. Senen.

C Gerson tract. 9. in *Magnif.* p. 3. de Beatæ Virginis heroica humilitate, dum sacræ mensæ accumberet, hæc scribit. *Cõtemplabatur Maria etiam se ex se nequaquã esse dignam, excelsior super omnes. Dicebat igitur cum Apostolo; Venit Deus saluos facere peccatores, quorum prima ego sum, sed misericordiam in præseruatiua sanctificatione, & redemptione ab omni peccato etiam originali consecuta sum, alioquin etiam natura iræ filia fuissem, sicut alij. Solus & vnicus filius meus neque peccatum, neque necessitatem habuit consequendi peccatum priuilegio singulari, D quia singulariter ex Spiritu Sancto natus.*

Gerson.

Nigra

Nigra sum, sed formosa &c.

NOTVLA III.

Soli exigui progressus in virtutibus, & imperfectionum fuligines non debent piam animam reuocare à frequenti Altaris refectione.

IN Hebræo non est vox יפה *Iaphah*, quæ significat, formosa, sed vox נאוה *Nauah*, quæ amabilem, & desiderabilem sonat: huic inhærendo sequentem subnecto expositionem. Sponsa hoc loco piam aliquam animam non adeò perfectam repræsentans, occurrit tacitæ reprehensioni nonnullorum, qui cùm sciant eam parùm in virtutibus proficere, & pluribus defectibus deturpari, nimium præsumere videatur accedendo frequenter ad sacrum conuiuium. Quasi dicat: omni cum submissione ò animæ sanctæ fateor quidem, me culparum nigrore, quasi turpitudine quadam squallere, sicut neglecta tabernacula Cedarenorum, quæ à Solis ardoribus exusta, ventorum flatibus, crebrisquè imbribus infuscata sordebant. Quare meritò me indignam iudicatis, vt Christi habitaculum fiam: Verùm licèt adeò miserabilis sim, sum tamen diuino meo sponso amabilis, & desiderabilis, quia hic misericordiam suam ergà miseros ostendere maximè oblectatur, & gloriatur, quæ misericordia cum nullis limitibus circunscribatur, vbi miseriæ abundant, magis elucet; hac ego confisa, illum in Eucharistico ferculo sæpiùs intra me suscipio, vt me ab imperfectionum mearum miserijs subleuet, & sic assimilari possum papilionibus, in quibus sub dio Salomon detineri solebat; licèt enim ædes amplissimas, & regias haberet, non iniucũda tamen erat illi in papilionibus habitatio, cùm venationi, qua summoperè delectabatur, vacabat; ità mysticus Salomon Christus, licèt plures viros perfectos habeat, conscientiæ nitore, virtutum omnium apparatu splendentes, in quibus immoratur, tanquam in magnifica, & regia domo, cùm Sacramentaliter recipitur, nihilominùs gratus, & voluptuosus etiam illi est incolatus in ani- A mabus imperfectis, cùm hic in Eucharistia veluti animarum venator insideat, & misericordiæ suæ retia ad illas amore illaqueandas extendat.

Etsi solis Sacerdotibus panes propositionis manducare licebat, vt 6. Luc. habetur, nihilominùs Achimelech hos edẽdos Dauid, & socijs eius præbuit, à quibus tantam munditiam exegit. *Non habeo* (inquit Achimelech) *laicos panes ad manum, sed tantùm panem sanctum: si mũdi sunt pueri, maximè à mulieribus.* Et paucis interiectis, *dedit ergò eis Sacerdos sanctificatum panem.* 1. Reg. 21. In pane illo præsignatus fuit Eucharisticus, qui primariò debetur Sacerdotibus sanctis, B & viris insigni sanctitate præditis, qualem Sacerdotes decet, iuxtà illud. *Vos estis gens sancta, genus electum, regale Sacerdotium &c.* Sed non est subtrahendus ab alijs inferioris probitatis, dummodò saltem conscientiam puram à peccato mortali habeant, & illo refici vehementer cupiant, atquè humiliter à Sacerdote perant. — 1. Reg. 21.

Semel admiranda panis multiplicatione quatuor millia hominum refocillauit Dominus. *Erant autem qui manducauerunt, quatuor millia hominum.* Matth. 15. Alia vice, quasi quinque millia hominum simili modo refecit. *Discubuerunt ergò viri, numero quasi quinquè millia.* C Io. 6. & Matth. 14. *Manducantium autem fuit numerus, quinque millia virorum.* Vtrunque prandium Eucharistiæ symbolum agnoscunt communiter Doctores. Vtraque etiam turba homines in Dei gratia constitutos significat, nam Christum insequebatur; sed non sine Sacramento sunt numeri quaternarius, & quinarius. D. Hieronym. apud D. Tho. in Catena ad cap. 15. Matth. quatuor millia, viros perfectos designare affirmat, per quinque verò millia adumbrari insinuat homines, qui non strenuè mortificationi inuigilant, & vitam indulgẽtiorem à quinque sensuum appetitionibus non valdè alienam ducunt. D Ex quo intelligi potest, potiori quidem amore ferri Dominum in mensa Eucharistica ergà perfectiores, admittere tamen & ad eam libenter imperfectos, dummodò & hi sint in ipsius comitatu, & Eucharisticam alimoniam pio affectu esuriant. — Matth. 15. — Ioan. 6. Matth. 14. — D. Hieron. — Christus ad Eucharistiã admittit libenter etiã imperfectos

Discipuli illi pergentes in castellum Emmaus viri erant non completæ sanctitatis, immò non parùm in via perfectionis desides, eos enim insimulauit Dominus spiritalis inertiæ graui illa animaduersione, *O stulti, & tardi corde ad credendum.* Verùm licèt in hoc imperfectæ vitæ statu reperirentur, nihilominus — Luc. 24.

Diſcipuli euntes in caſtellū Emmaus, licèt imperfecti, à Chriſto Euchariſtia ſunt refecti.

nùs ab eodem Domino Euchariſtico pane refecti fuere, vt colligitur ex illis verbis. *Cognouerunt eum in fractione panis*, hoc eſt in communione corporis Domini, vt tradunt Auguſtinus lib. de conſenſu Euangelij cap. 25. S. Hieronymus in Epitaphio Paulæ ad Euſtochium, vbi ait, *Chriſtum Dominum Cleophæ in Eccleſiam conſecraſſe*. Et S. Chryſoſtomus hom. 9. de varijs Matthæi locis, Beda, Theophilat. & alij, de qua re plura eruditiſſimè congerit Maldonatus ſuper cap. 24. Lucæ. Gerſon tract. 9. ſuper *Magnif.* p. 3. inducit Beatam Virginem ſic contemplantem. *Contemplabatur (inquit) ex his, & ſimilibus effectibus laudabilius eſſe ex amore Sacramenti, & confidentia miſericordia Dei ſæpiùs accedere, quàm ex timore, vel ſcrupulis diù ſe ab eodem Sacramento quodammodò excommunicatum facere, qui nec ſe exponit periculo, qui non habet certitudinem de legitimo impedimento, & accedit, quemadmodum ſuprà notatum eſt. Sed & ſtultus illius timor eſt, vel reuerentia minùs prudens, qui ad Dominum ſe vocantem, & inuitantem non accedit, ſed procraſtinat, ſed dicit voce corui. Cras, Cras, Cras, ſæpè demùm fit illud. Qui non eſt hodiè, cras minùs aptus erit. Contemplabatur tales, qui nolunt accedere, niſi ſint actualiter deuoti, & feruidi, ſimiliter agere, quaſi frigidus nolit ad ignem proximare, niſi priùs calidus ſit.*

D. Auguſt. D. Hieron. D. Chryſoſ. Beda. Theophil. Maldonat. Gerſon.

Nigra ſum, ſed formoſa &c.

NOTVLA IV.

In Euchariſtica menſa peculiaris amicitia contrahitur cum Angelis.

Aponius. Pſellus.

APonius per filias Ieruſalem intelligit glorioſas animas, ſupernaſquè virtutes, & clariùs Pſellus dicens hoc loco Cãt. 1. num. 5. *Hæc ſtatim ad Angelos ſponſa loquitur, qui per filias Sion intelliguntur.* Vndè cõſequenter adnotandum, quòd anima eò perfectionis per frequentem, & deuotã communionem deuenit, vt familiaritatem quandam inire videatur cum Angelis, quos alloquitur, ſicut amici inter ſe confabulantur, & ſermones miſcent ad ſolatium capiendum. Et quid mirum, ſi familiaris Angelis fiat manducans panẽ Angelorum, nam etiam panis communicatione fœdus amicitiæ, quod ſanctiſ-

A ſimum vellent haberi, inibant aliqui; auctore Q. Curtio lib. 8. & antiqua conſuetudo fuit mutuis conuiuijs amicitiã conciliandi, teſtatur Diogenes Laertius in vita Pythagoræ, & adſtipulatur Theocritus in Hila. Qui ad menſam ſemper eandem cœnabant, ambo fidi, nimirùm amici; Indè eſt, vt docet apud eũ Laertius Alexand. in Comment. Pythagoricis, quod Pythagoras vetabat frangi panẽ, videlicet ne diſſecaretur, quod amicos copularet. Rectè Gerſon ſuper *Magnif.* tract. 9. p. 2. *Sed nequè putandum eſt* (inquit) *nos conſortes, & conciues futuros beatorum ſpirituum ab ipſis deſeri, dum ſedemus in Eccleſiæ conuiuio; facti ſunt quippè omnes*
B *adminiſtratorij ſpiritus propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis, cuius arrham accepimus hic, & pignus.* Et D. Chryſoſt. hom. 45. in Io. *Hic myſticus ſanguis Dæmones procul expellit, & Angelos ad nos allicit.*

Q. Curtius. Diogenes Laertius. Theocritus. Gerſon. D. Chryſ.

Vbicunque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. Per has aquilas denotantur Angeli, & viri optimi, qui omnes conuolantes ad Chriſti corpus in Euchariſtia ſimul aggregantur, & familiariter verſantur. D. Leo apud S. Thomã opuſ. 58. *Circà corpus Domini aquilæ ſunt, quæ ſpiritualibus alis circumuolant, videlicet Angeli Sancti, ſpiritus mundi, munditiam amantes, mundum corpus Domini venerantes,*
C *ac fideles præſentes protegentes.* D. Chryſoſt. homil. 24. in 1. ad Corinth. *Ad hoc nos inducit ſacrificiũ illud formidãdum, & admirabile, quod iubet nobis, vt aquilæ in hac vita facti ad ipſum cælum euolemus, vel potiùs ſuprà cælum; vbi enim cadauer, inquit, illic & aquilæ.*

D. Leo. D. Chryſoſ.

Aquilas autem appellat, vt oſtendat ad alta eum oportere contendere, qui ad corpus hoc accedit, & nihil cum terra debere ei eſſe commune, neque ad inferiora trahi, & repere, ſed ad ſuperiora ſemper volare, & in Solem iuſtitiæ intueri.

Aquilæ cur appellentur ad Chriſti corpus accedentes.

Scala, cui Dominus innixus erat, in ſomnis à Iacob viſa Chriſtum in Eucha-
D riſtia exiſtentem ſignificauit. In Angelis vero aſcendentibus, & deſcendentibus, conſociatio hominum cum Angelis, quæ per ſacram Synaxim futura erat, prænotata fuit.

Præmonſtrante ſtella viam Magi Reges in Bethleem venerunt, reditum verò in patriam meditantes reſponſo in ſomnis accepto, ne rursùm Herodem inuiſerent, admoniti ſunt. Matth. 2. Ab Angelo ſic inſtructos fuiſſe affirmat Chryſoſt. hom. 6. in Matth. Sed cur nõ à principio etiam ab Angelo inuitati ad iter, ſed ſolo ſtellæ iubare ductati fuerunt?

Matth. 2. D. Chryſoſ.

Theo-

Theodotus

Theodotus oratione de Christi natiuitate etiam sub illius sideris forma Angelum adfuisse autumat. *In præsepi (inquit) positus Dominus, & à stella denunciatus non à stella descendente ad Magos, neque enim stellæ loca permutant, sed quoniam Chaldæorum terra plurimos habet stellarum motus inspicientes, virtus superna, nimirùm Angelica deducens Magos, assumpsit stellæ speciem.* Sed hoc non integrè dubij nodum soluit, adhùc enim inquiri potest, cur sub peregrina illa stellæ figura, & non solita, quæ hominibus innotescere potest, Angelus latitauit? Bethleem, idest domus panis, vt pluriès monuimus, Eucharisticum panem præsignauit, Bethleem igitur ingressi Reges repræsentarũt fideles accessuros ad Eucharistiam, qui cùm per eam adepturi essent familiaritatem cum Angelis, congruum etiam fuit, vt eisdem Regibus sub nota Angeli figura, Angelus appareret.

D. Chrysost.

Insinuasse videtur hoc Chrysostomus hom. 7. in Matth. cuius sunt verba. *Postquam puerum adorauerunt, non iam stella, sed Angelus suscipit, quia scilicet adorando facti sunt Sacerdotes*; non enim de Sacerdotali dignitate propriè sumpta locutus est Chrysostomus, sed tantùm de quadam Sacerdotij vmbra, quã dicere possumus delineatam aliquo modo fuisse à Regibus, dum in Bethleem adorauerunt Christum recens natum, qui erat futurus panis Eucharisticus.

Nigra sum, sed formosa.

Diximus hic animam fateri se nigrã ob peccata præterita, formosam verò euasisse per aquam baptismalem, & per pœnitentiam, ità vt ad sacrum connubium, quod per Eucharistiam anima cum Christo celebrat, apta effecta sit. Verùm hæc indigent maiori declaratione; nam baptismus quidem nigredinem peccati originalis, & etiam peccatorum admissorum antè baptismum in adulto abluit: Peccatorum verò actualiũ post baptismum patratorum nigredo per gratiam, quæ media pœnitentia confertur, detergitur, sed, cùm pœnitentia accipi possit, vt virtus, & vt Sacramentum; explicandum adhùc superest, quomodò ad dignè suscipiendam Eucharistiam prærequiratur pœnitentiæ Sacramentum, quandò quis habeat conscientiam peccati mortalis. Sit ergò

PVNCTVM PRIMVM

An, & quomodò, & quandò prærequiratur cõfessio Sacramentalis antè sumptionem Eucharistiæ, & quandò post eam.

DISQVISITIO I.

An obligatio præmittendi cõfessionem Sacramentalem antè sumptionem Eucharistię solùm inducta fuerit à Concilio Tridentino, an verò fuerit antiquior.

Conclusio. Præceptũ, quo fideles sibi conscij peccati mortalis teneãtur confiteri ante communionem, semper fuit in Ecclesia Dei.

DICO, præceptum, quo fideles habentes conscientiam peccati mortalis post baptismũ cõmissi, teneantur præmittere confessionẽ Sacramentalem antè cõmunionem, semper in Ecclesia Dei fuisse. Ità communis Theologorum consensus.

Suarez. Bellarmin.

Probatur primò ex antiquissima Ecclesiæ consuetudine non admittendi ad sacram Synaxim pœnitentes, idest, qui pœnitentiam agunt, antequam absolutionem à peccatis obtinerent, & reconciliati essent. Patres, & Concilia pro hac parte citantur à Suar. tom. 3. in 3. p. disp. 66. sect. 3. & à Bellarm. lib. 4. de Eucharistia cap. 18. §. *Tertia ratio*, & faciunt cap. *Quotidiè*, cap. *qui scelerati*, & cap. *Panem de consecrat.* dist. 2.

Concil. Trident.

Probatur secundò ex verbis Concilij Trident. sess. 13. cap. 7. *Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumuis sibi contritus videatur, absquè præmissa Sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat.* Perpendenda autem sunt hæc verba, *Ecclesiastica autem consuetudo declarat*, ex quibus apertè colligitur, à sancta Synodo non nouam obligationem imponi, sed antiquam declarari. Plura qui vult de hac re, videat apud Suar. cit. & Cardinalem Eminentiss. Ioannem de Lugo de Sacramẽto Eucharistiæ disp. 14. sect. 4.

Suarez. Cardin. de Lugo,

DIS-

A

DISQVISITIO II.

An præceptum exigens Sacramentalẽ confessionem antè cõmunionem, quandò est consciẽtia peccati mortalis post baptismum cõmissi, sit merè Ecclesiasticum, an & diuinum.

Conclusio. Præceptum confitendi ante communionem est diuinum positiuum.

DICO esse diuinum positiuum à Christo, Domino specialiter latum, & B Apostolis, & per eos Ecclesiæ traditum: Hæc conclusio communiori Theologorũ calculo cõprobatur, quos citat, & sequitur Suar. cit. præcedenti disquisitione. Varia argumenta afferri solent ad hoc probandum, potissimũ hoc mihi videtur, quod ex D. Paulo, & Ecclesiæ interpretatione habetur. Præmiserat Apostolus: *Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis*; quæ verba ad omnia subsequentia, & ad Eucharistiæ cultum spectantia referuntur; inter hæc sunt: *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de* C *calice bibat, qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit.* Quarè ex his habemus clarissimè, quòd probatio præmittenda antè communionem, est ex præcepto diuino, quod Apostolus accepit, & Ecclesiæ tradidit; sed in hac probatione Ecclesiæ consuetudo declarauit inuolui obligationem præmittendi confessionem Sacramentalem, quandò quis sibi cõscius est peccati mortalis, vt constat ex Concil. Trident. ergò satis constat ex D. Paulo adiuncta Ecclesiæ interpretatione præceptum præmittendi confessionem Sacramentalem antè communionem, quandò adest conscientia peccati mortalis, esse diuinum positiuum à Christo latum.

Suarez.

1. ad Cor. 11.

Concil. Trident.

DISQVISITIO III.

An aliquandò liceat sumere Eucharistiam sine præuia cõfessione post peccatum mortale commissum.

Conclusio affirmatiua.

Conc. Trident.

DICO affirmatiuam partem esse certissimã ex Concil. Trident. sess. 13. cap. 7. vbi proposita obligatione præmittendæ confessionis Sacramentalis ab eis, qui habent conscientiã peccati mortalis, antequam accedant ad communionem, subdit, *modò non desit illi copia confessoris; quòd si necessitate vrgente Sacerdos absque præuia confessione celebrauerit, quamprimùm confiteatur*, & Canon. 11. declarat ipsa sancta synodus, quos cõscientia peccati mortalis grauat, quãtumcunque etiam se contritos existimẽt, habita confessoris copia, necessariò præmittendam esse confessionem Sacramẽtalem. Ex his patet, licere sinè præuia confessione, si copia confessarij desit, & C adsit necessitas, sumere Eucharistiam.

Probatur, quia hoc est præceptũ positiuum; ea autem est præcepti positiui natura, vt non semper obliget, sed aliquandò nonnullis occurrentibus circũstantijs cessat; quod etiam meliùs dilucidatur: Vel potest accipi hoc præceptum sub ratione affirmatiua, quatenùs præcipiat actualem cõfessionem præmittendam, & sic non obligat semper ad sẽper, ex communi doctrina: vel potest accipi sub ratione negatiua, quatenùs prohibet accessum ad communionem cum sola contritione, & sic non prohibet rem intrinsecè malam, vt patet, sed est res mala ille accessus, quia prohibitus; D & etiam casus euenire potest, vt illa prohibitio non intelligatur habere locum, & sic malitia consistens in re mala, quia prohibita, tunc aufertur: Diligenter tamen attendendum est, duo copulatim requiri, vt licita sit communio sine præuia confessione, necessitatem nimirùm communicandi, & defectum confessarij. Verùm hoc dilucidatione adhùc indiget in pluribus casibus.

Aduerte, quòd, quandò licet communicare ob vrgentem necessitatem, & non est copia confessarij, requiritur in communicante præuia contritio, vera, vel putata. Putata dicitur, quãdò quis existimat

stimat se verè esse contritum, & hac bona fide accedit ad sacram Synaxim, & recipit gratiam sanctificantẽ, si est attritus, iuxtà veriorem opinionem, de qua diximus disquisitione 2. ad versiculum: *Oleum effusum nomen tuum*.

DISQVISITIO IV.

Quæ distantia censenda sit sufficiens, vt copiam confessarij deesse dicamus.

Conclusio: Distantia, qua dicamus deesse copiã confessarij, determinãda est iudicio prudentis, habita ratione loci, temporis, & personarum.

DICO, certam omninò localem distantiam assignari non posse, sed iudicio prudentis determinandam esse in particulari casu, habita ratione loci, temporis, personarum, & aliarum circumstantiarum, an sit notabilis difficultas, quæ moralis impossibilitas dici possit habendi confessarium. Huic conclusioni Recentiores Theologi adstipulantur: regulariter loquendo videtur satis probabile,

Canus:

quod docet Canus de pœnit. p. 5. §. *Ad tertium non est difficile*. dici posse nõ adesse copiam confessarij, si hic tribus milliaribus distet: dixi (regulariter loquẽdo) nam ex varijs accidentibus prudẽter potest variari iudicium.

DISQVISITIO V.

An celebraturus ob vrgentem necessitatem, cuius conscientia pluribus peccatis mortalibus grauatur, inter quæ nonnulla sunt reseruata, teneatur confiteri Sacerdoti inferiori, si non potest tunc habere confessarium, qui valeat absoluere à reseruatis.

SEntentia ferè communis in proposito casu docet, celebraturũ debere cõfiteri Sacerdoti habenti facultatem absoluendi à non reseruatis, omnia peccata tam reseruata, quàm non reseruata. Hanc partem tutiorem, & consulendam putat Suarez to.

Suarez:

A 3. in 3. p. disp. 66. sect. 4. §. *Quartus casus*, & pro ea est Vegha in speculo Curatorum tom. 1. cap. 11. num. 273. & Chapeauilla tract. de casib. reseru. cap. 8.

Vegha: Chapeauilla,

Hæc sententia videtur conformis, & præcepto diuino exigenti confessionem Sacramentalem antè communionem, quotiès conscientia peccati mortalis grauatur, & reuerentię Augustissimo Sacramento debitæ, quæ postulat, vt homo adhibita omni morali diligentia seipsũ priùs probet, ne indignè accedat; hanc autem confessionem moralis diligentia satis suadet, de cætero autem, quantum fieri potest, confessio Sacramentalis debet esse integra, ergò, si est obligatio B confitendi, in prædicto casu manifestanda erunt in cõfessione tunc peccata omnia reseruata, & non reseruata, etiam si tantùm indirectè possit huiusmodi pœnitens absolui à reseruatis, quæ postea debet dicere Superiori confessario, vt directè ab illis absoluatur. Quòd si dicas, hoc onus esse nimis graue, negat Suarez loco cit. Sed re vera in hoc vrget aliqua notabilis difficultas, nam si pœnitens nõ tenetur per interpretem confiteri, vt colligitur ex cap. *Omnis vtriusquè sexus de Pœnit. & remiss.* & communiter tenent Theologi; & ratio est, ne subeat grauamen manifestandi duobus peccata sua, cum non teneatur, nisi vni soli; certè hæc C eadem ratio apertè liberare videtur in proposito casu pœnitentem, ne teneatur peccata reseruata confiteri Inferiori, & superiori.

Suarez.

Aliqui docent sine præuia confessione in prædicto casu licere sumere Eucharistiam cum sola contritione. Ità Richard. & alij, quos citat, & sequitur Diana to. 3. resol. moral. resol. 104. Suarez probabilem putat loco supra citato. Vasquez tom. 3. in 3. p. disp. 206. num. 7. & tom. 4. quæst. 91. art. 3. dub. 9. docet posse quidem hominem in prædicto casu communicare cum sola contritione, sed addit non posse confiteri, quia inferior non est legitimus iudex, qui possit absoluere à D reseruatis. cùm autem nequeat dimidiari absolutio, non debet ob id pœnitens inferiori confiteri, à quo non potest obtinere validam absolutionem, sed debet contritus accedere ad communionem. Sed hoc fundamentum facilè corruit ex infrà dicendis.

Richardus. Diana. Suarez. Vasquez,

Alij dicunt posse tunc pœnitentem cõfiteri peccata mortalia non reseruata inferiori, & tacere reseruata, cum proposito, data opportunitate, dicendi illa superiori. Auctores pro hac parte citat Eminentiss. Io. de Lugo de Sacram. Eucharistiæ disp. 14. sect. 5. num. 86. in quâ

Cardinal. de Lugo,

ipse num. 87. maximè propendet, & ibi A etiam refellit opinionem Vasquez.

Conclusio. Dico præmittendam esse confessionẽ Sacramentalem io proposito casu, siuè omnium reseruatorum, & ooo reseruatorum, vt vult prima sententia, siuè solùm non reseruatorum, quod mihi probabilius videtur. Quòd sit præmittenda coofessio, rationes suadent adductæ pro prima senteotia, & confirmabitur ex hoc, quod mox subijciemus. Secunda pars, quòd noo sit obligatio confitendi reseruata non habenti facultatem super illa, sed sufficiat dicere non reseruata, probatur satis efficaciter à pari ratione superiùs adducta in casu, quo quis non tenetur confiteri per Interpretẽ. Quòd B verò teneatur non reseruata confiteri, probatur, quia tunc vrget præceptum præmittendæ confessionis, quod sioe incommodo pœnitentis adimpleri potest, minor patet, ergò &c. Antecedens constat quoad primam partem, nempè quòd vrgeat præceptũ diuionm, nam hoc obligat ad confessionem Sacramentalem formaliter integram, licèt per accideos ex rationabili causa noo sit materialiter integra, vt patet in pluribus casibus, in quibus ex legitima causa non manifestatur aliquod peccatũ. Ex.gr. si confessarius, qui solus haberi potest hìc, & nunc, non intelligat idioma pœnitentis, sed C tantùm ex parte, ita vt percipere possit aliqua peccata mortalia, oonnè pœnitens teoetur illa confiteri, & confessio esset iotegra formaliter, si pœnitens sit cootritus, vel saltem atteritus de omnibus peccatis, & habeat animum data opportunitate confitendi cætera? Similiter res se habet in nostro casu, nullum autem notabile incommodum resultat pœnitenti, hic enim non adstriogitur ad confitendum pluribus ea peccata.

Ex dictis fieri potest iudicium de secunda opinione, quæ in prædicto casu tenet, licere sine confessione cum sola contritione sumere Eucharistiam. Ratio huius probabilitatis nititur opioione D docente, omoia peccata tam reseruata, quàm non reseruata esse necessariò manifestanda inferiori confessario in prædicto casu, supposito quòd quis velit confiteri, oe confessio dimidietur; hoc autẽ includere videtur grauamen, & difficultatem notabilem, nimirùm obligationẽ bis confitendi idem peccatum, semel inferiori pro integritate confessionis, & iterùm confessario superiori, à quo directè absolnatur; quarè censetur hæc sufficiens causa, per quam præcepti diuini positiui cesset pro tunc obligatio; non enim facilè acquiescet huic opinioni, qui ea, quæ nuper diximus, diligenter perpendet. Hactenus dicta procedunt, quaodo conscientia grauata est oon solũ peccatis mortalibus reseruatis, sed etiã alijs noo reseruatis, si enim solum adessent reseruata, cessaret obligatio præcepti diuini exigentis confessionem Sacrameotalem ante communionem, quando oon potest moraliter haberi superior, qui absoluat à reseruatis.

Dices, teneretur confiteri venialia, à quibus directè potest absolui, & indirectè à reseruatis. Obiectio.

Respondeo onllam talem esse obligationem ex vi præcepti diuini, per accidens verò esse obligatiooem, quandò pœnitens agnosceret se non esse contritum, sed solùm attritum, vel etiam æqualiter dubitaret, an esset contritus, vel attritus solùm; cum enim beneficio absolutioois Sacrameotalis possit recipere gratiam sanctificantem, per quam oon indignus accederet ad sacram Synaxim, teneretur confiteri. Quarè cum nullus queat certificari de sua contritiooe, in prædictis casibus consultò agit, qui præmittit Sacramentalem confessionem. Responsio.

DISQVISITIO VI.

Quid dicendum, quandò casibus reseruatis annexa est excommunicatio.

DICO probabilissimam esse opinionem affirmãtem, vrgente necessitate commuoicandi, pœnitentem in prædicto caso, si desit superior, qui possit absoluere ab excommunicatione anoexa, posse inferiori confiteri non reseruata, à quibus directè absolnetur, indirectè verò à reseruatis, licèt maneat adhũc excommuoicatus. Conclusio.

Probatur, quia Ecclesia imponens cẽsuram non intendit cum tanto detrimẽto obligare, & si potest ad euitandum scandalum excommunicatos sumere Eucharistiam, etiam poterit ad eam siuè dignè, siuè digniùs sumendam præmittere coofessionem Sacramentalem. Pro hac parte sunt Suarez to. 4. in 3. p. disp. 31. sect. 3. num. 6. Coninch. disp. 8. & alij. Suarez. Coninch.

Dices, esto quòd possit confiteri, teoeturnè consequenter ad ea, quæ dicta sunt præcedenti puncto? Obiectio.

Affirmatiuè respondeo, militant enim Solutio. eædem

eædem rationes, supposito, quod rationabiliter supponitur, excommunicatum non priuari participatione Eucharistiæ vrgente necessitate, nec Sacramẽti Pœnitentiæ, ob eandem necessitatem.

DISQVISITIO VII.

An alij casus admittendi sint, in quibus liceat absquè præuia confessione communicare, ac si copia confessarij deesset, etiamsi aliquis confessarius adsit.

Conclusio affirmatiua.

DICO, plures huiusmodi casus assignari ab Auctoribus, quorum aliqui sine controuersia admittuntur; alij verò in controuersiam vocari possunt. Primi generis sunt, si cõfessarius omninò ignoret idioma pœnitentis; Si confessarius, qui adest, sit excommunicatus vitandus, quia caret iurisdictione; Si probabiliter iudicetur adeò esse ignarum, vel stolidum, vt illi scientia necessaria desit; Si pœnitens rationabiliter timeat sibi, vel proximo aliquod notabile damnũ spirituale, vel temporale à confessario præsenti inferendum, si illi peccata sua confiteatur: Qua in re obseruandum tamen est, si pœnitens habeat etiam alia peccata mortalia, ex quorum manifestatione nullũ sibi, vel proximo timet periculum, illa debet confiteri, tacendo solùm ea, ob quorum manifestationem probabiliter timet detrimentum, vt dixi. Secundi generis sunt, si absit confessarius, cui solet pœnitens fructuosè, & cũ peculiari conscientiæ quiete confiteri, & breui expectatur; sed adest alius confessarius, cui sine periculo confiteri potest.

An pœnitens ob vrgentem necessitatem possit tunc communicare cum proposito confitendi dicto confessario, qui breui expectatur. In hoc casu parti affirmatiuæ fauent Richardus in 4.dist.17. q.6. Syluest. Verbo *Euchar*. 3. p. 14. Armilla Verbo *Communio*.

Richardus. Syluester. Armilla.

Negatiuam partem docent Suar.tom. 3. in 3. p.disp.67.sect.4. §. *Circa primum.* Cardinalis de Lugo de Sacramento Euchar.disp.14. sect. 5. num. 82. & alij cõmuniter, quibus firmiter adhærendum est; in tali enim casu nõ potest dici, quòd desit copia confessarij idonei, sed solùm copia melioris; Præceptum autem di-

Suarez. Cardinal. de Lugo.

A uinum præmittendæ confessionis vrget, quotiès adest idoneus confessarius.

Similiter in quæstionem adduci potest, an excusetur pœnitens à præmittenda confessione, quandò non adest alius confessarius, nisi is, cum quo pœnitens habuit contentiones, & rixas, & modò, licèt inter eos nulla sit formalis inimicitia, est tamen quædam animorum auersio. Rodriguez in sum. p. 1. c. 35. excusare videtur huiusmodi pœnitentem à præmittenda confessione, quia non præsumitur, quòd Deus velit cum tanto rigore obligare, & hoc mihi non placet, Quare

Rodriguez.

Dico in proposito casu, si nullum de-

Conclusio.

B trimentum rationabiliter timeat pœnitens sibi inferendum à confessario, qui timoratæ conscientiæ vir habetur, sed tãtùm quoddam naturæ reluctamen aliquantulum difficilem reddit confessionem apud talem Sacerdotem; Dico; inquam, præceptum diuinum obligare tunc ad præmittendam confessionem, & illa difficultas est superanda, maximè cum Sacramentum Eucharistiæ cum sit Sacramentum summæ pacis, & concordiæ, vndè exigit, vt accedentes magnam cum proximo animi coniunctionem habeant.

Controuersia quoquè non leuis est, si pœnitens per confessarium petierit à Su-

C periore facultatem, qua absoluatur à reseruatis: Superior autem illam delegare recusauerit, quia vult, vt coram ipso pœnitens se repræsentet, hic autem ob grauem verecundiam, vel aliud incommodum renuit, an à reseruatis possit absolui huiusmodi pœnitens ab inferiori illo Confessario, cui superior denegauit facultatem, antequam sumat Eucharistiam.

Affirmant aliqui. Ita Fagundez de quinque præceptis Ecclesiæ p. 3. lib. 3. cap. 9. num. 17. 22. & 23. quem sequitur Philibertus Marchinus p. 3. tract. 3. de sacrificio Missæ cap. 1. num. 7. in fine. Huic præcipuo fundamẽto hæc opinio in-

Fagundez. Marchinus.

D nititur, quia, vt inquit Marchinus, in hoc casu censendum est, hunc Confessarium habere iurisdictionem à maioribus Prælatis Religionis, vel à Papa absoluendi à reseruatis huiusmodi pœnitentem, qui suo oneri satisfecit, si per confessarium suum petijt absolui.

Contrà hanc sentẽtiam militant grauissimæ difficultates, quarum potissima, quòd casuum reseruatio videretur frustrari suo fine, qui est cohibere peccatores, ne facilè in grauiora crimina prolabantur; etenim si suo satisfacit oneri pœnitens, mittẽdo suum Confessarium ad

H 2 Su-

A Superiorem pro obtinēda facultate, qua poſſit abſoluere à reſeruatis, onus potiùs reſeruationis totum refuſum videretur in Confeſſarium; quid enim grauaminis eſſet in pœnitente præter illud, quod eſt reſpectu aliorum peccatorum, cum ſufficiat illi manifeſtare reſeruata, & mittere Confeſſarium ad Superiorem, à quo poſteà poſſit abſolui, ſi Superior deneget facultatem? Prætereà Summus Pōtifex Clemens Octauus peculiari indulto conceſſit Confeſſarijs Regularium, vt petita, & non obtenta à Superiore facultate abſoluendi pœnitentem à reſeruatis, poſſint illa vice eum abſoluere. *Sanctitas* (Clemens VIII.) *ſua deinceps declarauit, & declarat, vt ſi huiuſmodi Regularium Confeſſarijs caſus aliB cuius reſeruati facultatem petentibus Superior dare voluerit, poſſint nihilominus Confeſſarij illa vice pœnitentes Regulares, etiam non obtenta à Superiore facultate abſoluere.* Ex quo coniectura habetur ſine hac ſpeciali facultate non licuiſſe. Demùm in cap. *Omnis vtriuſq; ſexus de pœnitētijs, & remiſſionibus* dicitur, quòd teneatur quiſque confiteri proprio Sacerdoti; quòd ſi alieno voluerit confiteri, petat priùs, & obtineat à proprio facultatē, ſed proprius confeſſarius reſpectu reſeruatorum eſt Superior, ergò ſine obtenta eius auctoritate non licet alieno confeſſario abſoluere pœnitētem à reſeruatis. Et propter hanc rationē in propoſito caſu parC tem negantem tenet Io. Chapeauilla de (Chapeauilla.) reſeruatis cap. 9. quæſt. vnica diſt. 3.

1. Cōcluſio. Dico primò, priorem opinionem, quādo iudicio prudentis pœnitens notabili incommodo detinetur, ne accedat ad Superiorem, eſſe ſatis probabilem propter aſſignatam rationem.

2. Cōcluſio. Dico ſecundò, ſolum pœnitentis pudorem, qui difficilem reddit illius acceſſum ad Superiorem, non eſſe ſufficientem cauſam, propter quam rationabiliter præſumi poſſit, quòd Confeſſarius, cui Superior denegauit facultatem petitam abſoluendi illum pœnitentem à reſeruatis, habeat iuriſdictionem tunc à Superiore altioris gradus, vel à PontiD fice reſpectu reſeruatorum. Ducor, quia illa verecundia poteſt plurimum habere momenti ad reuocandum pœnitentem in poſterū à facili lapſu in grauiora crimina, qualia ſolent eſſe reſeruata, & ſic poteſt inſeruire fini reſeruationis, qui eſt cohibere hominem, nè facilè committat grauia ſcelera. Prætereà rationes contrà primam ſententiam adductæ ſaltem concluſionem præſentem probant. Verum quidē eſt, quòd Superiores quicunq; ſint, faciles eſſe debent in concedenda confeſſario inferiori, qui eſt probatæ viA tæ, facultate, quotiès illam petit abſoluendi pœnitentes à reſeruatis, memores humanæ imbecillitatis, quæ aliquandò eò deuenit, vt propter difficultatem obtinendi licentiam, quam pœnitentes per ſuum confeſſarium petunt, ſordeſcāt magis; Diſciplinæ autem Chriſtianæ, & religioſæ conſeruationi ſatis conſultum videtur, ſi huiuſmodi facultates, cùm poſtulantur, concedantur confeſſarijs prudentibus, & pijs, qui, vt rationabiliter credi poteſt, rectè fungentur munere etiam Superioris, cuius vices gerunt, dum delegantur.

B

DISQVISITIO VIII.

Quænam vrgens neceſſitas cōmunicandi excuſet à præmittenda Sacramentali confeſſione.

Diximus duo copulatiuè requiri, vt liceat communicare ſine præuia cōfeſſione, nimirùm, & cōfeſſarium deeſſe, & vrgere neceſſitatem ſumendi Euchariſtiam, vel celebrandi Miſſam; hactenùs de confeſſaC rio deficiente, ſupereſt vt attingamus aliqua circa neceſſitatem communionis.

Conueniunt omnes Doctores, probabile periculum incurrendi notam infamiæ, ſi omittatur communio, inducere talem neceſſitatem, quæ reddit licitam celebrationem Miſſæ, ſeu ſumptionē Euchariſtiæ ei, qui ſibi eſt conſcius peccati mortalis non præmiſſa confeſſione, quādò moraliter præmitti non poteſt; ſimiliter quotiès adeſt periculum mortis, & conſtitutus in tali periculo non poteſt confiteri, aut abſolutionem obtinere, ſed poteſt communicare, licebit ei communicare, quod admittitur ab omnibus; & ratio eſt clara, quia hæc eſt magna, & D propria neceſſitas.

Difficultas eſſe poteſt in aſſignanda hac graui neceſſitate in alijs caſibus, quos ſubijcio.

Primus caſus. Primus, an cenſenda ſit neceſſitas grauis illa, qua quis celebrat, vt viaticum infirmo deferat.

Reſponſio affirmatiua. Dico affirmatiuè. Ità grauiſſimi Auctores, qui hanc appellant ſententiam communem. Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 67. ſect. 4. (Suarez.) Cardinalis de Lugo de Sacramento Euchar. diſp. 14. ſect. 5. (Cardin. de Lugo.) Ratio eſt, quia proximi neceſſitas propria exiſtimatur, ratione charitatis vnitiuæ,

&

& iuxtà illud: *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum*; præceptum autem diuinum præmittendi confessionem vrgente necessitate communionis, ex interpretatione Ecclesiæ non obligat.

Secundus casus.

Secundus, an si Parochiani non sint audituri sacrum die festo, si Parochus nō celebret, censeatur vrgens necessitas celebrandi sine præuia confessione.

Vasquez.

Negant aliqui, si nullum subeūdæ notæ periculum adsit. Ità Vasquez tom. 3. in 3. p. disp. 208. num. 8.

Responsio affirmatiua

Dico, communiorem sententiam affirmantem esse tenendam. Ratio est, quia prudenter iudicari potest grauis necessitas moralis, quæ impellit Parochum ad præstandum ergà Parochianos B id, quod ex officio tenetur, & quod plurimum spiritualis vtilitatis, & consolationis illis afferre potest.

Tertius casus.

Tertius, an idem iudicium ferendum sit de Sacerdote non Parocho, qui inducitur ad celebrandum, vt alij satisfaciāt præcepto audiendi Sacrum, supposito, quòd nulla sit nota, si Sacerdos non celebret. Non desunt, qui affirmant, inter quos est Stephanus Fagundez de Ecclesiæ præceptis p. 3. lib. 3. cap. 9. num. 5. & 6. Diana de celebrat. Missarum resol. 64. Plures alij probabilem putant hanc partem.

Fagundez. *Diana.*

Responsio negatiua.

Dico, negatiuam sententiam, quæ est communior, & iudicatur verior à Suarez C cit. sect. §. *Sed quæret aliquis*, tenendam esse. Ratio, quia necessitas illa proximi (si dici potest necessitas) nihil afficit Sacerdotem, ad quem non spectat, an illi audiant, vel non audiant Missam. Concilium autem loquitur de necessitate, qua vrgetur communicaturus. Dixi (si necessitas sit) nam obligatio præcepti audiendi Sacrum die festo deficientibus celebrantibus cessat, & sic nulla est necessitas proximi rūc. Vndè corruit illa ratio, ꝙ necessitas proximi in hoc casu reputanda sit tanquā propria: & est dispar ratio, quando Sacerdos celebrat, vt viaticum deferat infirmo; nam tunc est maxima necessitas proximo, qui in ex- D tremo illo conflictu verè indiget refectione illa spirituali, vt per vberiorem gratiam meliùs, & securiùs disponatur ad gloriam, & corroboretur cōtra acerrimos dæmonis insultus, quarè rūc verè dici potest, quòd necessitas proximi cēsenda sit propria ratione charitatis.

Quartus casus.

Quartus, an sit sufficiens necessitas, si Sacerdos velit celebrare die festo, vt ipse satisfaciat præcepto audiendi Sacrum.

Diana.

Admittunt hoc plures Doctores, quos citat, & sequitur Diana de celebrat. Missar. resol. 63. Ratio esse potest, quia pro- A pria obligatio adimplendi præceptum audiendi sacrum potest iudicari moralis necessitas, quæ, vt diximus, ex Ecclesiæ interpretatione excusat ab obligatione adimplendi præceptum diuinum præmittendæ confessionis, & propter hanc rationem, & propter Doctorum auctoritatem probabilis redditur hæc opinio.

Responsio negatiua. *Suarez.*

Dico cum Suarez cit. & alijs contrariam esse probabiliorem; nam hoc ipso quòd Sacerdos non potest celebrare seruato præcepto diuino præmittendæ cōfessionis, cessat obligatio præcepti Ecclesiastici audiendi Sacrum, & sic tunc nulla vrgetur necessitate celebrandi Sacerdos. Idem existimat Suarez, quandò B Sacerdos vellet celebrare Paschatis tēpore, vt satisfaciat præcepto communionis; Sed aliter rem se habere in hoc casu dicit Cardinalis de Lugo dicta sect. num. 116. quia, inquit, præceptum Ecclesiæ de communione, non est purè Ecclesiasticum, sed est præceptum diuinū determinatum quoad tempus ab Ecclesia; vndè sicut vrgente præcepto diuino sumendi viaticum, rationabiliter iudicatur, quòd Deus nolit obligare ad confessionem præmittendam deficiente cōfessario; simile iudicium ferri potest vrgente diuino præcepto communionis, eo tēpore, quod ab Ecclesia determinatum est. Sed contrà hoc militat, quòd præ- C ceptum purè diuinum communionis vt sic, præscindit à tempore præscripto ab Ecclesia, ergò vt diuinum non vrget pro eo tempore, ꝙ præscribit Ecclesia, & de cætero adimpletio præcepti communicandi in Paschate potest ex rationabili causa in aliud tempus differri; ergò est dispar ratio de præcepto diuino sumendi viaticum imminente morte. Quarè libentiùs Suarij sententiæ adhæreo, maximè quotiès breui speretur copia confessarij; opinio tamen affirmans licere sine præuia confessione accipere communionem in Paschate cum sola contritione, est satis probabilis, quam docent plures, quos citat & sequitur Cardinalis D de Lugo cit. num. 116.

Cardin. de Lugo.

Quintus casus.

Quintus, an Sacerdos celebrans, si recordetur alicuius peccati mortalis, teneatur aduocare confessarium, vt ei confiteatur.

Supponendum hìc præceptum præmittendæ confessionis antè communionem obligare ad confitendū omnia peccata mortalia, quæ ante communionem in memoriam veniunt, & praxis omniū fidelium est, quòd, quando quis recordatur alicuius peccati mortalis, quod ex obliuione inculpabili omisit in confessione antè communionem, illud Sacra-

men-

mentaliter confitetur; & ratio est, quia vrget etiam tunc idem præceptum præmittendæ confessionis, quod obligat ad confitenda omnia mortalia, quorum sibi conscius est homo antè sumptionem Eucharistiæ. hoc supposito

Multi distinguunt, an hoc accidat ante cōsecrationem, vel incœpta etiam cōsecratione; si antè, & sine nota aduocari potest confessarius, aduocandum esse dicunt. Ità Nauarrus in manuali cap. 25. num. 76. Suarez cit. sect. 4. Fagundez c. 9. sub num. 10. & 11. & alij, quos citat, & sequitur Philibertus Marchinus p. 3. tract. 3. de sacrificio Missæ cap. 1. si consecratio incœpta sit, non esse intertumpendam immolationem sacrificij, vt Sacerdos confiteatur. Ità plures, quos pariter sequitur citatus Auctor.

Nauar. Suares. Fagundez. Marchinus.

Solutio. Dico, quotiès sine vlla nota potest Sacerdos, siue antè, siuè post consecrationem confiteri, antequam sacras species sumat, ad id teneri; quoniam verò in praxi, vel nunquam, vel rarissimè euenire potest, quòd nulla fit nota, regulariter loquendo, cessat huiusmodi obligatio. Ità Cardinalis de Lugo cit. sect. num. 113. qui benè aduertit idem, antequam Sacerdos ad altare accedat, posse euenire; si enim sacris vestibus vel iam indutus, vel illis se induens coràm multis, non possit sine nota se exuere, vt cōfessorem adeat, poterit prosequi: dixi (vt confessorem adeat) nam si commodè haberi posset confessarius, etiam sacris vestibus ornatus deberet confiteri. Porrò solum discrimen est, quandò huiusmodi peccatorum recordatio excitatur post consecrationem, quòd tunc, licèt sine nota posset Sacerdos relinquere Missam, non debet, nec potest, sed tenetur perficere sacrificium; sed si Sacerdos posset tunc confiteri sine nota antè communionem, deberet id facere; quarè in tātum potest progredi post consecrationē absque confessione in casu prædicto, in quantum non potest sine nota aduocare confessarium, aut ab altari discedere, vt breuiter confiteatur, & redeat ad complendum sacrificium.

Cardin. de Lugo.

Aduerte, quòd si celebrans antè consecrationem recordetur se alicuius peccati mortalis esse reum, teneri, antequā consecret, elicere actum contritionis, si non potest confiteri, quod commodè fieri poterit in illa morula, qua in memento rogat pro viuis, vt benè notat Cardinalis de Lugo disp. 14. sect. 6. in fine. Siverò hoc accidat post consecrationē, sed antè communionem, totum tempus illam præcedens limites continet, intrà quos poterit Sacerdos contritionem eli-

Cardin. de Lugo.

cere. Ità citatus Auctor.

Sextus casus. Sextus, an laicus teneatur recedere à mensa, ad quam communicaturus accessit, si recordetur alicuius peccati mortalis non confessi.

Bonacina. Angles. Marchin. Aliqui affirmant. Ità Bonacina de Sacram. disp. 4. punct. 1. num. 17. Io. Angles de Euch. qu. 2. diff. 4. art. 10. quos sequitur Philibertus Marchinus de sacrificio Missæ tract. 3. p. 3. cap. 1. num. 12. & probat primò, quia huiusmodi recessus nullam mali nominis suspicionem gignit, quin potiùs timoratæ conscientiæ argumentum esse videtur. Secundò, nō omnes antè mensam genuflexi intendūt communicare; plures enim peractà Missa recedere solent. Tertiò, quia si quandò esse posset aliqua admiratio, hæc vtpotè leuis, non excusare valet ab obligatione diuini præcepti præmittendæ confessionis.

Henriquez. Alij negant, inter quos Henriquez lib. 8. de Euchar. cap. 46. §. 3. hæc habet. *Laicus verò, qui ad linteum Altaris adstat paratus communicare cum alijs, & confessionem præmiserat, excusatur propter reuerentiam Sacramenti, ne statim redeat ad confessarium, vt directè absoluatur à peccato, cuius fuerat oblitus, etiam seclusa nota, & scandalo: cùm iam accedat iustus, & probatus per confessionem, expeditquè communiter, ne Sacerdos ad altare audiat reconciliationem volentium communicare.*

Prima responsio. Dico primò, genuflexum ante mensam, vt se communicet, in proposito casu teneri discedere, vt confiteatur, quamuis id sine nota fiat. Hoc satis suadent rationes pro prima sententia.

Secūda responsio. Dico secundò, quotiès aliquo modo incœpta est actio à Sacerdote directa ad communicandum, v. g. Petrum, hunc non teneri quoad praxim recedere, vt confiteatur peccatum oblitum in confessione, sed posse persistere, atq; Eucharistiam sumere.

Probatur, quia regulariter loquendo hoc sine nota, & sine aliqua indecentia Sacramenti fieri nequit, vt benè aduertit Suarez dicta disp. 66. sect. 4. §. *Sexta causa*, his verbis. *Nihilominùs tamen moraliter, & practicè loquendo, quandò communio fit publicè, & coram alijs, sine scrupulo fieri potest, quod Victoria docet, præsertim si Sacerdos incæpit iam actionem sacram, vt si ad hunc finem cōmunicandi alium, consecrauit formulam, vel pyxidem è suo loco duxit, nam tunc aliqua est indecentia, & moraliter nunquam deest aliqua nota, vel obmurmuratio.* Qui etiam addit non esse consulendum, vt in eo casu is, qui communicare vult, confiteatur Sacerdoti ministranti Sacramentum, quia neque locus

Suarez.

Henriquez

locus est aptus ad hoc munus, & minùs A decet, & aliundè maiorem admirationẽ alijs ingerit, quod monuerat Henriqnez citatus.

Ad rationes autem primæ opinionis, quatenùs contra hanc conclusionem militare possunt, dico non leuem suspicionem mali nominis gigni posse ex tali recessu, præsentes .n. illũ recedere vidẽtes conijcere possunt, quia alicuius granis criminis reum se esse recordatus est: regulariter enim non ignoratur, quòd solùm ad mortalia manifestanda in confessione præmittenda ante communionẽ præceptum diuinum obligat, & etiã qui hoc ignorant, cogitare adhùc facilè possunt cõscientiam illius, qui recedit, graui aliquo scelere grauatam esse. B

Ex dictis inferri potest, quid in praxi obseruandum sit, quandò in Nosocomijs administratur sacra communio infirmis in lecto cubantibus, & aliquis eorum, dum est sumpturus à Sacerdote sacram particulam, petit ab eodem audiri in confessione, quia illi vult confiteri peccatum oblitum, non enim est audiendus, sed admonendus vt communicet animo confitendi postea: dixi, admonendus, quia ex conscientiæ erroneæ dictamine posset existimare se indignè communicare, & ita nisi admoneatur, periculum erit, ne sacrilegium admittat. Cæterùm si alius confessarius adesset in Nosocomio, & facilè posset aduocari, aduocandus esset ad audiendam illius infirmi confessionem, & interim Sacerdos progredi potest ad deferendam alijs Eucharistiam, peracta verò confessione ad illum communicandum redire. C

Septimus casus.

Septimus, an vbi est consuetudo celebrandi Missam ad sepeliendum defunctum, deficiente confessario, possit sola contritione celebrare Parochus.

Responsio affirmatiua. Syluester. Marchin.

Dico affirmatiuè. Ità Syluester verbo *Eucharistia*, & alij, quos citat, & sequitur Philibertus Marchinus tract. 3. de sacrif. Missæ p. 3. cap. 1. nu. 13. Ratio est, quia esset nota omittere, & nõ est priuandus defunctus illo suffragio ex consuetudine D illi debito.

Suarez. Henriquez. Marchin.

Alij casus afferuntur à quibusdam, qui à Suarez cit. disp. 66. sect. 4. in fine referuntur, & nonnulli etiã ab Henriquez, quos pariter improbat Philibertus Marchinus cit. cap. num. 18.

Cæterùm ex hactenùs adductis vir prudens de pluribus alijs iudicium ferre poterit, quænam sit necessitas vrgens, quam Concilium exigit.

DISQVISITIO IX.

Sacerdos celebrans, si recordetur alicuius peccati mortalis, quod ex obliuione non manifestauit in confessione, quam præmisit, teneturnè, si non potest iterùm confiteri, elicere tunc nouum contritionis actum?

1. Cõclusio

DICO primò, si quando confessus est, doluit ex motiuo vniuersali de omnibus peccatis, quæ admisit, quatenùs scilicèt vel sunt offensa Dei, vel saltem ob timorem gehennæ, aut fœditatem peccati, nullam esse obligationem in proposito casu nouum actum cõtritionis eliciendi. Ratio est euidens, quia ideò præmittenda est contritio ante sumptionem Eucharistiæ, quandò cõfessio præmitti nõ potest, vt omnes Theologi docent, quia Eucharistia est Sacramentum viuorum, ergò per se loquendo requirit statum gratiæ.

Dixi (per se loquendo) nam vt suprà diximus, per accidens non ponenti obicem confert etiam primam gratiam; sed in proposito casu præsumitur homo in statu gratiæ, ergò cessat obligatio eliciendi contritionem: & hæc conclusio videtur esse de mente omnium Theologorum, vt notat Cardinalis de Lugo de Sacram. Euchar. disp. 14. lect. 6. nu. 122. Cardin. de Lugo.

Obiectio.

Dices, si tantùm doluit ex motiuo gehennæ, vel fœditatis peccati, cùm dolor ille intrà limites solùm attritionis contineatur, quæ non constituit hominem in gratia, sed tantùm ad eam disponit, nec est omninò certum, quòd Sacramentum Pœnitentiæ superueniens faciat ex attrito contritum, idest conferat gratiam sanctificantem, dignitas Augustissimi Sacramenti videtur obligare hominem ad eligendum quod tutius est, scilicet ad actum contritionis eliciendũ, vt cum maiori certitudine sanctificatus communicet.

Responsio.

Respondeo hanc obiectionem locum habere, quotiès homo præmittit confessionem antè communionem cum sola attritione non existimata contritione, in quo casu iam receptum est, nullam esse obligationem contritionis eliciendæ, & sufficere attritionem etiam non existimatam

matam

Concil. Trident.

A imatam contritionem, quia poſt Concilium Tridentinum moraliter certū eſt, quòd attritio nota ſufficit ad conſtitutionem, & effectum Sacramenti pœnitentiæ, quod cùm ſit inſtitutum ad conferendam gratiam ſanctificantem, moralis certitudo habetur, quòd attritus per confeſſionem Sacramentalem ſanctificetur.

De cætero autem dignitas Sanctiſſimi Sacramenti, quæ ſummoperè coli debet, exigit quidem in homine communicante per ſe loquendo, vt diximus, ſanctitatem, ſed non obligat niſi ad eam, quæ homini moraliter certa exiſtimatur; qđ ex eo etiam intelligi poteſt, quia dignitati, & maieſtati Dei, quæ pariter ſum- B moperè coli debet ab omnibus, nulla ſit irreuerentia in alijs rebus, quandò homo innixus ſoli probabilitati putans aliquid non eſſe à Deo prohibitum, facit, vt communis, & recepta ſententia tenet; & tamen tunc homo exponit ſe periculo faciendi aliquid, quod à Deo prohibitum ſit, quia ità probabiliores aliorum opiniones docent, ergo multò minus in noſtro caſu nulla erit irreuerentia Dei, cùm non ſolùm ſit opinio probabilis, quæ docet hominem attritum ſanctificari per Sacramentalem confeſſionem, ſed moraliter certa.

2. Cõcluſio. Dico ſecundò, ſi dolor non fuit vniuerſalis de omnibus, ſeu ex motiuo vni- C uerſali, ita vt non ſe extenderit ad illud omiſſum ex obliuione, certam eſſe obligationem eliciendi contritionem de illo. Patet, quia ille homo virtute Sacramenti confeſſionis non fuit iuſtificatus, hoc enim peccatum nondum retractatum, nec directè, vel indirectè potuit remitti; ad ſumendam autem dignè Eucharistiam requiritur contritio vera, vel ſaltem exiſtimata, vt diximus.

PVNCTVM SECVNDVM

In quibus caſibus ſit obligatio poſt celebrationē, vel communionem confitendi quamprimùm.

DISQVISITIO I.

An illis verbis Cõcilij Trident. ſeſſ. 13. cap. 7. *Quòd ſi neceſſitate vrgente Sacerdos abſque prævia confeſſione celebrauerit, quamprimùm confiteatur;* præceptum cõtineatur faciendæ confeſſionis quamprimùm.

C SOlum conſilium agnoſcũt in prædictis verbis Petrus de Ledeſma in ſum. p. I. tract. de Enchar. cap. 11. antè concluſ. 9. Henriquez, Villalobos in ſum. tom. I. tract. 7. dub. 37. num. 7. *Ledeſma. Henriquez. Villalobos.*

Communiſſima omnium aliorum ſententia affirmat præceptum eſſe in prædictis verbis, à qua

Dico, nullo modo recedendum eſſe. Primò, quia ſtando in propria ſignificatione verborum ſecundùm vſum loquẽdi in iure maximè canonico, verbum, *confiteatur*, præceptum, non conſilium importat. Patet in cap. *Omnis vtriuſque* D *ſexus de pænitentijs, & remiſſionibus.* *Concluſio: Præceptum eſt in prædictis verbis confitendi quãprimùm.*

Confirmatur primò, nã ſimile eſt verbum, *conteratur*, ſed hoc præceptum intimat, vt conſtat ex regulis Miſſalis, in caſu, quo Sacerdos, dum celebrat, recordatur ſe habere conſcientiam peccati mortalis.

Confirmatur ſecundò ex ijs regulis Miſſalis, quæ prædictum præceptum adhuc clariùs explicant in proprio caſu, *debet quamprimùm confiteri.*

Confirmatur tertiò, quia tali modo loquendi alia decreta obligãtia ſub præcepto edita ſunt in eodem Concilio.

Con-

Confirmatur quartò, quia ex doctrina A vniuersali communiter recepta in materia de legibus, verba, quæ constituunt legem in esse legis, illamet constituunt in ratione præcepti habentis vim obligandi in cōscientia; quotiès enim verba legis absolutè, & sine limitatione aliquid exigunt, satis declarāt legislatoris intētionem esse obligandi ad illud, & quidē grauiter, si materia sit grauis; sed verba Concilij in nostro casu absolutè exigunt confessionem quamprimùm faciendam, & materia est grauis, scilicet cauendi periculum irreuerentiæ erga Augustissimum Sacramentum, quod posset esse in Sacerdotibus maximè ruralibus, qui si tali obligatione confitendi quamprimū B non adstringerentur, desides essent in quærendo confessarium, & consequenter facilè assuescerent celebrare sine præuia confessione Sacramentali.

Ex his infertur, adeò moraliter certā esse hanc communem, & receptam opinionem, vt contraria non censeatur probabilis, nec illi duo Auctores sufficiunt ad cōstituendam illam probabilem; vbi enim rationibus eninc entibus communissima opinio innititur, vnius, aut alterius Doctoris auctoritas ratione destituta non potest prudenter inducere aliquem ad eam in praxi derelinquendam, tunc enim contraria videtur continere errorem. Ad hoc autem, vt opinio cen- C seatur probabilis, requiritur, vt reputetur non continere errorem, vt notat Sāchez tom. 1. in præcep. lib. 1. cap. 9. nu. 11. & est satis receptum, quòd auctoritas Doctoris nulla lege aut ratione suffulta, nihil operatur, vt probat Horat. lib. 1. de comm. opin. num. 13. fauet cap. *noli meis scriptis*, & cap. *ego autem* dist. 9. vbi Augustinus; *Alios autem* (inquit) *ita lego, vt quantalibet sanctitate, doctrinaquè polleant, non ideò verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios auctores, vel canonicas, vel probabiles rationes, quòd à vero non abhorreat, persuadere potuerunt.*

Sanchez.

DISQVISITIO II.

An præceptum confitendi quāprimùm post celebrationem, quandò vrgente necessitate, celebrauit Sacerdos sine præuia confessione, extendatur etiam ad laicos communicantes similiter in casu necessitatis, non præuia confessione.

Aliqui affirmant. Ita Nauarrus in Manuali cap. 2. num. 10. cuius opinio magis placet Azorio moral. institut. p. 1. lib. 10. cap. 31. quæst. 9. Pro hac parte sunt etiā Henriquez lib. 8. de Euchar. cap. 45. nu. 4. Fagundez de quinque Ecclesiæ præceptis p. 3. lib. 3. c. 8. quos sequitur Philibertus Marchinus tract. 3. de sacrificio Missæ p. 3. c. 1. num. 6. Fundatur, quia ex præcepto D. Pauli, & identitate rationis colligitur constitutionem hanc æquè laicos, & Sacerdotes comprehendere, cum omnes reuerentiam Sacramento, & confessionē post peccata æqualiter debeant ante communionem.

Nauar. Azorius. Henriquez. Fagundez. Marchin.

Alij communiter negant extendi præceptum confitendi quamprimùm ad laicos, qui in casu necessitatis receperunt Eucharistiam. In hac re

Suppono hoc non esse præceptum diuinum, sed humanum Ecclesiasticū, quia nullum solidum fundamentum hoc asserendi afferri potest, in præcepto confessionis præmittendæ antè communionē, quod est diuinum, vt diximus, hoc inuolui, quia est omninò quid diuersū; vndè etiam in articulo mortis, præceptum diuinum obligat ad confitendum, tran- D sacto autem illo articulo non tenetur homo ex vi illius præcepti confiteri quamprimùm, de qua re plura videri possunt apud Cardin. de Lugo de Sacram. Euchar. disp. 14. sect. 7. num. 136. his suppositis.

Cardin. de Lugo.

Dico, à communi sententia nullo modo esse recedendum. Constat primò, quia determinatio expressa verborum ad vnum casum, & taciturnitas alterius indicat satis voluisse legislatorem præcipere vnum, & nō aliud, iuxta illud axioma. *Quia si voluisset, expressisset*. cap. 2. *de translat. Episcop.* & cap. *ad audientiam* de

Conclusio. Præceptum confitendi quāprimùm non extenditur ad laicos.

de decim. ergò cum Concilium expressè A loquatur in dictis verbis solùm de Sacerdote, & nihil de laico, argumentum clarum est, solum Sacerdotem voluisse obligare. Præterea licèt reuerentiam in hoc Sacramento debitam, in hac constitutione respexerit Concilium, tanquã finem vltimatum obligando Sacerdotes ad confitendum quamprimùm, quia frequentiùs euenire potest, vt Sacerdotes vrgeantur necessitate celebrandi sine præuia confessione, quàm laici obstringantur ob similem necessitatem communicare, Sacerdotes voluit sic obligare, vt eos maximè vigiles, & diligentes redderet ad expiãda commissa peccata per confessionem, atque adeò sanctiores, & B puriores redderentur; maiorem enim sanctitatem reuerentia Eucharistiæ debita exigit ab ijs, qui frequentiùs sacrosanctum Altaris Sacramentum conficiunt, & sumunt. Ex his corruit fundamentum primæ opinionis respectu casus expressi in lege; vbi enim potest assignari aliqua ratio diuersitatis non expressæ, lex vltra casũ expressum non extenditur; tunc enim præsumitur, quòd legislator noluerit ob diuersam illam rationẽ comprehendere casum non expressum. Facit pro hac doctrina glos. in cap. 1. *de temp. ordin.* in 6. V. *Italia*; huiusmodi autem diuersitas in casu nostro reperitur, vt C diximus. (Glossa.)

DISQVISITIO III.

An quotiès Sacerdos recipit cõmunionem more Laicorum, si non præmiserit confessionem in casu necessitatis, teneatur quamprimùm confiteri.

HIC casus habet locum in duplici euentu, die scilicet Parasceues, quando Sacerdos celebrat absumendo solùm Sacramentum, & deficiente post consecrationem Sacerdote, alius perficit sacrificium.

Dico affirmatiuè in vtroque casu, quia verè dicitur celebrare. Ità Suar. tom. 3. in 3. p. disp. 66. sect. 7. quem sequuntur alij Recentiores. (Conclusio affirmatiua. Suarez.)

DISQVISITIO IV.

Celebrans post cõsecrationem recordatur peccati mortalis ex obliuione omissi in confessione, elicit actum contritionis antè sumptionem Eucharistiæ, quia non habet copiam confessarij, an teneatur præcepto illo confitendi quamprimùm.

NEgat Vasquez tom. 3. in 3. p. disp. 208. cap. 3. n. 20. quem sequitur Diana de celebrat. Missarũ resol. 61. plures alios adducens; & hanc opinionem satis probabilem putat Cardin. de Lugo de Sacram. Euchar. disp. 14. sect. 7. num. 146. Præcipua ratio deducitur ab auctoritate regularum Missalis, quæ à Sacerdote in casu necessitatis celebraturo, & non habente confessorem, si sibi sit conscius peccati mortalis, exigunt contritionem, & addunt teneri quamprimùm confiteri, sed non ita loquuntur de Sacerdote, qui in ipsa celebratione habet conscientiam peccati mortalis, ab hoc enim solùm exigunt contritionem. Peculiaris autem ratio potuit mouere Concilium, vt obligaret in primo casu Sacerdotem ad confitendum quamprimùm, potiùs quàm in secundo casu, vt nimirùm rurales Parochos redderet cautiores, & diligentiores ad quærendum confessarium ante celebrationem Missæ, propter periculum magis ordinarium, ne longo tempore celebrarent nõ præmissa confessione prætextu inopiæ confessoris, quem non haberent fortasse, D quando actu vellent celebrare, quod periculum non erat in secundo casu, quando per accidens in altari peccati recordantur. Hanc rationem affert cit. Card. de Lugo dicta sect. num. 145. Affirmat Suarez dicta sect. 7. quem sequuntur plures, quos citat Diana dicta resol. 61. (Vasquez. Diana. Cardin. de Lugo. Suarez. Diana.)

Dico hanc secundam opinionem mihi esse probabiliorem, quia hic casus comprehenditur in proprietate verborum Concilij, ergò non est nisi conuincenti ratione excipiendus ex communi doctrina de legibus; sed nulla ratio conuincens adduci potest ad excipiendum prædictum casum, ergò &c. Quòd verè con- (Conclusio.)

continetur sub proprietate verborum, A recté probatur ex Suarez, quia satis est, quòd Sacerdos solemni ritu Ecclesiæ, & vt minister publicus consumet sacrificiū, seu Sacramentum, hæc enim actio est propria Sacerdotis, & sub nomine celebrationis meritò comprehenditur, iuxtà communem vsum, & sensum huius vocis, quod etiam fatentur aliqui auctores primæ opinionis, vt Vasquez cit. loco, & Diana de celebratione Missarum resol. 60. in fine, tum in Sacerdote celebrante die Parasceues, tum in Sacerdote, qui assumitur post consecrationem ad perficiendum ritu Sacerdotali sacrificium inchoatū ab alio, qui ob mortem, vel morbum repentinum non potuit complere; B Minor probatur, quia ea, quę adducitur à Cardin. de Lugo, est quidem probabilis coniectura, sed non videtur satis ad excipiendum casum expressum in proprietate verborum, sicut nec sufficit ad liberandum eum ab obligatione confitendi quamprimùm, qui, vt diximus, non potuit præmittere confessionem, & perficit sacrificium, deficiente celebrante post consecrationem, etiam si casus sit rarissimus, & ad quem coniectura illa de Sacerdotibus ruralibus non se extendit. Quarè dicere possumus omni cum probabilitate Concilium Tridentinum in imponendo tali præcepto in casibus sub proprietate verborum, quibus vsus est, C respexisse ad summam reuerentiam, & puritatem magnam, cuius maximè Sacerdotes studiosi esse debent, vtpotè qui sæpiùs communicant. Argumētum autē desumptum ex regulis Missalis non habet magnam vim, quia si attentè considerentur verba, potiùs fauent nostræ conclusioni, quàm aduersentur; Verba hæc sunt. *Si quis in casu necessitatis non habens copiam Confessoris, in peccato mortali absque contritione celebret, grauiter peccat. Secùs si conteratur: debet tamen, cùm primùm poterit, confiteri. Si in ipsa celebratione Missæ Sacerdos recordetur se esse in peccato mortali, conteratur cum proposito confitendi, & satisfaciendi.* Primò dici potest, quòd hoc verbum, *satisfaciendi*, aliquid innuit, & non est verisimile, quòd innuat satisfactionem, quæ est pars integralis confessionis, quia nec superiùs, quando hæ regulæ dixerunt, *quamprimùm debet confiteri*, nullam de satisfactione fecerunt mentionem. Quarè satis verisimile videtur verbum, *satisfaciendi*, indicare satisfactionem, quæ exigitur à præcepto illo confitendi quamprimùm, ità vt sensus esse videatur: cum proposito confitendi, & satisfaciendi, scilicet illi pręcepto, quamprimùm confitendi, A de quo paulò antè illæ regulæ mentionē fecerunt. Secundò in proposito casu regula Missalis, postquam dixit, quòd Sacerdos conteratur, subnectit, *cum proposito confitendi, & satisfaciendi*. Sed cum in contritione includatur propositum confitendi, quorsùm additur, cum proposito confitendi, & satisfaciendi? certè noua, & peculiaris obligatio distincta ab illa generali, cuius votum inuoluitur in contritione, innui videtur; hæc autem peculiaris obligatio non alia esse potest, quàm illa confitendi quamprimùm post celebrationem.

Vasquez. Diana. Cardin. de Lugo. Regulæ Missalis.

Dixi (post consecrationem, sed antè communionem) nam peracta communione Sacerdos non dicitur ampliùs verè celebrare, sed ritus, & orationes præscriptas post communionem prosequi. Ex dictis

Infertur quid dicendum de Sacerdote, qui in ipsa celebratione committit peccatum mortale, in nostra sententia, si illud committit antè communionem, tenetur & conteri, & posteà quamprimùm confiteri. Card. verò de Lugo, qui probabilem satis iudicat primam opinionē excusat ab hac obligatione quāprimùm confitendi. Cardin. de Lugo.

DISQVISITIO V.

Sacerdos habens copiam Confessarij, cui non vult confiteri ex necessitate, sed ex malitia, & sic in statu peccati celebrat: an præcepto hoc Concilij Tridentini confessionis quāprimùm faciendæ obligetur.

PRO parte affirmatiua videtur esse argumentū à minori ad maius; nam si hoc præcepto obligatur, qui non peccauit omittendo confessionē, D multò magis obligabitur, qui peccando eam omisit. Ità sentiunt aliqui, inter quos est Franciscus Syluius in 3. p. quæst. 80. art. 4. dub. 2. nihilominùs. Syluius.

Dico cū Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 66. sect. 7. in fine, Card. de Lugo de Sacram. Euchar. disp. 14. sect. 7. num. 150. non obligari. Conclusio negatiua. Suarez. Cardin. de Lugo.

Probatur, quia non comprehenditur hic casus sub proprietate verborum Cō-

cilij, quæ expressam solam mentionem faciunt de eo, qui sine præuia cōfessione celebrat necessitate vrgente, & deficiēte confessarij copia. Ratio etiam disparitatis afferri potest, quia per hoc præceptum spectatur in Sacerdotibus timoratæ conscientiæ fructus maximæ sollicitudinis in quærendo Confessario, & maioris puritatis, & sanctitatis, qui in Sacerdote prauo celebrare non timente cum cōscientia peccati mortalis nō speratur per tale præceptum, quod illi potius laqueum inijceret præbendo occasionem noui peccati, eum enim, qui facilè transgreditur præceptum diuinum præmittendæ confessionis antè celebrationem, quis non credet transgressurum B & præceptum confitendi quamprimùm post celebrationem, si eo ligaretur? quarè non fuit expediens huiusmodi Sacerdotem improbum ligare tali præcepto.

Quæsitum. Quæres, an Sacerdos, qui vrgente necessitate celebrat sine confessione, & ex malitia non elicit contritionem, hac lege confitendi qnamprimùm teneatur?

Cardin. de Lugo. Affirmat Cardin. de Lugo loco nuper citato. Fundatur in verbis Concilij, quæ vniuersalia sunt, nec distinguunt inter Sacerdotem habentem, vel non habentem contritionem, sed loquuntur de nō præmittente confessionem in casu necessitatis, quando non est copia confessarij. Sed C

Satisfit. Pto parte opposita occurrit primò, quòd Concilium loqui solùm videtur de non Indignè celebrante, postquam enim

Conc. Trid. præmisit illa verba. *Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumuis sibi contritus videatur, absque præmissa Sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat*, concludendo subijcit, *quòd si necessitate vrgente Sacerdos absquè præuia confessione celebrauerit, quamprimùm confiteatur.* Vndè regulæ Missalis diuerso modo loquuntur de eo, qui sine contritione indignè celebrat, & de eo, qui non indignè, eo quòd præmittit contritionem, quan- D dò copia confessarij deest; nam in primo casu sic dicitur. *Si quis in casu necessitatis non habens copiam Confessoris, in peccato mortali absquè contritione celebrcet, peccat grauiter*, & nulla subnectitur obligatio confitendi quamprimùm: in secundo verò casu sic dicitur. *Secùs si conteratur, debet tamen quamprimùm confiteri.* Quarè obligatio confessionis quamprimùm faciendæ videtur solùm afficere eū, qui contritus celebrauit. Secundò vrget ratio non dissimilis data pro præcedenti casu; quomodo enim spectabi- A tur habiturus statim post Missam talem dolorem de peccatis, vt velit statim cōfiteri pro adimplendo hoc nouo præcepto Ecclesiæ, qui dictante naturali lege ob reuerentiam tanti Sacramenti noluit dolere de peccatis antè celebrationem? quarè non videtur verisimile, quòd Concilium in prædicto præcepto hunc voluerit comprehendere, ne occasio noui peccati ei daretur: Ob has rationes satis mihi hæc pars probabilis videtur.

DISQVISITIO VI.

B

Sacerdos celebraturus, qui recordatur alicuius peccati ex obliuione inculpabili omissi in confessione, quam præmisit, & ob carentiam Confessarij, & necessitatem, celebrat sine confessione illius peccati; an præcepio confitendi quamprimùm teneatur.

C DICO affirmatiuè. Ita Cardin. de Lugo cit. sect. 7. num. 151. Probatur: obligatio cōfessionis faciendæ quamprimùm post celebrationem, cum subrogetur pro obligatione confessionis, quæ erat præmittenda antè celebrationem, sed ob necessitatem, & carentiam confessarij non fuit præmissa, adæquatè illi debet correspondere, & naturam eius sortiri; sed obligatio confessionis præmittendæ est talis naturæ, quæ non exhauritur per confessionē eorum peccatorū, quę memorię occurrunt, quādo fit cōfessio, sed remanet etiam respectu aliorum, quæ posteà veniunt in mentem, ergò quotiès ob vrgentem necessitatem, & inopiam cōfessarij non fuit præmissa cōfessio alicuius peccati ex obliuione omissi in antecedenti confessione, & Sacerdos sic celebrat, consequenter in eo insurgit obligatio confitendi illud peccatum quamprimùm post celebrationem. Hinc

Conclusio affirmatiua. **Cardin. de Lugo.**

Infertur idem omninò dicendum esse de Sacerdote, qui habens casum reseruatum, & non potest adire Superiorem vrgente necessitate celebrandi, confitetur inferiori, ab eoquè absoluitur directè à non reseruatis, indirectè verò à reser-

seruatis. Itâ Cardinalis de Lugo, apud quem plura circa hunc casum videri possunt.

DISQVISITIO VII.

Quid intelligatur per illam dictionem, *quamprimùm*, positam à Concilio.

Conclusio: Dictio illa (quamprimùm) posita à Concilio, significat, data prima opportunitate morali.

DICO illud, *quamprimùm*, significare data prima opportunitate morali. Consonant regulæ Missalis, quæ hoc *quamprimùm* explicant, *cùm primùm poterit*; facit etiam cap. *eos de sententia excommunicationis*, vbi declaratur, quòd absolutus in articulo mortis à casibus Papæ reseruatis, quòd tunc non possit Papam adire, debet se post incolumitatem Papæ præsentare quamprimùm commodè poterit. Itâ tenet Zerola de Sacram. Pœnit. cap. 10. quæst. 32. quem sequitur Marchin. tract. 3. de sacrif. Missæ p. 3. cap. 1. num. 5. Et ratio est, quia Concilium iniungendo Sacerdotibus obligationem confessionis faciendæ quamprimùm, intendit illos reddere peculiaris puritatis, & maioris sanctitatis studiosos, atque adeò diligentes, & sollicitos in expiandis per pœnitentiæ Sacramentum peccatis, & cautos, ne assuescant celebrare sine præuia confessione, prætextu necessitatis celebrandi, & carentiæ confessarij; vndè si habita opportunitate confitendi Sacerdos, qui sine præuia confessione celebrauit in casu necessitatis, negligat tunc confiteri, Concilium suo fine apertè carere videtur, nec apparet quid operetur iniuncta obligatio confitendi quamprimùm, si non obligat ad confitendum, quando commoda habetur occasio. Ex dictis

Zerola.

Marchin.

Patet, quale iudicium inferendum sit de alijs interpretationibus circa hoc *quamprimùm*, quarum aliquas refert, & benè refellit Card. de Lugo dict. disp. 14. sect. 7. à num. 158. vsq; ad 162. vbi posteà nonnullis additis maioris declarationis causa, à prædicta conclusione non dissentit.

Cardin. de Lugo.

A *Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me Sol: Filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui. Vers. 6.*

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

CVM ditissimæ, & pulcherrimæ filiæ Ierusalem facilè admirari possent,
B tanquam incongruũ côiugale vinculum ob sponsæ imparem conditionẽ, quæ nec candida omninò facie niteret, nec ea sedulitate, & solertia, quæ in proprijs rebus curandis requiritur, prædita esset, cuius rei argumentum videri poterat, quòd vinea à Patre illi in dotem assignata agrestis, & inculta remaneret, si benè culta, vberrimos prouentus reddidisset: modestè noua nupta, vt ab his exprobrationibus se subtrahat, sic affatur puellas sibi obtrectantes. *Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me Sol.* Quasi dicat: si quid fusci coloris cutis mea re-
C fert, considerate quæso hoc mihi contigisse ab ardentissimo Sole, cuius adurentes radios excepi, non enim reclusa gynæceo in vrbe nitoris sui studiosa cultrix, nec natiuum faciei colorem a vehementi Solis iubare illæsum seruaui, sed prout mea sors tulit, modò in planitie, modò in collibus Solis æstus verberarunt; subiungit. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis; vineam meam non custodiui.* His subinnuens non suæ incuriæ tribuendum esse, quòd culturæ defectu vinea propria sterilesceret, sed quia cùm à fratribus vinearum custodiæ addicta fuerit, opere adeò laborioso nimiùm occupata, non
D potuit curam gerere propriæ vineæ, de qua re plurimùm etiam conqueritur prædictis verbis. Quasi dicat: Eò deuenit fratrum meorum durum imperium, vt me vineis excubias agere coegerit. Vndè nec hoc solatij habere potui puellarũ miserrima, vt culturæ vineæ iure dotali ad me spectantis vacare possem; & quidem, quòd peculiari iure ad sponsam attineret vinea, quam hic illa suam appellat, clariùs indicat translatio Pagnini, atquè Vatabli, quæ est. *Vineam meam, quæ erat mihi, non custodiui*,

Pagninus. Vatablus.

Nolite

Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me Sol, &c.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Dilecta Dei in vltionem peccatorum à Deo calamitates, & ærumnas sibi immissas agnoscit: hanc autem cognitionem potissimùm attentè recolens memoriã passionis Christi in sacra Synaxi assequitur.

Glossa interlin. & ord. D. Gregor. D.Bernard. Io. Arbor. Hortulan.

PER Solem hic Christum intelligunt Glossa interlin. & ordin. D. Gregorius, D. Bernardus, Io. Arborius, Hortulanus Roset.

Iustus.

Colore fusco tribulationes, & infelicitates denotari Iustus hoc loco asserit, qui sponsam sic loquentẽ inducit. *Aestus tribulationis sustinui, & quasi decorem iucunditatis amisi.* Consonant Hugo, & alij Interpretes; Et quidem colorem nigrũ, & subfuscum aduersitatis, & tristitiæ; colorem verò album felicitatis, & lætitiæ symbolum apud veteres fuisse, satis notum est; vndè prosperos dies candidis lapillis computabant, aduersos autem nigris, vt patet ex Persio Satyra 2.

Hugo.

Color niger symbolum aduersitatis, & tristitiæ; albus verò felicitatis, & lætitiæ.

Persius.

Hunc Macrine diem signa meliore lapillo,
Qui tibi labentes apponit candidus annos.

His inhærens prædictum versiculum sic dilucidare possumus. Cùm sæpiùs sponsa Diuini sponsi mensæ accumbens, illi maximè intima facta sit, aliquis forsan admirari poterit videndo posteà illam multis calamitatibus, & afflictionibus veluti subfuscatam, à quibus videbatur à potentissimo, & amantissimo sponso præseruanda, humili, & modesto responso tollit huiusmodi admirationem dicens. *Nolite me considerare, quòd fusca sim.*

Quasi dicat: quid est, quòd admiramini, ô fideles, si mihi aduersa quamplurima accidere conspicitis? forsan ignoratis, à Deo iustitiæ Sole patrata mea crimina vlciscente huiusmodi ærumnarum decolorationem fieri?

A Fratres Ioseph, qui eum summa inclementia, & inhumanitate Ismaelitis vendiderunt, Gen. 37. profecti in Aegyptũ pro re frumentaria emenda, cui præerat idem Ioseph Prorex factus; cum se angustijs vndiquè oppressos viderent, dum Ioseph dissimulans germanitatem, illos tanquam exploratores seuerè alloqui videbatur, animaduerterunt his aduersitatibus affligi in pœnam admissi criminis ergà fratrem innoxium. Gen. 42. *Et locuti sunt ad inuicem: Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus: ideircò venit super nos ista tribulatio.* E quibus vnus B *Ruben ait: Nunquid non dixi vobis: Nolite peccare in puerum, & non audistis me? en sanguis eius exquiritur.* Plura, & eximia sub huius historiæ inuolucris reclusa sunt arcana. Certè sicut innocens Ioseph venditus à fratribus typum gessit Christi, qui propter scelera nostra patienter tulit à proditore Iuda exiguo pretio vendi, & in manus Iudæorũ tradi; & idem Ioseph distribuens frumenti alimoniam eundem Christum fidelibus Eucharisticum panem suppeditantẽ præfigurauit, vt D. Ambrosius lib. de Ioseph cap. 2. & alij Patres monent; ità consequenter filij Iacob pergentes ad frumentum sibi in refectionem comparandum fideles præadumbrarunt ad diuiC nam Altaris escam accedentes, qui si quandò afflictationibus vrgentur, attentè recogitant, dum illi sacro conuiuio accumbunt, vbi passionis memoria recolenda est, quàm acriter Diuina iustitia puniuit peccata nostra in Christo, facilè intelligent eas à peccatis suis parturiri, illa Deo vlciscente. Vndè clamabunt; *meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum.*

Gen. 37.

Gen. 42.

Ioseph distribuens frumẽti alimoniã typ⁹ Christi, fidelibus Eucharistiam suppeditantis.

Meliori frugi redditus ille latro Christum in Cruce pendentem piè contemplans diuina luce illustratus nouit, quos cum socio patiebatur cruciatus, euenisse à Deo iustam vindictam sumente de paD tratis criminibus, dicens; *Nos quidem digna factis recipimus.* Simili irradiatione illuminantur quicunque tribulationibus torquentur, cùm ad mentem reuocant Christum Crucifixum, eo maximè tempore, quo sacræ mensæ assident, peculiariter instructæ ad recordationem eorum, quæ ille pro delictis nostris perpessus est. Quarè & ipsi hanc veritatis vocem effundent: *Nos quidem digna factis recipimus.*

Iniustà morte damnatus Theramenes à Critia Tyranno, haustà è poculo veneni parte, relictam partem in terram effudit

dit dicens, Propino Critiæ, quod refe- A
Cicero. rens Cicero Tuscul. 1. subdit. *Lusit vir egregius extremo spiritu, verèque ei, qui sibi venenum præbuerat, mortem est eam auguratus, quæ breui consecuta est.*

Calicem passionis bibens innocentissimus Christus, quem ei sæna Hebræorum nequitia propinauerat, partem hominibus, propter quorum scelera illum hausit, porrigere visus est, quandò exhibitum vinum felle mixtum gustauit, sed noluit bibere. Matth. 27. Ita hanc partem sibi pro peccatis à Christo propinatam in sacra mensa agnoscit dilecta Dei, & libenter haurit.

Dilecta Dei in sacra mēsa agnoscit calicē tribulationū sibi pro peccatis à Xpo propinatū.

Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me Sol, &c. B

NOTVLA II.

Sacræ mensæ conuiuis solet etiā diuinus amator, in singularis amoris argumentum, ærūnarum calicem propinare.

Dilecta Dei docet hic diuinum suum amatorem dulcissimas quidem dapes in sacra mensa sibi, & carioribus amicis degustandas præbere, sed etiā amarum tribulationum calicem in signum præcipuę dilectionis, quem ipse priùs bibit, porrigere. C

Antiquitùs in symposijs poculo ad inuicem tradito talis amicitiæ fœdus inter conuiuas inibatur, quæ prosperæ, & aduersæ fortunæ vicissitudinem faceret cōmunem. Colligitur ex Plutarcho lib. de fortuna Alexandri. Hùc respicit illud Plauti in Casina, *eodem poculo bibere*; quod sonat eisdem infortunijs subiacere. Similem calicem propinare solet suis maximè caris, quos Eucharistico conuiuio reficit, Christus Seruator noster. D

Plutarch.

Plautus.

Calicem tribulationū propinat Christ. amicis suis, quos Eucharistia reficit.

Ioseph fratres suos opipara mensa honorauit, & refocillauit, & abundè omnes vinum potarunt. *Biberunt, & inebriati sunt.* Gen. 43. Sed indicemus, quale condimentum illis posteà apposuerit; heu quàm iniucundum, & amarulentum; in memoriam reuocemus, in quot extremos animi angores illos coniecerit; ingrati animi, immò & furti eos insimulauit, perpetuæq; seruitutis pœna

Gen. 43.

A mulctandum præ alijs dilectum Beniamin summo cum aliorum fratrum dolore proclamauit; quæ vt meliùs perpendantur, legatur sacra Gen. 44. à principio capitis saltem, vsquè ad illa verba. *Respondit Ioseph: Absit à me vt sic agam: qui furatus est scyphum, ipse sit seruus meus.* Verùm si illud Iosephi conuiuium meridianum symbolum fuit Eucharistici inferuentissimo meridiano diuinæ charitatis parati, vt notat Hugo in illud Io. 13. *Cùm dilexisset suos, in finem dilexit eos,* & Paul. Palat. in cap. 26. Matth. ecce quæ, & qualia aduersa haurienda sunt à Domini calice carioribus Eucharisticæ mēsæ conuiuis.

Gen. 44.

Hugo.

Palatius.

B Postquam pauit Dominus in loco cāpestri ingentem illam turbam quinque millia vitorum, multiplicatis quinque panibus, statim discipulos, quos præ alijs, qui manducauerant, amabat, nauigationi destinauit, quam aggressi, secunda aura cessante, furentibus reluctantiū ventorum fluctibus agitantur; iratum æquor rapacibus vndis nauem obruere minitatur; insudant hi difficili remigio, quos Dominus ita laborantes à littore contemplatur, nec illicò adiuuat, sed aliquantulum sinit illos in defatigatione, & periculo. Marc. 6. *Erant autem, qui mā ducauerunt, quinq; millia virorum. Et statim coegit discipulos suos ascendere nauim,* C *vt præcederent eum trans fretum ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret populum. Et cum dimisisset eos, abijt in montem orare. Et cum sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra. Et videns eos laborantes in remigando, (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare: & volebat præterire eos.* Sed si Christi iussu nauigationem subeunt amati discipuli, cur procellis iactantur? cur mare contra eos æstuat? cur Aeolus, Notusque ruunt? cur non potiùs Pontus mitescit? cur non suauis spirat aura? Pabulo, quod Dominns discipulis, & turbæ illi paulò ante suppeditarat, Eucharisticum re- D præsentabatur, cuius suauitas licèt electis Dei amicis peculiari modo delibanda exhibeatur; ij tamen simul innumeris infortunijs, persecutionū procellis, alijsq; huius vitæ calamitatibus sunt affligendi, diuino amatore ità disponente ob altissimos fines. Fidem faciat D. Catharina Senensis, quæ Eucharistici pabuli suauitate adeò saginabatur, vt alios corporales cibos abhorreret, & ab illis potius debilitaretur; & ipsamet admirata est aliquandò, quomodò anima sua tot cumulata diuinitùs solatia posset sustinere, & in hoc humano corpore persistere; sed

Marc. 6.

Dei amicis licèt suauitas Eucharistiæ delibanda exhibeatur, ij tamē simul affligantur innumeris infortunijs, calamitatibusquè.

heu

heu quot languores, & ægritudines pertulit illa? quoties sibi insultantes audiuit, quòd frequenti communione nimiũ auderet? quid amplius? puella illæsi pudoris amantissima, pluriès de contaminato pudore notata fuit, cuius rei rumor ità percrebuit, ità inualuit, vt non leui dedecore sua honesta familia commaculata videretur; nec defuere consorores aliquæ ex naturæ conditione nimis faciles ad fidem præstandã similia euulgantibus, quæ de violata pudicitia pudicissimam Virginem acriter sugillarent. Hæc omnia cõstant ex ijs, quæ de vita, & gestis huius Diuæ posteris cõsignauit Adm. Reuer. Pater Raymundus Capuanus; & præcipuè lib. 2. cap. 11. cap. 14. & cap. 17. & c. 22. eiusdem lib. 2.

In vita D. Catharinæ Senensis.

Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me Sol, &c.

NOTVLA III.

Eucharistica refectio afflictionum tolerantiam facilem reddit.

C Otatu digna sunt hęc verba: *Decolorauit me Sol*. Decoloratio in externa tantùm cute residet, nec ad interiora penetrat; quocirca dilecta Dei modeste hic insinuare videtur, tribulationes, dolores, infirmitates illi extrinsecùs esse, nec eis interiùs angi, vel tangi; sed vnde tale robur animæ, vt inter aduersa quæcunquè nulla turbatione concutiatur, sũma tranquillitate omnia perpessu difficilia sustineat? sanè ab illa Eucharistica mensa, quam spiritu prophetico celebrauit Dauid. *Parasti in conspectu meo mensam, aduersùs eos, qui tribulant me*. Psal. 22. Sic enim locum hũc interpretatur Cyprian. epist. 63. ad Cæcil. S. Ambrosius lib. de Elia, & Ieiunio. Theodoret. in eundem Psalm. Paschasius Abbas lib. de corp. & sanguine Domini, S. Chrysostomus super cit. Psal. In hac Altaris mensa frangitur sacra hostia, sed non frangitur Christus. *Fracto demùm Sacramento, ne vacilles, sed memento tantum esse sub fragmento, quantum toto tegitur*. Huius firmitatis aliquid communicatur eiusdem mensæ conuiuis, tali enim animi constantia roborantur, vt nullis aduersitatibus frangantur, cuncta

Psalm. 22. D. Cyprian. D. Ambr. Theodoret. Paschasius. D. Chrys.

Sacræ mensæ conuiuæ tali animi cõstantia roborãtur, vt nullis aduersitatibus frãgantur, & cũcta æquo animo perferant.

A æquo animo perferant, & quasi à mortali corruptione vindicari videantur.

Rem hanc attigisse videtur Damascenus in libello de corpore Christi, vbi sic fatur. *Eleuatur in manibus Sacerdotis in crucem, & frangitur, & distribuitur, & in nobis sepelitur, & facit nos secum à corruptione liberos*. Perpende diligenter hæc vltima verba pro nostro scopo, *& facit nos secum à corruptione liberos*; quibus eã animi stabilitatem ab Eucharistico cibo conferri indicatur, qua homo nullis fit commouendus aduersæ fortunæ casibus, nullis contrarijs perturbandus euentibus; & verè illi consonat:

Damascen.

Si fractus illabatur orbis,
B *Impauidum ferient ruinæ.*

Horat.

Destinatus Moyses ad vindicandos Israelitas è manu sęuissimi Tyranni Pharaonis obfirmandus erat aliquo peculiari munimine ad superanda aspera, quæ illi imminebant, quàplurima, tum à crudeli, & obdurato Pharaone, tùm à pertinaci, & duræ ceruicis populo; munimen fuit visio illa rubi igniti. *Apparuitq; ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quòd rubus arderet, & non combureretur*. Exod. 3. Illo admirabili rubo Eucharistia præsignata fuit. Probè Marcus Vigerius in suo decachordo chorda 7. cap. 40. *Hic* (inquit) *est verè rubus, quem viderat Moyses ardere, nequè comburi,* C *ardet namquè caro, sanguis, & anima Christi, ardet Christus totus charitate, ardet maiestate, ardet deitatis potentia, nequè comburuntur in illo hæc, sed integra manent.* Elegans quidem symbolum, nam cum in Augustissimo Altaris Sacramento ignis diuinæ charitatis maximè exardescat, & in eodem memoria passionis Christi recolatur, hæc omnia in ignito, & spinoso rubo aptissimè repræsentantur. Quarè sola in typo Eucharistici Sacramenti præmonstratio satis virium conferre potuit Moysi, vt sereno, & inconcusso animo perferret difficillimos euentus, ardua quæcunquè deuoraret.

Exod. 3.

Marcus Vigerius.

Sola Eucharistiæ figura plurimũ virium cõtulit Moysi, vt æquo animo difficillima quæq; toleraret.

Fluenta Iordanis ingressurus Eliseus, D pallio, quod à magistro Elia in cælũ migranti habuit, vndas verberauit implorato Dei auxilio, ad illius secundũ contactum diuisæ sunt aquæ, & commodam illi aperuere viam, & dixit. *Vbi est Deus Eliæ etiam nunc? Percussitque aquas, & diuisæ sunt hùc, atque illùc, & transijt Eliseus*. 4. Reg. 2. Aquarum vocabulo in sacris paginis, non rarò tribulationes, quibus iactatur humana vita, denotantur, licèt vehementibus ventorum inter se prælia miscentium flatibus commoueantur, intumescant, & fluctuent sine fræno, si tantùm adsit pallium Eliæ, cedent,

4. Reg. 2.

Aquæ symbolum tribulationũ.

dent,

dent, & iter facilè præbebunt; Quid pallium Eliæ in figuris? Dominici nimirùm corporis, & sanguinis Sacrameotū, Drogooe Cardinali nobilissimo Interprete. *Ecce sublatus es, ampliùs te tuus nō videbit Eliseus: remansit tamen ei pallium tuum in memoriam tui, vt præsentia absentia tua dolorem eius semper & augendo leniat, & leniendo augeat. Hoc sumite (ait) in meam commemorationem, hoc est Sacramentum corporis tui: pallium tuum, caro tua est, qua vestitus ad nos processisti.* Ità ille de Sacramento Domin. pass. lib. 1. Huius ergò Sacrameoti virtus, si vera fides non desit, insurgentes quoscuoque fluctus, siue contra honorem, siuè cootra corporis valetudinem, siue contra alia huius vitæ bona, ità moderatur, vt mediam inter illos viam pandat.

Drogo.

Exigua illa aqua, quæ vino miscetur antè consecrationem, vel in vinum coouertitur, vt volunt aliqui, vel si non conuertitur, vt allj tuentur, de qoa re aliàs, ità vino permixta absorbetur, vt illius ioiucuodus sapor vioi suauitate cōditus non perciperetur ab eò, qoi vinum illud degustaret. Hæc materia pro calicis consecratione parata, plura nobis adumbrat mysteria, & vt alia omittam, hoc pro instituto nostro animaduerto, tali nimirùm aquæ cum vioo coniunctione significari tribulationes, & calamitates, quarū aqua est nota figura, sacræ Synaxis virtute, vel io vinum spiritalis lætitiæ conuertendas, vel ità attemperandas, vt illæ non malè sapiaot.

Virtute Eucharistiæ aquæ tribulationū in vinum spiritalis lætitiæ conuertentur.

Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me Sol, &c.

NOTVLA IV.

Dilecta Dei fatetur se à Christo crucifixo, quem in Eucharistica mensa mente reuoluit, maximè ad carnis macerationē impulsam.

NON solùm spiritalis spōsa se fuscam, & à Sole decoloratam dicit ob iofelicitates, quas sibi à Deo immissas, vel io vindictá admissorum criminum, vel io amoris comprobationem, vt supra notula 1. & 2. innui, A sed etiam ob carnis afflictiones, ob varias mortificatiooes spontè assumptas, ad quas se inductam asserit à teruēti æstu charitatis Christi instar solis in sacrosancta Eucharistia calefacientis; Pœnitentiæ eoim rigor, vitæ asperitas, vehemens desiderium imitandi Christi passionem, vultu decolorato, & squalido manifestari solet. *Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis*, ait Paul. 1. ad Corinth. 11. vbi D. Thomas. *Hic* (inquit) *Apostolus exponit verba, quæ dixerat, hoc facite in meam commemorationem, repræsentando scilicet hoc Sacramentum per mortem Domini, & quis repræsentat mortem, nisi qui* B *mortis spectrum efficitur? mortificationem Christi circumferendo in corpore suo, carnem flagris cruentando, vigilijs, ieiunijs, alijsquè castigationibus extenuando, ità vt petitionibus sensus inimicus, nec non carnis suæ hostis seuerus esse videatur.*

1. Ad Cor. 11.

D. Thomas.

Probè Gregorius Nyssenus in Eccles. c. 13. vbi premēs illa verba. *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus*, subnectit. *Quarè qui amat hanc carnem, non est suæ carnis amicus. & qui hunc sanguinem, à sanguine sub sensum cadente purus est.*

Greg. Nyss.

Meditatum hic venit Ingeniosum inuentum Iacobi, quādò ille *sollens virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex pla-* C *tanis, ex parte decorticauit eas, detractisquè corticibus, in his, quæ spoliata fuerant, candor apparuit: illa verò, quæ integra fuerant, viridia permanserunt: atque in hunc modum color effectus est varius. Posuitque eas in canalibus, vbi effundebatur aqua: vt cum venissent greges ad bibendum, antè oculos haberent virgas, & in aspectu earum conciperent. Factumque est, vt in ipso calore coitus, oues intuerentur virgas, & parerent maculosa, & varia, & diuerso colore respersa.* Gen. 30. Et res ex voto illi successit, nam dum oues, & capræ aquas bibebant, in quibus erant decorticatæ virgæ varios referentes colores, hauriebāt, trahebantquè simul per oculos illam co- D lorum varietatem, quam posteà in fœtibus diuersi coloris exprimebant, atquè hinc Iacob copiosò grege locupletatus fuit. Simili modo dilecta Dei, quia in Eucharistica mensa carnem Christi, quā manducauit, contemplata est, flagellis excoriatam, spinarum spiculis perterebratam, clauis transfixam, amar issimo felle aspersam, hoc dolorum, & affl ctionum simulacrum mente, & affectu conceptum in externis actibus prodit; dum corpus suū varijs austeritatibus castigat.

Gen. 30.

Dilecta Dei in Eucharistia contēplata carnē Christi flagellis excoriatam, spinis, & clauis transfixam, corpus suū varijs austeritatibus castigat.

Monuimus supra notula 2. ad versiculum præcedentem, cum illud attulimus, quod

quod Booz innitans Ruth ad comedendum dixit, *Intinge buccellam tuam in aceto*, significari sacræ communioni admiscendam esse memoriam passionis Christi. Sed cur hæc per acetum repræsentatur? an ad recordationem illius aceti, quod Christo in cruce pendenti degustandum, fuit porrectum? rectè quidem, sed aliud quoquè arcanum hic indicatũ crediderim, nimirum sicut acetum spiritus excitat, & famem acuit, ità Christi passio in sacra Synaxi attenta deuotione considerata, & generosos spiritus suscitat, quibus fideles, vt Christo crucifixo se conforment ad alacriter amplectenda perpessu difficilia, & sensibus iniucunda; vehementer incitantur, & appetitũ maximè prouocat, quo desiderantur carnis macerationes, tanquam vitæ spiritalis alimenta. Testis sit D. Teresia, quæ in sacra mensa summo pietatis feruore pœnas, quas Christus acerbissimas pertulit, perpendere solebat; hæc autem adeò anxiè omnium afflictionum genera expetebat, vt gemens ingeminaret, *aut mori, aut pati*.

Christi passio in Eucharistia attentè considerata spiritus excitat ad conformandũ nos Christo, & appetitum prouocat ad desiderãdas carnis macerationes.

In vita D. Teresiæ.

Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me Sol, &c.

NOTVLA V.

Adeò diuino amore incalescit dilecta Dei in sacra Synaxi, vt quandoq; lacrymæ deuotionis ebulliant, & suspiria resonent.

QVasi dicat: Quid est, cur ò piæ animæ admiratione afficiamini, si vobis decolorata videor? Christus in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento instar ardentissimi Solis radios suæ charitatis in me iacit, quibus ità efferueo amore, vt illius effectus comprimere nequeam, quin exteriùs modò lacrymis, modò suspirijs se prodant. Verissima sunt, quæ habet Richardus S. Victoris tract. de quatuor gradibus charitatis. *Quando*, inquit, *igneus ille amoris aculeus mentẽ hominis medullitùs penetrat, affectum transuerberat, interim vt desiderij sui æstus cobibere, vel dissimulare omninò non valeat, desiderio ardet, feruet affectu, æstuat, anhelat, profundè ingemiscens, longa*

Richardus Victorin.

A *trahens suspiria, hæc tibi anima vulnerata certa sunt signa, gemitus, atque suspiria, vultus pallens, atque tabescens.* D. Catharina Senensis aliquandò ante altare adorans augustissimum Sacramentũ effusa in lacrymas, & suspiria non sine aliqua Sacerdotum celebrantium molestia a Patre animæ suæ directore admonita, vt à simili strepitu abstineret, paruit de more pro viribus, vnde in remotiori postea situ ab altari posita rogauit Dominum, vt experimento instrueret Patrem spiritualem animæ suæ ducem, quomodo humanæ facultatis vires huiusmodi diuini spiritus commotiones, & impetus vehementes comprimere non valent. Impetrauere preces, quia Religiosus ille re
B diuinitùs cognita, non ampliùs fuit locutus. Ipsa verò sic ab Altari longinqua æstuantibus semper suspirijs, altè quidẽ clamabat corde, sed lingua submissè pijssimo affectu conquerens dicebat: Vellẽ corpus Domini mei Iesu Christi. Lib. 2. c. 20. in vita D. Cathar. Senen.

In vita D. Catharinæ Senen.

Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me Sol, &c.

NOTVLA VI.

C
Decoloratam se dicit spõsa spiritalis, ob summam, qua afficitur, tristitiam, ob iniurias, quæ diuino Sacramento ab hæreticis, & prauis hominibus irrogantur.

FAuet huic expositioni D. Bernardus serm. 28. in Cant. *Per Solem*, ait, *intelligi poße iustitiæ zelũ, quo accenditur sponsa, & accingitur aduersùs malignantes.*

D. Bernar.

Statim ac Heli Sacerdoti Arcam fœderis in hostiles manus deuenisse nunciatum est, adeò ingenti doloris ictu percussus fuit, vt in humanis ampliùs persistere non potuerit, vndè repentè mortuus concidit. 1. Reg. 4. *Dixit ad Heli* (scilicet nuncius) *Ego sum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid actum est fili mi? Respondens autem ille, qui nunciabat, Fugit, inquit, Israel*

1. Reg. 4.

rael coram Philiſtijm, & ruina magna fa-ȼta eſt in populo: inſuper & duo filij ſui mortui ſunt, Ophni, & Phinees: & Arca Dei capta eſt. Cumquè ille nominaſſet Arcam Dei, cecidit de ſella retrorſum iuxtà oſtium, & fractis ceruicibus mortuus eſt. Verùm ſi Arca illa, in qua manna recluſum erat, Euchariſticũ Sacramentũ indicabat, certè hoc in ſchemate præſignatum fuiſſe intelligere poſſumus vehemẽtem animi cruciatum, quo piæ animæ anguntur, quandò fidei catholicæ inimici contra ſacroſanctum Altaris Sacramentum impiè oblatrant, vel etiam illud ſacrilegè peſſundant. S. Tereſia ex vehementia amoris in venerabile Sacramentum ſummo animi dolore angebatur, & cruciabatur ob iniurias, quæ ab hæreticis illi inferebantur, & illorũ cæcitatem amarè deplorabat. Refert Didacus Yepes in eius vita lib. 3. c. 20.

D. Tereſia maximo dolore afficiebatur ob iniurias, quæ ab hæreticis diuino Sacramẽto inferebantur.

Filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodiui.

NOTVLA VII.

Fidelis anima piè conqueritur, quòd à proximis addicta pluribus negotijs, cultura animæ ſuę neglecta, ea deuotione, quę prærequiritur ad ſacram Synaxim, ſe deſtitutam ſentiat.

REpræſentat hìc ſponſa ſpiritalis perſonam, cuĩ iniũcta ſit difficilis prouincia (nomẽ enim vineæ ſummæ ſedulitatis negotium indicat, quia vineæ cultura vigilias plurimas, aſſiduitatem maximam, & laborem indefeſſum agricolæ requirit; cohærent quæ Iſai. 5. & 20. habentur) in qua ſuſtinenda pio affectu deplorat ſortẽ ſuam, ſcilicet ob varias diſtractionis mẽtis occaſiones, ſe ad eum perfectionis gradum non perueniſſe, in quo mens à terrenarum rerum ſtrepitu ſeiuncta, & ad ſuperna eleuata, in ſuauiſſimo diuinĩ amatoris amplexu diù conquieſcit, & eo maximè tempore, quo illum in ſacra Synaxi excipit. Quaſi dicat huius dramatis ſponſa: non me torquent aduerſita-
A tes, non me premunt carnis afflictiones, ob quas fuſco extrinſecus operta videor colore; hæc enim omnia à diuino dilecto meo libentiſſimè accipio, ſed quod me verè angit, eſt, *quia filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis.* Scilicet proximi mei nimis grauem curarum ſarcinam mihi impoſuerunt, quibus cùm nimia ſollicitudine me tradiderim, nec ea, qua opus erat, moderatione me accõmodauerim, ſtudiũ cæleſtis contemplationis prætermiſi, cui potiſſimè mihi erat vacandum pro congruenti apparatu ſacræ communionis.

Hæc ſponſæ querimonia indicat, quã
B accurata diligentia nobis adhibenda ſit, vt mentem à tumultuoſis curis reuocemus ad tranquillam meditationem, in eaquè aliquantulum detineamur, antequam ad ſacrã menſam accedamus, quod Sacerdotibus maximè, qui quotidiè celebrant, cordi eſſe debet.

Quanta diligentia nobis adhibẽda ſit, vt mẽtem à mũdanis curis reuocemus, antequã ad ſacram mẽſam accedamus.

Sacrificaturus Abraham (vt diuino numini pareret) filium ſuum, quem diligebat, intempeſta nocte ſurgit, quandò omnia ſilent, quandò mundanæ curæ cõſopiuntur, in montem a frequentia populorum ſequeſtratum pergit, quid plura? proximè accedens ad locum ſacrificij, duos, quibus comitatus incedebat,
C ſeruos derelinquit, vt ab eis etiam ſeparatus ſolus ſacrificium offerat. *Igitur Abraham de nocte conſurgens, ſtrauit aſinum ſuum, ducens ſecum duos iuuenes, & Iſaac filium ſuum: cumquè conciđiſſet ligna in holocauſtum, abijt ad locum, quẽ præceperat ei Deus. Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul: dixitquè ad pueros ſuos: Expectate hic cum aſino: ego & puer illùc vſquè properantes, poſtquam adorauerimus, reuertemur ad vos.* Gen. 22. In Abrahamo immolaturo filium, quem diligebat, Iſaac, præadumbratum fuiſſe Altaris ſacrificium, notat Rupertus lib. 6 de Trinit. cap. 32. *Quemcunq; ad ſanctum Altare diuina vocat gratia, fidemquè*
D *eius electi ſancti Spiritus Sacerdotali dignitate remunerat, eo ipſo, quòd eligitur, vel vocatur ad tale munus profectò illi iubetur, vt tollat filium ſuum, quem diligit, Iſaac, cumquè in terra viſionis in holocauſtum offerat.* Quo inſtruuntur primò Sacerdotes ſacra facturi, qua ſolertia curas abigere debent ſæculares, & vacuum mundi ſollicitudinibus animum ad Altare deferre debent, quod etiam pro viribus præſtandum eſt à ſacræ menſæ conuiuis; nam & ipſi participes ſunt ſacroſancti illius ſacrificij.

Gen. 22.

Rupertus.

Sacerdotes celebraturi maxima ſolertia curas abigere debent ſæculares.

Incluſus Dominus in ſepulchro per integrum Sabbatum ibi perſiſtit, vt ex

Ioan.19. Io. cap. 19. colligitur; *Ibi ergò propter Parasceuen Iudæorum, quia iuxtà erat monumentum, posuerunt Iesum.* Quid quæso mysterij innuit Dominus integro Sabbato inclusus intra sepulchrum? Certè Sabbatum quietem, & cessationē ab operibus significat, quo aptè denotatur sūma quies, quam desiderat Christus Dominus in eo, à quo excipiendus est in sacra Synaxi. Congruit illud, quod piæ illæ mulieres *vna Sabbati valdè diluculò venerunt ad monumentum.* Luc. 24. quem locum Hugo exponens hæc habet. *Mysticè per monumentum significatur hic corpus Dominicū, ad quod accedere nemo debet, nisi vna Sabbati, idest habens pacem pectoris, & valdè diluculò, idest discussis tenebris vitiorum.* hæc Hugo. Sed ad rem nostrā, valdè diluculò intelligere possumus, eo scilicet tempore, quo nondum humanis negotijs mens distracta est.

Christus inclusus intra sepulchrum integro Sabbato denotat quietē, quam desiderat in anima, à qua excipiēdus est in Eucharistia.

Luc. 24. Hugo.

Perpendēdæ occurrūt hic circūstantię illæ loci, & temporis, quæ interuenerunt in refectione, quā Angelus præbuit Eliæ; locus erat desertus, vbi nulli tumultus, nullæ hominum contentiones tranquillitatem animi perturbabant; tēpus erat, quo nuper à somno erat experrectus Elias, quandò nimirùm homo maximè expeditam habet mentem, & à terrenis liberatam anxietatibus, *Perrexit in desertum viam vnius diei*, puero etiam dimisso, quem comitem habebat. *Proiecitque se, & obdormiuit in vmbra iuniperi; Et ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi, Surge, & comede. Respexit: Et ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ. Comedit ergò, & bibit, & rhrsùm obdormiuit. Reuersusquè est Angelus Domini secundò, & tetigit eum, dixitque illi; Surge, comede: grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset, comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vsquè ad montem Dei Horeb.* 3. Reg. 19 quo quid clarius afferri potest ad instruendos fideles, qualem mentis apparatum debeāt præmittere ante sumptionem diuini Altaris pabuli, præsignati in refectione Eliæ? Communicaturis enim primò incumbendum est, vt ab animo omnes curarum strepitus tranquillæ meditationi aduersantes procul amandent, tū etiam tempus sacræ communioni destinent aptum, præcedens nimirùm negotiorū tractationes, à quibus sæpissimè pullulare solent variæ mentis euagationes etiam in sacra mensa; quod quanti momenti esset, diuina luce illustratus S. Carolus optimè agnouerat; vndè vt animum suum omni nisu immunem redderet à qualibet cogitatione, quæ vel le-

3. Reg. 19.

Communicaturi procul amandare debēt ab animo omnes curarū strepitus.

A uiter etiam sub aliquo bono prætextu obrepere posset attentioni Altaris sacrificio debitæ, antequam celebraret, aditum cuicunque negotiorum tractationi intercludebat.

Fortunatus Iacob faustam, & bonis affluentem benedictionem à genitore Esau assecutus est, *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini.* Gen. 27. miser verò Esau paterna illa benedictione primaria adeò opulenta fraudatus fuit, quæ vberrimos gratiæ fructus, quibus locupletatur fidelis anima in Eucharistico cōuiuio, adūbrauit. Rectè enim Paschasius lib. de corp. Christi cap. 21. *Firmaui eum*, in-
B quit, *pane corporis Christi, & sanguinis vino.* Sed videamus, quā diuersam viuēdi normam tenebant hi fratres, *Factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola: Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis.* Gen. 25. quarè sicut Iacob domi clausus, vitam quietam degens cōtemplatiuorum typum exprimebat, ità Esau foras aberrans, eos, qui ad humana negotia nimiùm se effundunt, repræsentabat. Egregiè vtrumquè docuit Gregorius Papa lib. 5. Moral. cap. 7. *Quid enim per venationem Esau, nisi eorum vita figuratur, qui in exterioribus voluptatibus fusi carnem sequuntur? qui etiam agricola describitur, quia amatores huius sæculi, tan-*
C *tò magis exteriora colunt, quantò interiora sua inculta derelinquunt: Iacob verò vir simplex in tabernaculis, vel in domo habitare perhibetur, quia nimirùm omnes, qui in curis exterioribus sparsi refugiunt simplices in cogitatione, atquè in conscientiæ suæ habitatione consistunt, in tabernaculis enim, aut in domo habitare, est se intra mentis secreta restringere, & nequaquam exteriùs per desideria dissipare.* Felix igitur spiritalis Iacob, qui cumulatis Eucharistiæ bonis ditatur, quibus infaustus Esau priuatur, tēporalibus curis addictus.

Gen. 27.

Gen. 25.

D. Gregor.

Spiritalis Iacob cumulatis Eucharistię bonis ditatur, qui bus infaustus Esau priuatur mundanis curis addictus.

Ad Christi discipulos adeò ingens turba confluxerat aliquandò, vt ab illa compressi etiam à panis comestione im-
D pedirentur. *Et veniunt ad domum, & conuenit iterum turba, ità vt non possent nequè panem manducare.* Marc. 3. Ad mystica transeamus. Turba hæc irruens, nimiæ de humanis negotijs sollicitudines sunt, à quibus nisi homo se subtrahat, vel Eucharisticum panem non comedet, vel parum fructuosè comedet.

Marc. 3.

Designauit Dominus locum, vbi Pascha comedere decreuerat, scilicet cœnaculū grande. *Et misit Petrum, & Ioannem dicens: Euntes parate nobis Pascha, vt mãducemus. At illi dixerunt: Vbi vis paremus? Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus*

vobis

Luc. 22.

vobis in ciuitatem, occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans; & infra, *Et ipſe oſtendet vobis cœnaculum magnum ſtratum, & ibi parate.* Luc. 22. Cœnaculum erat habitatio in ſuperiori parte domus, vbi nulli ſolent eſſe domeſtici ſtrepitus, quo ſignificatum eſt, rerum temporalium curas, & nimias ſollicitudines de humanis negotijs eliminandas eſſe à ſacra menſa. Adnotauit hoc Origenes tract. 35. in Matth. *Scire tamen debemus, quoniã qui in epulationibus, & ſollicitudinibus ſæcularibus ſunt, non aſcendunt in domum illam ſuperiorem, nec vident magnitudinem eius, nec conſiderant ſtratus illius ornatum.*

Rerum temporaliũ curæ, nimiæq; ſollicitudines de humanis negotijs eliminãdæ ſũt ab Euchariſtica menſa.

Origen.

Cur Sacerdos celebrans conſecrationi proximans elata voce pronunciat *ſurſum corda?* Certè vt moneat Euchariſtiæ Sacramentum exigere mentem à terrenis negotijs ſeiunctam, & in ſuperna eleuatam.

Euchariſtia exigit mentem à terrenis negotijs ſeiunctã, & in ſuperna eleuatam.

Percipiamus hoc à Cyrillo Ieroſolymitano Catech. 5. myſtagog. *Poſtea clamat Sacerdos: Surſum corda. Verè enim circa illam maximè tremendam horam, ſurſum ad Deum corda leuare neceſſe eſt, & non deorſum ad terram, terrenaque negotia deprimere. In hanc igitur ſententiam omnibus præcipit Sacerdos, curas ſcilicet vitæ huius omnes, & domeſticas ſollicitudines illa hora relinquere, & cor in cælo habere apud Deum generis humani amatorem. Vos inde reſpondetis; Habemus ad Dominum, aſſentientes ei, profitendo.*

Cyrill. Ieroſolym.

Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum. Verſ. 7.

Indicatur ſenſus ad corticem litteræ.

POſtquam ſponſa de his, quæ ad ſponſi decorem ſpectabãt, locuta eſt, nimirùm opulentas facultates, liberalitatẽ, clementiam, rectitudinem, atque æquitatem celebrando; nec non ſe ipſam breui, ſed neruoſo ſermone vindicauit à falſis rumoribus, quos de ſuæ formæ, vel mentis dotibus filiæ Ieruſalem vel ſparſerant, vel ſpargere poterant, atquè ità non omnindò tanti Principis ſe indignam connubio modeſtè inſinuauit, qua ratione etiam conſuluit famæ ſponſi, quæ alioquin notata videbatur, ſi elegiſſet ſponſam vitioſæ formæ, & imminutæ animi gratiæ; affectum, & verba conuertit ad nuptialem menſam, vndè dilectum ſuum enixè deprecatur, vt certam, fixamq; metam tandem præfiniat huic geniali conuiuio, in quo ſecum iucundiſſimè epulari deſiderat, *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie*, ſubdit, *ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum*; quibus acutiores reddit preces ad penetrandum cor dilecti ſui zelotypiæ adiecto ſtimulo, hoc enim punctus amans in amore magis excitatur, & incitatur ad rumpendas moras, ſi quæ protrahuntur aliquandò in ſtabiliendis nuptijs. Quaſi dicat; ò cordis mei ſolatium, ò mi dilecte, nimium me cruciant genialis prandij cunctationes; aufer obſecro quamcunq; procraſtinandi occaſionem; fac quæſo, vt quamprimùm in hoc tantoperè à me concupito nuptiali conuiuio plenè, & planè noſcã, qualis, & quantus ſit tuus in me amor, hinc enim toto meo in te rapiar affectu, & ſic effugiam periculum omne adhærẽdi alijs amatoribus, à quibus ſi tuus non me totam abſorbeat amor, præ naturæ meæ flexibilitate timendum mihi, ne ſeducar; quatè ſi qua te cura mei tangit, ſi amor meus ſincerus acceptus tibi eſt, abbreuia omnia, vt fiam voti compos.

Prandium verò geniale meridiano tẽpore celebrandum innuit ſponſa alludẽs ad paſtoritiam refectionem, qua ſub meridie paſtores diu, & ſumma quiete refocillantur, & recreantur; eſt enim tempus tunc à paſcendis gregibus feriandi iuxta inſtitutionem Marci Var. ſcribentis de re ruſtica lib. 2. cap. 2. Nec mirum ſi ſponſa huius Dramatis ſimilitudines, aut vocabula mutuetur ab arte paſtoritia, quia hæc illi erat valdè familiaris. M. Varro.

Porrò ſymposia parari lautiſſima in meridie vſitatum fuiſſe apud Priſcos, ſatis colligitur ex illo Gen. 43. *Introduc viros domum, & occide victimas, & inſtrue conuiuium: quoniam mecum ſunt comeſturi meridie.* Plura eruditè collegit de meridianis conuiuijs Sherlog. hic veſtig. 8. ſect. 3. à §. *Veniamus tandem.* Demum hìc proci, qui ſponſæ thalamos expetebant, ſub gregis nomine ſubindicantur, vel quia vocabulum hoc erat facile in ore puellæ paſtricis, vel quia proci erant & ipſi paſtores, quibus ſi connubio copulata fuiſſet, greges cum illis ductare debuiſſet; vel ſi non placet procos admittere ignobiles, ſed de primaria nobilium claſſe, eo quòd ſponſi ſodales vocantur, probabilis ſatis eſt exiſtimatio Sherlogi cit. veſtig. ſect. 3. humili hac dictione ſponſam vſam fuiſſe, non quia

Gen. 43.

Sherlog.

Sherlog.

igno-

ignoraret illustriori titulo dignos illos esse, sed sponsi comparatione nil splendidum, & excellens reputabat.

Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Sponsa spiritalis, vt sibi prosit Eucharistica mensa, anhelat ad summam animi quieté, à qua mundi sollicitudines exulant.

DIximus in cortice litteræ meridianum tempus refectioni, & quieti pastorum esse valdè opportunum; quarè ad hoc alludens deuota anima, agnoscens Eucharisticũ conuiuium felicissimum, & fructuosissimum esse ijs, qui in eo, mente à nimijs humanæ vitæ implicationibus liberata, diù detinentur, huius quietis ardentia sua vota ad dilectum dirigit his verbis. *Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Quasi dicat: ò mi diue dilecte, vides quantis ego distrahor negotijs, quãtis exagitor curarum iactationibus, quot iam temporalium occupationum fluctibus penè iam obruor; da quæso, vt te tranquilla mente frui possim: concede, vt ad horam talem tecum quierè agam, vt Eucharisticum pabulum mihi ad spiritale nutrimentum meliùs prosit.

Pauit, & saturauit bis Dominus copiosam multitudinem, amplificata substantia panis. Sed vbi? nonnè in solitudine, in loco ab vrbium, & oppidorum strepitibus remoto? vt hinc nimirũ intelligeretur, sacrum conuiuium illis repræsentatum edulijs in regione deserta subministratis, sequestrationem requirere à tumultuantibus curis contrarijs trãquillæ contemplationi, cui maximè sacræ Synaxis tempore vacandum est. Sed cogitatione premendum hìc, quòd semel quatuor ferè millia, multiplicatis septem panibus, ita saturata fuerunt, vt residua fragmẽta duodecim sportas im-

Eucharistia sequestrationem requirit à tumultuãtibus curis.

A pleuerint. *Et manducauerunt, & saturati sunt, & sustulerũt, quod superauerat de fragmentis, septem sportas. Erant autem, qui manducauerant, quasi quatuor millia.* Marc. 8. Aliàs autem, vt refert Matth. 14. substantia aucta quinque panum, quinque millia virorum, exceptis mulieribus, & paruulis, & post horum comestionem relicta fuerunt duodecim cophinorũ fragmenta. *Manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos. Manducãtium autem fuit numerus, quinque millia virorum, exceptis mulieribus, & paruulis.* Plura sine dubio indicantur hic, dum pleniùs comedit minor multitudo, quã

Marc. 8.

Matth. 14.

B maior, minor enim septẽ assumit panes, & solùm fragmenta relinquit implentia septem sportas: quinque verò millia absquè mulieribus, & paruulis solùm quinque panes absumit, & residuorum colliguntur duodecim cophini. Vt alibi consideranda relinquam, sanè minutior numerus, qui copiosiùs comedit, de longè venerat; quo denotatur, eò cumulatius pasci, & vberiori saginari gratia, vt sacra restatur historia, Eucharisticæ mensæ cõuiuas, quò animo longiùs recesserunt à tumultuosis mundi rebus.

Vberiori gratia donãtur in Eucharistia, qui longiùs recedunt à mundi tumultibus.

Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam.
C *Misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis: si quis est paruulus, veniat ad me.* Prou. 9. Plures Patres de Eucharistica mensa sermonẽ esse in prædictis affirmant, ad quam maximè inuitatur quicunque paruulus. Verum inter alia, quæ feliciter in paruulis reperiuntur, nonnè admiranda est mens non implexa mundanis negotijs, non occupata huius vitæ anxietatibus, sed simplex, & tranquilla? his paruulis potissimùm sacrum Altaris conuiuium instructum est, vt illi in eo iucundiùs, & abundantiùs epulentur. Et si Verbum Dei locum flagitat non implicatum sollicitudinum temporalium spinis, ne ab illis
D succrescentibus suffocetur, vt nihil fructus ferat, vt Luc. 8. docemur; sanè multò magis ipsum Verbum diuinum humanitati Christi vnitum in sacra Synaxi animam à prædictis spinis expeditam requirit, vt in ea gratiæ cælestis fructus abundantes producat, ex quibus patet quàm pia, & iusta sint vota dilectæ Dei hìc expressa. *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie:* quibus perfectam animi tranquillitatem expetit, & petit, quã Eucharisticæ dapes, vt benè nutriãt, exigunt. Plura de hoc argumento dixi ad versic. præcedentem notula 7.

Prou. 9.

Paruulis nõ habentibus mentẽ implexam mũdanis negotijs instructa est sacra mensa.

Luc. 8.

Indica

Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.

NOTVLA II.

Eum spiritus feruorem, quem sacra Synaxis accendere potest, optat, & postulat spiritalis sponsa à diuino suo amatore.

Eucharistiã Xpus institutus in meridie, idest in maioris charitatis æstu. Ioan. 13.

PER meridiem denotari sacrosanctam Eucharistiam, plura valdè congruenter suadent. Primò, quia in meridie, scil. in maioris charitatis æstu eã Christus instituit. *Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos.* Io. 13. Præterea sicut meridiano tempore cessant vmbræ, Sol enim tunc directos vibrans radios, corpus vndequaquè luce perfundit, vndè nullas vmbras efficit, ità Sol institiæ Christus in Eucharistico Altaris sacrificio verè existens, terminat vmbras antiquorum sacrificiorum, quibus ille repræsentabatur. Vndè Au-

D. August.

gustinus lib. 7. de Ciuit. Dei cap. 20. *Sacrificium* (ait) *successit omnibus illis sacrificijs veteris testamenti, quæ immolabantur in vmbra futuri, propter quod vocem etiam illam in Psal. 39. eiusdem mediatoris per prophetiam agnoscimus; Sacrificium, & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi, quia pro illis omnibus sacrificijs, & oblationibus corpus eius offertur, & participantibus ministratur.* Demùm si Sol vrit ve-

Christus in Eucharistia feruẽtiores charitatis radios in animas iaculatur,

hementiùs in meridie, ità Christus in Augustissimo Eucharistiæ Sacramento feruentiores charitatis radios in animas iaculatur, quibus incalescere magis cupiens dilecta Dei clamat deprecabunda: *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Quasi dicat: ò princeps meæ dilectionis scopus, fac vt, quas maiores iactas in sacra Synaxi tui amoris accensiones, sentiam aliquandò, concede tandem, vt experiar, qua gratiæ affluentia pascas animam in Eucharistica mensa.

Cousonat huic expositioni, quod in Hebræo est vox איכה *Echah*, quæ non solum locum, sed etiam modum significat, ità vt sensus esse possit. Indica mihi, quomodo pascas in meridie. Porrò ger-

Hugo Cardin.

manæ nostræ expositioni fauet hìc Hugo Cardinalis, qui in commentario prædictorum verborum dicit. *Pascit etiam de-*

A *licijs corporis, & sanguinis sui, multiplici, & admirabili suauitate.*

Quàm copiosa gratiæ alimonia refocillet, & quàm ardenti amore calefaciat Christus carissimos suos conuiuas in meridiano Eucharistiæ conuiuio, fuit præadumbratum in illo opiparo symposio, quo Ioseph recreauit dilectum Beniamin cum cæteris fratribus, qui adeò fœcundos calices hauserunt, vt vinum æstuarit in ebrietatem. *Quos cum ille,* scilicet Ioseph, *vidisset, & Beniamin simul, præcepit dispensatori domus suæ, dicens; Introduc viros domum, & occide victimas, & instrue conuiuium: quoniam mecum sunt comesturi meridie.* & tandem subditur in sacro tex- Gen. 43.

B tu, *Biberuntq; & inebriati sunt cum eo.*

Epulum illud, quod Abraham in feruore diei instruxit ad refocillandos tres viros, quos hospitio exceperat, Gen. 18. Eucharisticam alimoniam præsignauit, vt D. Ambrosius lib. 1. de Abraham c. 5. & alij magni nominis Interpretes notarunt; sed consideremus, quas potiores dapes apponat Abraham, vitulum tenerrimum, & optimum butyrum, & lac; hæc fercula valdè apta sunt ad saginandũ, quarè & egregia symbola prænotãtia copiosa gratiæ pabula parata in Eucharistica mensa à feruore diuinę charitatis, quibus anima spiritualiter refici, & Deo saginari potest. Gen. 18. D. Ambr.

C Christus vocatus ad nuptias in Cana Galilææ, vino deficiente, mandauit impleri hydrias aquis, quas in vinum perfectissimum conuertit. Io. 2. Sed si nuptijs illis Eucharisticæ repræsentantur, vt aduertunt ij, qui arcana in biblicis monumẽtis abdita perscrutantur; quis neget viuum illud generosum, quod tãtoperè commendauit Architriclinus, typum fuisse singularis spiritus ardoris? vndè Apostoli simili flamma æstuantes ab illapsu diuini flaminis musto pleni reputabantur. Act. 2. Aptissimè igitur illo vino cælestis amoris, non vulgarem ardorem in cordibus assidentium sacro Ioan. 2. Act. 2.

D conuiuio, quandoquè à Christo modo admirando accẽdendum fore præmonstratum fuit. Adeò cumulata amoris diuini incendia iactat Eucharistia, vt hæc aliquandò Christus Dominus D. Catharinæ Senensi significarit fornace ardentissima, in quam ingredi Sacerdotem communicantem sibi videbatur. Ità in eius vita cap. 17. In vita D. Catharinæ Senen.

Indica

Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.

NOTVLA III.

Quò vberiori gratia ſaginatur anima in Euchariſtica menſa, eò auidiùs ad illam redire deſiderat.

De pabulo Euchariſtico loquitur hic ſponſa ſpiritalis: iuxta hunc locū D. Bernard. ſerm. 31. in Cant. cuius hæc ſunt verba. *Et vide ne propterea etiam nunc deſcribatur hoc loco apparens, tanquam in ſchemate paſtorali, vbi illum ſponſa quaſi vnum quempiam de paſtoribus videtur alloqui dicens: Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie. Bonus paſtor, qui animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Animam pro illis, carnem illis. Illam in pretium, iſtam in cibum. Res mira: ipſe paſtor, ipſe paſcua eſt, ipſe redemptio.* Hoc itaque pabulum Euchariſticum adeò dilectam Dei oblectat, & ſanctificat, vt quò magis illud manducat, magis appetat, quod hic manifeſtās ait. *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* Quaſi dicat: ò vnicus amor meus, paſce me tua illa diuina alimonia, quam ſummo charitatis feruore exhibere ſoles, ita enim hæc mihi ſapit, vt ſemper eam deguſtare vellem. Veriſſimum enim eſt, quòd Euchariſticus cibus ita animam ſatiat, & pinguefacit, vt in ea ſimul ſui nouum appetitum excitet. Venuſta ſunt verba pro ſcopo propoſitæ theſis Abbatis Cellenſis de panibus cap. 2. *Hæc menſa plena viſceribus miſericordiæ, charismatibus referta gratiæ, edentium penetralia mirabiliter implendo non explet appetitus reſidentium ſatiando acriùs, ſed ſacratiùs vrget.* Accinit Hugo Cardinalis exponēs illud Pſal. 21. *Edent pauperes, & ſaturabuntur: & laudabunt Dominum, qui requirunt eum: viuent corda eorum in ſaculum ſaculi.* Oſtendit, inquit, *quòd panis iſte eſt iucundus, ideſt generat iucunditatem, ibi: Et laudabunt Dominum gratias agendo. Pſal. 62. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Secundò oſtendit, quòd panis iſte eſt reficiens, ibi: Et ſaturabuntur. Pſal. 147. Et adipe frumenti ſatiat te. Tertiò oſtendit eum eſſe ſapidum, & dulciſſimum, dum dicit: Qui requirunt eum, ideſt iterùm quærunt. Eccleſiaſt. 24. Qui edunt me, eſurient. Quartò oſtendit, quod iſte panis eſt perficiens, dum dicit: Viuent corda eorum in ſaculum ſaculi.* Occurrit etiā hic B. Laurentius Iuſtinianus de diſciplina monaſticæ conuerſat. cap. 19. vbi præcipuos ſacræ Synaxis effectus enumerans hæc habet. *Pia etenim mens tanti ſponſi lætificata præſentia, venerando mediante hoc Sacramento repletur gaudio, exultatione perfunditur, humilitate deijcitur, lumine irradiatur, pace ſatiatur, roboratur fide, deuotione ſaginatur, atque indiſſolubili amoris vinculo Redemptori interiùs copulatur, ex quo feruentior in dilectione, fortior in labore, promptior in opere, in tentatione prudentior, ſolicitior in virtute, in admiratione alacrior, nec non & in ipſius frequentatione efficitur ardentior.* quę vltima verba, probè hoc, quod proſequimur, argumentum confirmant.

Margin notes: D. Bernard. — Euchariſtia ita animam ſatiat, vt in ea nouū appetitum excitet. — Abbas Cellenſis. — Hugo Cardin. — Pſal. 21. — B. Lauren. Iuſtin.

Margin letters: A, B.

Viri illi, quos Chriſtus refocillauit in deſerto, ſubodorantes aliquid de altero pane, qui permanet in vitam æternam, ſtatim illius auidi facti dixerunt. *Domine, ſemper da nobis panem hunc.* Io. 6. O qualem ſui eſuriem prouocabit vehementiorem hic panis, qui permanet in æternum, verè ſumptus à fidelibus, & plenè deguſtatus in ſacra communione, hāc verò eſuriem ſumma ſatietas comitatur ſemper; qua in re ſimilis aliquo modo videtur menſa Euchariſtica menſæ gloriæ, qua fruuntur Beati in patria, etenim feliciſſimi illi ſpiritus ita Deo ſatiantur, vt in eum deſiderio ſemper nouo ferantur, quod eleganter dixit in quodam hymno Petrus Damianus. *Auidi, & ſēper pleni, quod habent, deſiderant, non ſatietas faſtidit, neq; fames cruciat, inhiant, ſemper edunt, & edentes ſemper inhiant.* Sed ſi idem Deus eſt, qui paſcit fideles hic in Euchariſtia, & beatitate replet ſupernos ſpiritus in patria, quid mirum ſi conſimiles fructus ab eadem arbore producantur? Hanc ſatietatem, & famem Euchariſticæ alimoniæ, quàm miro modo experiretur D. Catharina Senenſis, conſtat ex hiſtoria illius vitæ, & præcipuè cap. 15. 20. 31. 32. & 33.

Margin notes: Ioan. 6. — Euchariſtica mēſa aliquo modo ſimilis mēſæ gloriæ. — Petrus Damian. — In vita D. Catharinæ Senen.

Margin letters: C, D.

Verùm ſicut ij benè diſpoſiti in ſacro conuiuio, quò copioſiori gratiæ nutrimento aluntur, illud magis eſuriunt, ita malè diſpoſiti manducantes Euchariſticum panem, illius efficaciſſimam vim ad ſedandam famem, ſitimquè animæ extinguendam non percipiunt. Quarè de illis verificatur oraculum illud, *Comediſtis, & non eſtis ſatiati: bibiſtis, & non eſtis inebriati.* Hi præſignati fuerunt in illis Iſraelitis, qui cùm manna veſcerentur, ſapidiſſimo edulio, & omni ſuauitate

Margin note: Aggæi 1.

pleno,

pleno, quia tamen pepones, cucumeres, allia, atq; cæpas Aegyptiacas inhiabant, cibum leuiſſimum, & inanem illum
Num. 11. reputabant. *Quis dabit nobis* (clamant miſeri) *ad veſcendum carnes? Recordamur piſcium, quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porriq; & cepe, & allia. Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri, niſi Man.* Ita qui mundi delicias anhelant, qui quæ ſenſibus voluptuoſa ſunt, ſectantur, cum huius diuinæ eſcæ vim, & ſaporem non ſentiunt, neq; illa ſaturi manent, neque illam eſuriunt.

Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.

NOTVLA IV.

Agnoſcit hìc pia anima, quantũ expediat, deuotionis feruorem erga ſacram Synaxim frequenter renouare.

Qvilibet ſpiritus feruor, quem concipit cor humanum, adeò defectibilis eſt, vt, niſi nouis alimentis foueatur, facilè frigeſcat, & euaneſcat. Huius non ignara dilecta Dei peculiaria pabula gratiæ expoſcit, quibus ille deuotionis calor nutriatur, qui maximè neceſſarius eſt ad percipiendos ſacræ Synaxis fructus. *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.* Quaſi dicat: ò quem diligit anima mea, cor meum adure tua ardentiſſima charitate, alioquin ſpiritu meo tepeſcente, periculum non leue ſubibo, ne comitẽ adiungendi ijs, qui relicto virtutum tramite, errabundi vagantur, & ſic ſuauem ſacræ cõmunionis guſtum, & profectum amittã. Fauet ex parte huic expoſitioni Grego-
D. Gregor. rius Magnus in prædicta verba. *Ne vagari &c. Verè enim, inquit, in quo Chriſtus non cubat, vagatur, quia mens, quam ille ſuauis, & põderoſus Chriſti ſpiritus non implet, multis cogitationibus diſſoluta circumfertur.*

Ritus erat, vt in menſa propoſitionis panes recentes, & calidi veteribus ſub-
1. Reg. 21. laris apponerentur, vt conſtat ex 1. Reg. cap. 21. *Neque enim erat ibi panis, niſi tã-*

A *tùm panes propoſitionis, qui ſublati fuerant à facie Domini, vt ponerentur panes calidi.* Quid myſterij panis renouatio portendebat? Priſca menſa panis propoſitionis Euchariſticam repræſentabat, quæ ſpiritus renouationem in accedentibus exigit. Euchariſtia exigit ſpiritus renouationẽ in accedẽtibus ad eam.

Menſe Niſan, verno ſcilicet tempore, quo non niſi nouæ herbæ, noui flores, noua germina conſpiciuntur, Agnus paſchalis comedebatur, vt nimirùm hoc typo admoneremur nouos ſemper mentis affectus deferendos eſſe ad eſum Euchariſtici Agni in illo Paſchali præſignati; niſi enim homo ſanctis meditationibus, alijſq; pietatis exercitamentis inuigilet, Noui ſemper mentis affectus deferendi ſũt ad eſum Eucharistici agni.
B vt deuotionis feruor continuò reuiuiſcat, facilè langueſcet, atquè ità ſolùm conſuetudine quadam adibit ſacrũ conuiuium, quod parùm illi proderit.

Panem Euchariſticum poſtulari in illa petitione orationis Dominicę, *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, adnotat D. Auguſtinus ſerm. 9. & hom. 42. ex 50. D. Auguſt alijq; Patres. Sed cur panis hic efflagitatur, cùm ſemper ſit nobis paratus, & in poteſtate hominis ſit illo veſci ſingulis etiam diebus? cur quotidianus dicitur, cùm etiam à paucis quotidiè ſumatur? Preces hæ in condecentem diſpoſitionem recipiendi ſacram Synaxim dirigunturm, quę ea eſſe debet, vt quolibet
C die virtutum ſtudium reſtauretur, omnis adhibeatur diligentia, qua nouum illius panis deſiderium accendatur in nobis. Rectè igitur Euchariſticus panis quotidianus dicitur, quia quotidianam inſtaurationem ſpiritus requirit. Euchariſticus panis dicitur quotidian⁹, quia quotidianã ſpiritus renouationẽ requirit.

Hoc præadumbratum fuiſſe exiſtimo, quandò Dominus Iſraelitis in terram promiſſam pergentibus prohibuit, ne ſeruarent manna, pernotiſſimum Euchariſtiæ ſymbolum, in alterum diem, ſed ſingulis diebus illud colligeretur. Exod. 16. Sed forſan quæres, ſi res ità ſe habet, cur igitur ſexta die pro ſubſequenti Sabbato reponebatur manna? certum eſt, quòd Sabbato feriandũ erat ab operibus.
D *Requies Sabbati ſanctificata eſt Domino cras: quodcunquè operandum eſt, facite: & quæ coquenda ſunt, coquite, quidquid autem reliquum fuerit, reponite vſquè in mane.* Exod. 16. & ibi paulò poſt. Exod. 16. *Videte quòd Dominus dederit vobis Sabbatum; & propter hoc die ſexta tribuit vobis cibos duplices: maneat vnuſquiſque apud ſemetipſum, nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo.* Quarè hinc elucet myſteriũ, dum enim Iſraelitis iniungitur, vt colligant manna ſingulis illis diebus, quibus varijs curis vacabant, nõ verò die ſeptima, qua ab illis abſtinebant, arcanè in-

dicatur,

Devotionis affectus erga Eucharistiã in nobis excitãdus est, eo etiam tempore, quo humanis negotijs detinemur.

dicatur, pium affectum ergà Sacramentum in nobis excitandum esse, eo etiam tempore, quo humanis negotijs detinemur; de cætero verò tempus aliquod peculiare esse destinandum diuinæ contemplationi, ita vt mente in Deum tota relata sacra illa alimonia fruamur.

Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.

NOTVLA V.

Eucharisticus panis plurimùm valet ad humani cordis inconstantiam stabiliendam.

ANimaduertẽs dilecta Dei ob suam instabilitatem maximo versari in periculo deuiandi à semitis iustitiæ, implorat à supremo sponso suam diuinam alimoniam, quæ solet humanæ mentis leuitatem cohibere, vt ea corroborata ab errantibus affe- C ctibus hùc, illùcquè ampliùs non circumferatur. *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Quasi dicat: ò quem vnicè diligo, deprecor, vt hoc cor meũ, quod singulis penè momentis mutatur, ita pascas pane tuo Eucharistico, qui cor hominis confirmat, vt in posterum à nullis appetitionibus, quæ in te non dirigũtur, agitetur. O vota sponsæ optima: nihil efficacius expetere, & petere poterat ad sistendum fluctuantem animum, quã sacrosanctam altaris escam.

Agnus ille Paschalis typus Eucharistici non aqua decoquendus, sed igne assandus erat, ex diuini numinis præscri- D pto. *Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantùm assum igni.* Exod. 12. Cur hoc? carnes, quæ elixantur, plurimum de propria substantia deperdunt, & aquei aliquid contrahunt, calore enim partibus carnium subtilibus magis attenuatis, per ebullientem aquam diffunduntur, & viciffim huius partes subtiliores in carnium porositates se insinuant, atquè ità carnium virtus non parùm imminuitur, atquè debilitatur, quod non accidit, dum carnes igni assantur, vim enim suam hoc modo coctæ intra se meliùs continent. Probè rem hanc attigit

Exod. 12.

Agnus paschalis cur igne assandus esset.

A D. Gregorius hom. 22. in Euangelia exponens memoratum locum Exodi; *Qua tamen* (inquit) *carnes igni assanda sunt, quia nimirùm dissoluit ignis carnes, quas aqua coxerit, quas verò ignis sine aqua excoquit, roborat.* Atque hinc fit, vt robustioris nutrimenti sint carnes assatæ igni, quàm aqua coctæ; quo quid aptius ad denotandum, quantum Agnus Eucharisticus solo diuinæ charitatis igne concoctus valeat ad solidandum, quod in nobis maximè debile, atq; variabile est?

D. Gregor.

Eucharistia debilitatem nostram roborat.

Benedictione illa, qua Isaac fausta precatus est filio suo Iacob, sacrosanctum Altaris Sacramentum, quo Ecclesia, & quælibet anima fidelis stabilienda erat, B præsignatum fuisse, agnouerunt plures sacratum paginarum Interpretes, inter quos B. Albertus Magnus tract. 1. de Euchar. dist. 3. c. 1. *Frumento, & vino stabiliui eum*, Gen. 37. *Quia*, inquit, *tota domus Iacob, scilicet Ecclesia fundata est super hoc Sacramentum frumenti, & vini, quia in eo materia est materia frumenti, & vini.* Et subdit, *Hinc est, quòd dicitur de Patribus hoc Sacramentum desiderantibus, tantummodo oculus Iacob in terra frumenti, vini, & olei, quia frumentum signa huius Sacramenti, quam in Sacramento dat, cordis firmitatem, vinum autem spiritualem iucunditatem, & oleum pietatis pinguedinem, & hæc sunt, super quæ tota consistit Ecclesia.* Pro nostro argumento premendum est verbum illud, *stabiliui*, quod cordis firmitatem significat, vt etiam nominatus Albertus adnotauit. Sed videamus, quali cõstantia à sola huius Sacramenti figura donatus fuerit Iacob; hic proprios lares relinquens, vt ab irato fratre Esau declinaret, per inhospitale solum peregrinando, pluribus iactatus fuit incommodis, humi fessa membra sub dio sternere, pro molli puluinari durum lapidẽ capiti supponere coactus aliquandò fuit, pluriès vafri soceri fraudes est expertus, non paucis annis pecoris ductator solem excepit, & niues, aliaquè ardua, fereno, & inconcusso semper animo tulit. O si solum huius Augustissimi Sacramenti symbolum hæc præstitit, quid faciet ipsummet Sacramentum?

Albert. Magn. Gen. 37.

Arripuerat iter Elias declinans Iezabelem Reginam crudelem, & efferam, à qua ad necem destinatus erat: tali verò mœstitia opprimebatur, vt sub vago arbitrij duce errabundus vagaretur. *Surgens abijt, quocunque eum ferebat voluntas.* 3. Reg. cap. 19. In abditum desertum perrexit, & ibi ab Angelo pane refocillatus fuit. *Timuit ergò Elias, venitque in Bersabee Iuda, & dimisit ibi puerum suum, & perrexit in desertum, viam vnius diei.*

3. Reg. 19.

Ibid.

Cumq;

A Cumq; venisset, & sederet subter vnam iuniperum, petiuit animæ suæ, vt moreretur, & ait: Sufficit mihi Domine, tolle animam meam: neq; enim melior sum quàm patres mei. Proiecitque se, & obdormiuit in vmbra iuniperi: Et ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: Surge, & comede. Respexit, & ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ: comedit ergò, & bibit. Reg. 3. cap. 19. tantum verò firmitatis ab illa esca hausit, vt in fortitudine cibi illius ambulauerit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. O præclara virtus panis Angelici, qui sic confirmat cor hominis ex sua naturali conditione nimiùm vagantis, vt recto tramite tendat ad montem perfectionis. B

Eucharistia confirmat cor hominis plurimũ vagantis.

Panis Eucharisticus Angelorum panis nominatur: *Panem Angelorum manducauit homo*. Plures huius denominationis rationes afferri possunt, sed quæ nostro instituto quadrat, perpendatur.

Panis Eucharisticus cur Angelorũ panis appelletur.

Panis Eucharisticus Angelorum panis nominatur, quia Angelicas qualitates hominibus communicat: quarè si cor humanum ex naturæ suç conditione, magis etiam deformata ex inflictis ab Adami inobedientia vulneribus, pluma leuius per aera ventorum flabris agitata, vagari nunquam desinit, nunquam in eodem statu permanet, si hoc Angelico pane nutriatur, Angelicæ inflexibilitatis pro modulo suo fiet particeps, C vndè non ampliùs adeò varijs volutabitur passionum commotionibus.

Psal. 45.

Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus, Deus in medio eius non commouebitur; canit Dauid Psal. 45. Certè sanctificatum tabernaculum ab Altissimo est anima per gratiam sanctificata, cui verè conuenit, dum deuotè communicat, hoc, quod Deus in medio eius est, qui enim Eucharistiam suscipir, cum humanitate Christi etiam Deum suscipit, quid tum? ecce tabernaculum humanum natura sua maximè mobile, ob Dei præsentiam immotum factum. Rectè Augustinus in citatum locũ. *Deus in medio eius, non commouebitur: vndè non cõmouebitur? quia in medio eius Deus*. Er sanè, si qui Dominici corporis edulio plenè pascuntur, Deo saginari dicuntur, quis neget eos etiam (prout homo in hac mortali vita capax esse potest) aliquid illius immobilitatis percipere?

D. August.

Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.

NOTVLA VI.

Dilecta Dei accensa in sacra Synaxi cælestis gloriæ desiderio, eam ardentissimè efflagitat.

B PER meridiem hoc loco intelligunt claram Dei visionem aliqui Patres. D. Bernardus serm. 33. in Cant. *O verè meridies, plenitudo feruoris, & lucis, solis statio, vmbrarum exterminatio, desiccatio paludum, fœtorum depulsio. O perenne solstitium, quando iam non inclinatur dies, ò lumen meridianum, ò vernalis temperies, ò æstiua venustas, ò autumnalis vbertas, & (ne quid videar præteriisse) ò quies, & feriatio hyemalis*. Origenes homil. 1. in Cant. ex duabus. *Non quæro*, inquit, *alia tempora, quando vespere, quandò diluculò, quandò in solis pascis occubitu. Illud tempus inquiro, quandò in florente die, quandò in plena luce, in maiestatis tuæ splendore versaris*. Hugo Cardinalis super hunc locũ. *Vel meridies*, inquit, *pleni, & perfecti luminis, & ardoris est Ecclesia triumphans, vel status gloriæ Ecclesiæ triumphantis, quod & cœnaculum, & cubiculum sponsi dicitur; Cœnaculum quidem æternæ satietatis, de quo Psal. 16. dicitur: Satiabor cùm apparuerit gloria tua. Cubiculum perfectissimæ quietis, de quo Psal. 4. In pace in idipsum dormiã, & requiescam; hoc ergò cœnaculum, & hoc cubiculum sibi postulat indicari sponsa digito spiritus Sancti, vel indice fidei*. Aptè quidem per meridiem significatur Dei clara visio, nam sicut Sol meridiano tẽ- D pore directos radios iaculatur, luce totum circundat corpus, & nullas efformat vmbras, sic per claram Dei visionẽ videtur sicuti est Deus ænigmatis velo remoto.

D. Bernard.

Origenes.

Hugo Cardin.

Per meridiẽ denotatur clara Dei visio.

Quarè ab hoc interpretamento alienum non erit, si dicatur introduci hic deuotam animam, quæ in Eucharistica mensa aliquid de diuina suauitate prælibauit; atq; adeò illius plenè degustandæ cupiditate flagrans diuum suum sponsũ, vt votis annuat, sic deprecatur. *Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie*. Quasi dicat: ex quo gustaui, quàm suauis

es mi dilecte in Eucharistico edulio, mirificè exardescit animus te clarè videndi, tua diuinitate cumulatè fruēdi: quarè obsecro, deduc me ad tua pascua electa, ad tua pinguia viridaria, herbis immortalibus amœna, floribus nunquam marcescentibus venusta, vbi alimenta sunt felicitatis perpetuæ, dapes gloriæ non interituræ; fac me tecum cubare illa suaui quiete, qua æternùm beantur fortunatæ oues tuæ.

Quòd verò sacræ mensæ conuiuæ delibent modicum quid de suauitate diuina, quæ gloria replet Empyrei incolas, scitè monuit Olympiodorus explicans illud Eccles. 5. *Cui dedit Deus diuitias, atq; substantiam, potestatemq; ei tribuit, vt comedat ex eis, & fruatur parte sua. Qui manducat*, inquit, *carnem filij hominis, & bibit eius sanguinem, futuræ felicitatis partem hìc aliquam, fruitionemquè accipit.*

Olympiodorus. Eccles. 5.

His germana sunt, quæ habet Basilius in illud Psal. 33. *Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus. Gustate*, inquit, *& videte, quoniam nunc ex parte cognoscimus, & per speculum, & in ænigmate veritatem videmus: veniet autem quandoquè tēpus, quando huiusmodi suauitatis prælibatio, & qualiscunq; gustus ad perfectam pertinget fruitionem.*

D. Basilius. Psal. 33.

Caput cum pedibus Agni Paschalis iuxta legis mandatum vorandum erat. *Caput cum pedibus, & intestinis vorabitis.* Exod. 12. Per caput denotari diuinitatem, quæ concomitanter in Eucharistiæ Sacramento reperitur, docent Patres, & præcipuè Gregorius hom. 22. in Euangelia. Sed cur dicitur vorari, & non mā-ducari? verbum enim vorari significat actionem deglutiendi potiùs cibum, quā perfectam illius degustationem, quæ fit, dum cibus manditur, & dentibus paulatim teritur; Rectè quidem, vt innueretur, quòd diuinitas exigua tantùm in parte cursim, & raptim degustari potest in Eucharistia, quæ postea plenè, & planè in patria degustanda erit. Verùm sicut delibata aliqua delicatissima esca, illa ad satietatem vesci exoptamus, ita pia anima, quæ degustauit aliquid de diuina suauitate in sacra communione, illius cumulatam fruitionem auidè inhiat.

Exod. 12.

D. Gregor.

Agni caput cur vorandum esset.

Diuinitas modica tātùm in parte prælibari potest in Eucharistia

Caleb vir vnus ex ijs, quos misit Moyses ad considerandam terram promissā, quia degustauit, vt omninò credibile est, ex botris, quibus ille tractus abundabat, quorum vnum tanquam quid admirabile duo homines portauerunt in vecte, adeò vehementi affectu in illam vberem regionem rapiebatur, vt alios deterritos à difficultatibus ad eam perueniendi etiam animū despondentes in spem sic

A

erigeret. *Ascendamus, & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam.* Numer. 13. Sed si botri terræ promissæ Christum Dominum in Eucharistia repræsentant, vt aduertit Clemens Alex. 2. Pædag. cap. 2. *Magnus*, inquit, *botrus, nempè Dominus pro nobis expreßus cum sāguine vua.* Et luculentiùs ad rem Aponius in Cant. cap. 1. vers. 14. *Ille botrus, qui à duobus iuuenibus de terra promißionis in desertum perlatus fuisse legitur, qui omnimodè figuram assumpti hominis Christi Redemptoris nostri signabat, qui vtiquè pro loco, vel tempore, vel causa, esca & potus Ecclesiæ factus est per corporis, & sanguinis sui Sacramentum.* Certè Caleb ille egregium typum expressit animæ, quæ quia prægustauit in Altaris mensa diuinitatis suauitatem, anxiè summoperè ambit supernam beatitatem in terra illa promissa præadumbraram.

Numer. 13.

Clem. Alex.

Aponius.

B

Anima, quę in Eucharistia prælibauit diuinitatis suauitatē, magnoperè ambit supernā beatitatem.

Ecclesia sibi facilè persuadet in communicantibus excitatum fuisse desideriū cælestis gloriæ; ideò in Missa post communionem vtitur illa forma orandi. *Fac nos quæsumus Domine diuinitatis tuæ sempiterna fruitione repleri, quam pretiosi corporis, & sanguinis tui temporalis perceptio præfigurat.*

Ecclesia in festo corporis Christi.

De Augustini matre audiamus, quæ refert Gerson super *Magnificat* part. 2. *Biberat* (inquit) *hanc sobriam ebrietatem spiritus pia Mater Augustini Monica, dum post susceptionem Sacramenti in publico raptu clamauit, volemus in cælum fideles, volemus in cælum. Pulsata, & exquisita, quid ita clamaret, demißa cum vultu voce dixit, Cor meum, & caro mea exit in Deum viuum.*

Gerson.

C

Venerabilem sororem Catharinā Ricciam Florentinam post sumptam sacram Synaxim in extasim eleuatam, cum diuo suo sponso sic aliquandò loquentem audiuit Maria Magdalena Strozzia. O sponse animi mei amantissime, quandònā illucescet illa dies beata, illa hora aderit exoptata, qua cum diuina vestra maiestate perfecta potiar vnione, & diuina maiestas vestra, in vnum cum animo meo coalescet? ardet animus desiderio in æternis illis palatijs conueniendi, vnà tecum versandi, vnà tecū morandi. Hęc referuntur à P. Philippo Guido in vita præmemoratæ Catharinæ.

D

In vita B. Catharinæ Ricciæ.

Ne

Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.

NOTVLA VII.

Spiritalis sponsa in sacra mensa cælestis patriæ desiderio accensa dilectum suum diuinum zelotypia stimulare videtur, vt celeriùs pabula gloriæ concedat.

Origenes.

DE zelotypia hunc semiuersiculum, *Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum*, exponunt plures, inter quos est Origenes homil. 1. ex duabus sub finem. *Vt ista non patiar, vt non fiam cooperta, vt ora non contegam, & ad alios vsquè perueniens, incipiam forsitan & eos amare, quos nescio, idcircò annuncia mihi, vbi te quarã.* Alios citat pro hac interpretatione Ghislerius hic. Ghisler.

Quarè his verbis; *Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum*, diuinum suũ sponsum sic affari videtur deuota anima. C Vide mi singulariter dilecte, ne si ampliùs me in hoc mortali exilio detineas, ob cordis mei mobilitatem in alios ferar amores, qui te non respiciant. Quarè si tantoperè me amas, sublata omni cunctatione, iube me venire ad te, quæ vehementer cupio dissolui à corporis ergastulo, vt tecum sim amore mutationi non obnoxio.

Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum. Vers. 8.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

SPonsa anxia prandij genialis obtestata est spõsũ, vt sublata omni procrastinatione, locũ designaret, vbi festina epulatio paranda esset; cùm antè sponsus huius

A Epithalamij in tractu Libanico, in quo sponsa degebat, agros amplissimos, in quibus armenta, & greges plurimi pascebãtur, haberet, hortos quoq; annexos omni amœnitate venustos, nec nõ ædes ad delicias affabrè constructas, vt eruditè ex varijs huius dramatis locis colligit Sherlogus tom. 1. anteloq. 5. sect. 7. nu. 132. in his celebrandam esse nuptialem pompam decreuerat: hoc igitur insinuare volens sponsus nouæ nuptæ, eidem iniungit, vt proprijs laribus relictis ducet hœdulos suos, imbecille scilicet pecus, insistendo vestigijs, quæ iuxta pastorum caulas impressa notabit, tum vt periculum errandi euitetur, tum etiam B ne à feris animantibus, si procul à tabernaculis pastorum abiret, inuadatur, pastorum auxilio destituta; hinc enim fiet, vt teneri hœdi passibus directis per calcata vestigia, vel naturæ quodam instinctu matrum odorati semitas perueniant ad adultũ pecus, quod in prædijs sponsi pascebatur, atq; ita sponsa his præuijs ducibus accedet ad locum nuptiali lętitiæ destinatum. Sherlog.

Pro hac expositione facit, quòd pronomen illud, *te*, est paragogicum, ita vt *si te ignoras*, sonet *si tute ignoras*, id est, tu ipsa ignoras; Paraphrasis enim Hebræa sæpè dictionibus redundantibus ornatus causa vtitur. Idem etiam apud latinos C vsitatum est, vndè varij Interpretes hìc, inter quos est Sanchez, hanc partem sustinent; & quidem si dictio, *te*, hìc accusatiui casus esset, & eum sensum gigneret, quo admoneretur sponsa, vt se ipsam cognosceret, huiusmodi loquendi formula nõ videretur satisfacere disquisitis à puella, quæ de celeritate, & loco connubialis symposij sollicita est. Accedit, quòd Hebraicè est, *si nõ cognoscis tibi*, quæ locutio non valdè accommodata videtur ad sub indicandum, vt à sui ignorantia recedat; Quarè si huiusmodi sensum voluissent, datiuum, *tibi*, in accusatiuum *te*, non mutassent Vulgatus, & Septuaginta. Sanchez.

D Quòd verò puellari custodiæ vsitatum fuerit committere infirmum pecus, hœdos scilicet, & agnos teneros, qui strenuum, & robustum gregem insequi non possunt, vt in clementiora pabula magna cum lenitate ducerentur, constat ex Marco Var. lib. 2. de re rust. c. 10. Virgilio ecloga 7. Theocrito Idyl. 54. cui exercitio vacasse Rachel Gen. 29. & filias Iethro Exod. 2. omninò verisimile est. M. Varro. Virgil. Theocrit. Gen. 29. Exod. 2.

Quarè huius dramatis sponsus hæc ad sponsam verba dirigens: *Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hœdos tuos*

iuxta

Iuxta tabernacula pastorum, eam sic alloqui videtur. Tempus, & locum nuptiali solemnitati à me destinatum celeriter, & tantoperè cupis, ô puella, quæ alias formæ elegātia excellis? Præmonstro tibi duces, scilicet minora pecora, quæ si insecuta fueris, rectà ducunt ad pascua proxima ædibus, in quibus genialis festiuitas breui peragēda est. Certè hæc ad contextum explanatio aptissima mihi videtur. Cæterum, quia non pauci ex antiquis Patribus, quos cōglomeratos habes apud Ghislerium in appendice huius loci, in eam hic conspirant sententiam (quæ semper magnificanda est) vt hæc verba, *si ignoras te*, ad ignorantiam, quam de se habet sponsa, referantur, & particula, *te*, non ad dictionis venustatem, sed ad significationem posita sit, dici magna cum probabilitate poterit, quòd hic noua nupta grauiter sugilletur à puellarum, & cognatarum cœtu de ignorantia, seu inconsideratione suæ infimæ conditionis; cum enim hæc nimium conqueri de cūctatione nuptiarum audiretur, in mentem illi reuocatur fœminam esse de stirpe nō illustri, tenuis supellectilis, inter oues, hœdos, & agnos educatam. Quarè cùm ex adeò abiecto statu ad verticem magnificentiæ per sponsum nobilissimum, & ditissimum euecta sit, huius memor, æquo, & patiēti animo moras, & procrastinationes quascunquè nuptialis solemnitatis perferre debet, quarum etiam causas, si rectè perpendet, iustissimas esse facilè cōiectabit; cùm enim ipsa rustica, nec diues, sed sola forma eminens, atq; adeò nimia disparitas inter ipsam, & magnum Principem intercederet; cōsiderare poterat, quòd discretus sponsus maturè procederet, ne videretur nimia lenitate impulsus ad hoc coniugium, & sic etiam temporis beneficio leniret aliquantulū animos cognatorum, & affinium, qui ægrè tolerabant nuptias eum muliere agresti inter ouium greges enutrita. Quarè his verbis, *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum*, amica turba sponsam sic affari videtur. Qui sunt hi tui cōquestus? cur mente fluctuas? cur non sustines moderatè procrastinatam celebritatem nuptialem? An ignoras, quòd tu vilis hœdorum, & agnorum pastrix, ob solum præstantem speciei decorem nacta sis spōsum adeò sublimē, cuius voluntati te omninò subijcere debes? qui si longas moras trahere videtur in perficiendo connubio, hoc iustis de causis euenire tibi firmiter persuade; de cætero verò tanti sponsi amore omnia tibi libenti animo perferenda sunt.

Ghislec.

A

Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, &c.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Ad percipiēdos vberrimos fructus à sacra Synaxi optima dispositio est, operibus misericordiæ erga proximos sedulò vacare.

B

Minora pecora à robusto grege segregata magna cum lenitate ductaq; ad mitiora pabula, vt in cortice litteræ cū veritatis in re rustica indicauimus, aptissima symbola sunt imbecillium, pauperum, infirmorum, aliorumq; miserorum, qui sublenamine, & solatio aliquo indigent. Quarè dum sponsæ cupidæ cum dilecto coniuiuandi in sacra mensa, tali appatatu, vt plurimum spiritalis emolumenti à diuino illo alimento attrahat, vt tenerum, & minutum pecus in pascua deducat, demandatur; quis non intelliget eam hic doceri, vt voti compos fiat, debiles, ægros, aliosq; huius calamitosæ vitæ afflictionibus oppressos adiuuandi, & solandi, prouinciam suscipiendam esse? *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum*. Quasi dicat cælestis sponsus: ô anima per gratiam speciosa, si tu ipsa ignoras, quibus donis affluentes Altaris conuiuio cumulem, quomodò eos calefaciā diuini mei amoris ardore instar solis, cum in meridie radios vibrat vehementiores; quomodò similiter ita reficiam, vt summa perfruantur quiete, experieris tu quoquè, si sedulam nauabis operam, vt pauperis egenis succurras, ope destitutis subuenias, afflictos recrees, iuxta normam tibi à viris omni pietatis officio insignibus præscriptam.

C

D

Placet ad propositum argumentum corroborandum, vt hoc firmiùs in cordibus

Paschas.

Gen. 27.

Vt copiosa gratiarũ benedictione ditemur in Eucharistia operib⁹ misericordiæ vacare debemus.

Psal. 127.

D.Chrysost.

dibus nostris imprimatur, aliqua subnectere. Fausta illa benedictio, qua Iacob à venerando Isaaco ditatus fuit, affluentiã diuinæ gratię ab Eucharistia promanãtem prefigurauit, interprete Paschasio lib. de corpore, & sanguine Christi cap. 21. Sed inspiciamus, quæso, quid ad benedictionem hanc obtinendam egerit Iacob; hic ad gregem perrexit, duosque optimos hœdus attulit, quibus in delicatam dapem ingenio Rebeccæ conditis esurientem senem opiparè refocillauit, vinoque etiam exhibito exhilarauit. Gen. 27. quo typo expressum habemus, quid nobis præstandum sit, vt copiosa gratiarum benedictione locupleremur in sacra communione, nimirùm famescentem pascere, potare sitientem, seu aliquod aliud misericordiæ opus insigne præmittere.

Filij tui sicut nouella oliuarum in circuitu mensæ. Psal. 127. de recumbentibus Altaria mensæ sermo hic est, expositore Chrysostomo hom. 5. in cap. 1. ad Ephes. Filij nominantur, & nouellis oliuarum assimilantur; Oliua notissima figura misericordiæ est, filios autem plurimũ pater amat, & si illis sit opima supellex, eos splendidè alit, pretiosisq; vestibus exornat; vt demonstrauit probus, & opulentus ille genitor ergà filium resipiscentẽ: quò tendat Dauidicum oraculum, iam animaduertis, nimirùm vt ostendat misericordes personas in Eucharistico conuiuio, vt filios Dei lautè enutriri, pluribusquè gratijs decorari.

Misericordes in Eucharistia, vt filij Dei enutriũtur, pluribusque gratijs decorantur.

Marc. 8.

Matth. 14.

Quandò Christus in vasta solitudine panis substantiam amplificare decreuerat ad refocillandam turbam, à qua erat comitatus. *Accipiens septem panes gratias agens fregit, & dabat discipulis suis, vt apponerent, & apposuerunt turbæ.* Marc. 8. Sic etiam Matth. 14 aliam multitudinem in deserto admirãnda pariter panis multiplicatione volens reficere. *Accepeis quinque panibus, & duobus piscibus, aspiciens in cælum benedixit, & fregit, & dedit discipulis suis panes, discipuli autem turbis.* Eccè vbiquè in alendis his turbis vtitur Christus ministerio discipulorum. Nonnè potuisset sine tali cooperatione eadem virtute diuina, qua auxit panes, eorum etiam partem sufficientem ad vnumquemque de turba extendere? Equidem potuisset, sed mysterij causa in alimonia distribuẽda discipulorum opẽ admisit. Sicut vtraquè præmemorata refectio Eucharisticam præfigurauit, ità discipuli, & turba duo genera personarum, quæ illius sunt participes; Turba quidem eos præsignauit, qui communẽ, quam iustis fidelibus Eucharistiæ Sacramentum confert, gratiã recipiunt, quià communi etiam dispositione contenti ad illud accedunt: Discipuli verò vtpotè ad maiorem perfectionem vocati, pręnotarunt eos, qui vberiori gratia in sacra Synaxi donantur, quia & singularem apparatum ad eam præmittunt: qualis autem esse debeat hic apparatus, satis declararunt, escam famelicæ turbæ dispertientes discipuli.

Ministerio discipulorũ cur voluerit Christus vti ad reficiendas turbas,

Duo illi discipuli, quorum animum tam miserabiles, tam diri atrocissimarũ rerum euentus in Christi passione deiecerant, relicta Hierosolymitana ciuitate propè accedentes castello Emmaus, ad quod iter dirigebant, Christum sub forma peregrini eis comitem adiunctũ obstrinxerunt ad secum hospitandum, & conuiuandum. *Et appropinquauerunt castello, quò ibant: & ipse* (scilicet Christus) *finxit se longiùs ire. Et coegerunt illum dicentes: Mane nobiscum, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum.* Quid rum? *Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem.* Luc. 24. Panem illũ fuisse tunc à Christo consecratum, atq; in suum corpus conuersum, discipulis datum affirmant S. Augustinus lib. de consensu Euang. cap. 25. S. Hieronymus in epitaphio Paulæ ad Eustochium, S. Chrysostomus hom. 9. de varijs Matthæi locis, Beda, & Theophilatus, & plura pro hac parte congerit Maldonatus in cit. locũ. Sed si ita est, qualem dispositionem ad sanctissimam illam Dominici corporis alimoniam sumendam præmiserunt discipuli? Qualem? nonnè opus misericordiæ exercuerunt, secum detinendo Christum sub figura peregrini latitantẽ, vt eum hospitio, & cibo recrearent? hoc præuium misericordiæ opus dignè præparauit discipulos ad sacram Synaxim. Sed videamus quantum illis profuerit illa communio; reuersi sunt statim in Ierusalem, à qua recesserant, sanè in Ierusalem tunc studium sectandæ perfectionis Euangelicæ residebat; hoc igitur redeundo resumpserunt, quod discedendo intermiserant.

Luc. 24.

D. August.
D. Hieron.
D Chrysost.
Beda.
Theophil.
Maldonat.

Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. hæc protulit Christus Luc. 19. Sed videamus qua ratione, quo apparatu Zachæus excipiat Dominum; *Et festinans descendit, & excepit illum gaudens.* Et infra. *Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.* Hoc misericordiæ opus fuit

Luc. 19.

orna-

ornamentum domus Zachæi adeò Redemptori acceptum, vt felicissima illa mercede compensarit. *Hodie salus huic domui facta est.* O præclarum simulacrũ; quo fideles instruuntur, si Christum in Eucharistia plurimo cum fructu recipere cupiunt, largas egenis eleemosinas erogent, alijsq; pietatis officijs misellos subleuent. Quæ venustè scripsit Chrysostomus homil. 84. in Matth. perpendenda hic sunt. *Quod vt melius discas, Zachæi domum cogitatione ingrediaris, & considera, cùm audisset Christum in eam ingressurum, quomodo eam ornauit. Non enim curriculo ad vicinos contendit, mensas, sedes, subsellia petens eburnea, neque extraxit à penetralibus Laconica quadam mensarum velamina: sed ornatu gratissimo Christum decorauit. Quid porrò iste? Dimidium, inquit, rerum mearum do pauperibus; & quadrupliciter reddo, quod rapui. Sic & nos, oro, domos nostras exornemus, vt Christum suscipere mereamur. Hæc pulcherrima sunt portarum velamina.*

Christũ in Eucharistia plurimo cũ fructu recipere cupiẽtes, largas egenis eleemosinas erogẽt, aliaque pietatis officia exerceant.

Catharina Senensis summa ergà proximos misericordia afficiebatur, & veracem, quam adhiberet solertiam, & laborem sustineret, vt eleemosinas suppeditaret pauperibus, quod constat lib. 2. cap. 5. 6. 7. eius vitæ, tota effusa videbatur in ministerium ergà languentes: hæc multo tempore inseruiuit non sine magno incommodo cuidam fœminæ nomine Cechæ, lepra stomachanti infectæ. c. 9. eius vitæ. Eodem lib. 2. c. 9. & cap. 11. facinus aliud admirandum, quod heroica pietate Virgo patrauit, recensetur.

In vita B. Catharinæ Senen.

Sed hæc singularia misericordiæ munera singularibus quoquè gratiæ accessionibus illi abundè compensabantur in sacra communione. Vnum inter plura referam hìc, quod ipsa sibi contigisse aliquando in Eucharistiæ sumptione, vt suo directori spirituali pareret, aperuit lib. 2. eius vitæ c. 20. O mi Pater, ait, nullæ voces exprimere valent pulchritudinem, qua animus meus fuit cõdecoratus eo tẽpore, quo sacrosanctam è tuis manibus accepi Eucharistiam, innotuit mihi tunc apertissimè argentum, aurum, & gemmas, & quidquid elegantiæ in hac spectabili vniuersitate intueri licet, ad aspectum illius pulchritudinis fœdissimè sordere; quinimmò solatia spiritualia, quibus piæ mentes diuinitùs sæpè perfundũtur, cum illa beata visione collata nullius ferè momenti videbantur:

A *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, &c.*

NOTVLA II.

Inordinati sensus appetitiones compescat, qui in Eucharistico conuiuio deliciari optat.

B HOEDI sunt lasciuũ, inquietum, & errabundum pecus, pronum ad ea sectanda, quæ suo guttui maximè indulgent, & vt ea gramina, quę sibi gratiora sunt, carpat, excelsa scandit iuga montium, ad decliuia descendit, præruptas percurrit vias, nihilq; intentatum relinquit, vt quod suos demulcet sensus, attingat: in his igitur hœdis vagis, & quæ sibi magis voluptuaria sunt pascua sectantibus, appositè adfigurantur intemperantes sensuum motus, qui à rationis semitis deuiant. hi deduci iubentur iuxta pastorum tabernacula, scilicet compescendi ad normam nobis præscriptam à sanctis viris, qui cohibendarum insultantium partis sensitiuæ C propensionum præclara nobis exempla proposuere: huic igitur studio incũbendum esse sponsæ iniungitur, si iucundiora pabula gustare in sacra Synaxi cupit.

Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorũ. Quasi dicat sacer sponsus: ô anima gratia iam venustata, si nescis, inquam, qua ratione te disponere debeas, vt maioribus charitatis flammis exardescas, vt iucundiùs in sacra mensa pascaris, comprime lasciuientes sensuum appetitiones, transfer te à mollibus ad dura, viuendi rationem institue iuxtà exactam D disciplinam eorum, qui austeritate vitæ insignes fuerunt; hoc enim modo tibi persuadere potes repertum iri, quod tãoperè aues.

De profligatis nonnullis in bello Regibus triumphum agenti Abraham, Melchisedech panem, & vinum offerens, illique fausta precatus benedixit. *At verò Melchisedech Rex Salem proferens panẽ, & vinum (erat enim Sacerdos Dei altissimi) benedixit ei, & ait: Benedictus Abraham Deo excelso, qui creauit cælum, & terram: & benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt.* Gen. 14. Gen. 14.

In

Eucharistia recreat eos maximè, qui sensuũ cupiditates in homine instar regis dominãtes cohibent. In pane, & vino Melchisedech ex communi Patrum consensu Eucharistiæ Sacramentum fuit præsignatum, quod maximè recreat eos, qui Abraham imitati contumaces sensuum cupiditates, quæ in homine instar Regis absolute dominari tentant, cohibent, rationiquè subdunt. Hùc respexit Rupertus Abbas lib. 3. de Trinit. cap. 16. *Vbi fides*, inquit, *quæ per dilectionem operatur, has animi passiones superauerit, & interiorem hominẽ ab illarum captiuatione liberauerit, planè exemplo Patris Abrahæ laudabiliter triumphabit. Et idcircò Sacerdos Altissimi, idéquè Altissimus, scilicet Christus Dominus occurret illi cum sacrificio salutari: dignum enim illum iudicat, quid ebeat cælestiũ Sacramentorum particeps fieri.* Rupertus.

Iacob è vita migraturus Aser vni ex filijs benedictionem illam impertijt. *Aser, pinguis panis eius, & præbebit delicias Regibus.* Gen. 49. His verbis si litteræ corticem solum spectes, electi tritici feracem fuisse regionem illam, quæ ad Asseritas sorte peruenit, significari intelliges: si verò ad spiritalem sensum mentem eleuabis, animaduertes pane illo pingui Eucharisticum panem denotari, qui Regibus præbet delicias, scilicet suauissimè delinit Reges, eos nimirùm, qui ità rebelles partis sensitiuæ affectiones comprimunt, easquè rationis imperio subiugant. His germana excogitata ab Eucherio in Lippomani Catena habes. *Aser igitur, cuius nomen delicias, siue diuitias significat, Christus est, cuius panis pinguis factus est, caro scilicet eius, quæ est esca Sancta Sanctorum, quam quisquis manducat, viuet in æternum: iste etiam præbet delicias sapientiæ, gratiæ, virtutum, & verbi Dei Regibus, idest, qui sensus proprios benè regunt, qui dominantur vitiorum suorum, qui castigant corpora sua, & animas sua in seruitute subijciunt.* Consonat Rupertus eodem loco. *Præbebit ergò delicias regibus Aser, idest, eis, qui semetipsos studeant regere, vt sint digni mensa regalis cœnæ: delicias præbebit regalis alimoniæ, Eucharistiam porrigendo.*

Gen. 49

Eucher.

Rupert.

Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum: & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Apoc. 2. De Eucharistia exponunt hunc locũ Patres. Ambrosius epist. 170. Rupertus, & alij. Vide apud Veghã, & Riberam: dicitur autem manna absconditum, singularis suauitas, & copiosior gratia, quam communicat Eucharistica alimonia ijs solùm, qui strenuè decertando edomant rebelles titillantis sensus commotiones.

Apoc. 2. Ambros. Rupert. Vegha. Ribera.

Quando sederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende, quæ apposita sunt ante faciem tuam: & statue cultrum in gutture tuo. Prouerb. 23. De comedente in sacra mensa cum supremo Principe explicant hunc locum Augustinus, Chrysostomus, & alij Patres; quarè præmemoratis verbis iubetur accumbens Eucharistico symposio, vt diligenter consideret id, quod in illo diuino ferculo cælestis gratiæ, & iucunditatis cumulatè percipi, & benè deguftari non potest, nisi ab eo, qui cultrum mortificationis paratum, & expeditum habet, vt illo inordinatas appetitiones iuguiet, & blandientis carnis malè pullulantia desideria statim recidat. Prou. 23. Augustin. Chrysost.

Fugientem ità Reginam Iezabelem fugiens Elias per ignotas vias iter aggreditur, non timet semitas vepribus plenas, non inæquales glebas, per nemora, per sylvas penetrat, inga montium scandit, non eum retardat metus, qui à feris, & bestijs esse potest; sed omnia nihili facit, dummodò ab implacata Iezabelis persecutione se subtrahat; in eremum tandem peruenit, ibi lassus sub iuniperi vmbra quiescit; & ecce Angelus panis offa illum solatur. *Misitque Iezabel nuncium ad Eliam dicens: Hæc mihi faciant Dij, & hæc addant, nisi hac hora eras posuero animam tuam sicut animam vnius ex illis. Timuit ergò Elias, & surgens abijt quocunquè eum ferebat voluntas: venitquè in Bersabee Iuda, & dimisit ibi puerum suum, & perrexit in desertum, viam vnius diei. Cũquè venisset, & sederet subter vnam iuniperum, petiuit animæ suæ, vt moreretur, & ait: Sufficit mihi Domine, tolle animam meam: nequè enim melior sum, quàm patres mei. Proiecitque se, & obdormiuit in vmbra iuniperi: & ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: Surge, & comede. Respexit, & ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ: comedit ergò, & bibit.* Reg. 3. cap. 19. Iezabel, & mulier, & valdè diues, & regia dignitate conspicua erat, ad necem quoquè quærebat Vatem. O congruum schema repræsentans tergeminos hostes, qui extremas saluti humanæ ruinas moliuntur, & ad æternam perditionem vnumquéq; nostrum designant. Hos, qui difficultatibus quibuscunquè exantlatis indèfesso mortificationis studio declinant, panem Angelorum manducare promerentur. 3. Reg. 19.

Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, &c,

NOTVLA III.

Affectus immoderatus ergà parentes ablegandus ab eo, qui in Altaris mensa iucunda quiete frui desiderat.

HIS verbis sacer sponsus dilectā sic alloqui videtur, si nescis quid tibi præstandum sit, vt in Eucharistico conuiuio suauiter, & tranquillè mecum epulari possis, *Egredere de terra tua, & de cognatione tua.*

Gen. 12.

Gen. 12. obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & totum affectum tuū transfer in me, sic enim facilè experietis, quomodo in feruore diuini amoris mei pascā animas in sacra Altaris mensa.

Patriarcha Abraham in conualle Mābre tres peregrinos viros hospitio recepit, opiparisquè dapibus recreauit. Gen. 18. Sed inspiciamus, quæso, quo in loco epulum illud paratum fuerit; sub arboris vmbraculo non obscurè sacer textus indicat. *Ipse* (scilicet Abraham) *stabat iuxtà eos sub arbore.* Sed cur non in aula, aut saltem intra mœnia discumbitur? Erat fortè adeò angusta domus, vt ad symposium conuenientes ædes deessent? hoc nō ego crediderim; diues enim valdè erat Abraham, & iampridem aduersùs Reges trecentorum decem, & octo vernaculorum aciem direxerat; Sacramenti igitur arcanum hoc esse reor: nimirùm sicut conuiuium illud Dominici corporis refectionem adumbrauit, vt S. Ambrosius lib. 1. de Abraham cap. 5. adnotat, ità illa ad epulandū domo egressio animum ab inordinato amore ergà consanguineos seiunctum designauit, qui maximè requiritur, vt Eucharistica alimonia opportuna cum mentis quiete, & deuotionis feruore sumatur, atq; ità iucundiùs sapiat.

Gen. 18.

D. Ambr.

Sed dùm sermo incidit de hoc Patriarcha, occurrit & illud lautum prandium, quod instrui mandauit eo tempore, quo gnatus suus Isaac ablactatus fuit. Gen. 21. *Fecitq; Abraham grande conuiuiū in die ablactationis eius.* Verùm si præmemoratum symposium sacram Synaxim prænotauit, vt Rupertus Abbas in citatum locum benè aduertit; mysterium hic ad nostrum scopum agnosco: nam Isaac ab vberibus maternis amotus aptissimus typus est animi virilis, qui iam infantiles mores deposuit, nec affectu nimio parentum blandimentis adhæret.

Gen. 21.

Rupert.

Isaac ablactatus typus animi virilis, qui infantiles mores deposuit.

Præceperat Dominus, vt sanguis ab agno, qui in Paschate comedendus erat, attraheretur, & illo postes liniretur, quod consonabat legi, qua cautum erat, ne Israelitæ carnem cum sanguine manducarent; qua in re multa præclara mysteria præfigurata fuere, inter quæ pro nostro argumento hoc existimo, nimirùm à mensa Eucharistica in esu illius Agni paschalis præfigurata, eliminandum esse quidquid sanguinem respicit, cuiusmodi est inordinatus ergà sanguine iunctos amor; hic enim affectus potissimum à sanguine alitur.

Ab Eucharistia eliminandus est inordinatus amor erga sanguine iūctos.

Reuertenti Abraham ex bello triumphanti panem, & vinum obtulit Melchisedech. Gen. 24. historia habetur. Apostolus autem ab Hebr. 7. plura de hoc Melchisedech recenset. *Hic enim,* inquit, *Melchisedech, Rex Salem, Sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cæde Regum, & benedixit ei: cui & decimas omniū diuisit Abraham: primum quidem qui interpretatur Rex iustitiæ: deindè autem & rex Salem, quod est, rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens.* Sed si illustrium proauorum longa series plurimum ornamenti magno Principi affert; illius verò splendorem non parum obnubilare videtur ignota parentum prosapia, cur stirps Melchisedech adeò occulta erat, vt de eo enuncietur, quòd esset sine patre, sine matre, sine genealogia? nonnè hic erat insignis Dynasta, immò Palæstinorū Monarcha supremus, sub cuius imperijs erant alij Reges? vt probati auctores tradunt, quos citauimus ad versiculum, *Dum esset Rex*, notula 3. Ità sanè. Verum si pane illo, & vino apud Melchisedech Eucharisticum Sacramentum præsignatum fuit, rectè & subindicatum simul fuit, quòd noxium erga parentes, & affines amorem exterminare debet, qui ad illud accedit.

Gen. 24.
Ad Hebr. 7

Accedens ad Eucharistiam exterminare debet noxiū erga parentes, & affines amorē.

Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres, &c.

NOTVLA IV.

Sui ipſius cognitioni plurimùm ſtudeat, qui pabulo Euchariſtiæ ſaginari deſiderat.

QVoniam, vt diximus in cortice litteræ, aliqui nõ vulgares Interpretes dicunt humanam ſponſam obiurgari hic ab affiniũ, & cognatorum turba, quia ægriùs abſentiam ſponſi ferens de nouo ſponſo quærendo cogitationem aliquam admittere viſa ſit illis verbis: *Ne vagari incipiam*. Vndè admonetur, nè ità ob formam ſuperbiat, vt non reminiſcatur infimorum nataliũ ſuorum, & paſtricis muneris, quod illi ſubeundum erat, niſi ad ità nobiles nuptias aſſumpta fuiſſet; quarè patienter ſuſtinere debet quamcunquè morã ſpõſi adeò eminentis inter omnes primarios Iſrael.

Huic litterali expoſitioni cohærent multa Patrum effata, quæ prædicta verba in ſenſu ſpirituali explicant de ſui cognitione, cui maximè ſtudere debet ſpõſa, ſcilicet anima pia, de qua re videri

D.Bernard. poteſt D. Bernardus ſerm. 34 35. & 38.
Hugo Victorin. in Cant. Hugo de S. Victore erudit.
Origenes. Theol. ex miſcel. 1. lib. 1. tit. 82. Origenes quoq; hom. 1. ex duabus, & hom. 2. ex quatuor. Quarè inſiſtendo huic interpretamento pro noſtro ſcopo videndum erit, quantum proſit Euchariſticæ menſæ conuiuis ſui ignorantia non laborare.

Dauid, vt amorem, quo Ionathã proſecutus fuerat, eius ſoboli conteſtaretur, Miphiboſeth eiuſdem Ionathę filiũ eouſquè beneficijs ſingularibus cumulauit, vt etiam ſuæ Regiæ menſæ conuiuam, quãdiù inter mortales eſſet, declarauerit. *Et ait ei Dauid: ne timeas, quia faciens faciam in te miſericordiam propter Ionathan patrem tuum, & reſtituam tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panem in menſa mea ſemper.*

2. Reg. 9. Reg. 2. cap. 9. Ad hunc felicem ſtatum euectus Miphiboſeth non vllo faſtu elatus ſuam miſeram conditionem ignorantiæ velaminibus obtexit, ſed ingenuè ſe abiectiſſimum hominem ſtatim prodijt. *Quis ego* (inquit) *ſum ſeruus tuus, quoniam reſpexiſti ſuper canẽ mortuum ſimilem mei?* In Miphiboſeth

A præſignamur nos omnes, qui ad Euchariſticam menſam à Chriſto Rege ſupremo ſolo ipſius erga nos amoris impulſu admittimur, nullus autem noſtrum obliuioſus, aut inſcius plurimarum, quibus repletur, miſeriarum accedat ad illam ſacram menſam, ſed ſuam vilitatẽ agnoſcat, eamq; humillimè fateatur.

Homo ille, qui cœnam magnam parauerat, imperauit famulo, vt in plateas, & vias ciuitatis profectus, quoſcunq; inueniſſet pannoſos, varijſquè miſerijs homines affectos ad epulas compelleret. *Dixit paterfamilias ſeruo ſuo: Exi citò in plateas, & vicos ciuitatis: & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc.*

B Luc. 14. Sanè hi ignobiles conuiuæ ad pompam ſplendidæ, & magnificæ cœnæ non ſatis idonei videntur, ità facilè, qui huius parabolæ ſolum humanum ſenſum attendit, exiſtimabit; ſed qui interiorẽ eiuſdem ſcripturæ ſcopum conſiderat, intelliget hic indicari, quales Chriſtus libenter ad Euchariſticam cœnam aſſumat, & quales in ea ſplendidè epulentur, nimirùm qui apertè agnoſcunt, & manifeſtant vilitatem, imperfectiones, & defectus, quibus abundant, & deteſtanda illa ſui ignorantia, & allucinatione damnoſa non defuſcant ſuam miſeram conditionem; ſicut faciebat ille, de quo Io. Apoc. 3. *Quia dicis: quòd diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo: & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus.* Luc. 14.

Chriſtus ad ſacrã mẽſam libenter aſſumit agnoſcentes ſuam vilitatem.

Apoc. 3.

C

Aegyptij rei frumentariæ inopia oppreſſi, pecunia etiam, qua emere poſſent triticum, deſtituti ad Ioſeph confugerũt ſupplices, vt alimoniam ad vitam ſuſtentandam ſubminiſtraret, quod ſe facturũ Ioſeph promiſit, ſi ipſi quæ apud ſe habebãt bruta, pro pretio attuliſſent. *Cumque defeciſſet emptoribus pretium, venit cũcta Aegyptus ad Ioſeph, dicens: Da nobis panes: quare morimur coram te, deficiente pecunia? Quibus ille reſpondit: Adducite pecora veſtra, & dabo vobis pro eis cibos, ſi pretium non habetis. Quæ cùm adduxiſſent, dedit eis alimenta pro equis, & ouibus, & bobus, & aſinis.* Sed ſi Ioſeph diſtribuẽs frumenta typum Chriſti Euchariſticum cibum fidelibus ſuppeditantis geſſit, vt D. Ambroſius lib. de Ioſeph adnotauit; crediderim per Ioſeph pro pretio alimoniæ exigentem ab Aegyptijs bruta animalia, ſymbolicè præmonſtratũ fuiſſe, Chriſtum maximè expetere ab ijs, qui Euchariſtico Sacramento reficiendi sũt, vt non obliuiſcantur humanæ naturæ ob peccati originalis infectionem, & fomitem ad belluinos mores valdè propenſæ, cuius impulſu, ò rem deplorandam, non Gen. 47. D D. Ambr.

rarò homines vitam animalibus non dissimilem ducunt, quod testatur Regius Vates illis verbis. *Homo cùm in honore esset, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis*. Psal. 48. (Psal. 48.)

Ad ingressum Arcæ in Iordanē aquæ retrogressæ sunt ad fontem, caputquē suum, nempè in mare mortuum, à quo originem trahit Iordanis fluuius. *Quid est tibi mare, quòd fugisti: & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum?* Dauid Psal. 113. (Psal. 113.) Quid spiritalis sensus hoc nobis prodigio indicatum sit, perpendamus. Equidem Arca illa fœderis manna in se includens symbolum Eucharistiæ referebat, ad cuius conspectum Iordanis fluctus repetunt ad locum, vndè exierunt, vt admoneamur, quid requirat à nobis Eucharisticum Sacramentū, quando illud intrà nos sumpturi sumus, vt nimirùm cogitatione reuertamur ad vile nostrum principium, & subeat recordatio, quòd in peccatis concepti sumus, & ad ea valde procliues, ex incorrupta conditionis humanæ exordio. (Eucharistiā sumpturi ad vile nostrū principium cogitatione reuerti debemus.)

Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. Vers. 9.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

ADEST sponsus pulcherrimo, & numerosissimo equitatu, quadrigis auro, gemmisque fulgentibus comitatus, alijsque omnibus, quæ geniale ostentamentum celeberrimum reddere possunt, abundè locupletatus, & dilectam alloquens ait. *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea*. Quasi dicat: Cernisnè lectissimos equos, miro ordine dispositos, & omni ornamento venustissimos? Cernis quadrigas artis ingenio, & materiæ præstantia conspicuas latissima Libani spatia occupantes? verè hic solemnis apparatus instructus ad te decorandam: Quarè tu mea sponsa æquari potes equitatui illi, quo olim Pharao insectatus est Hebræos maris rubri vada pertranseuntes, aut etiam illi maximè spectabili, quo & quadrigis valdè opulentis Pharao gnatæ connubiū cū Salomone Rege magnificauit. Sed clariùs apparet hæc sponsæ comparatio cum equitatu, & quadrigis Pharaonis, sublato pronomine, *meo*, ità vt legamus, *Equitatui in curribus Pharaonis assimilaui te*. pro qua lectione eruditè congerit multa Gaspar Sánchez. (Sanctius.) Recenio verò iuxtà vulgatum textum pronomine, *meo*, satis appositè versiculus hic potest, sic explicari, vt sponsus dilectam suam ob indolem generosam, & simul docilem laudet (præfatæ enim dotes plurimùm amantur in sponsa, & illis magis, quàm pretiosis quibuscunque ornamentis venustatur. Vndè apud Veteres, vt refert Isidorus lib. 2. de off. cap. 9. in eligendis maritis, quatuor ista spectabantur, virtus, genus, pulchritudo, oratio. In fœminis tria, si generosa, si benè morata esset, & pulchra) dum assimilat suo splendidissimo equitatui, & quadrigis pro nuptiali pompa paratis, non dissimilibus illis, quibus vectatus senior ille Pharao processit, vt Hebræos ductore Moyse fugientes reuocare in Aegyptum conaretur; aut etiam illis, quibus iunior Pharao filiæ suæ coniugiū cum Rege Salomone plurimùm illustrauit. (Isidorus.)

Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Spiritum generosum, quem in sacra Synaxi concepit deuota anima, sacer sponsus hìc deprædicat.

IN expositione litteræ dixi sponsę generosam indolem equitatu repræsentari; aptè quidem, Equus enim animal magnanimum, in pericula audax, & pro victoria acriter contendit. Vndè de eo cecinit Virgil. (Virgil.)

——— tum, si qua sonū procul arma dedere,
Stare loco nescit: micat auribus, & tremit artus,
Collectumq; premens voluit sub naribus ignem.

Et Ouidius in Halieuticis: (Ouidius.)

Hic generosus honos, & gloria maior equorum,
Nam capiunt animis palmam, gaudentq; triumpho,

Sed

Seu ſeptem ſpatijs circo meruere coronam,
Nonnè vides victor, quanto ſublimis in altum
Attollat caput, & vulgi ſe vēdicat auræ?
Celſauè cum caſo decoratur terga leone,
Quàm tumidus, quantoquè venit ſpectabilis actu,
Compeſcatq; ſolū generoſo concita pulſu,
Vngula ſub ſpolijs grauiter redeuntis opimis.

Sed omiſſis alijs, qui naturā equi animoſam, & victoriæ cupidam elegantiſſimè deſcribunt, Iob tantùm audiamus cap. 39. *Numquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo eius hinnitum? Numquid ſuſcitabis eum, quaſi locuſtas? gloria narium eius terror. Terram vngula fodit, exultat audacter: in occurſum pergit armatis. Contemnit pauorem, nec cedit gladio. Super ipſum ſonabit pharetra, vibrabit haſta, & clypeus. Feruens, & fremens ſorbet terram, nec reputat tubæ ſonare clangorem. Vbi audierit buccinam, dicit: Vah, procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & vlulatum exercitus.*

Iob 39.

Quarè dum cæleſtis amator cum equitatu confert dilectam, illius ſanè animum ſtrenuum, & infractum, quo in Altaris Sacramento fuit munita ad alacriter pro Dei gloria decertandum, & feliciter triumphādum de infeſtiſſimis hoſtibus, mundo, carne, atq; nequiſſimo ſpiritu, commendat. Quaſi dicat: poſtquam tu per ſacram Synaxim euaſiſti mea ſponſa, tali gratia te ornaui, & adeò validam ad profligandos quoſq; aduerſarios tuos conſtitui, vt formam mihi videaris referre inſignis illius mei equitatus, ſcilicet Angelici exercitus, quo olim furentem in curribus Pharaonem, & populum meum inſequentem debellaui, & fluctibus Erythrei maris obrui. Huic noſtro inſtituto accinunt, quæ habet Chryſoſtomus hom. 61. ad populum, vbi Dominum noſtrum ſic loquentem inducit. *Parentes quidem alijs ſæpè filios tradūt alēdos: ego autem, inquit, non ita, ſed carnibus meis alo, & me ipſum vobis appono, vos omnes generoſos eſſe volens, & bonas vobis prætendens de futuris expectationes.*

D. Chryſ.

Amor etiam timidis, & imbecillibus militarem vigorem largitur, audaceſq; inſufflat ſpiritus, quod egregiè deſcribit Aelianus var. hiſt. cap. 9. *Quis, inquit, cum amatore, qui ipſe non amet, cùm pugna committenda, ferroquè de rebus decernendū eſt, manus conſerat? nam expers amoris fugit, & declinat ſemper amatorem, tanquam profanus, nec initiatus numini, tantumquè audet, quantum & animo valet, & corporis rebus pollet: extimeſcit autem illum alterū quaſi diuino furore correptum, & non ſolùm*

Aelianus.

A *à Marte, quod quidem commune eſt, verùm etiam ab amore concitatum; nam qui ſolùm ab altero horum Deorum ſunt concitati, quorum vnum perindè ac Martem Homerus dicit graſſari, cùm vnum ſolum numen habeāt, rectè, benèq; pugnant tantum, quantum animi poteſt ſemel vnum per ſe numen ſuppeditare: amoris verò miniſtri pugnantes, & mauortio impetu, & amoris ardore ſtimulati, cùm duplicem cultum, ac numen ſuſtineāt, non iniuria dupliciter quoquè egregios, ac fortes ſe præſtant: non igitur quiſquam reprehendet, ſi armatus aliquis ſolùm ab vno Deo pugnans, non à duobus, alteri quem Mars ſimul, & amor ad pugnam iuuant, ſe opponere dubitet.* Sed ſi amor naturalis B tantùm præualet in pugna, ò qualem robuſtiorem vim inſpirabit diuinus, qui in ſacra Synaxi maximè incaleſcit.

Adorienti Ioſue ciuitatem Ierichontinam modum ad illam capiendā præſcribit Dominus, ſcilicet arcam fœderis circumferendam eſſe clangētibus tubis. Ioſue 6. Quid myſterij innuit hic tubarum ſonitus cum arca Euchariſtiam denotante coniunctus? Equidem ad tubarum clangorem martiales ſpiritus excitari ſolent, & milites pugnandi ardore maximè inflammantur, obſtrepentes ergò buccinæ fœderis arcam comitantes, qualem Euchariſtia animi fortitudinem C inſpiret hominibus ad ſtrenuè dimicandum in ſpiritali prælio, accommodatè deſignat.

Ioſue 6.

Euchariſtia animi fortitudinem inſpirat hominibus ad ſtrenuè dimicandū in ſpiritali prælio.

Iā Chriſtus in ligno Crucis inter acerbiſſimos cruciatus animam efflarat, cùm laudatiſſimus ille Ioſeph ab Arimathia, vt ſacroſanctum corpus tumulo conderet, ad Pilatum acceſſit, illudquè poſtulauit. *Audacter petijt.* Perpendo quòd Euangeliſta non ſine peculiari Sacramēto dicit, *audacter*, non enim leuis admiratio, dum cæteri diſcipuli timore conſternati ob Chriſti mortem deliteſcebant, intrepidus in Præſidis conſpectu appareat, nihil armatas cohortes, quibus erat ſtipatus, pertimeſcens, magna- D nimo auſu efflagitet demortui Chriſti cadauer. Nonnè & ipſe etiam ſe Chriſtianæ ſcholæ alumnū præ metu ſtudiosè celabat? Erat enim occultus Chriſti diſcipulus propter metum Iudæorū. Nunc infractum animum oſtentat? O efficax Chriſti corporis virtus, quam præſenſit in ſe Ioſeph typū ſumpturi Euchariſtiā referens, ad omnem pauorem eliminandum.

Euchariſtia omnem pauorem eliminat.

Illa admiranda aquæ in vinum tranſmigratio in nuptijs Canæ Galilææ, non ſolùm tranſubſtantiationem, quæ fit in confectione Sacramenti Euchariſtiæ, ſed etiam moralem immutationem, quam in

com-

communicante operatur idem Sacramẽ- A
tum, præsignauit, atq; ità frigidi latices
in vinum optimum conuersi adumbra-
runt vires nostras natura sua ignauas, &
instar aquæ frigescentes diuini eduluj
virtute eo animoso ardore incalescere,
qualis à meraci vino excitari solet.

*Sapientia immolauit victimas suas, mis-
cuit vinum, & proposuit mensam suam. Mi-
sit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, &*
Prouerb. 9. *ad mœnia ciuitatis.* Prouerb. 9. Cur qui
ad conuiuium accersuntur, ad arcem, &
ad mœnia inuitari dicuntur? quid locus
bellicus, vbi milites arma capessunt ad
pugnam, cum pacifica aula, in qua con-
uiuæ delicatas sumunt dapes ad volup-
tatem? Scio olim fuisse quædam milita- B
ria symposia, in quibus Imperator cum
primarijs ducibus de modo in proximo
bello seruando agebat; vndè ab illis
epulis ad arma milites properare sole-
Alexander. bant, de qua re scripsit Alexander in ge-
nialibus, & forsan ad hoc alludunt præ-
dicta verba. Verùm, si de Eucharistica
mensa ab incarnata Sapientia parata,
textus hic loquitur, vt plures exponunt
Patres, & satis receptum est, quid aliud
innuit martialis apparatus cum eo con-
iunctus, quàm spiritales vires, quibus
sacro conuiuio accumbentes corroborã-
tur ad strenuè dimicandum contrà hu-
manæ salutis internos, & externos ho-
stes? Animaduersu quoq; dignum est, C
quòd ancillæ mittuntur, vt ad arcem cõ-
uiuas aduocent, non enim videntur satis
aptæ pauidæ, & imbelles puellæ ad vo-
candos homines ad arcem, quia solent
hoc viri audaces, & robusti clamore ma-
gno præstare. Ità sanè, sed ea est sacri
epuli virtus, vt illius aliqua ratione par-
Eucharistię virtute homo virilem animum induit. ticipes etiam ij, qui instar mollis, & de-
licatæ fœmellæ sunt, virilem animum in-
duant, & ad ardua quæcunque subeun-
da apti euadant. Per ancillas verò in-
telligo animas, quæ sacræ mensæ ancil-
lantur, & ad illam tùm voce, tùm publi-
co venerationis exemplo, alios inuitãt.

Agnus immolandus, Eucharistiæ ty-
pus, ex diuino præscripto, masculus esse D
debebat. *Erit autem agnus, absque macu-*
Exod. 12. *la, masculus.* Exod. 12. Sed cur non fœ-
minei sexus? nimirùm vt denotetur, hoc
Eucharistia vires validas confert ad ardua quæq; peragẽda, & dæmonum tẽtamenta superanda. Sacramentum vires masculas & validas,
non fœmineas, aut elumbes conferre ad
laboriosa quæcunque virtutis facinora
peragenda, & ad dæmonum tentamen-
ta omnia animosè superanda. Conso-
Cæsar. Arelat. nat Cæsarius Arelatensis homil. sexta,
cuius hæc sunt verba. *Masculus, id est,
contra omne peccatum robustus, & validus.
Masculini enim, & virilis est animi, illece-
bram repudiasse peccati: sed fœminea fragi-* A
*litatis ignauia est, inire suscepisse lasciuiam.
Vndè ille typum gerens diaboli Pharao, pre-
mens populum Dei, inimicus spiritui, amicus
carni, fortitudines præfocabat, concupiscen-
tias inuertebat.*

Facit ad nostrum scopum Isai. 21. *Po-* Isai. 21.
*ne mensam, contemplare in specula comeden-
tes, & bibentes: surgite Principes, arripite
clypeum.* quem locũ D. Hieronymus ex- D. Hieron.
plicans, ait; *Vt comedentes, & bibentes
corpus, & sanguinem Domini vertantur in
Principes Ecclesiæ, arripiantquè clypeum
fidei, in quo possint ignita diaboli iacula ex-
tinguere.* Quarè meritò D. Chrysosto-
mus hom. 61. ad Populum. *Ab Eucha-* D. Chrysost.
ristica mensa recedamus, inquit, *tanquam
leones ignem spirantes, facti Diabolo ter-* B
ribiles.

*Equitatui meo in curribus Pha-
raonis assimilaui te amica mea.*

NOTVLA II.

Obedientia cõmunioni neces-sariò præmittenda, vt hæc fructuosior sit, celebratur hìc in dilecta anima.

C EQVVS quò generosior,
eò docilior est, vndè
Antonius in ludo septem Antonius.
sapientum sic de equis
cecinit.

*Hoc tam mite iugũ docili
ceruice subirent
Martis equi, stabuloque feri Diomedis
abacti,
Et qui mutatis ignoti Solis habenis
Fulmineũ Phaetõta Pado mersere iugales.*

Anima deuota, quò generosiori spiri-
tu repleta ab Eucharistica mensa rece-
dit, eò promptiori submissione spiritali
directori in omnibus obtemperat, nec ad
sacram Synaxim, nisi illo annuente re-
D dire solet: hanc obediendi facilitatem,
quam in anima dilecta agnoscit sacer
sponsus, laudat hic, eam assimilando
equitatui. *Equitatui meo in curribus
Pharaonis assimilaui te.* Quasi dicat: ita
te ad meos nutus flexibilem animad-
uerto, vt mihi videaris similis lectissi-
mis equis in magnifico meo equitatu ad
parendum fręno facilè, & ad amussim pa-
ratissimis. Accinit huic expositioni Ori- Origenes.
genes hom. 2. ex quatuor in Cant. super Habacuc 3.
hunc locum explicans illud Habacuc 3.
*Qui ascendis equos tuos, & equitatus tuus
solus.* subdit. *Sunt ergo equi Domini, qui-
bus*

bus ascendit, & equitatus eius, quos ego non alios esse puto, quàm illas animas, quæ frænum disciplinæ eius accipiunt, & iugū portant suauitatis eius, & qui Spiritu Dei aguntur, & in hoc est eius salus.

D. August. *Nihil tàm expedit animæ, quàm obedire,* inquit Augustinus in psalm. 70. conc. 2. Quod licèt semper verum sit, eo tamen potissimùm tempore, quo accessuri sumus ad Eucharisticum conuiuium, vt in eo feliciter epulemur: in cuius argumenti corroborationem hæc subijcio.

In nuptijs Canę Galilææ Christus Dominus aquas in generosum vinum conuertit, quod symbolum fuisse Eucharistici Sacramenti, & feruentis charitatis, quam illud excitat in communicantibus, docet D. Augustinus ser. 51. de tempore. *Quid vinum est,* inquit, *quod optimum indicatur, quod Architriclinus, princeps conuiuij, queritur serò prolatum, nisi sanguis Dominicæ passionis? Hoc est, quod Deus in hora suspendit, quod ministri suscipiunt, quod creduli conuiuæ designant: hoc est, quod seruat sponsus.* Illius autem perfectio, & saporis suauitas, quam prælibando Architriclinus cōmendauit, sine dubio denotauit Eucharistici Sacramenti vim, quam habet exhilarandi, & excitandi charitatis feruorem. Sed quid ante hanc conuersionem aquę in vinum præmittēdum docuerit celebris illa virtutum magistra Sanctissima Virgo Deipara, perpendendum est. *Quodcunq; dixerit vobis, facite,* ministris iniunxit; quo dicto nos admonere voluit præuiam dispositionem, quæ exigitur, vt quis sacræ Synaxis charitatem degustet, & virtutē percipiat, qua incalescat diuino amore, esse exactam obedientiam ergà Christum, atq; adeò ergà Superiores, & spirituales directores, eius vices, & personā gerentes.

Idem.

Eucharistia magnā vim habet exhilarandi, & excitandi charitatis feruorem.

Optima dispositio ad sacram Synaxim est exacta obedientia ergà Superiores.

Sicut refectio, quam vidua Sarephtana Eliæ suppeditauit, Eucharisticam alimoniam designat, vt plures adnotant Patres, ità admiranda farinæ, & olei incrementa in subleuamen eiusdem viduæ diuina virtute facta, cælestis gratiæ singularem quandam affluentiam, qua anima saginatur in sacra mensa, adumbrasse, nullus, vt opinor, negabit. Sed perscrutemur, quæso, quid vidua præstiterit, vt sic abundanter locupletaretur: sanè insignem ab ea obedientię actum præmissum fuisse animaduertes. Hæc licèt sibi, & filio suo ex modica farinæ, & olei substantia cibum parasset ad extremam vitæ sustentationem, paruit tamen Eliæ præcipienti, vt ei paruulum panem subcinericium priùs de farinula conficeret. 3. Reg. 17. *Cumq; venisset* (idest Elias) *ad portam ci-*

A *uitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vocauit eam, dixitquè ei: Da mihi paululum aquæ in vase, vt bibam. Cumq; illa pergeret, vt afferret, clamauit post tergum eius, dicens: Affer mihi, obsecro, & buccellam panis in manu tua. Quæ respondit: Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illum mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur. Ad quam Elias ait: Noli timere, sed vade, & fac sicut dixisti: verùmtamen mihi primùm fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulum, & affer ad me: tibi autem, & filio tuo facies postea.*

B *Hæc autem dicit Dominus Deus Israel: Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur vsquè ad diem, in qua Dominus daturus est pluuiam super faciem terræ. Quæ abijt, & fecit iuxta verbum Eliæ: & comedit ipse, & illa, & domus eius, & ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non est imminutus, iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Eliæ.* Reg. 3. cap. 17.

Illa quinque millia virorum, qui in deserto diuinitùs dilatata quinque panum, & duorum piscium substantia, ità largè manducauerunt, & saturati sunt, vt duodecim fragmētorum cophini illis superfuerint, præsignant, vt satis notum

C est, feliciter epulantes in Eucharistico cōuiuio. Sed quid Dominus ante comestionem exegit ab illis viris? sanè obedientiæ exercitium; discumbendo nimirùm iuxtà mandatum discipulorum. *Ait autē* (scilicet Christus) *ad discipulos suos: Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt omnes.* Luc. 9. O egregium documentum, quo vnusquisque fidelis instruitur inter alias virtutes, quibus ad Eucharistici epuli esum accedere debet, præuiam esse obedientiam. Luc. 9.

Obedientia ornatus esse debet, qui ad Eucharistiam accedit.

Christus communicaturus discipulos, duobus illorum iniunxit, vt ad parandū locum præirent: locum autem pro ea solemnitate

D electum signo hoc indicauit, homine scilicet ductore, qui ipsis obuius futurus erat. *Et occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, sequimini eum.* Marc. 14. Ecce quomodo præuij esse debent duces, qui nos introducant ad sacram Synaxim. Marc. 14.

Tempore cœnæ antequam discipulos Dominus ad Eucharisticum cibum, & potum admitteret, eorum pedes lauare voluit, quocircà. *Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes. Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modò, scies an-*

tem

tem postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine non tantùm pedes meos, sed & manus, & caput. Io. 13.

Ioan. 13.

Obedientia perfecta necessaria, vt quis benè disponatur ad sacram communionem.

Ex quo celebri facto apertè constat, quàm necessaria sit obedientia perfecta, & resignatio propriæ voluntatis in manus Superioris, etiam quoad virtutum exercitamenta, vt quis benè disponatur ad sacram communionem; licèt enim videretur decens, & iusta submissio Petri reluctantis, & nolentis permittere, vt ad sordidos abiectissimi serui pedes abluendos Rex Regum, & Dominus Dominantium se prosterneret, nihilominùs hac submissione Deo magis accepta, & ad vberiores gratiæ fructus ab Eucharistico Sacramento percipiendos aptior apparatus est propriæ voluntatis abnegatio; cui virtuti meritò tantum tribuit B. Laurentius Iustinianus, vt asserat, hac solùm dignum reddi hominem Eucharistica mensa. Citari Auctoris de casto connubio c. 14. verba excipe. *Ad hoc quidem ordinatum est mysterium tàm sanctum, vt frequentaretur. Non enim ex sola indignitatis existimatione à communione se quis subducere debet. Nam peccato amoto eò quisque fit dignior, quò indigniorem se putat. Nemo ad hoc suscipiendum per se dignus est, quamuis multa sit præditus sanctitate, obedientia quemquè dignum facit, non vita.*

B. Laurent. Iustin.

Huius obedientiæ exemplum præbuit eximium D. Teresia, cuius magna quidē erat sacræ alimoniæ esuries, quia felici experimento optimè didicerat vberrimos illius fructus, sed maior erat sub missio ergà Patres, quibus regimen animæ suæ commiserat: licèt enim tanta à Deo perfusa esset luce, vt cognosceret, quantum frequens communio illi proficua esset, tamen spem, & solamen non in ea collocabat, non ignara diuinum beneplacitum adimplere in via spiritali prodesse magis, quàm ex propria deuotione, & gustu sacram Synaxim sumere. Quotiès eius confessarij, vt à sacra mensa abstineret, iubebant, quod ad probationem spiritus aliquandò faciebant, nō modò non ægrè ferebat, sed illis summas agebat gratias, asserens illos magis diuino honori consulere, non permittentes, vt multorum peccatorum rea accederet ad sacrosanctum Eucharistiæ conuiuium, quam ipsa sic imperfecta, qualē se esse sciebat, volens accedere.

Diuinū beneplacitum adimplere in via spiritali magis prodest, q̄ ex propria deuotione communicare.

Húc spectat, quod de Beata Gertrude refert Blosius in monili spirituali lib. 6. *Cum hæc, inquit, desideraret diuinam percipere alimoniam, ad quam etiam accipiendam diligenter se præparauerat, consilio tamen matris spiritalis propter bonum discretionis illam non accepit, & cùm hoc Domino offerret in laudem æternam, Dominus se acclinans suscepit eam in sinu paternæ benignitatis suæ, eique dulciter blandiens dixit: Quia deliberasti me omittere purè propter me, ego in gremio meo confouebo te. Tunc intellexit Gertrudis hominem non displicere, sed placere Deo, quando ex discretione, vel obedientia, non autem ex negligentia intermittat sacram communionem.*

Blosius.

Homo acceptus est Deo, cùm ex obedientia, non ex negligentia omittit sacram communionē.

Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: collum tuum sicut monilia. Vers. 10.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

Commendari hic pudicitiam, & in virgine puella gratissimam verecundiam, satis communiter docent Interpretes; hāc autem laudem indicari, comparando sponsæ pulchritudinem, quæ in genis nitet, turturi aui, plures ex antiquioribus expositores tradiderunt. Quàm apta autem sit hæc comparatio, ex eo colligi potest, quia genæ, cùm verecundamur, rubore perfunduntur; turturem autem colore rufo in superficie pennarum picturari, scripsit Albertus, & Vlysses Aldobrandus lib. 15. Ornithologiæ in descriptione formæ huius auis hæc habet. *Ala prorsus versicolores, primùm etenim, qua dorso, & pectori vicinæ sunt, elegantissimo colore rufescunt.* paulò post subnectit. *In turturibus Indicis marem capite, collo, pectore, alis ad remiges vsquè, & dorso vsquè ad vropygium rufescere. Fœminam verò exceptis pedibus, qui rubri sunt, & præter rostrū, quod nigricat, candidam esse.* Turtures etiam monilis speciem circa collum gerunt, vt notat citatus Aldobrandus. *Collum,* inquit, *torquis ambit.* Et infra, diuersitatē in Indicis turturibus, & nostratibus adnotat his verbis. *Torquis etiam diuersa figura est, nam Indicis tenuis, & nigra est, & circumcircà collum ambit, tùm in nostrate digitum, & ampliùs lata sit, nec vnicolor, vt diximus.* Hieroglyphicum autem pudicitiæ in matronis monile fuit, apud priscos, vt testatur Rupertus Abbas explicans hunc locum. *Monilia,* inquit, *matronarum pectora muniunt, vndè & dicuntur monilia, eo quòd muniunt pectus, ne quis extraneus, aut impudicus manus iniiciat.*

Albert. Aldobran.

Rupert.

ciat. Quarè huius versiculi sensus videtur esse, vt sponsus dilectam suam alloquens dicat. Pudicitia, quam in genis ad mei præsentiam erubescentibus ostẽdis, te plurimùm venustat, similemque pudicæ turturi reddit; verecundiã quoquè, & modestiam collum tuum concinno velamine obtectum non minùs declarat, quam monile in matronis à collo pendens. Prætereà cùm turtur sit auis pudicissima, vt sæpissimè non modò, qui animalium historias texunt, sed & Patres asserunt, accommodatè pudicam sponsam innuit.

Alij contendunt non comparari sponsæ decorem turturi aui, sed locum hunc de ornamento muliebris faciei interpretantur. Pro hac parte Auctores citat, & sequitur Alcassarus hic, apud quem, & Sherlogum plura videri poterunt. (Alcasar. Sherlog.) Demùm alij sentiunt non extolli hoc loco ornamentorum pulchritudinem, quæ fœminarum genis, & faciei nitorem, & elegantiam conciliabant, sed ipsam natiuam pulchritudinem genarum, & colli, quæ in sponsa adeò perfecta erat, vt externis adminiculis non indigeret. Quasi dicat sponsus: ea pulchritudine, ò dilecta mea, genæ tuæ, & collum tuum à natura decorantur, vt quibuscunq; ornamentis, quæ alijs splendorem afferunt, æquari possint.

Huic expositioni fauet nomen תורים Thorim, cui vox, *turtures*, respondet in nostro textu. D. Hieronymus statim pro ornamento accipit, dum vertit, *murenulas*. (D. Hieron.) Quadrat prædicto interpretamento, quòd mirificè oblectari solent corporeę pulchritudinis amatores ea venustate, quæ à natura est, & fucum, atq; artificium omne eliminat. Vndè Propertius lib. 1. Eleg. ad Cynthiam. (Propert.)

Quid iuuat ornato procedere, vita, capillo,
Et tenues Coa veste mouere sinus?
Aut quid Orontea crines perfundere myrrha,
Teq; peregrinis vendere muneribus?
Naturaq; decus mercato perdere cultu,
Nec sinere in proprijs mẽbra nitere bonis?
Crede mihi non vlla tua medicina figuræ est,
Nudus amor formæ non amat artificẽ.
Aspice quos submittat hum' formosa colores
Et veniant hederæ sponte sua melius.
Surgat & in solis formosius arbutus antris,
Et sciat indociles currere lympha vias.
Littora natiuis pellucent picta capillis,
Et volucres nulla dulciùs arte canunt.

Et Ouid. lib. 2. Fastor. de Lucretia.

Forma placet, niueusq; color flauiq; capilli
Quiq; aderat nulla factus ab arte decor
Sic sedit, sic culta fuit, sic stamina neuit,
Neglectæ collo sic iacuere comæ.

A *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.*

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Celebratur hìc anima deuota, quæ submissè verecundatur in sacra mensa.

B SICVT turtur ob colorem rufum, quo in parte alarum aspergitur, vt adnotauimus in expositione litteræ, pudorem verecũdiæ comitem repræsentat, ità ob cinereum, quem in cæteris partibus corporis refert, aptissimè denotat humilem animæ conditionem, cuius hæc conscia ad præsentiam gloriosissimi sponsi in sacrosanctã Altaris mensa meritò subuerecundatur. Commendabilem verò plurimũ esse pœnitentis ruborem, docent Patres; & præcipuè Hieronymus in cap. 7. Ezechiel. (D. Hieron.) C *Robor, inquit, vultus, pudoris indicium, & conscientia peccatoris lucet in facie, spesque salutis est, quandò delictum sequitur verecundia.* Et quidem, si homo communicaturus, quam ignobilitatem secum deferat, quali verò sublimitate excellat mensa Eucharistica, cui accumbit, attentè cogitabit, fieri non poterit, quin humili pudore suffundatur. (Communicaturus cogitans suam ignobilitatem pudore suffundi debet.)

Laudatissimam Magdalenam aliquid de Eucharistico Sacramento subodoraram, virtutemquè illius præsensisse existimauit Paulinus epist. 4. cuius hæc sunt verba de hac insigni muliere. (Paulin.) *Quæ ipsum viuum, viuificumquè panem manibus, & ore prælibauit, sanguinem quoquè calicis,* D *antequam fieret calix sanguinis, osculis fugentibus prælibauit, & in ipso corpore Christi, corpus accepit.* Sed nonnè hæc plurimarum, quibus replebatur, miseriarũ memor, indignam se Domini aspectu reputans ad eius pedes retrò stabat? O præstantissimum exemplar humilis verecundiæ, qua nobis accedendum est ad Eucharisticum conuiuium. (Humili verecũdia nobis accedẽdum est ad Eucharistiã.)

Quid Deo adstantes peragerent Seraphini, vidit aliquandò in spiritu Isaias. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum. Seraphim stabant super illud: sex alæ vni, & sex alæ alteri: duabus* vela-

velabant pedes eius, & duabus volabant. A *Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Isai. 6. Illa faciei velatio reuerentialem timorem, quo Seraphici spiritus Deum maiestate infinita splendentem venerabantur, sine dubio præmonstrabat. Eleganter Chrysostomus in cap. 6. Isai. hom. 1. *Quomodo igitur licet exultare cum timore, nec simpliciter cum timore, sed etiam cum tremore, qui est timoris vehementia, & immodica cuiusdam anxietatis signum? Quomodo igitur, inquis, hoc fiet? Ipsa te Seraphim docent, re ipsa tale ministerium implentia. Nam illa ineffabili gloria conditoris fruuntur, incomprehensibilem eius pulchritudinem contemplantia. Sed quid præterea vidisti ò Propheta? Quid circa illum spectasti? Et Seraphim stabant inquit, in circuitu eius.* B *Quid faciebant, & quid dicebant, qua fiducia fruebantur? Fiducia quidem, inquit, nulla, verùm timoris, ac stuporis erant plena, ipsa etiam specie metum ineffabilem declarantia. Duabus enim alis velabant faciem.* Si igitur spiritus illi nobilissimi, nunquam interrupta sanctitate conspicui, vt se diuina præsentia indignos innuant, alis vultus obtegunt, nonnè par est, vt ab his discat homo ex luto formatus, pluribusq; miserijs redundans, & ille maximè, qui multiplici in delictorũ cœnum relapsu se deturpauit, quantum sui pudere debeat, dum in sacra Synaxi C simul cum Christi gloriosa humanitate sumpturus est eandem diuinitatem, in cuius conspectu Seraphici illi spiritus adeò contremiscunt.

Isai. 6.

D. Chrysost.

Audiamus eundem Chrysostomum vnumquemq; nostrum monentem homil. 60. ad popul. *Cogita quali sis insignitus honore, quali mensa fruaris. Quod Angeli videntes horrescunt, neq; liberè audent intueri propter emicantem indè splendorem, hoc nos pascimur, huic nos vnimur.* Hùc etiam referri potest exemplũ B. Francisci Borgiæ, quod supra ad versiculum, *Nigra sum, sed formosa,* attuli notula 2.

D. Chrysost.



A *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.*

NOTVLA II.

Indicatur hìc affectus fidelis amoris, quo dilecta anima piè dolet, quando præsentia sui diuini sponsi sub sacris speciebus frui nequit.

B STudiosi rerum naturalium indagatores turturem referunt sincero amore consorti adhærere, vndè & constantis amoris symbolum hæc auis exprimit. hùc spectant illa Pontani carmina.

Turtur symbolum constantis amoris.

Pontan.

Quæ ramo gemino sedetis vnà,
Atquè vnà canitis vagæ volucres,
Vnà & gutture canitis canoro,
Cum vobis amor vnus, vna cura,
Vnum sit studium, & fidele amoris
Nostri, nam variant subindè amores,
Vos blandæ volucres amoris instar
Exemplum fidei iugalis vnum.

C Et ità fida est comes sui coniugis, vt si quandò ille absit, gemebunda illius præsentiam affectet; eoquè amisso reliquum vitæ sine vlla hilaritate traducat. Vndè Baptista Mantuanus lib. 2. de hac turturis indole sic cecinit.

Bapt. Mantuan.

Sicut vbi amisso thalami cõsorte per agros
Sola volat turtur, nitidis nec potat in vndis,
Nec comitis prisci tristetur imagine visa,
Nec viridi posthac fertur considere in luco.

Quarè anima fidelis, quæ ità diuinum sponsum diligit, vt in illius Sacramentalem præsentiam vehementi feratur appetitu, & eo tempore, quo illa viduatur, piè gemat, & suspiret, accommodatè D turturi comparatur. *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.* Quasi sacer sponsus dicat: valdè mihi places dilecta ob sincerum, & constantem affectum, cùm mihi coniũcta esse cupis per sacram Synaxim, & instar viduatæ turturis mœres, dolentisquè animi signa in genis etiam demõstras; si quando contingat hæc tua vota non secundari. Accinit ex parte Philo Carpathius in Cant. *Casta igitur,* inquit, *& sancta debet esse sponsa, sancta quoq; anima, & quandiù abest à sponsi præsentia, tandiù in eius amorem, & desiderium anhelare debet, & gemere, ab omnique alieno affectu*

Philo Carpath.

se

se continere, quasi in genarum verecundia A *castitatẽ animo ipso, habitu, actu, incessu, & motu, semper ostendens.*

Sedulo studio paratis aromatibus pretiosis ad condiendum Christi corpus sub auroræ primordijs ad sepulchrum properauit feruentissima Magdalena, sed quem vnicè diligebat Dominum non inueniens, sublatum rata, inconsolabili penè planctu deflebat, nec iucundissimus Angelorum aspectus aliquid solatij illi afferebat, nec eorum dulcia verba profluentiam lacrymarum comprimere potuerunt, quia nimirùm sola amati Domini præsentia recreanda erat. *Maria stabat* (dicitur Ioannis 20.) *ad monumentũ* (Ioann. 20.) *plorans: Dum ergo fleret, inclinauit se, &* B *prospexit in monumentũ: & vidit duos Angelos in albis sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum erat corpus Iesu. Dicunt ei illi: Mulier quid ploras? Dicit eis: quia tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum.* Non dissimiles sunt mœrores, & luctus amantissimæ Christi animæ, quando solito tempore nequit sacræ mensæ assidere, atq; optatissima diuini sponsi præsentia oblectari.

Profligati exercitus ruinas nuncius ille Heli detulit, duos quoquè eius filios occubuisse in bello non tacuit. Demùm arcam in manus hostium deuenisse suggessit, audito hoc postremo infortunio, C repentino dolore senex occidit. Tanta erat huius viri in arcam dilectio, & religio, vt cætera ab aduersante fortuna illata detrimenta, vel nihili, vel parui faceret, solus deperditæ arcæ ictus sic cordis Heli intima penetrauit, vt nihil fuerit, quo sustentari, vel erigi eius spiritus potuerit. *Respondens autem ille, qui nunciabat; Fugit, inquit, Israel coram Philisthijm, & ruina magna facta est in populo: insuper & duo filij tui mortui sunt, Ophni, & Phinees: & arca Dei capta est. Cumq; ille nominaret arcam Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus* (1. Reg. 4.) *mortuus est.* Reg. 1. cap. 4. Verùm sicut arca illa ob Manna, quod in se con- D tinebat, Altaris Sacramentum præsignabat, ita animi angor ob amissionẽ arcæ, quo Heli ex hac communi luce excessit, ingentem cruciatum denotauit, quo interdum affligantur in amore diuino ardentiores, quandò fert casus, vt Eucharistico cibo vesci non possint, atque ita gratissima dilecti Iesu præsentia Sacramentali orbantur, quam ob causam adeò torquentur, vt si supernum non adesset auxilium, in hac mortali vita non persisterent.

Notatu dignum ad nostrum scopum de insigni quadam moniali recenset exẽ-A plum Beatus Thomas à Villanoua concione 2. in die sanctissimi Corporis Christi. (B. Thomas à Villanoua) *Hac pia mulier die sancto Parasceues* (scribit citatus Auctor) *cùm corpus Domini Ecclesiastico more in monumento reponitur, quia oblitus Sacerdos formam, quam illi daret, non reseruauit, eiulatibus, & clamoribus domum replens, vt filij vnigeniti sepulturam lugere videretur, neque tamen eius desiderio subuenire poterat ratione iam dicta. Tandem cùm in fletibus, & lacrymis amarissima diù persisteret, mirabile dictu, duæ manus visibiliter ei cum Sacramẽto apparuerunt. ex quibus ipsum accepit, quo accepto omnis illa amaritudo in consolationem vberrimam mutata est.*

B

Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.

NOTVLA III.

Fida Dei amatrix Eucharistico pabulo feliciter saginatur.

C Q*Vàm* benè Altaris refectione pinguescat anima sinceri amoris fœdere Deo coniuncta, optimè repræsentatur turture: hæc enim auis, quæ firmi, & perfecti amoris hieroglyphicum delineat, vt præcedenti notula diximus, teste Columella apud Aldobrandum lib. 15. Ornithologiæ, hyeme (Aldobrand.) offis panis, vino madefactis deliciosè nutritur, & celeriter impinguatur.

Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Isai 55. Inuitamentum hoc est ad sacrũ (Isai. 55.) conuiuium, quod antonomasticè bonum dicitur, Hugone Cardinali interprete in psal. 21. (Hugo Cardin.) Perpendenda verò sũt D pro nostro argumento illa verba, *delectabitur in crassitudine anima vestra:* quibus non obscurè significatur, quàm delicatè alat, quàm abundanti gratia pinguefaciat animam Eucharistica mensa, ad quam fideles inuitans pia Mater Ecclesia illis vtitur verbis: *Christum Regem adoremus dominantem gentibus, qui se manducantibus dat spiritus pinguedinem.* (Ecclesia in officio corporis Christi.)

Bis in loco campestri numerosum populum amplificata diuinitùs panis substantia refocillauit Dominus, sed semel quatuor penè millia hominum septem panibus distributis ità saturantur, vt analectorum impletæ fuerint septẽ spor-

Marc. 8. ta iuxta narrationē Marci 8. Alia vice A appoſitis, & diuiſis quinque panibus, quinque millia virorum ſaturata fuere, & relicta fragmenta duodecim cophinos

Luc. 9. repleuerunt, vt teſtatur hiſtoria Luc. 9. Sed cùm vtraque alimonia Euchariſtiam adumbret; myſterium hic inueſtigandū eſt, cur pauciores copioſiori edulio veſcuntur, minoraq; fragmenta ſuperſint; contrà verò maiora fragmenta colliguntur ex maiori conuiuarum numero, qui minori cibo paſti fuere. Sanè illa minor turba triduo indiuidua Chriſti comes infracto animo incommoda quæcunq; obuia ſuſtinuit, quarè cùm amoris magis conſtantis præbuerit argumentum, meritò pleniùs manducauit: quo præſigna- B

In amore diuino fideliores iucundiùs, & cumulatiùs epulātur in Euchariſtica menſa.

tum habemus, eos, qui in amore diuino fideliores ſunt, iucundiùs, & cumulatiùs epulari in Euchariſtico ſympoſio, in quo vt cū Tertulliano de Reſurrectione carnis cap. 8. loquar, *Caro corpore, & ſanguine Chriſti veſcitur, vt anima Deo ſaginetur.* Prædictam expoſitionem inſinuauit

D. Ambr. D. Ambroſius in cit. locum Lucæ. *Cur autem*, inquit, *quinque millibus hominum plus redundat, quàm quatuor millibus hominum? quia quatuor millia iſta triduo cum Chriſto fuerunt, & ideò ampliorem cæleſtis pabuli alimoniam acceperunt.*

Illi Iſraelitæ, qui abdicato animo ab omnibus illecebris, quæ ſincerum in Deū amorem labefactare poterant, ductorem C Moyſen inſequebantur, in manna illo admirando omnem ſaporis ſuauitatem fauſtè guſtabāt. Probè Albertus Magnus

Albert. Magn. de Euchariſtiæ Sacramento diſtinct. 3. tract. 1. cap. 1. *Non dabatur*, inquit, *māna niſi in deſerto, vbi aliud delectabile, & reficiens adeſum non fuit, & ſic non ſentitur dulcedo gratiæ, & ſapor Euchariſtiæ niſi ab his, qui ſe in deſertum corde transferunt, vt mundanas non ſentiant delectationes, & hoc eſt quod dicit Pſalm 64. Pingueſcent ſpecioſa deſerti, & exultatione colles accingentur; hæc enim ſunt ſpecioſa deſerti, quæ ſe ipſa deſerta faciunt, nec in eis quidquam colat mundus de tumultuoſis, & caducis delectationibus; & colles tam altorū cordium frequenter exultatione diuinæ conſolationis accinguntur. In hoc deſerto bis Dominus pauit turbas, & alibi pauiſſe non legitur.*

Collum tuum ſicut monilia.

NOTVLA IV.

Anima, quæ deuotè accedit ad ſacrum conuiuium, ea gratia donatur, vt à iugo perfectionis Euangelicæ nō oneretur, ſed ornetur.

SOLET ad genialem pōpam condecorandā humanus ſpōſus inter alia donaria monile largiri, quò ſponſæ collum venuſtetur. Diuinus ſpōſus profuſiori liberalitate animam, quæ ad celebrandas Euchariſticas nuptias ſe diſponit, pluribus gratiæ donis locupletat, & eo præcipuè, quod ità ſuaue, & leue reddit perfectionis Euangelicæ iugum, vt non grauamē, ſed potiùs inſtar monilis ornamentum afferat. *Collum tuum ſicut monilia.* Quaſi dicat ſacer amator; O dilecta, quæ mihi deſponſari deſideras in ſacro conuiuio, agnoſce quali te gratia præuenio, vt nul- C lo mei iugi pondere opprimaris, nullo laſſeris labore, ſed ità prompta illud portas, ac ſi eſſet pretioſum monile, quod ad connubiale oſtentamentum geſtat noua nupta. Inſinuauit hanc expoſitionem D. Ambroſius hic, ſequens Septuaginta D. Ambr. verſionem, quæ prò prædictis verbis, *Collum tuum ſicut monile*, habet: *Ceruix tua redimicula. Portare, inquit, Chriſti iugum ſuaue eſt, ſi ornamenta putes ceruici tuæ eſſe, non onera.* Et paulò poſt ſubnectit: *Erige ceruicem, redimicula, non vincula geris, muta quoque animalia redimiculis gaudent, phalerari ſibi magis, quàm vinculari videntur.* Et cōcludens ait. *Leue eſt enim iugum Chriſti, & ideò ceruix non premitur;* D *ſed leuatur.*

Iuuenis ille, vt panem in paterna domo comederet, ex longinqua regione, in quā abierat, reuertebatur, & ecce benigniſſimus Pater vidit illum, cùm adhuc longè eſſet, & miſericordia motus eſt, & accurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum. Luc. 15. Sanè ado- Luc. 15. leſcens ille longi itineris labore debilitatus, fame quoq; penè conſumptus, non videbatur nouo Patris pōdere collo eius recumbentis premendus, ſed potiùs à paternis brachijs ſubleuandus, vel ſi hæc ob ſenilem ætatem infirma tale munus

obire

obire non poterant, famulorum adiutorio saltem sustentandus, donec iumentis recrearetur, ciboquè refocillaretur, sed Pater præ amoris teneritudine super collum gnati cecidit, quamobrem pódus illud leue erat. Ad mystica transeamus. Famescens ille iuuenis prædûbrauit animam panem Eucharisticum appetentem, & ad illius sumptionem se disponentẽ; hanc indulgentissimus Pater cœlestis in clementissimo illo genitore præsignatus benignè respicit, spiritaliter amplectitur, & osculatur, varijsque gratiæ blandimentis illius amoris spiritum ei inhalat, quo Euangelicum iugum non laboriosum, sed speciosum euadit.

B Affinia huic cogitationi habet Petrus Chrysologus serm. 3. de duobus filijs. *Cecidit (ait) super collum eius, vt erigeret sic iacentem; cecidit super collum eius, vt amoris onere onus tolleret peccatorum. Venite ad me, inquit, omnes, qui laboratis, & onerati estis. Tollite onus meum super vos, quia leue est: videtis, quia filius iuuatur ipsius patris onere, non grauatur.*

Chrysolog.

Vbicunquè fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Matth. 24. Per has aquilas denotari fideles conuolantes ad Eucharisticam mensam, aduertit Hugo Cardinalis in cit. locum, vbi sic loquitur. *Aquilæ sancti sunt secundùm vtrumque statum, nam in præsenti statu carne dominica reficiuntur, sicut aquilæ carnibus vescuntur.*

Matth. 24.

Hugo Cardin.

C O præclatum schema, ex quo intelligi potest, quale fiat virtutis exercitium per subsidia gratiæ, quæ confluentibus ad Dominici corporis esum suppeditantur. Etenim aquila, quæ inter omnes alites volatu excellit, sed grauaturnè, an subleuatur pennis? certè demptis pennis, per æthera volitare nequit, non igitur pondus, sed agilitatem, & velocitatem afferunt plumæ. Non dissimile redditur virtutis iugum per gratiæ subleuamina, quibus præuenitur anima anhelans diuinam Altaris escam.

Virtutis iugum redditur leue per gratiæ subleuamina, quæ conferuntur in Eucharistia

Quamuis Arca Testamenti laminis, & Cherubinis aureis concinnata ponderis plurimum haberet, nihilominùs Sacerdotes, & Leuitæ illã humeris suis in diuersa loca deportantes, prægrauantem molem non sentiebant, nec vlla in tali gestatione lassitudine afflictabantur, vt ex prisca traditione Hebræorum adnotauit Rupertus in cap. 15. Paralipomen. Verùm cùm in Arca illa lex, & manna, notissimum Eucharistiç symbolum seruaretur, bellè admodum gestatores arcæ nullo grauamine oppressi præfigurarunt accessuros ad Altaris Sacramentũ adeò peculiaribus gratiæ suffragijs fore subleuandos, vt in diuina lege adimplenda nõ

Rupert.

Accedentes ad Eucharistiam talibus gratiæ suffragijs subleuātur, vt

A esset illis molestè fatigandum.

Inter vestes, quibus Sacerdos celebraturus Missam se induit, postrema est casula, quam non vt onus, sed vt ornamentum ad Altare progrediens refert. Quid, quæso, hæc innuit? certè quale fiat per auxilia gratiæ iugum Christi animæ ad sacram communionem se præparanti; vnde & Sacerdos, dum sibi casulam superimponit, illa forma orandi vtitur ab Ecclesia præscripta. *Domine qui dixisti, iugum meum suaue est, & onus meum leue, fac vt istud sic portare valeam, vt consequar tuam gratiam.*

vt in adimplenda lege diuina non fatigentur.

B *Collum tuum sicut monilia.*

NOTVLA V.

Simplex, & humilis affectus, quo anima ad sacram mensã accedit, illam satis coram Deo exornat.

IN corrice literæ mentionem fecimus de corũ interpretamento, qui dicunt non laudari hic à sponso ornaméta faciei, aut colli sponsæ, cùm à natura insignita fuerit tali pulchritudine, & elegantia, vt exteris adminiculis non indigeret. C Huc respexit Bernardus serm. 41. in Cant. *Solet, inquit, ornari collum monilibus, non ipsis comparari. Sed hoc illæ faciant, quibus quia de proprio non inest decor, aliundè necesse est, vt mendicent, vndè se speciosas monstrantur. Nam sponsæ collum ita in se ipso formosum, & tam decenter quasi naturæ formatum est, vt extrinsecùs non requirat ornatum. Quid enim opus est peregrinorum fucos adhibere colorum, cui propria, & tanquam innata sufficit pulchritudo, in tantum vt ipsorum quoquè, quæ ad ornandum quæ-* D *runtur, monilium possit adæquare nitorem? Hoc nempè intelligi voluit, qui minimè quidem à collo (vt assolet) pendere monilia, sed ipsum potiùs esse sicut monilia dixit.*

D. Bernard.

Consonat Origenes hom. 1. ex duabus. *Ità (ait) & sine hoc decore, & tuum ipsum collum est ornamentum.* Huic expositioni inhærendo, sensus ad nostrum scopum esse poterit; nimirùm ità approbari hîc à diuo sponso sincerum, & submissum affectum, quo anima Eucharistico conuiuio accumbit, vt eo non minùs venustetur, quàm si virtutum aliarum decore splenderet. Quasi dicat sacer amator

Origenes.

his

his verbis: *Collum tuum sicut monilia.* Non vulgaris, ô dilecta, est gratia, qua te virtutibus nudam, nihilque boni ex te habere ingenuè fateris, hac enim fincera demissione in conspectu meo tanta speciositate decoraris, vt quodcunquè deuotionis ornamentum exæques.

Clem. Alexan.

Alimoniam Eucharisticam lac nominari, Clemens Alexandrinus lib. 1. Pædag. cap. 6. multis probat; Alia etiam Patrum effata in comprobationem allegauimus supra ad versiculum, *Meliora sunt vbera tua vino.* Hac lactis denominatione varia de sacrosancto Altaris Sacramento arcana indicantur; & vt alia omittam, nonnè lac est alimentum à natura destinatum infantibus, qui in illa B tenella ætate, maximè simplices, sinceri, & humiles sunt? quo aptè denotatur Dominici corporis pabulum his potissimùm esse paratum, qui puro, sincero, & submisso sunt animo. Consonat illud Prouer. 9. vbi ad sacram mensam inuitatur, qui paruulus est; *Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & ad mænia ciuitatis: Si quis est paruulus, veniat ad me. Paruulus, idest humilis,* ait Hugo Cardinalis hic.

Eucharistia ijs præcipuè parata, qui sincero, & submisso sunt animo. Prou. 9.

Hugo Cardin.

Ad pietatem benignissimi Seruatoris spectabat escis resocillare turbam illam, C quam habebat fidam comitem, vbi alimenta deerant; quocircà quinque panibus hordeaceis, quos deferebat puer quidam, & duobus piscibus distributis, diuinaquè virtute amplificatis pauit viros quasi quinque millia. Verùm alimonia illa ex panibus hordeaceis, quibus infimæ plebis homines egestate maxima laborantes vescuntur, alicui forsan videbitur non satis decens magnificentiæ, & liberalitati supremi Domini, qui cùm innumeras Angelorum legiones in obsequium promptas haberet, illis facillimè demandare poterat, vt mensam delicatis obsoniis opiparam pararent. Equidem ad splendorem præpotentis Numi- D nis indicandum, mensa quæcunq; lauta Angelorum ministerio instructa congrua fuisset. Mysterium igitur denotare voluit Christus, dum solùm humilem escam ex panibus hordeaceis ad alendam turbam assumpsit. Sanè sicut illa refectio dominici corporis edulium, ita puer ille quinque panes hordeaceos, & duos habens pisces, qualem conuiuam libentissimè admittat Christus ad sui sacratissimi corporis, & sanguinis epulum, adumbrauit, cum nimirùm, qui instar puerulì simplicis, & pauperculi, quidquid ab inopi, & vili conditione sua habet, sincerè manifestat, & Domino offert.

A

Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantauit, &c. Psal. 103. De gratiæ humore, quam à Sacramento Eucharistiæ hauriunt animæ, monet D. Augustinus, cuius hæc sunt verba. *Panis ille iustitia est, vinum illud iustitia est, veritas Christus est. Egosum, inquit, panis viuus, qui de cælo descendi &c. Ego sum vitis, vos sarmenta, & panis cor hominis confirmat. Satiabuntur ligna cãpi. Ligna campi plebs populorum, & cedri Libani, quas plantauit. Cedri Libani potentes in sæculo; & ipsi saturabuntur. Peruenit panis, & vinum, & oleum Christi ad Senatores, ad Reges, ad nobiles. Satiata sunt ligna campi, prius humiles satiati sunt, deinde etiam cedri Libani, sed quas plantauit ipse.* D. Hieronymus in cit. psalm. Cedros Libani exponit de excelsioribus merito sanctis, quarè satis coherenter dicere possumus, per cedros Libani significari non modò auorũ stemmate præclaros, opibus affluentes, vel dignitate conspicuos, verùm etiam singulari spiritus feruore, & orationis dono præstantes, qui vt cedri deuotionis fragrantiam spirant; Per ligna verò campi, eos fideles denotari, qui licèt tot illustribus gratiæ dotibus careant, suam tamen spiritalem inopiam animaduertunt, & apertè panduntur, sicut syluestres plantæ in loco campestri natæ, hominum obtutibus, quales sunt, se produnt. Igitur à sacrosancto Altaris Sacramento, non solùm cedri Libani, idest altissima contemplatione excellentes, feruidique spiritus odorem efflantes gratiæ latices ebibunt largissimos, sed etiam ligna campi, idest illi, qui licèt ad sublimes mentis eleuationes non euehantur, nec eximiæ deuotionis suffitus diffundãt, plurimas tamen, quibus replentur, miserias, & spiritus sterilitatem coram Domino humillimè recolunt, illiusquè misericordiam submissè implorant.

Psal. 103.

D. August.

D. Hieron.

Ab Eucharistia vberè gratiã hauriunt, non solùm orationis dono præstantes, sed etiã spiritus sterilitatẽ humiliter recolentes.

Propè accedens filius Iacob ad Isaac, vt paterna benedictione ditaretur, senex fragrantia, quam vestimenta gnati exhalabant, recreatus; *Ecce, inquit, odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Gen. 27. Quæri potest, cur Isaac, cùm suaueolentiam vestimentorũ filij extollere vellet, non eam comparauit vnguentis industria artificum compactis, quorum prima videtur esse laus in odoris suauitate?

Gen. 27.

Benedictus Pererius in Genes. disp. 6. num. 67. censet summè commendatum fuisse ab Isaac halitum odoriferum, quẽ emittebant vestes filij sui, conferendo illum cum odore florum, qui è terra procrean-

Pererius.

Plinius.

creantur, aut cum ipſius terræ fragrantia, quòd hæc inter omnia amœna ſpiramenta eminens ſit; pro cuius rei comprobatione adducit verba Plinij lib. 17. cap. 5. nimirùm. *Cicero lux doctrinarum altera, Meliora, inquit, vnguenta ſunt, quæ terram ſapiunt, quàm quæ crocum. Hoc enim maluit dixiſſe, quàm redolent. Ità eſt profectò: illa erit optima terra, quæ vnguenta ſapiet. Quòd ſi admonendi ſumus, qualis ſit terræ odor ille, qui quæritur, contingit ſæpè etiam quieſcente ea ſub occaſum Solis, in quo loco arcus cæleſtis dejecerit capita ſua, & cùm à ſiccitate continua immaduit imbre: tūc emittit ſuum illum halitum diuinum ex Sole conceptum, cui comparari ſuauitas nulla poſſit.* Myſtica cogitemus. Fauſta illa B benedictio Euchariſticum Sacramentum præſignauit, vt aduertit Paſchaſius de corpore, & ſanguine Chriſti cap. 21. vbi exponens locum Gen. 27. *Frumento, & vino ſtabiliui eum, & tibi poſt hæc fili mi, vltra quid faciam? Quod eſt,* inquit, *apertè dicere, firmaui eum pane corporis Chriſti, & vino ſanguinis, tibi autem fili vltra quid faciam?*

Paſchaſius.

Gen. 27.

Quarè Iacob ante Iſaac veſtibus indutus ſuauitatem ſpirantibus ipſi genitori iucundiſſimam, ſymbolicè repræſentat fidelem animam apparatu, qui maximè Deo acceptus ſit, ad ſacram Synaxim accedentem; ſicut autem bonus Iſaac precaturus filio ſuo Iacob, plurimum oble- C ctatus eſt ſuaueolentia, quam veſtes filij efflabant, quia in ea ſubodoratus eſt aliquid ſimile natiuo odori florum, quos terra parturit, aut ipſius terræ ſuaui fragrantiæ, ità myſticus Iſaac Chriſtus ſummoperè delectatur, ſi dum Euchariſtico frumento, & vino locupletat hominem, in eo ſubodoratur aliquid ſimile halitui terræ, hoc eſt, agnoſcit ſubmiſſionis affectum, quo homo conſideratione ſuæ vilis originis, quæ eſt de luto, omni genere boni ſpoliatum antè Dominum ſe repræſentat. Hæc enim humilitas illum adeò ſupremo Numini gratum reddit, ac ſi odoriferis aliarum virtutum D veſtibus eſſet ornatus. Egregiè firmat hoc noſtrū thema, quod aliquando Dominus Beatæ Gertrudi declarauit. *Cùm quadam vice ad communionem campana pulſaretur, & cantus inponeretur, iſta ſe ſentiens minus paratam iuſto, dixit ad Dominū. Ecce iam Domine mi venis ad me, & cur nō, vt benè prænales, præmiſiſti mihi ornamenta deuotionis, quibus præparata tibi decentiùs obuiam procedere poſſem? Ad quod Dominus. Sponſus quandoquè magis delectatur intueri collum purum, & candens ſuæ ſponſæ, quàm torque tectum, ac tornatiles manus illius mundas, quàm chirothecis eas vi-* A *dere ornatas. Sic ego quandoquè plus delector in virtute humilitatis, quàm in gratia deuotionis.* Habetur lib. 3. cap. 18. inſinuat. diuinæ pietatis D. Tilmanni.

Chriſtus magnoperè delectatur ſubmiſſionis affectu, quo homo ad Euchariſtiam accedit.

Tilmann.

Chriſtus quandoque plus delectatur humilitate quā deuotione inſipientis Euchariſtiā

Collum tuum ſicut monilia.

NOTVLA VI.

Anima eo deuotionis ornatu, quem exigit ſacra Synaxis, ſe deſtitutam agnoſcens, ſi à Deo, & ſanctiſſima Virgine, cæteriſq; B Sanctis virtutum ornamenta ſibi commodari efflagitabit, fiet voti compos.

HAEC ſponſæ decoramēta, quæ hic laudantur à ſponſo, non fuiſſe de propria ipſius ſponſæ ſupellectili, quæ valdè tenuis erat, ſed vel ab amicis, vel ab affinibus nubentium, vel ab ipſo ſponſo accepta, omninò veriſimile videtur, tum quia, vt di- C ximus, ex ritu genialis feſtiuitatis ab amicis, & conſanguineis dona nouæ nuptæ deferebantur, tū etiam quia effuſam ſponſi opulentiſſimi, & amantiſſimi decebat liberalitatem, ſplendida dona largiri ſponſæ ad eius præcipuè ornamentū. Ab hac literæ ſuperficie penetremus ad interiores ſenſus, ex quibus hunc eruo; quòd monilia, quibus venuſtatur ſponſa Euchariſtici conuiuij, ſunt ſpiritalia ornamenta, ad votum ipſius ſponſæ conceſſa à Deo, à Beatiſſima Virgine Maria cæteriſq; cælicolis, *Collum tuum ſicut monilia.* Quaſi dicat diuinus amator, ò anima, quæ à tua abiecta, & inopi conditione nihil habes, quo te ornare poſſis pro D nuptijs Euchariſticis, ecce de cæleſti gaza, ſicuti optaſti, tanta decoramenta habes, vt nihil in te conſpiciatur, quod non ſit ornamento opertum; ſicut euenit, quandò recens nupta tot ſponſalitia monilia, tot vnionum congeminationes geſtat in auribus, in brachijs, in collo, vt collum, cæteræque partes humani corporis obtutibus ſubducantur, nihilq; intueri liceat excepto ornatu.

Præcepit Dominus, ſi numerus familiæ non ſufficeret ad eſum agni, vt aduocarentur vicini, quò integer agnus inſumi poſſet. Exod. 12. Multa præclara hìc inſinuantur documenta pro comedē- Exod. 12.

te

te agnum Euchariſticum, & vt alia omit- A ram, certè qui attentè conſiderat, quàm ingens, & lautum ſit conuiuium Euchariſticiagni, facilè animaduertit, ſe non ſufficere ad integrum eſum tãti cibi, hoc eſt, non habere eum deuotionis, & charitatis feruorem, qualem poſtulat Sacramentum adeò eminens. Quid igitur tũc conſilij capiet fidelis? Sanè ſi rectè ſapit, vicinos ad ſecum comedendum Euchariſticum agnum aduocabit; vicinos, inquam, per charitatem, ſanctiſſimam

Ad ſacram dapē dignè ſuſcipiendā B.V. & Sãctorum patrocinium implorãdũ.

nimirùm Virginem Mariam primariò, cæteroſque Sanctos, hos rogabit, vt ſibi maiorem pro digna ſumptione Euchariſtiæ impetrent diſpoſitionem, vt ipſi offerant, quo feruent, ardentiſſimum amo- B rem pro eo, quem ſibi deeſſe agnoſcit.

Notatu digna ſunt, quæ docet Rupertus lib. 2. in Exod. c. 7. premens citatum lo-

Exod. 12.

cum Exod. 12. *Si autem minor numerus eſt*, inquit, *vt ſufficere poſſit ad veſcendum*

Rupertus.

agnum, &c. Numerus hic myſticè ſic penè oportet intelligi, quomodo & in Pſalmo, cùm Propheta diceret; Notum fac mihi, Domine, finem meum, & numerum dierum meorum, quis eſt, vt ſciam, quid deſit mihi. Numerus enim hominis, vt ſecundùm præſentem cauſam loquar, tunc ſufficiens eſt quãdo is, qui agnum manducat, myſteria eius penetrare preualet. Sed ad hæc quis tam idoneus? Quis infantiam tantùm ſupergreſſus eſt, tantamque dierum bonorum multitudinẽ C *collegit, vt ad capiendum tantum cibum, tam ſolidum, nihil ei deſit? Ergo, quotiès hunc agnum immolamus, rectè paucitatem dierum noſtrorum confitentes in nobis; quia totum eius myſterium capere non poßumus, aßumimus vicinum, qui coniunctus eſt domui noſtræ, ſcilicet, Apoſtolorum, & Martyrum chorum, qui per eandem fidem propinqui ſunt familiæ Chriſtianæ.* Et ſubdit. *Denique ſine illorum imitatione nunquam accedere præſumimus; dicimus enim; Communicantes, & memoriam venerantes in primis Dei Genitricis Mariæ; ſed & Beatorũ Apoſtolorum, & Martyrum tuorum; quod idem eſt, ac ſi dicamus, in eadem fide nos immolare, & comedere agnum Dei, in qua Virgo con-* D *cepit, & peperit; quam Apoſtoli prædicauerunt; pro qua beati Martyres paſſi ſunt. Ita vicinis aſſumptis nos per Dei gratiam ad eſum agni ſufficimus.* Hæc Rupertus.

Collineant optimè ad noſtrum ſcopũ, quæ ſubnectam ex his, quæ diuinitùs reuelata fuere Beatæ Gertrudi. *Hæc quodam die communicatura, dum ad hoc in interioribus ſuis à Domino inuitaretur eo modo, quo ſi eſſet in cæleſti palatio Deo Patri in Regno gloriæ ſuæ aſſeſſura. & ad tabulam menſæ eius, cum ipſo comeſtura, & ad hoc ipſa ſe valdè imparatam, & nimis incompoſitam* A *videret, anxia ſe ſubtrahere nitebatur; Cui obuians filius Dei ad præparandam eam, ad ſecretiora videbatur deducere. Et primò quaſi lauans ei manus in remiſſionem peccatorum ſuæ paſſionis tradidit ei mundationẽ. Deindè ornamenta ſua, ſcilicet torquem, armillas, anuloſquè, quibus ipſe ornatus apparuit, ſoluens eidem appendit, præmonens eam, vt cum eis decenter procederet, & non ſicut fatuæ, quæ ex indecentia, & inconſuetudine incedere neſcientes, magis peridiculum contemptum ſibi acquirit, quàm ex verecundia honorem. Vnde per hæc verba intellexit, quòd illi quaſi fatui incedunt cum ornamentis Domini, qui attendentes ſuas imperfectiones, filium Dei exorant, vt pro ipſis ſup-* B *pleat; ſed poſt acceptum beneficium adhùc tam pauidi remanent, ſicut priùs, eo quòd plenam confidentiam non habent, de Domini ſufficientiſſima ſuppletione.* Lib. 3. cap. 18. hiſtor. de vita eiuſdem Beatæ cõſcriptæ.

In vita B. Gertrudis.

Alia vice Chriſti corpus ſumptura eadem mulier, *Dum ſe nimis imparatam doleret, orauit B. Virginem, & omnes Sanctos, vt Domino pro ſe offerrẽt omnem dignitatem, qua quilibet ipſorum paratus fuißet ad quamlibet gratiam recipiendam. Orauit inſuper Dominum Ieſum Chriſtum, vt ipſe pro ea offerre dignaretur perfectionem illam, qua in hora Aſcenſionis paratus aſtitit Deo Patri ad ſuſcipiendam glorificationem; & poſt paululum, dum inueſtigare niteretur,* C *quod per hanc orationem lucrata eßet, Dominus reſpondit. Hoc lucrata es, quòd iam verè omnibus cælicolis appares in eo ornatu, quem tibi petiiſti. Et adiecit Dominus, quare diffidere velles de me omnipotenti, & benigniſſimo Deo, quod perficere poteſt quilibet homo in terris, vt ſcilicet habens veſtimentum, vel ornatum, illo, vel ſimile ſibi induere poſſit amicum ſuum, & inde præſtare, vt amicus appareat glorioſus eodem ornatu, quo ipſe fulgebat.* Itá in eius vita lib. 3. c. 34.

Ibidem.

Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.

Verſ. 11.

Indicatur ſenſus ad corticem litteræ.

SVNT qui putant hæc verba eſſe affinium, vel amicorum ſponſi, quia illud *faciemus*, multitudinis numerum ſonat; & fauere videtur, quòd in genìali pompa ſolebant cognati, & ſodales munera nubentibus deferre. Libentiùs aſſentior iis, qui aſſerũt

ſpon-

sponsū hic loqui, & polliceri sponsæ singulare donatiuum, satis enim congruum videbatur, vt perfectus amans post dilectæ dotes præstantissimas à se commendatas, subnecteret huiusmodi pollicitationem; amor enim, vbi est vehemens, nō ad laudandum solùm, sed ad largiendū impellit. (Delrius.) Suffragatur Delrius hic multos allegans nō vulgares interpretes, & addit. *Nonnè sponsam ardentes amatores dona sponsalitia nouis largitionibus solent cumulare?* De cætero verò non est Hebræis insuetum, numerum multitudinis pro singulari ponere, vt memoratus Auctor notat; & hoc etiam fieri solet, quando eximius Princeps loquens inducitur, qualis erat huius nobilissimi Epithalamij sponsus. Per *Murenulas aureas* intelligitur speciosum fœminarum ornamentum, murenæ, vel serpentis figuram repræsentans, vt communiter tradunt hic expositores. *Vermiculatas argento*, idest opus, instar illius, quod Musiuum nominatur, affabrè variegatum, insitis argenteis crustulis, velut gemmulis, in circuitionem concinnè inflexum ad similitudinem murenæ, vel serpentis extremum caudæ ori insertantis. An verò hoc ornamenti genus esset aurium, vel colli, vel brachiorum, ex voce Hebraica תורי *Thore*, non potest certè colligi; hæc enim dictio faciei, & aurium ornamentum, & monile, seu collare quoquè significat; Fortè nullum in particulari est definitum ornamentum, vt plura indicarentur, quæ effusam opulentissimi sponsi liberalitatem non decebant. Quarè his verbis, *Murenulas aureas &c.* Sponsus dilectam suam sic alloqui videtur: Places mihi quidē, ô sponsa, ob ornatum tuum, & dotes, quas à natura habes; verùm sublime cōnubium, ad quod assumeris, postulat, vt insignioribus ornamentis à me doneris, quibus nihil venustius excogitari possit, quale erit opus ex metallis pretiosioribus auro, & argento, & meliori artificum ingenio & labore ad omnem elegantiam constructum.

A *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.*

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Ad æternæ gloriæ considerationem peculiari sacræ Synaxis dono eleuatur anima deuota.

B PRISCA ætate solebant mulieres pro singulari decoramento deferre opus aureum ad effigiē murenæ, vel serpentis flexuoso gyro circulum complentis; quem morem innuit Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædag. cap. 12. & Pollux lib. 5. c. 16. & Tiraquellus ad leg. 3. connubialem, verbo, *Anguicula*, & Verbo, *Opbis*. (Clem. Alexand. Pollux. Tiraquell.) Huiusmodi autem ornamenti genere nobilissimæ fœminæ recens nuptæ potissimùm donabantur, quibus si quid exquisitum
C est ad ornatum, nostra etiam ætate defertur. Ad hunc connubialem ritum alludunt hæc verba: *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*; quorum symbolicam significationem in nuptijs Eucharisticis hoc Epithalamio indicatis perscrutemur. Circulus, quem efformabat illud opus aureum ad effigiem murenæ, vel serpentis intorti, & circuitionē perficientis compositum, æternitatis erat character, vt ex his liquet, quæ referuntur à Pierio lib. 34. de his, quæ per serpentem significantur; & lib. 39. de circulo. (Circulus æternitatis character.) (Pierius.) Aurum verò potissimùm eiusdem operis materia, æternæ quoq; gloriæ est symbolum, quia nullo sæculo aliqua vel mini-
D ma rubiginis, aut æruginis nota labefactatur, quin & omnium penè rerum victrices flāmæ superantur ab eo. (Aurū æternæ gloriæ symbolum.) Egregiè Plinius auri naturam à corruptione immunem describit lib. 33. c. 3. (Plinius.) *Nec pondere, aut facilitate materiæ prælatum est cæteris metallis, cùm cedat per vtrumque plumbo, sed quia rerum vni nihil igne deperit, tutò etiam in incendijs, rogisque durante materia, quinimmo quò sæpè arsit, proficit ad bonitatem: Altera causa pretij maior, quàm minimum vsu deteri, cùm argento, ære, plūbo, lineæ ducantur, manusque sordescant decidua materia: super cætera nō rubigo vlla,*

Hugo Cardin.

non ærugo, non aliud ex ipſo, quod conſumat bonitatem, minuatue pondus. Non diſſonat Hugo Cardinalis hic exiſtimans per aurum intelligi viſionem beatificã, æternum durationem, hic enim ſecũdùs verſionem Septuaginta, qui pro citato verſiculo, *Murenulas &c.* legunt, *ſimilitudines auri faciemus tibi cum diſtinctionibus argenti*, ſic loquitur. *Similitudines auri fabrefaciemus tibi cum diſtinctionibus argenti, quouſque Rex in accubitu ſuo eſt. Pulchra es amica mea, ſicut dixi, tamen aurum, id eſt faciem meam non poteris videre in præſenti vita; ſicut dictum eſt Moyſi: Exod. 33. ſed ſimilitudinem auri, id eſt cæleſtis, ſiue diuinæ claritatis per illuminationem ſcripturarum, & hoc per ſpeculum in ænigmate 1. ad Corinth. 13. donec omnibus appareat manifeſtè, qui nunc latet abſconditus in deitate.* Per ly *vermiculatas argento*, id eſt argenteis cruſtulis auro inſitis opus elaboratum; gloriam accidentalem eſſentiali adiunctam denotari, ſatis cohærenter affirmare poſſumus; ſicut enim ex auri, & argenti coniugio maior quædam venuſtas reſultat, ita vtriuſque gloriæ eſſentialis, & accidentalis cõbinatione, cumulatior fit beatitas. Si igitur ſimulacrum ſempiternæ felicitatis in murenulis aureis vermiculatis argento delineatur, dum has facer ſponſus animæ ad Eucharíſticas nuptias aſſumptæ pollicetur, illud gratiæ donum in ſacra Synaxi concedendum indicat, quo frequens recordatio æternæ gloriæ excitetur: quaſi his verbis, *Murenulas aureas &c.* Diuinus amator dicat; ò anima, ò ſponſa Euchariſtici conuiuij, quamuis iuſtificãte gratia, alijſque virtutibus eniteas, adhuc tamen te nouo gratiæ ornatu locupletare volo, illuſtrationibus nimirùm, quibus mens tua ſæpiùs eleuetur ad contemplãdum, quam tibi paraui æternam felicitatem.

Æternę gloriæ frequẽs recordatio excitatur in anima dono ſacræ Synaxis.

Ioſue 6.

Iniunxit Dominus ad capiendam ciuitatem Iericho̅ntinam, vt ſeptiès Arca fœderis per circuitus murorum circumduceretur. Ioſue 6. Hiſtoria hæc pluribus Sacramentis redundat; ad noſtrũ ſcopum animaduerto, circulo ſeptiès efformato optimè repræſentari ſæpiùs repetita æternitatis ſymbola: tàm enim figura circularis, æternitatem, quàm ſeptenarius numerus multiplicitatem denotat; Arca igitur fœderis, notiſſima Euchariſtiæ figura, ſeptiès circumlata admonemur, argumentum ęterni æui rememoratiuum ſacra alimonia veſcentiũ mentibus obijci, ex ſingulari ſupremi Numinis fauore.

Sed quoniam de Arca facta eſt mẽtio, ſubit recordatio, quòd hæc incluſa erat in propitiatorio, cui proximi erant duo Cherubim ex auro elaborati. *Duo etiam Cherubim ex auro ductili, quos poſuit ex vtraque parte propitiatorij.* Exod. 37. Cherub ſonat ſcientiam, aurum autem eſſe æternitatis hieroglyphicum notauimus: nobile itaquè ſimulacrum hic habemus pręlineãs Euchariſtico edulio pio affectu adhærentes crebris cogitationibus de æternitate ex ſpeciali Dei indulgẽtia inſigniri, quo in exercitio vera dicitur ſcientia.

Exod. 37.

Quadraginta annorum ſpatio peregrinantis Iſraelitarum exercitus per vaſta deſerta, calceamenta, & veſtes temporis iniurias non ſunt expertæ, non vetuſtate attritæ, non affrictu corroſæ, ſed quem ab exordio itineris habuerunt ſtatum, retinuere. *Veſtimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetuſtate defecit, & pes tuus non eſt ſubtritus, en quadrageſimus annus eſt.* Deuter. 8. Quid hæc indumentorum immutabilitas indicet, percipiamus à Tertulliano lib. 5. contra Marcionem cap. 7. *Nam Iſrael, inquit, qui Deo fuerat cognitus, quique ab eo in Aegypto exaltatus fuerat, & per Erythræum pelagum tranſuectus eſt, quique in eremo manna cibatus, quadraginta annis ad inſtar æternitatis redactus, nec humanis paſſionibus contaminatus, ſatiſque beneficijs Deo obligatus eſt.* Quarè hoc æternitatis charactere, quem præ oculis habebant Iſraelitæ manna ſingulis diebus enutriti, myſticè docemur gratiæ auxilia, quibus pęrennaturę felicitatis memoria refricatur in ijs, qui diuina eſca crebrò paſcuntur.

Deuter. 8.

Tertullian.

Menſa propoſitionis de lignis Setim compacta erat: *Facies & menſam de lignis Setim.* Exod. 25. Aliqui cedros, alij citros interpretantur, quæ eſt arbor nobiliſſima, ex qua menſæ priſca ætate cõcinnabantur, vt eruditè notat Salazar in Prouerb. cap. 9. à nu. 74. & tàm cedri, quàm citri potiſſima dos eſt à putredine immunitas, etenim eorũ ligna nec tinea corrodit, neq; temerat, aut deformat caries; & cedro, Dioſcorides lib. 1. cap. 88. cadauera à tabe defẽdi, & ideò mortuorũ vitam à quibuſdam appellari, tradit. Quarè vtraque planta illius æternitatis, cui nec aduerſantes caſus, nec rerum viciſſitudines, nec delabentia ſæcula officiunt, ſpeciem egregiam refert: hæc igitur ligna imputribilia in menſa propoſitionis aſpicientibus obuis, venuſtè admodùm repræſentant virtutem, quã Euchariſtica menſa per illa adumbrata, habet excitandi recordationem illius æterni regni, in quo gloriæ theſauros neque ærugo, neq; tinea demolitur, nec fures rapiunt.

Exod. 25.

Salazar.

Dioſcorides.

Euchariſtia virtutem habet excitandi memoriã cæleſtis gloriæ

In

In ſacroſãcta illa cœna, poſtquã Chriſtus Seruator noſter ſuum corpus in cibum tradidit Apoſtolis, & calicem ſanguinis propinauit, ſermonem de æterna gloria inſtituit. *Dicò autem vobis: non bibam amodò de hoc genimine vitis vſquè in diem illum, cùm illud bibam vobiſcum nouũ in Regno Patris mei.* Matth. 26. quo quid clarius dici poterat à magiſtro veritatis, vt intelligeremus dari virtute Euchariſtici Sacramenti excitamenta ſingularia, quibus ad beatam, ſempiternamquè vitam, glorioſamque reſurrectionem contemplandam allicimur. Germana ſunt, quæ habet Auguſtinus lib. quæſt. Euangelic. quæſt. 43. *Ergo, inquit, quia de propagine Adam, qui etiam vetus homo appellatur corpus ſuſceperat, quod in paſſione traditurus erat, indè etiam per vini ſacramentum commendat ſanguinem ſuum: quid enim nouum vinum, niſi immortalitatem renouandorum corporum intelligere debemus? Quòd cùm dicit; Vobiſcum bibam, etiam ipſis reſurrectionem corporum ad induendam immortalitatem promittit: Vobiſcum enim non ad idem tempus, ſed ad eandem renouationem dictum accipiendum eſt.*

Matth. 26.

Virtute Euchariſtię dãtur excitamenta ſingularia, quibus ad ęternam vitam contemplãdam allicimur.

D. Auguſt.

Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.

NOTVLA II.

Inſigni fidei augmento pia anima in ſacra Synaxi illuſtratur.

MVrenulas aureas eſſe aurium ornamentum ſatis probabiliter affirmari poteſt, & fauet vox diminutiua, *murenulas*, quæ ſignificare videtur annulos figuram murenæ habentes, quales ab auribus pẽdulos geſtare ſolent mulieres ad maiorem elegãtiam. Quarè quis neget aureis murenulis ſymbolicè denotari hic fidem valdè excellentem? Fides enim eſt ex auditu; cuius interpretamenti nobiliſſimum patronum affero D. Bernardum ſer. 41. in Cant. *Atquè hoc propterea (vt opinor) ait, quia fides ex auditu, & quandiù per fidẽ ambulatur, & non per ſpeciem, danda opera potiùs inſtruendo auditui, quàm viſui exercendo. Fruſtrà namquè intenditur oculus, qui non ſit fide mundatus. Quia ergò fides ex auditu, & ex illa viſus purgatio eſt, meritò illi ornandis auribus intendebant.* His

Murenulæ aureæ ſymbolũ fidei.

D. Bernard.

A igitur verbis; *Murenulas aureas &c.* Sacer ſponſus inſinuat ſe velle ſingulari quadam fidei præſtantia Euchariſticarũ nuptiarum ſponſam inſignire. Quaſi dicat: ò anima, quæ mihi per ſacram Synaxim es deſponſata, quamuis gratia, & virtutibus ſatis decorata videaris, adhuc tamen ſplendidioribus virtutum, & ſublimioris fidei donis à me exornaberis.

Fides exigitur quidem, ſed & fides perficitur à ſacra communione. Diſcamus hoc à B. Laurentio Iuſtiniano de triumphali Chriſti agone cap. 4. vbi de diſpoſitione præmittenda ante ſumptio-

B nem Euchariſtiæ ſcribens hæc habet. *Accede, inquam, non corpore, ſed mente, ſed cogitatione, ſed affectu, in ſimplicitate, & virtute, in deuotione, & fide, etſi nondum perfecta, & adulta, tamen ex familiari meditatione formanda, atq; perficienda, omnem depone formidinem, & altum ſupere reÿce, & diuinæ gratiæ receptaculum fias, non vt videas ſpecioſitatem aliquam, nec per dulcedinem ori delectabilem inuiteris, vt guſtes, ſed vt per fidem, quæ ex auditu eſt, erudiaris de verbo.*

B. Laurent. Iuſtin.

Moyſes collocauit in templo (Domino ſic præcipiente) menſam extra velũ, & contra menſam candelabrum in latere meridiani. Sed ſi menſa illa, in qua panes propoſitionis ſeruabantur, Euchari-

C ſtici panis menſam repræſentabat, cur quæſo extra velum poſita? non ſatis cohærere videtur hoc cum Auguſtiſſimo Sacramento, in quo Dominicum corpus intra ſacrorum accidentium velum contegitur. Duo erant ante illam menſam, quæ lucem afferebant, lucem quoq; nobis afferant pro arcani inueſtigatione. Candelabrum fulgens; & meridianus ſplendor. Per candelabrum accenſum aptè admodum viua fides in cõuiua Euchariſticæ menſæ prærequiſita denotatur: Per meridionalem verò claritatem candelabro adiunctam ſuperni luminis acceſſiones ad fidem, quibus deuota anima ità irradiatur, & certificatur de Do-

D minici corporis præſentia in ſacroſancto Altaris Sacramento, vt quandoquè hæc illa non videatur obuelata.

In opipara menſa, quàm præparauit Abraham tribus illis viris, quos hoſpitio exceperat, erat vitulus tenerrimus, & optimus, lac, & butyrum. *Ipſe verò ad armentum cucurrit, & tulit indè vitulum tenerrimum, & optimum.* Et infra: *Tulit quoquè butyrum, & lac, & vitulum, quem coxerat, & poſuit coram eis.* Gen. 18. Vitulus ille Chriſtum in Euchariſtia deſignat, lac verò fidem communicantis, Ambroſio interprete lib. 1. de Cain, &

Gen. 18.

D. Ambr.

Abel cap. 5. cuius hæc sunt verba. *Vndè & hic meridies esse describitur, quādo Abraham Domino offert hospitium: sed ad cœnam vitulus immolatur, & cum lacte manducatur; hoc est, non cum sanguine, sed cum fidei charitate.* Verùm si lac fidem significat, certè butyrum, quædā lactis pinguedo, & melior substantia supernatans fidem eminentiorem significabit; quocircà, cū non solùm lac, sed etiam butyrum à Sancto Patriarcha apponatur in conuiuio, quo quæso aptiori symbolo præindicari poterat præstantissima fides, quæ per specialia gratiæ auxilia in sacra mensa confertur?

Lac symbolum fidei.

Fides præstantissima in sacra Synaxi cōfertur.

B Supplicanti Chananeæ mulieri pro filia à Dæmone vexata respōdit Christus, *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Matth. 15. Ad animum efflagitantis mulieris deijcendum hæc repulsa satis efficax alicui videri poterit; quis enim non diffidet, aut quis non præ verecundia sileat, & obmutescat ad durum Principis rogati responsum? nihilominùs mulier illa non animo cadit, quin in spem magis erecta vrget, & instat noua petitione. *Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum.* Vndè tam firma in imbecilli fœmina fides, quæ ab ipso Domino singulari illo encomio fuit celebrata? *O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis.* In mentem reuocemus, quòd paulò antè panē nominauerat Seruator Christus. *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus:* & quis alius est panis filiorum, quàm panis Eucharisticus; quo filij Dei aluntur, & ius hæreditarium ad Regnum cælorum consequendum acquirunt? Hic panis est tantæ efficacitatis, vt ad illius solū nomen fides illa admiranda excitata fuerit; ex quo facilè intelligi potest, quàm magna fidei incrementa manducatus hic panis communicabit.

Matth. 15.

Ibidem.

C

Eucharisticum panem manducantib⁹ magna fidei incrementa cōmunicātur.



A *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.*

NOTVLA III.

Fides, quam exigit Eucharisticum Sacramentū, est illustre trophæum de profligato tartareo hoste.

AD triumphalem pompā complēdam vetustis tēporibus erat speciosa ostentatio spoliorum, & manubiarum, ferebanturq; tituli victarū gentium cū imaginibus deuictarum vrbium. Sic etiam Hercules, qui in Nemea sylua iuxta Cleonas inusitatæ magnitudinis Leonem iugulauerat, detractam pellem ad iactandam singularem illam victoriam pro insigni gestauit. Hæc semitam nobis aperiunt inuestigandi quid arcani contineatur sub monili ad anguis similitudinem effigiati, quod spōsus huius Epithalamij dilectæ suæ pollicetur hic. Equidem sub serpentis forma vafer ille Cacodæmon talem fidem extorsit à protoparente Eua, vt illa crederet se nec morituram, & Deo fore similē, si vetitum pomum degustasset; miserè decepta fuit fallaci promisso. Escam Eucharisticam instituit Christus Seruator noster, quæ est veræ immortalitatis alimonia, diuinitatisque nos facit participes vt ipse testatur, *Hic est panis de cælo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Et paulò post. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.* Io. 6. Fides igitur, qua hoc Sacramentū creditur, est victoriæ monumentum de antiquo seductore colubro. Hic enim victus, & mirabiliter derisus remanet, dū videt fidelem credentem Christo veraciter promittenti nobis per esum cibi Eucharistici vitam immortalem, & diuinitatis participationem, quæ duo falsò ipse pollicitus fuerat Euæ per comestionem interdicti fructus. Quarè his verbis, *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento,* sacer sponsus pollicetur dilectæ animæ fidem illam eximiam, quam postulat sacrosanctum Altaris Sacramentum ad confundendum stygium anguem. Quasi dicat: tu tali fide à me donaberis, qua firmiter credendo diui-

Ioan. 6.

D

Fides, quā postulat Eucharistia est victoriæ monumentum de stygio angue.

nitas-

nitatem, & æternam vitam Eucharisticũ edulium tibi allaturum, de nequissimo serpente, qui eadem aliquando Euæ, & eius soboli fictè promisit, gloriosum explicabis trophæum.

Clementissimus genitor iuniorem filium ad paternas ædes redeuntem sic amanter excepit, vt gloriosè vestiri, & annulo insigniri, atq; sympofium, quo reficeretur, parari statim demandarit. *Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius.* Lucæ 15. Annulus ille Patris sigillum continebat, vt aduertit Chrysostomus rom. 5. hom. 4. de filio prodigo, vbi Patrẽ inducit cantam proferentem, ob quam filio conferit annulum; *Vt meum, inquit circumferens sigillum, formidabilis omnibus hostibus, aduersarijsq; appareat.* Porrò in sigillo mos inoleuit cælare emblemata, characteres, seu notas, quibus præcipua parentum gloria adumbratur. Mystica aperiamus. Satis notum est ex Patrum interpretamento præmemorato genitore filium adeò blandè, & splendidè admittente ad epulum, denotari Christum benignissimum Seruatorem nostrum varijs gratiæ donis piam animam pro Eucharistico conuiuio exornantem: sed quale munus in annulo designatur? Fidei donum subindicari Ruricius Lemouicensis Episcopus lib. 1. epist. 2. existimat. *Dat, inquit, annulum, ne rursus à Patre perfidia ducẽ discedat.* Luculentiùs Tertullianus de Pudicitia cap. 9. *Vestem pristinam accipit, statum scilicet eum, quem Adam transgressus amiserat: annulum quoquè accipit tunc primùm, quo fidei pactionẽ interrogatus obsignat; atquè ità exindè opimitate Dominici corporis vescitur, Eucharistia scilicet.* Annulo igitur fides, quam Eucharisticum Sacramentum petit, indicatur, in cuius fidei dono elucet potissimùm Dei honor, qui gloriosè triumphat, dum per talem fidem vindicat nos à commentitia fide, qua pellexisse ad pomi comestionem Protoparentes nostros nimio fastu versipellis, & callidus anguis tartareus turgebat.

Luc. 15.

D.Chrysos.

Hostibus formidabilis fit prodigus peccator, dum in annulo Christi imaginem gestat.

Ruricius.

Quàm benè per fidem veram, quam de Altaris Sacramento habemus, damna reparentur à fide mendaci illata, ad quam subdolus serpens induxit Euam, perpendit B. Algerus lib. 2. de Sacramento cap. 4. *Quæritur, inquit, quarè fides tantoperè exigatur in hoc Sacramento, quia videlicet falsa fide mundus perijt, quàdo plus Diabolo, quàm Deo credere præsumpsit, dùm in ligno scientiæ boni, & mali vetito plus sperauit diuinitatem assequi, quã ab hoste promittebatur, quàm incurrere mor-*

B. Algerus.

A *tem, quam Deus minabatur.* Consonat Rupertus lib. 3. Commentarij in Exod. cap. 12. *Tentati sunt (ait) primi homines à Diabolo dicente, Comedite, & eritis sicut Dij, & crediderunt ei plus quàm Deo dicenti: In quacunq; die comederitis ex eo, morte moriemini. Proindè tentetur à Dei filio dicente, de pane, & vino, Comedite, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, comedite, & eritis filij Dei, & credamus verbo eius, plusquàm oculis nostris carnalibus, quibus non nisi exteriorem panis, & vini speciem intuemur, & ità iniquam credulitatem parentum nostrorum pia credulitate in nobis metipsis euacuemus.*

Rupert.

B *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Vers. 12.*

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

Accubitus hic significat locum, in quo ad cibum capiẽdum discumbitur, vt vulgatim tradũt Interpretes. Vox verò Hebræa מסב *Mesav*, circulum, seu orbem denotat, hoc est, accubationem epularem lectulis in ambitum mensæ appositis. Hæc C eadem vox, quæ sonat gyrum, & circuitum mensæ, alludere etiam potest ad antiquam consuetudinem, qua carminum modulamine in cõpotatione pocula inuicem circumferebantur, ità vt in orbem redirent haustus, de qua re Clemens Stromaticus Pædag. lib. 2. cap. 4. Dum igitur nobilissimus, & ditissimus Dynasta geniali conuiuio accumberet, illius, sponsa aliquid de proprio conferre nititur, tum vt ei vicem aliquam rependat, à quo in pompa nuptiali illustribus donatijs fuerat cumulata, tum etiam vt D pro viribus amorem, quo in ipsum ferebatur, testetur. Nardinum autem munus fuisse hoc à puella in sympofio allatum, ipsamet nõ obscurè declarat his verbis, *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Nardus enim priscis temporibus in conuiuiorum potissimum delicium transierat; vel quia epulantes coronis ex nardo compositis cingebantur, vel quia vnguento nardino perfundebantur, vel quia admixtione nardi vina gratiosiora reddebantur. Tibul. lib. 2. Eleg. 2.

Clem. Alexand.

Tibullus.

Illius puro distillent tempora nardo.

Horatius lib. 3. ode 14.

I, pete

Horat. *I, pete vnguentum puer, & coronas.*
Lucretius lib. 4.
Lucret. *Pocula crebra, vnguenta, corona, serta parantur.*
Seneca. Seneca lib. 2. de ira cap. 33. *Ad cœnam inuitauit eum, ea die vnguentum, & coronas misit.* Dioſcorid. Dioſcorides lib. 1. cap. 81. Petalium è nardo præſtantiſſimum vnguentũ dicitur Foliatum. Martialis lib. 11.
Martial. *At mea me libram foliati poſcit amica.*
Et lib. 14.
Idem. *Hæc licet in gẽma, quæ ſeruat nõia Coſmi,*
Luxurioſe bibas, ſi foliata ſitis.
Archeſtrat. Archeſtratus apud Athenæum lib. 3. *Semper coronis caput omnigenis inter epulas redimito, quibus terræ ſolum fertile abundat, & ſtillatitijs vnguentis bonis capillum* B *procurato.* Plura pro hoc argumẽto copioſa eruditione proſequitur Sherlogus hìc. Sherlogus. Porrò ex antiquo ritu mulieres orientales, maximè Iudææ ſolebant in conuiuio ſelectiſſimorum florũ, vel herbarum ſuaueolentium corollas texere, vel etiam vnguenta parare ad delinimentum cõiugarum, vt benè obſeruauit Martinus Delrius hìc. Delrius.

Sanctius nardi nomine compellari à ſponſa dilectum ſuum conformius exiſtimat textui. *Quòd verò*, inquit, *ſponſus ipſe nardus ſit, docet apertè Septuaginta trãſlatio, quæ nardo dedit genus maſculinum: quod ſanè nullo modo faceret, niſi ſponſum* C *nardum eſſe putaret. Vbi enim noſter, nardus mea dedit odorem ſuum; ipſi reddunt,* Ναρδὸς μου ἔδωκεν ὀσμὴν αὐτοῦ, nõ αὐτῆς. Sanctius. Et fauet Origenes hom. 2. ex quatuor, vbi dicitur ab Eccleſia, vel ab anima hìc nardi nomen tribui Chriſto: quarè iuxtã hãc expoſitionem, is videtur eſſe ſpõſæ loquentis ſenſus: dum in connubiali menſa decumbit ſponſus meus regia magnificentia conſpicuus, inter omnia odoramenta, & amœniſſimos ſuffitus, quibus lautiſſima menſa fragrat, ille mea eſt præcipua voluptas, ille mihi potiſſimùm ſuauiter olet, non ſecùs ac nardus odoriferis rebus admixta, ità ſuperexcedit fragrantia, vt ab illa penè extingui ſocij odores videantur. Origenes.

A *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.*

Enucleatur ſenſus ſpiritalis Euchariſtiam reſpiciens.

NOTVLA I.

Quod in ſe eſt, diligenter præſtet fidelis anima, vt ritè ad B Euchariſticum conuiuiũ ſe diſponat.

VT munificentiſſimo, & amantiſſimo ſponſo correſpondeat noua nupta, quod ſuarum virium, & ingenij eſt, confert pro genialis ſympoſij pompa, nardum ſcilicet, ſiuè herbam intelligas, ſiuè vnguentum; nã vtrumq; parare puellaris induſtriæ proprium fuiſſe innui in enodatione litteræ. Monemur hìc partes eſſe piæ animæ, vt diuinæ gratiæ, qua præuenitur, omni niſu C cooperando ad ſacram menſam ſe præparet. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum;* quaſi ſubmiſſo affectu anima dicat. Subminiſtrauit mihi beneficus ſponſus plurima gratiæ auxilia, quibus fulta adlaboraui ſimul, & omni perfugato otio, quod meæ fuit induſtriæ exhibui, vt tenuis mea deuotio inſtar nardi odorem diffunderet.

Admoniti Magi ſplendore irradiantis ſtellæ non modò longam ex Chaldæa in Bethleem peregrinationem ſubierunt, ſed & munera auri, thuris, & myrrhæ, quæ erant ex rebus apud ipſos pretioſioribus, detulerunt. Sed cur magni, & D delicati Principes nec à laboribus, nec ab incommodis, ab itinere adeò grandi remoueri non potuerunt? cur donis ex ijs, quæ de eorum gaza præcipua erant, jacentem in Bethleemitica æde filiũ Dei conſalutare, & honorare nõ dubitarunt? Ignorabant forſan recens illum natum paupertatis magiſtrum eſſe? Cur igitur non timuerunt, vt ille faſtidiret pretioſa munera, & ea rigido ſupercilio reſpueret? quinimmò præſepe introgreſſi æterni Regis incunabulum, etſi ibi clariùs doceri potuerint, & ab humili ſpecu, & à vilibus pannis, quibus magnus Puſio inuoluebatur, quantum illi eſſet oblecta-

menti

menti splendidæ supellectilis carentia, A nihilominus intrepido animo apertis thesauris obtulerunt munera, aurũ, thus, & myrrham.

Bethleem domũ panis significat; Magi igitur in Bethleem pergentes, fideles ad Ecclesiam, quæ est domus Eucharistici panis, concurrentes prænotabant: hi autem vt instruantur, quale conamen, & quàm exactam diligentiam adhibere, quas virtutum turmas sibi accersere debeant pro decenti apparatu ad sacram Synaxim, Persarum Dynastæ exciti à stellæ fulgoribus, & diuina luce interius illustrati, statim laborioso itineri se committunt, & donaria de his, quæ potissima sunt in suis Regijs opibus, filio Dei B humana carne induto afferunt, nec aliquid eorum, quæ ab ipsis præstari valet, prætermittunt in superni Numinis obsequium.

Prodigus adolescens exul in longinqua regione, licet fame, & nuditate penè esset consumptus, viam tamen difficilem arripit, vt ad lares redeat lassitudinẽ sustinet, semitas periculosas calcat nudis pedibus, non detinetur à temporum sæuitia, inermis non retardatur à rugientibus ad prædam crudelissimis ferjs: vide quantum fatigetur, qualia, quàm ardua perferat famescens iuuenis, vt pane in paterna domo refocilletur. Verùm si fidelem Eucharisticam refectionem appetentem illo repræsentari certum est, nonnè liquet, quantùm huic elaborandũ sit, & omnia peragenda, quæ eius sint in potestate, vt condignè manducet sanctã Altaris alimoniam?

Maximè elaborandũ est fidelib⁹, vt dignè Eucharistiam suscipiant.

Ruth inuitata à benignissimo Booz ad prandium, accessit quidem, sed cibarium de granis triticeis, quæ suo labore, & industria collegerat, paratum mensæ intrusit. *Dixitque ad eam Booz: Quando hora vescendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto. Seditque itaque ad messorum latus, & congessit polentam sibi, comeditque, & saturata est.* Ruth 2. vbi Lyranus. *Et congessit, scilicet ipsa Ruth, præparauit sibi cibum secundùm translationem nostram.* Cui consonat Tostatus, qui etiam declarans cuius ferculi genus esset polenta, hæc habet: *Et congessit polentam sibi, idest congregauit cibum factum de granis & vocatur polenta, multitudo granorum excussorum de spicis, & paratorum ad comedendum. Et vocatur polenta à poliendo, quia poliuntur, idest depurantur grana, ablatis aristis, ad comedendũ.* & paucis interiectis: *Illam polentam cõgessit, idest congregauit nunc Ruth, postquam messores sederunt ad sarcinas, & congregauit grana multa.* Mystica huius A historiæ pandantur. Equidẽ puella hæc Ruth conuiuio, cui assidebat, escam proprio studio, & conatu comparatam inferens, in typo repræsentauit, ab Eucharistica mensa inertes, & socordes eliminandos esse, admittendos verò eos, qui quidquid solertiæ, & facultatis habent, ponunt, vt congrua dispositione accumbant sacræ mensæ.

Ruth 2.

Lyranus.

Tostatus.

Inertes, & socordes eliminãdi à sacra mẽsa.

Officiosus resipiscentis Mariæ Magdalenæ amor, quid Christo Seruatori apud Simonem pharisæum prandenti nõ præstitit, vt illius sibi gratiam conciliaret? hæc copioso lacrymarum imbre pedes eius irrorauit, capillamento sparso extersit, sæpiùs deosculata est, vnguento B suauissimi halitus effuso deliniuit. *Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti: & stans retrò secus pedes eius lacrymis cæpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.* Luc. 7. Egregiè admodum indicauit beata hæc fœmina, quo sagaci studio, quibus obsequijs sit excolendus Christus in sacro conuiuio, cuius & virtutem illa subodorata est, si fides probatissimo auctori Paulino habeatur, cuius verba supra attulimus notula 1. ad versiculum: *Pulchræ sunt genæ tuæ &c.* Hæc inquam beata mulier cùm emptis selectissimis C aromatibus ad Christi cadauer condiendum, duabus alijs religiosis mulieribus comitata, vigilans, & festina summo mane properauit ad monumentum, erudiuit nos similiter ad virtutes sectandas, quæ maximè communionis tempore latera nostra stipare debent. Auscultemus Bedam venerabilem relatum à D. Thoma in Catena ad illud 24. Lucæ. *Vna autem Sabbati valdè diluculò venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant, aromata. Sepulchrum illud* (inquit memoratus Beda) *figuram Dominici habet Altaris, aromata autem, quæ mulieres deferunt, significant odorem virtutum, & orationum suauitatem, quibus Altari appropinquare* D *debemus.*

Luc. 7.

Luc. 24.

Beda.

Dum

Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suũ.

NOTVLA II.

Christus in Eucharistica mensa est præcipua voluptas animæ diuino amore efferuescenti.

IN expositione litteræ innui ea suaueolentia excellere nardum, vt ab eius vehementi halitu odoramenta, quibus admiscetur, consopita remaneant; quod Gregorius Nyssenus hom. 3. in Cant. insinuauit. *Quandoquidem,* inquit, *multorum, & diuersorum aromatum, sed non ex alia proprietate bene spirantia, artificiosa, & moderata mixtio tale efficit vnguentum ex his, quæ simul iniiciuntur, vna herba redolente, cui nomen est nardus, nomen præbens toti cõpositioni.* Quarè dum spiritalis sponsa dilectum Eucharistico conuiuio accubantem nomine nardi vocat, sola illius diuina fragrantia oblectari, illo solo potissimùm recreari, nihilquè præter ipsum amabile, aut pretiosum existimare deprædicat; sunt enim amoris singularis blandimenta rei odoriferæ nomina adscribere alicui. Vndè mulier illa apud Plautum in Curculione sic virum quendã alloquitur. *Nam omnium odor vnguentum præ tuo nautea est. Tu stacte, tu cinnamomum, tu rosa, tu crocum, ac casia. Tu petalium.* in alijs codicibus habetur: *Tu Bdellium.* his igitur verbis: *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum,* pia anima hunc amoris affectum exprimere videtur. O mi dilecte, quem in sacra mensa præsentem habeo, pro omnibus, & præ omnibus vnguentis mihi dulcissimè oles, ità me delinis, & demulces, vt de alijs delicijs non laborem, deliniimenta alia non appetam, tu mihi solus iucundus, tu solus amœnus.

Greg. Nyssen.

Plautus.

Regina Esther adeò perfecto amore in Deum rapiebatur, & ab illo solo oblectamentum, & gaudium hauriebat, vt quidquid regia magnificentia ad gloriam, & voluptatem suppeditare illi poterat, nauseans fastidiret; Vndè hæc supremum Numen deprecando talia pronunciauit. *Tu scis necessitatem meam, quòd abominer signum superbiæ, & gloriæ meæ, quod est super caput meum, in diebus ostentationis meæ, & detester illud, quasi pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentij mei, & quòd*

Esther 14.

A. *non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit conuiuium Regis, & non biberim vinum libaminum: & nũquam lætata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum vsquè in præsentem diem, nisi in te Domine Deus Abraham. Deus fortis super omnes, exaudi vocem eorum, qui nullam aliam spem habent, & libera nos de manu iniquorum, & erue me à timore meo.* Esther 14. Simili amore piæ animæ exardescere solent in cælestem amatorem Christum, cuius præsentia in Altaris mensa ità exhilarantur, vt alia quæcũq; solatia tenuant, & contemnant. Fidem huius rei faciat felicissima Catharina Adorna Genuensis in amore diuino feruentissima; hæc enim Eucharisticæ re-

Christi præsentia in Eucharistia ita exhilaratur pia anima, vt alia quæcunq; solatia renuat.

B. fectioni inhians dicere consueuerat. Non habeo cor, quale cæteri habent, meũ enim cor non potest gaudere, nisi in Domino Iesu meo; quarè hunc mihi in sacra Synaxi præbete. Et sola communionis priuatio (vt multiplici experimẽto comprobatum fuit) eam in adeò graues angustias adduxisset, vt diù sic in humanis nõ potuisset persistere; quocircà si quando contingebat, vt aliqua de causa sacrã alimoniam non sumeret, tota illa die remanebat tristitia, & mœrore plena, & sibi metipsi grauis, & onerosa reddebatur, ità vt familiares hoc animaduertentes plurimùm illi compaterentur. In eius vita cap. 3. refertur.

In vita B. Catharinæ Genuen.

C. Ità quandoq; fidelis anima suauitate Dominici corporis afficitur, vt corporales, quibus vesci solebat, dapes non attendat. Audiendus hic Hugo super illud Marc. 8. *Et obliti sunt sumere panes. Et obliti* (inquit) *sunt dulcedine veri panis illecti, sumere panes. Psal. 101. & oblitus sum comedere panem meum.*

Marc. 8. Hugo.

Pro hoc argumento alia supra videri possunt ad versiculum: *Meliora sunt vbera tua vino,* notula 4.

Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suũ.

D.

NOTVLA III.

Regiam munificentiam, & summam demissionem ostendit Christus in Eucharistia.

NARDO, quæ est herba exigua, & valdè odorata, virtutem humilitatis denotari, satis vulgata interpretatio est; quarè hic deuota anima eleuata in contemplationem sacræ mensæ, in illa

Nardus humilitatis symbolũ.

nuc.

illa Christum Regia maiestate conspicuum, & sui ipsius submissione spectabilem admirans, hæc pronũciat: *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Quasi dicat: dum est dilectus meus in accubitu, scilicet in Eucharistico conuiuio, corpore, & sanguine suo pascit, & potat fideles, sic regia magnificentia splendet, vt simul humilitatis odore instar exilis, & amœnæ nardi fragret.

Duæ mortalium turmæ conditionis oppositæ ad venerandum Christum in præsepi recens natum conuolarunt. Reges Tharsis, Sabæorum, atque Arabum Dynastæ; & agrestes pastores abiectissimæ plebis. Non satis congrua horum videtur connexio; etenim si humilitatē profiteri, & docere voluit Seruator noster ab illo vitæ primordio sine huic fini optimè deseruiebant stabulum, fœnum, & duo ad latera vagientis pueri animalia, ità aduersari videbantur syderis iubare tracti Persarum Reges opibus, & potẽtia illustres ad infantuli pedes adorabundi cum muneribus procidentes; quòd si, vt verè Rex erat, haberi, & excoli voluit, cur adeò vile incunabulum elegit? cur fœno iacere permisit? cur pastores de humili vulgo accersiuit? An vt imis altissima copulando supremus Magister se passibilem, & mortalem declararet, sed simul se Deum esse probaret? Rectè quidem, sed aliud etiam mysterium subindicatum puto. Bethleem domus panis explicatur à Gregorio hom. 7. in Euangelia, qui benè ait. *Etiam in Bethleem nascitur; Bethleem quippè domus panis interpretatur; Ipse namque est, qui ait, Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi; factus homo fœnum nostrum vertit in frumentum, qui de semetipso ait: Nisi granum frumenti cadens in terrã mortuum fuerit, ipsum solum manet; Vndè & natus in præsepio reclinatur, vt fideles omnes, videlicet sancta animalia carnis suæ frumento reficeret, ne ab æternæ intelligentiæ pabulo ieiuna remanerent.* Quocircà cùm in Bethleemitico præsepi iacens Christus præmonstrauit se futurum sub Eucharistico pane, in quo Sacramento, quæ sunt sublimia superuæ Maiestatis Regiæ, fulgent, & quæ infima profundissimæ humilitatis apparent, opportunè admodum fulgor stellæ, potentissimi, & ditissimi Orientalis plagæ Reges ad Christi plãtas prouoluti, eiq; magnifica dona offerentes excelsa proclamant; infima verò fœnũ, stabulum, inculti, & pauperculi pastores testantur.

D. Gregor.

Reuertenti è pugna victori Abrahamo occurrit Melchisedech Rex panem, & vinum offerens. *At verò Melchisedech Rex Salem, proferens panem, & vinũ (erat enim Sacerdos Dei Altissimi) benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelso, qui creauit cœlũ, & terram: & benedictus Deus excelsus; quo protegente hostes in manibus tuis sunt.* Gen. 14. Sed si Melchisedech regia dignitate splendebat, cur non per seruos, aut clientum manus panis, & vini refectionem Abrahamo misit, sed ipse portitor fuit? maximè cũ ipse Melchisedech non solum de communi Regũ classe esset, sed supremus Palæstinorum Monarcha, plures sub imperio habens Reges, vt probant ad caput 10. Iosue Montanus, Andreas Masius, Serarius, quæst. 2. in eum locum. Vulgatum satis est hoc schemate Christi præsignatum Sacerdotium, pane, & vino prænotatum Eucharistiæ Sacramentum ab eo institutum, quo in opere præstando, cùm sublimitatem Regię Maiestatis consociauerit ille profundissimæ humilitati, appositè Melchisedech Rex super reliquos Imperatoria Maiestate eminens panem, & vinum ipsemet ferientibus famulis defert Abrahamo.

Gen. 14.

Montan. Andr. Masius. Serarius.

Quòd si Maiestas Regia potissimùm elucet in singulari beneficentia, & profusa liberalitate, sanè Christus supremus Rex maximè dignoscitur in Altaris conuiuio, in quo se ipsum infiniti valoris thesaurum nobis in cibum, & potum tradit, verè enim in Eucharistia est corpus Domini, ea gloria & splendore, ea integritate, & perfectione, qua reperitur in cœlo Empyreo; adest & sanguis pretiosissimus venas corporis replens; anima quoquè maximis, & innumeris prædita virtutibus, & donis; persona Verbi, cui prædicta sunt vnita; adest & tota diuinitas comitantibus etiam Patre, & Spiritu sancto.

Christus in Eucharistia dignoscitur supremus Rex.

Aliqua attuli supra ad versiculum, *Introduxit me Rex in cellaria sua*, notula 2. quibus Christum se maximè Regem prodere in Eucharistico Sacramento indicaui. Subnectam hic pauca de insigni humilitate eiusdem Seruatoris nostri in memorato Sacramento.

Excubans Abraham ad ostium domus suæ in ipso diei feruore ad refectionem sumendam inuitauit tres viatores, illis dignantibus accũbere. *Festinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitquè ei: Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcinericios panes. Ipse verò ad armẽtum cucurrit, & tulit indè vitulum tenerrimũ, & optimum, deditquè puero: qui festinauit, & coxit illum. Tulit quoque butyrum, & lac, & vitulum, quem coxerat, & posuit coram eis.* Gen. 18. Mirum videtur, quòd Abra-

Gen. 18.

Abraham festinauerit, quòd ipse ad armentum cucurrerit, vitulumque indè asportauerit; munera hæc famulis demãdanda videbãtur, quorum plures in obsequium promptos domi habebat opulentissimus Abraham: cur enim non indecorum reputat vir grauissimus, diuitijs affluens, seruorum cateruis stipatus illis se coæquare, & quæ ipsorum propria erant, peragere, celeri gressu ad armentum pergere, vitulumque indè portare? Abraham sub ardentiori Sole parans hospitibus alimoniam, Ambrosio expositore lib. 1. de Abraham cap. 5. Christũ tempore, quo feruentiori in nos charitate vrebatur, futurum Eucharistici cõuiuij institutorem præsignabat. Hoc autem præclarum facinus singulari sui ipsius demissione cùm esset patraturus, rectè Abraham ad hoc præindicandum infimorum seruorum officijs fungitur.

D. Ambr.

D. August. Optimè perpendit D. Augustinus ser. 126. de tempore humilitatem, quã Christus exercet in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento. *Gaudete*, inquit, *dilectissimi, & exultate in Domino, qui nobis in hoc die salutiferæ consolationis mysteria consecrauit; Vndè autem cõmendauit Dominus corpus, & sanguinem suum? vndè nisi de humilitate sua?* Et ser. 1. in Psal. 33. *Dominus noster Iesus Christus in corpore, & sanguine suo voluit esse salutem nostram: vndè autem commendauit corpus, & sanguinem suum? de humilitate sua; nisi enim esset humilis, nec manducaretur, nec biberetur.* & plura prosequitur de hoc argumento de eadem Christi submissione, & exinanitione. Acutè loquitur Dionysius Alexandrinus epistola aduersus Paulum Samosatenum, quæ lecta, & approbata fuit in Cõcilio primo Antiocheno anno Domini 265. cuius verba à Baronio in annalibus anni prædicti relata, hæc sunt. *Ait Apostolus de Christo, quòd, cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Deus ergò est, qui habitat in nobis, secundùm testamentum, quod disposuit, dicens nobis: Accipite hoc, & diuidite inter vos, nouum testamentum est; hoc facite &c. Hæc est Dei ad nos exinanitio, vt admittamur ad capiendum eum. Hoc enim tremendum Sacramentum dicit Apostolus, cùm ait, quòd se ipsum exinaniuit, non relinquens Patrem, vt capiatur à nobis: absit, immò ipsius verba proferam: Ego, inquit, & Pater ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Videte quam limitatè agit Mystagogus veritatis, vas electionis, dicens paulò post: formam serui accipiens, & in similitudinem hominum factus. Et anteà dixi, exinanitionem dicit factam ad nos, ad capiendum Sacramentum vitæ per puras, & incorruptibiles ipsius manus, vt possimus fideles eius capere ipsum, ac fieri mansio Dei, accipiens eum totum.* Et paulò post, cùm plura de agno Paschali Eucharistiæ typo dixisset, hæc subdit. *At verò, qui se ipsum exinaniuit Christus Iesus, habens in se caput Patrem (caput enim Christi Deus) fecit potentiam in brachio suo, & exaltauit humiles; vt ab eis capi possit Altissimus, & habitare in nobis per exinanitionem. Spiritus Sanctus effusus super omnem carnem manet plenus; & sanguis idem Sanctus, ac viuificus ex profundo diuini lateris effusus, manet plenus: & Christus idem, qui se exinaniuit, & sanguinem suum incorruptibilem, & viuum, ac viuificum nobis effudit.* Hucusq; Dionysius.

Dionysius Alex.

Baronius.

Genus quoddam abiectionis videtur, si mulier proprio lacte, quem peperit, filium enutriat; quocirca Reginæ, vel fœminæ aliæ stẽmate, & opibus clarissimæ gnatos suos lactandos alijs mulieribus tradunt; quod si ità est, ò qualem humilitatem exercet Rex Regum, & Dominantium Dominus, dum corpus suum sub panis, sanguinem sub vini specie præbet hominibus in salutis pignora? Pulchrè Chrysostomus hom. 83. in Matth. *Multæ*, ait, *matres post partum alijs nutricibus infantes dederunt; quod ipse facere noluit, sed proprio corpore nos alit, & sibi coniungit, atquè conglutinat.* D. Chrysost.

In humanitate, quam assumpsit Verbum, non solùm corpus, sed etiã anima sanctissima erat. Cur verò hoc mysteriũ referens Ioannes cap. 1. dicit: *Verbum caro factum est*, & animam tacet? Humilitatem Christi hic indicari existimat Augustinus lib. 83. quæst. 80. *Ideò dicitur*, inquit, *Verbum caro factum est, quia vsquè ad visibilem carnem assumptio illa humanæ naturæ à Deo facta est, atquè in tota illa vnitate susceptionis, principaliter Verbũ est, extrema autem, atque vltima, caro.* Volens itaque Euangelista commẽdare nobis dilectionem humilitatis Dei, qui se humiliauit, & quousquè se humiliauerit exprimens, verbum, carnemque nominauit, prætermittens animæ naturam, quæ Verbo est inferior, & carne præstãtior; magis enim commendat humilitatem, quia dictum est, *Verbum caro factum est*. Si, vt æquum est, assentiris Augustino, inficiaberis forsan maiorẽ humilitatem fuisse, quam Christus in consecratione demonstrat? in hac enim solùm dicit Christus, *Hoc est corpus meum*; animam gratia, & virtutibus ornatam, qua viuificatum est corpus, diuinitatem, quæ per connexionem, & concomitantiam reperitur in Sacramento, silentio inuoluit; siluit quidem Ioãnes Christi animã, Ioan. 1. D. August.

sed non filuit diuinitatem: *Et Verbum caro factum est*.

Demum quis satis admirari potest extremam Christi demissionem in Augustissimo Altaris Sacramento, dum se totum in qualibet hostiæ consecratæ parte, etiam minore minima se contegit?

Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.

QVoniam per odorem diuini dilecti, de quo hic spiritalis sponsa loquitur, intelligi potest gratia, quam Christus effundit in sacro conuiuio, ideò occurrit discutiendum

PVNCTVM THEOLOGICVM

De gratia, quam Sacramentū Eucharistiæ confert ex opere operato eo tēpore, quo sacræ species perdurant in stomacho communicantis.

DISQVISITIO VNICA.

An Eucharistia causet gratiæ augmentum, quandiù in stomacho perseuerat, si augeatur dispositio cōmunicantis.

Conclusio. Eucharistia causat gratiæ augmētum, quandiù in stomacho perseuerat, si augeatur dispositio communicantis.

DICO affirmatiuam partem esse renendam. Ità Paludanus in 4. dist. 17. quæst. 8. in fine, Caietanus in 3. partem ad articulum 1. quæst. 79. & sequuntur multi Recentiores. Suarez tom. 3 in 3. p. disp. 63. sect. 7. Aegidius Coninch. dub. 2. de effectibus Venerabilis Sacramenti conclusione 5. Cardinalis de Lugo de Sacramento Eucharistiæ disp. 12. sect. 2.

Paludan. Caietan. Suarez. Coninch. Cardin. de Lugo.

Probatur, quia Sacramentum Eucharistiæ crescente dispositione recipientis, quandiù durat eius applicatio, aliquid

A operatur, siquidem habet virturem actiuam: omne enim agens crescente dispositione passi, si cætera non desint, aget in illo effectum suum, sed quandiù perseuerant species Sacramentales in stomacho, durat Sacramenti applicario, ergò tunc crescente dispositione recipientis, in eo operatur aliquid. Minor probatur, quia quandiù sunt species Sacramentales in stomacho, est integrum Sacramentum cum tota sua virtute, & cōditio manducantis fuit adimpleta, ergò Sacramenti applicatio adhuc durat.

Confirmatur primò, quia hoc Sacramentum ad similitudinem cibi corporei sumpti operatur effectus suos, sicut autē
B hic nutrit, quandiù digeritur, ità & hoc Sacramentum, quandiù sumptum perseuerat in stomacho, & subiectum meliùs disponitur, gratiæ incrementum confert proportionatum meliori dispositioni.

Confirmatur secundò, quia ibi Christus adest, qui gratiæ vberrimus fons est, vndè par non est, vt arescat, aut deneget aquæ gratiā volenti illam haurire. Placet etiam hìc referre, quod Suarez citatus affert pro hac parte. *Videtur* (inquit) *hic modus institutionis aptissimus ad excitandos homines ad deuotionem, & reuerentiam exhibendam huic Sacramēto, saltem eo tempore, quo in ipsis permanet: nam hoc*
C *maiori cura & diligentia præstabunt, si spē habent maioris fructus: immò videtur tempus illud magis accommodatum, vt homo interiùs se totum colligat & ad fructum ex hoc cibo hauriendum disponat: nam illo breui tempore quo est occupatus circa sumptionem exteriorem, non potest circa interiores actus tam attentè versari.*

Suarez.

Ex hac doctrina inter alia, quæ infert Coninch. cit. loco num. 47. est. Eo tēpore, quo durat Sacramenti sumptio, aut specierum sacrarum consumptio, & cōmunicantis dispositio perfectior reddatur per actus charitatis v. g. aut deuotionis feruentioris tempore distincto elicitos, gratiam primo instanti collatam
D in sumptione Eucharistica, deindè certis instantibus, quibus illi actus eliciuntur in certa quantitate, augeri secundùm proportionem, qua illi actus augent præcedentem dispositionem: quandò verò dispositio continuò augetur, eo quòd vnus actus charitatis, aut deuotionis perpetuò æquè intensus continuetur, aut etiam continuò intendatur, dum durat sumptio, & consumptio Sacramēti, proportionale etiam augmentum gratiæ iuxtà meliorem dispositionem confertur.

Coninch.

Inferr etiam eum, qui initiò indispositus communicauit, siuè id acciderit sine

nouo peccato, quia bona fide putans se esse dispositum accesserit, siue etiam cum nouo peccato conscius suæ indispositionis Sacramentum susceperit, si posteà interim, dum adhuc durat ipsa spiritualis manducatio moraliter, seu dum species adhuc integræ sunt in stomacho, sufficienter ad gratiam disponatur, cum verè suscepturum effectum Sacramenti, &
Caietan. Paludan. Suarez. affert pro sua sententia Caietanum, Paludanum, & Suarez. Et ratio, quam subdit, est, quia cùm tunc Sacramentum habeat adhuc vim conferendi gratiam ex opere operato, sanè illam sufficienter disposito confert, nec in hoc, inquit, est aliquid absurdi, quidquid aliqui sine probatione contra dicant. Poriò sufficiens
B dispositio erit in hoc casu actus attritionis supernaturalis, existimatus actus contritionis, iuxtà doctrinam, quam attulimus suprà in explicatione versiculi: *Oleum effusum nomen tuum.*

Cardin. de Lugo. In hoc vltimo casu contrarium putat Cardinalis de Lugo de Sacramento Eucharistiæ disp. 12 sect. 2. sub nu. 63. Ait enim, si quis in peccato accepisset Eucharistiam, etiam si posteà, antequam corrumpantur species, confiteretur, vel contereretur, non ideò acciperet gratiã ex opere operato ab Eucharistia, quia nõ causat, nisi prout voluntariè manducata, vel saltem recepta in stomacho, tunc
C autem post contritionem, aut confessionem non manducaretur, nec reciperetur, sed perseueraret antea recepta, quæ perseuerantia consequitur necessariò ad receptionem, & subdit, quòd cibus hic Eucharisticus differt à cibo naturali, quia naturalis confert suum effectum etiã si casu, & inscienter comedatur; Eucharisticus autem non nisi scienter, & voluntariè recipiatur; quarè non significat gratiam, nisi dependentem à receptione voluntaria.

Coninch. Sed hæc non cogunt recedere à sententia Coninchi, nam quandiù durant species Sacramentales in stomacho, donec perfectè nutriant per modum cibi
D nutrientis, ex supradictis liquet, quòd dici possit moraliter durare manducationem; quarè si accedat actus elicitus à voluntate, quo homo velit illam manducationem, manducatio illa erit voluntaria. Et confirmari potest, quia posset homo species illas durantes, sicut & cibum alium aliquo artificio, vel sumpta potione aliqua medicinali effectiua vomitus euomere, vel illarum specierum consumptionem sumpto aliquo calido cibo, vel potione calida celeriùs assumere, ergò, dum hæc voluntariè omittit, sequitur, quòd voluntariè retineat illas

A species toto illo tempore, quo naturaliter perseuerare possunt.

Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Vers. 13.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

Myrrha est arbor Arabiæ altitudinis quinque cubitorum, similis spinæ, quam Acanthum vocat, cuius gutta viridis, & amara, vndè & nomen accepit myrrha: guttã eius spontè manans est pretiosior, corticis vulnere vilior, quæ medendis infirmitatibus salubris est, & mortuorũ corporibus, ne à vermibus & putredine cõsumantur, condiendis vtilis. De hac re videri possunt Isidorus Hispalensis lib. 18. origin. cap. 8. Beroaldus commentario in Apuleium lib. 2. Dioscorides lib. 1. cap. 67. Sunt qui scribunt myrrham apud Veteres inter odoramenta primatũ tenuisse, vt nomine myrrhæ cũcta vnguenta generaliter intelligerentur. Isid. Hispalen. Beroaldus. Dioscorid.

Vox Hebræa צרור *Tseror*, quam Vulgatus interpres vertit *fasciculũ*, quoduis alligamentum, seu crumenam, seu inuolucrũ significare potest, vt notat Delrius hic. Septuaginta etiam lectio habet *Alligamentum guttæ* pro fasciculo; quarè multi expositores hoc loco putant, sermonem esse de gutta, seu lacryma excellentiori myrrhæ arboris inclusa in vasculo, quod Hebrææ mulieres à collo ad mammas pendulum gestare solebãt, quæ lacryma pectori proxima, nobilissimum erat cordis imbecillitati præsidium, vt colligitur ex Athenæo lib. 15. Delrius. Septuag. Athenæus.

Fauet huic existimationi, quòd, vt tradunt magni nominis Scriptores, myrrha est aspera spinis. Plinius lib. 12. c. 15. *Arboris, inquit, altitudo ad quinque cubita, nec sine spina, folium oliuæ, verùm crispius, & aculeatum.* Et consonat Theophrastus lib. 9. de plantarum historia; quarè non satis congruum videbatur, vt serta confecta ex ramulis, seu folijs myrrhæ pungentibus delicatorum frontem vel cingerent in conuiuijs, vel mammis mulierum adhærerent, quod benè aduertit Sherlogus hic. Quoniam verò non desunt alij grauissimi Interpretes, qui de fasciculo myrrhæ locum hunc intelligunt, ad sustinendam eorum sententiam dici potest, fasciculum myrrhæ nomi- Plinius. Theophras. Sherlog.

nominari, vel flores, vel ramos spinis euulsis, vel earum asperitate, industria aliqua emollita, vel forsan herbas in fascem collectas myrrham redolentes. Verùm siue sequamur hanc, vel priorem expositionem, quæ videtur probabilior, nulla ex his nobis aduersatur.

Qui dicimus, verba hæc esse sponsæ blandientis dilecto suo: vehemens enim amor nequit ita comprimi, quin aliquandò in huiusmodi blandulas voces erumpat, & præcipuè inter connubialia gaudia, vndè & simili sensu accipi posse illud præcedens effatum eiusdem sponsæ, *Nardus mea dedit odorem suum*, iam suprà indicaui. Quarè præ affectus teneritudine sponsum noua nupta demulcens, sic eum alloqui videtur. Tu gutta suauiter spirans, tu florida serta, tu myrrhæ fasciculus ad cordis mei solatium, ad propellendos vitę inimicos languores, vndè par est, vt pectori meo te adstringam.

Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Sacra Synaxis contra vitiorum putredinem est antidotū, atque spiritalis vitæ refocillatio.

MYrrham ea dote pręstare, quæ & corruptioni resistit, & animi deliquio succurrit, satis constat ex supra adductis in expositione litteræ. Quarè dum sponsa Eucharistici connuuij sacrum dilectum celebrat his verbis: *Alligamentum guttæ*, seu *Fasciculus myrrhæ*, virtutem, quam ille effundit, maximè in Altaris mensa labefactantium culparum expultricem, & spiritalem vitam mirificè restaurantē insinuat. Quasi dicat: diuinus amator meus sub sacris accidentibus ità me spiritaliter confortat, & à criminum infectione vindicat, vt non dissimilis mihi videatur myrrhæ, quæ & vitales spiritus fugientes reuocat, & putredinem à rebus, qui-

A bus applicatur, arcet: æquum igitur est, vt intimo cordis affectu illum amplectar. Huius expositionis laudatissimum patronum adduco D. Thomam in opusculo de Sacramento Altaris cap. 6. *Ad cōseruationē autē, inquit sanitatis animæ, & incorruptionis bona vita valet cibus iste. Cantic. 1. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, sicut enim myrrha incorrupta seruat corpora, sic corpus Domini piè sumptum corda.* D. Thomas

Lazarum quatriduanum, atq; adeò in vermes, & putrem materiam breui resoluendum à mortuis excitauit Dominus Seruator noster, sed & mensæ conuiuam voluit; *Fecerunt autem ei cœnam* Ioan. 12. B *ibi, & Martha ministrabat, Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo.* Ioan. 12. quæ mysteria docere nos hic voluit sapientissimus Magister? Sanè Christi mensæ accumbere quid est, nisi ad Eucharisticum epulum admitti, quo sustentandus est rediuiuus Lazarus, scilicet homo fragilis ad vitam spiritualem restitutus, ne in peccati mortem reincidat, atque vitiorum sepulchro miserè putrescat.

Similiter filiam Archisynagogi vbi ad vitam reuocauit idem Seruator noster, cibo refocillari mandauit, *& dixit dari illi manducare*. Marci 5. quem locum de Marc. 5. Dominici corporis edulio exponit Chry- C sostomus hom. 7. in Marc. quo roboran- Chrysost. dus est homo, vt in vita spiritali, quam habuit per gratiam, permanere possit.

Ingentem illam turbam, quam triduo comitem habuit Dominus noster, amplificata septem panum, & nonnullorum pisciculorum substantia panis in deserto, animaduertens homines illos ieiunos non satis virium habituros ad perficiendum iter in patrias ædes. *Misereor super* Marc. 8. *turbam, quia eccè iam triduo sustinent me, & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via, &c. Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt; Septē. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens fre-* D *git, & dabat discipulis suis, vt apponerent, & apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos: & ipsos benedixit, & iussit apponi.* Pabulo illo Eucharisticum cibum præsignatum fuisse, satis exploratum est; quo nisi confirmentur mortales in via, scilicet in cursu humanæ vitæ, qui dirigitur in patriam cælestem, languescere, & deficere solent.

Hugo Cardinalis in cap. 6. Ioan. in- Hugo Cardin. uehens acriter in eos, qui negligunt accedere ad sacram Synaxim, sic loquitur: *Tales à fonte plenitudinis gratiarū se diuidunt, & ideò non est mirum, si arescunt.* Iob

Iob 8. Nũquid vlvere poteſt ſcirpus abſq; humore? Equidem ſicut ſcirpi, cùm imbriũ defectum patiuntur, viriditatem omnẽ amittunt, ita homines, qui fluenio gratiæ Encharistici Sacramenti ſæpiùs non irrigantur, omni ſpiritali vigore infeliciter deſtituuntur.

Conc. Trident.

Quòd verò per Sacramentum Enchariſtiæ præſeruetur homo à peccatis, habetur in Concilio Tridentino ſeſſ. 13. c. 2. vbi dicitur. *Sumi autem voluit Sacramentum hoc, tanquam ſpiritalem animarum cibum, quo alantur. & confortentur viuentes vita illius, qui dixit: Qui manducat me, & ipſe viuet propter me, & tanquam antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præſeruemur.* Sed hic occurrit

PVNCTVM THEOLOGICVM.

De neceſſitate Sacramenti Euchariſtiæ.

DISQVISITIO VNICA.

An vita ſpiritalis diù perſiſtere poſſit ſine Euchariſtica alimonia.

QVandò neceſſaria ſit ſumptio Euchariſtiæ ex præcepto diuino, vel Eccleſiaſtico, alibi dicemus: hic quærimus tantùm, an Euchariſtica refectio ſit ita neceſſaria, vt nõ poſſit homo diù perſeuerare ſine ea in hac mortali vita in ſtatu gratiæ iuſtificantis.

1. Cõcluſio Euchariſtia non eſt ſimpliciter neceſſaria ad conſeruationem vitæ ſpiritualis.

Dico primò, non eſſe ſimpliciter neceſſariam ſumptionem Euchariſtiæ ad conſeruationem vitæ ſpiritalis. Eſt cõmunis Theologorum ſententia, & patet, quia vita ſpiritalis, quæ conſiſtit in gratia ſanctificante, poteſt etiam conſeruari per alia media, vt ſunt pij affectus ergà Deum, dolor de peccatis, cæteriq; virtutum ſupernaturalium actus.

2. Cõcluſio Euchariſtia eſt adeò vtilis, vt dici poſſit moraliter neceſſaria ad perſeuerandũ in gratia.

Dico ſecundò, eſſe adeò vtilem ſacram Synaxim, vt dici poſſit, moraliter neceſſariam eſſe ad perſeuerandum in grátia. Ità Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 63. ſect. 9. Probari poteſt primò ex Concilio Cauilonenſi 2. ſub Leone III. celeA brato anno Domini 813. vbi cap. 46. hæc habet. *In perceptione corporis, & ſanguinis Dominici magna diſcretio adhibenda eſt, cauendum eſt enim, ne ſi nimiùm in longum differatur, ad perniciem animæ pertineat, dicente Domino: Niſi manducaueritis carnem filij hominis. & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Et optimè accinit Cyprianus exponens orationem Dominicam, circà verbum illud, *Panem noſtrum*, ſubdit. *Vt manifeſtum eſt eos viuere, qui corpus eius attingunt, & Euchariſtiam iure communicationis accipiunt, ità timendum eſt, & orandũ, ne dum quis abſtentus ſeparatur à Chriſti corpore, procul remaneat à ſalute.*

Suarez. Concil. Cauiloneen. Cyprian.

B Et quidem, quòd moraliter ſit neceſſarium hoc Sacramentum, ex eo etiam ſatis conſtare poteſt, quia illud remedium moraliter eſt neceſſarium ad effectum, quod Deus inſtituit, vt ordinariè homines illo vterentur ad illum effectum, ſed ad effectum perſeuerandi in gratia, & vitandi peccata mortalia Deus inſtituit hoc Sacramentum, vt patet ex Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 2. ergò. Et perpendẽdum eſt, quod idem Conciliũ ſeſſ. 21. cap. 3. ait, fideles communicantes ſub vna ſpecie nulla gratia ad ſalutem neceſſaria priuari.

Conc. Trident.

Et nota, quòd vocatur gratia neceſſaria, quæ confertur ab hoc Sacramento; C non quia hæc ſit gratia iuſtificationis, quia hoc Sacramentum non eſt inſtitutũ ad conferendam primam gratiam, licèt eam aliquando conferat non ponenti obicem, vt diximus ſuprà in explicatione verſ. 2. Similiter nec dicitur neceſſariá, eo quòd realis ſuſceptio Euchariſtiæ ſit neceſſaria neceſſitate medij ad ſalutem, nulla enim eſt talis neceſſitas, vt ſuppono hic.

Superest ergò, vt à Tridentino dicatur neceſſaria gratia, quæ confertur ab Euchariſtia, quia illa eſt medium, non quidem ſimpliciter neceſſarium, ſed ordinarium, & moraliter neceſſarium: Cũ enim hoc Sacramentum per ſe ſit inſtitu- D tum, vt conferat homini ſingularia auxilia ad euitanda peccata, & perſeuerãdum in vita ſpiritali; hoc autem cùm homo difficilè poſſit aſſequi fragilitati ſubiectus, credibile omninò eſt, ſi negligat hoc medium, facilè lapſurum. Quod etiam indicatum fuit Io. 6. vbi ſæpè dicitur, Panis viuus, & Panis de cælo deſcendens pro ſæculi vita; hinc enim colligitur ſimilis aliqua analogia inter hũc panem, & eum, quo nutritur vita corporalis, ad quam conſeruandam ſicut eſt medium ordinariũ, licèt enim ſine pane cõſeruari poſſit, difficulter tñ ità ad conſeruan-

Ioan 6.

seruandam vitam animæ panis Eucharisticus est medium ordinarium, & quasi moraliter necessarium, est tamen differentia inter panem hunc Eucharisticum, & panem corporalem, quòd quando eius vsus impossibilis est, eius votum aliquo modo suppleat, vt docet D. Thomas p. 3. quæst. 63. art. 3. ad 2. quod de pane corporali non verificatur. (D. Thomas)

Aduerte, auxilium, & gratiam præseruationis à mortalibus, non ità esse ab Eucharistia, quasi accipiens Eucharistiam infallibiliter præseruetur à peccato mortali, id enim est contra experientiam, sed quia infallibiliter habet auxilium abundantius, quo homo potest se immunem seruare à peccato mortali, vndè ex parte Sacramenti infallibiliter datur auxilium, sed non est infallibiliter efficax.

Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.

NOTVLA II.

Virtute sacræ Synaxis propulsantur corporei morbi, etiam contagiosi.

MYrrham mederi pluribus morbis docent Dioscorides lib. 1. cap. 67. & Aponius in hunc versiculum, & medicinalem eam nominat absolutè Aristoteles Problemat. sect. 12. & aduersum venena plurimùm posse docet Hieronymus, siue alius Auctor Commentariorum in psalm. in illud psal. 44. *Myrrha, & gutta, & casia &c.* immò & contagium propellere asserit Cælius Rhodiginus lib. 24. cap. 32. Leuinus Lemnius lib. 2. de occultis naturæ miraculis c. 52. Quarè spiritalis sponsa, dum in Eucharistico epulo dilectum suũ alligamentum guttæ, seu fasciculum myrrhæ appellat, virtutem illam, quæ de ipso Christo exibat, & sanabat omnes prodit. Quasi dicat: Dilectus meus est vnicum solatium, & præstantissimum antidotum aduersùs quoscunq; corporis languores, etiam pestiferos, vndè æquum est, vt illum pectore meo foueam.

(Dioscorid. — Aponius. — Aristot. — Hieronym. — Psal. 44. — Cælius Rhodigin. — Leuin. Lemnius.)

Inter turbas, quas Christus dilatata quinque panum substantia in deserto Bethsaidæ refocillauit, quicunque aduersa valetudine vexabantur, sanitati priùs ab eo fuerunt restituti. *Quod cùm cognouissent turbæ, secutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos, qui cura indigebant, sanabat.* & paulò post. *Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos. Et ità fecerunt. Et discumbere fecerunt omnes. Acceptis autem quinque panibus, & duobus piscibus respexit in cælum, & benedixit illis: & fregit, & distribuit discipulis suis, vt ponerent antè turbas. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt.* Lucæ cap. 9. Quid mysticè hic docemur? Sanè refectione illa præadumbrata fuit Eucharistica alimonia, cuius virtus in fugandis morbis quàm efficax sit, vt mundo præmonstraretur, congruum valde fuit, vt ab illis turbis omnes ægritudines profligarentur. (Luc. 9. — Eucharistiæ virtus quàm efficax sit in fugandis morbis.)

Mulier illa, quæ morbo sanguinis immoderatè profluentia iam duodecim annorum spatio confirmato afflictabatur, vt extremas partes vestis, quà Christus indutus incedebat, tetigit, illicò conualuit. *Et eccè mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimenti eius.* Matth. cap. 9. Sed si fimbria indumentorum Seruatoris nostri liberare potuit fœminam ab ægritudine inueterata, atq; immedicabili, quid de eiusdem Domini nostri carne sperandum erit? Discamus à Paschasio in 9. Matthæi. *Audiat*, inquit, *Christianus quilibet corpus Christi de Altari participans, quantam de eo possit sumere medicinam, quandò mulier tantam rapuit de sola Christi fimbria sanitatem.* (Matth. 9. — Paschas.)

In Panmeade, quæ est Cæsarea Philippi, insigne prodigiũ de virtute Christi in curandis hominum morbis recenset Eusebius lib. 7. Ecclesiast. hist. cap. 14. cuius hæc sunt verba. *Verùm quia Vrbis huius fecimus mentionem, iustum videtur commemorare etiam illud in ea, quod historia dignum duximus. Mulierem, quam sanguinis profluuio laborantem à Saluatore curatam Euangelia tradiderunt, huius Vrbis ciuem constat fuisse; domusque eius in ea etiã nunc ostenditur; pro foribus verò domus ipsius, basis quadam in loco editiore collocata monstratur, in qua mulieris ipsius velut genibus prouoluta, palmasq; suppliciter tendentis imago ære videtur expressa. Adstat verò alia ære nihilominùs fusa statua habitu viri stola compte circumdati, & dexteram mulieri porrigentis. Huius ad pedes statuæ è basi herba quadam noua specie nascitur, quæ cùm exorta fuerit, excrescere vsque ad stalæ illius ærei indumenti fimbriam solet, quam cùm summo vertice crescens herba contigerit, vires indè ad propellendos omnes morbos, languoresque conquirit, ità vt quæcunq; illa fuerit infirmitas corporis, haustu exiguo madefacti salutaris graminis depellatur.* (Euseb.)

tur, nihil omninò virium gerens, ſi antequam area fimbria ſummitatem creſcendo contigerit, decerpatur. Hanc ſtatuam ad ſimilitudinem vultus Ieſu formatam tradebant, quæ permanſit ad noſtra vſque tempora, ſicut ipſi oculis noſtris inſpeximus. Quarè ſi herba ea dote præſtabat, quæ cunctos morbos acceret ob contactum veſtimentorum ſtatuæ Chriſtum repræſentantis, quale, quæſo, ſanitatis pharmacum erit Eucharisticum Sacramentū, in quo verè Chriſtus ipſe adeſt? (Eucharistia pharmacū ſanitatis.)

Optimè Cyrillus lib. 3. in Io. cap. 34. *Euchariſtia per Spiritum Sanctum ſpiritum noſtrum viuificat, & corpus ipſum à corruptione liberat.* Floridè Damaſcenus lib. 4. cap. 14. *Corpus, & ſanguis Chriſti eſt ad animæ, & corporis noſtri incolumitatem tendens.* D. Ambroſius ſpecioſè premens verba illa Pſalmi 40. *Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius; vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius. Beatus quidem,* inquit, *qui compatitur pauperi, qui haurit eius neceſſitates; ſed quid ſibi vult hoc exordium in paſſione Domini? Beatus, qui intelligit ſuper Chriſti inopiam, & paupertatem, qui propter nos pauper factus eſt, cùm diues eſſet. Sed fortè dicas, quomodo diues in paupertate Chriſtus? Quæ ergò eſt iſta paupertas, quæ diuites facit? Conſideremus eam, intendamus in ipſum venerabile Sacramentum, quid purius poteſt eſſe eo, quid ſimplicius? Sed exies, inquit, aqua eum delectatione ex fontibus Saluatoris, & paratur in conſpectu tuo menſa cæleſtis, & poculum inebrians quàm præclarum.* Quarè qui attentè conſiderat ſacroſanctum Altaris Sacramentum, benè intelligit ſuper egenum, & pauperem, ſcilicet Chriſtum ſub exiguis accidentibus latitantem, qui talì deuotione ſibi addictum pluribus replet bonis, ab infirmitatibus corporis liberat, ab ægritudinis moleſtia ſubleuat. (Cyrillus. Damaſcen. Pſal. 40. D. Ambr.)

Debacchabatur ſæua lues mortē ſubditis Dauid inferens ob numeratum ab eo populum. *Immiſitquè Dominus peſtilentiam in Iſrael, de mane vſque ad tempus conſtitutum, & mortui ſunt ex populo à Dan vſque ad Berſabee ſeptuaginta millia virorum.* 2. Reg. 24. Vbi verò Dauid Altare erexit Domino, peſtis illa, quæ adeò graſſabatur in populo, ceſſauit. *Ædificauit ibi Altare Domino, & obtulit holocauſta, & pacifica, & propitiatus eſt Dominus terræ, & cohibita eſt plaga ab Iſrael.* 2. Reg. 24. Certè Altare illud conſtructum, & holocauſta pacifica Domino oblata à Dauid præ lineamenta fuerunt ſacræ Aræ, in qua modò conficitur, & offertur Dominici corporis, & ſanguinis ſacrificium verè pacificum, vt enim rectè monet D. Cyprianus. *Chriſti ſanguis de Cruce clamans pacem loquitur, & reconciliationem, quia idem ſanguis, quoniam à nobis bibitur, ſi modò dignè bibitur, clamat in corporibus noſtris verba pacifica.* Quarè ad ſolam vmbram Euchariſtici Sacramenti mortiferum contagium furibundum abijt, exceſſit, euanuit. Deſeruit etiam propoſito noſtro tempus, quo peſtis illa ceſſauit, fuit enim vel hora prandij, vt dicunt Ioſephus 7. antiquitat. Theodoretus quæſt. 37. Origenes hom. 16. in Numer. Ambroſius in pſal. 37. vel ſub veſperam, vt cum Hebræis dicit Nicolaus Lyranus, vtrunque verò tempus appoſitè Euchariſticam alimoniam prænotabat, nam & hora veſpertina in cœna Domini fuit inſtituta, & ab aurora vſquè ad meridiem Miſſa celebrari ſolet in Eccleſijs fidelium. Huius exiſtimationis fautorem nobiliſſimum profero Cyrillum in collectaneis. *A mane igitur, hoc eſt à primis huius ſæculi tēporibus mors depaſta eſt eos, qui in terra erant, vſque ad horam prandij, hoc eſt, vſque ad menſæ tempus: vbi enim aduenit nobis ſancta Menſa tempus, nimirum illius in Chriſto, ac myſtica, in qua pane veſcimur illo cælitùs dato, quâ priùs terribilis erat, mors ceſſauit.* (3. Reg. 24. Ibid. D. Cypr. Mortiferū contagium ad ſolā vmbrā Euchariſtiæ ceſſauit. Ioſephus. Theodoret. Origen. Ambroſ. Lyran. Cyrillus.)

D. Tereſia non modò ad animæ, ſed ad corporis incolumitatem plurimùm prodeſſe ſacram Synaxim feliciter experiebatur; & hoc ſaluberrimo cibo à grauiſſimis infirmitatibus, à quibus vehementiſſimè torquebatur, ſe ſubleuaram fuiſſe ipſamet affirmauit; vndè cùm debilitate ſtomachi laboraret, vt mane, & veſpere euomere ſoleret, ſtatim atque ſacram Synaxim frequentare cœpit, ab eo vomitu, qui illi mane accidebat, diuinitùs liberata fuit; & ipſamet Tereſia huius Sacramenti virtutem admirabilem conferendi ſalutem corporis ſe expertam fuiſſe aſſeuerabat, cùm pluſquā dimidio anno benè valere cœpit, ex eo quòd alimonia Euchariſtica reficeretur. Habetur in eius vita lib. 3. cap. 20. (D. Tereſia virtute Euchariſtiæ liberata à vomitu.)

Demùm quod plurimum fulcit huius noſtri thematis eſt, quia ſi Sacramentum Euchariſticum in carne non dignè ſumentium imbecillitatem cauſat, & languores efficit, iuxtà illud Pauli 1. ad Corinth. 11. *Propter quod multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi;* quid mirū, ſi in communicante benè diſpoſito corporales vires corroborat, morbos depellit, valetudinemque optimam fouet, (1. Ad Cor. 11.)

quo-

quoties ad finem supernaturalem id magis expedit?...

Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.
Vers. 14.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

BOTRVS Cypri est vuæ odoriferæ racemus, qualem fœcundæ vineæ Engaddi ferebât; sic enim accipitur hic à pluribus Patribus, & præcipuè D. Gregorio, D Bernardo, & Titelman. quos sequuntur Delrius, & Alcassar, & vox *Botrus*, & verborum series satis consonant: Botrus verò Cypri dicitur, vel vua aliqua nata ex surculis asportatis ex Cypro in Iudæam: Insula enim Cypri abûdat optimis vuis: vndè Aponius in hûc locum scribit. *Præ omnibus terris Insula Cyprus mira magnitudinis botros vuarũ gignere fertur.* & Hugo Cardinalis hic. *Cyprus*, ait, *est Insula bonis racemis abundans, vinum dulce facientibus, & florida botris.* Plinius etiam lib. 14. c. 2. *Optimum vinum esse illud, quod colligitur in Insula Cypri.* Vel botrus Cypri nominatur vua aliqua perfectissima, quæ odore, & sapore Cyprino præstaret, atq; adeò gratissima erat, & magno in precio habebatur, sicut apud nos ab odore Moschi genus vuæ Moschatellum vocitatur. Engaddi locus erat propè mare mortuũ in Palæstina, vt notant plures expositores hoc loco, & præcipuè Titelman. Gaspar Sanctius, Ludouicus Sotomaior in prima expositione, & facit ad rem nostram, quod habet Brocardus Domin. in Terræ Sanctæ descriptione par. 1. cap. 7. §. 39. vbi de vineis Engaddi dicitur, in hunc locum scribit, *Suprà mare mortuũ in littore eius occidentali de Segor leuca vna est ascensus montis Engaddi, in quo Dauid latuit, vt patet ex 1. Reg. cap. 24. cum ei insidiaretur Saul Rex* Et paucis interiectis subdit. *Sunt autem adhuc surculi vinearum valdè nobiles in Engaddi, vt ad litteram verificatur quod scribitur in Cantic. cap. 1. Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.* Sponsa igitur huius Epithalamij, dum genialis festiuitas celebratur, in amoris blanditias effusa, dilectum suum vocat Botrnm Cypri in vineis Engaddi, idest racemum vuæ excellentissimæ. Quasi dicat: tu mihi dulcedinem, tu mihi amœnitatem effundis, qualem

D. Gregor.
D. Bernard.
Titelman.
Delrius.
Alcassar.
Aponius.
Hugo Cardin.
Plinius.
Titelman.
Sanctius.
Sotomaior.
Brocardus.

habet suauissimæ, & odoratissimæ vuæ botrus. Alias de hoc botro expositiones eruditè dilucidat Sherlogus hic, apud quem videri possunt.

Sherlog.

Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Communio sub vna specie est animæ refectio completa.

SPonsa spiritalis in Eucharistico conuiuio quàm benè exhilarata, & recreata sit diuinitate sacri sui dilecti vt insinuet, à Botro aromaticæ, & præstantissimæ vuæ similitudinem mutuatur his verbis. *Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.* Quasi dicat: cælestis amator meus factus est mihi cibus in sacra Synaxi, adeò dulcis, adeò perfectus, vt similis mihi videatur Botro vuæ selectissimæ, qualem vel Insula Cypri producere solet, vel ei consimilis. Sed cur botrus, & non vinũ ex botro expressũ nominatur? Nonnè satis aptè vinum dici poterat? nã vinum, & præcipuè odoratissimũ ad oblectandum cor plurimum valet, & sub specie vini sanguis Christi sumitur in Eucharistico Sacramento. Itá sanè. Mysterium hic sublime indicatur, nimirùm sicut botrus ad famem & sitim tollendam confert, itá Christus sumptus in Eucharistia per modum cibi sub specie panis sufficit ad famem, & sitim spiritalem explendam, hoc est ad perfectam animæ nutritionem.

Christus sumptus in Eucharistia sub specie panis explet famẽ, & sitim spiritualem.

Nunquam satis celebratum D. Thomã huius expositrouis Auctorem profero opusc. 58. cap. 28. vbi docet sanguinem Christi à laicis sumptum sub specie panis esse eis tam vtilem, tamque dulcem, sicut Sacerdotibus sub specie vini, & ibidem sub finem, dicens tam vtilem, & dulcem esse laicis sanguinem Christi, cùm sumũt eum intellectualiter sub specie panis, quã Sacerdoribns, cùm sumunt eum Sacramentaliter sub specie vini, & explicat eundem versiculum in sensu, quem attulimus, comparando scilicet Christum,

D. Thomas.

qui sumitur sub specie panis, Botro, in quo sumuntur duo, nempè vua in cibum, & potum; formalia verò verba D. Thomæ hæc sunt: *Vnde sicut sumit Sacerdos sanguinem Christi Sacramentaliter de calice, sic populus sumit eum intellectualiter sub specie panis de ipso corpore Christi, & est eis tam vtilis, & tam dulcis, vt Sacerdotibus, qui sumunt eum sub specie vini de calice.* Et paulò post: *Duo sumo in botro, vuam, scilicet corpus Domini in cibum, & ex vua sugo dulcem sanguinem in potum.* & serm. 30. ait. *Botrus Cypri dilectus meus mihi, quia scilicet sumo cum suo sanguine dulcedinem spiritalis lætitiæ, ad obliuiscendum dolorem præsentis miseriæ.*

Panes propositionis, qui super mensam in Templo seruabantur, Eucharisticam communionem prænotabant. Sed qualem? sub vtraq; specie, an sub altera tantum? Sanè præsignatam fuisse, quæ sub panis specie fit, efficax argumentum exhibet, quia nihil adiunctũ erat illis sanctificatis panibus, quod sub specie vini communionem significaret. Verũ sub vtraq; specie communionẽ quoq; præadũbratam fuisse iisdem panibus, ex eo probari potest, quòd solis Sacerdotibus liceret comedere de illis sanctificatis offis, vt ex Leuitic. 22. colligitur, & optimè dilucidat Tostatus quæst. 13. & 11. in c. 21. 1. Reg. Quarè si solam communionem, quæ ad solum Sacerdotem spectat, præfigurabant panes illi, consequenter eam, quæ fit sub vtraq; specie, indicabant; hæc enim est propria Sacerdotum. Vtriusq; partis adducta argumenta persuadent satis illis sanctificatis panibus, & communionem sub vtraq; specie Sacerdotum propriam, & sub sola panis specie, ad quam populares homines admittuntur, præsignatam fuisse.

Leuit. 22. Tostat.

Theodoret.

Insinuat hoc egregiè Theodoretus ad titulum psalmi 33. perpendens historiam Achimelech, quandò hic esurienti Dauid sanctificatos panes porrexit. *Et cùm panes quæsierit*, inquit memoratus Auctor, *alios non inuenit, verùm solos sacerdotibus repositos, & hos accepit, præbente Sacerdote contra præceptum legis. Nam solis sacerdotibus talis cibus distribuebatur.* Verumtamen gratiæ mysteria adumbrata sunt, & ianua diuinæ liberalitatis credentibus reserata est, quandóquidem nõ ampliùs solis Sacerdotibus diuinus cibus destinatus est, verùm hæc diuinorum communicatio omnibus proponitur. Volcum igitur sanctificati panis symbolum præmonstrauit communionem sub vtraq; specie, quæ ad Sacerdotes attinet, & illam, quæ sub vna tantùm, ad quam assumuntur laici, vt intelligeremus ambas spiritales refectiones esse æquè perfectas. Huic cogitationi accinunt, quæ habet D. Ambrosius lib. 6. in Lucam. *Quomodo autem ille obseruator legis, atq; defensor panes & ipse manducauit, & dedit eis, qui cum ipso erant, quos non licebat manducare nisi tantũmodò Sacerdotibus? nisi vt per illam demonstraret figuram, sacerdotalem cibum ad vsum transituſſe esse populorum, siue quòd omnes sacerdotalem vitam debemus imitari, siue quòd omnes filij Ecclesiæ sacerdotes sunt.* Hæc vltima verba, *siue quòd omnes filij Ecclesiæ sacerdotes sunt*, cautè intellige, nam sacerdotis nomen strictè sumptum secundùm communem catholicorum vsurpationem importat dignitatem, characterem, & potestatem, quæ annexa est presbyteratus ordini, à D. autem Ambrosio, dum nominat omnes filios Ecclesiæ sacerdotes, non sumitur in prædicta significatione, certũ enim est in fide catholica laicos non esse in prædicto sensu Sacerdotes; si ergò Ambrosius extendit nomen sacerdotis ad laicos, quatenus hi participes facti sunt Eucharistici sacramenti.

D. Ambr.

Abraham tribus viatoribus, quos hospitio exceperat, epulum parans: *Festinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitq; ei: Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcineritios panes. Ipse verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum, deditq; puero: qui festinauit, & coxit illum. Tulit quoq; butyrum, & lac, & vitulum, quem coxerat, & posuit coram eis.* Gen. 18. Sed cur de cibis solùm fit mentio, pocula verò silentio conteguntur? Certè non est verisimile defuisse vel vina, vel mellitas aquas, non enim sine potu conuiuium esse potest. Adde quòd & Abraham, quibus poterat delinimentis, recreare hospites illos summoperè cupiebat, quod & manifestauit, dum ipsemet celeri gressu ad armentum properando de tenerioribus tenerrimũ, de melioribus optimum inde portauit vitulum, & de cætero constat Abrahamum fuisse prædiuitem in argento, & gregibus, nec non Principem familiæ satis amplæ, & splendidæ; quare par erat, vt domi vina generosa, nectareasq; potiones haberet, ergò in mysterium dapes exprimuntur, de potionibus verò nulla fit mentio; nempè vt erudiamur, Eucharisticam mensam, quæ illo symposio repræsentabatur, Ambrosio lib. 1. de Abraham cap. 5. Isidoro Hispalensi in Gen. cap. 14. & alijs interpretibus, suppeditare plenissimam fidelibus conuiuijs refectionem, etiam sub vna cibi specie, nam saluatoris corpus Sanctissimum, quod sub panis specie reperitur, habet etiam vnitum sibi sac-

Gen. 18.

D. Ambr. Isid. Hispalen.

Eucharistica mẽsa suppeditat plenissimã fidelibus conuiuijs refectionem, etiam sub vna cibi specie.

ſanguinem, atq; adeò ſpiritalis potionis virtutem exercet, & ſicur ſacer textus ſolas epulas, quas Abraham viatoribus appoſuit, explicat, tacet verò potiones; quæ tamen aderant, ità ex vi verborum corpus Chriſti adeſt ſub ſpecie panis, ſãguis verò non ex vi verborum, ſed concomitanter.

Dur iſſima vexante fame incolas terræ Chanaan, hortatus eſt Iacob filios ſuos, vt in Aegyptum pro re frumentaria trãſuectanda ad vitam ſuſtentandam nõ impigro greſſu pergerent; paruerũt gnati, & vbi illùc peruenerunt, ſaccos eorum cumulatè impleri mandauit Ioſeph; ſcyphum quoquè ſuum in ſacco Beniamin ſupra frumentum includi iuſſit. habetur historia Gen. 42. 43. & 44. Copia frumẽti, quam pientiſſimus Ioſeph largitus eſt fratribus, tantam nimirùm, quanta capi poterat ab eorum ſaccis, vberrimam ſignificat gratiam, qua fideles ſub panis ſpecie communicantes replentur: ſcyphus verò frumẽto ſuperadditus in ſacco Beniamin, ſanguinis Dominici calicem; quem Sacerdotes poſt ſumptam ſacram hoſtiam, in Altari hauriunt. Optimè Ambroſius lib. de Ioſeph cap. 11. *Triticum*, inquit, *multis datur, ſcyphus verò vni, qui Sacerdotali donatur munere.* Sed hìc occurrit

Gen. 42.

D. Ambr.

P V N C T V M

THEOLOGICVM.

De Sacramento Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie.

DISQVISITIO I.

Vtrùm Euchariſtia ſub vtraque ſpecie cõferat maiorem gratiam, quàm ſub altera tantùm.

PRIMA ſententia affirmat, maiorem gratiam conferri ab vtraq; ſpecie Euchariſtiæ, quàm ab altera tantùm. Ità Alenſis in 4. q. 10. membro 2. art. 4. §. 3. ad ſecundum, & alij, quos citat Vaſquez tom. 3. in 3. p. diſp. 215. cap. 2. qui hanc opinionem probabiliorẽ putat. Pro eadem exiſtimatione eſt etiam Cardinalis de Lugo de Sacramento Euchariſtiæ diſp. 12. ſect. 3. Nugnez vtramque defendit

Alenſis.

Vaſquez.

Cardin. de Lugo.

Nugnez.

A vt probabilem 3. p. quæſt. 80. art. 12.

Secunda ſententia docet non dari per ſe loquendo, cæteris paribus, ex parte ſumentis maiorem gratiam per ſumptionem vtriuſque ſpeciei, quàm alterius tãtùm. Pro hac parte eſt D. Thomas 3. p. quæſt. 80. art. 12. ad tertium, vbi dicit laicos cõmunicantes in vna tantùm ſpecie non pati aliquod detrimentum, quia totus Chriſtus ſub vtraque ſpecie continetur. Et aperteiùs opuſc. 58. cap. 29. cuius verba retulimus ſupra notula præcedenti. D. Bonauentura in 4. diſt. 11. p. 2. art. 1. quæſt. 2. vbi aſſerit ſumpta vna ſpecie, ſumi totum Sacramentum quoad efficientiam. Caietanus in art. B 12. quæſt. 80. citata. Valentia diſp. 6. quæſt. 8. punct. 5. Coninch. dub. 2. in art. 1. quæſt. 79. Bellarminus de Euchariſtia lib. 4. cap. 24. Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 63. ſect. 6. & alij apud ipſum.

D. Thomas.

D. Bonau.

Caietan.
Valentia.
Coninch.
Bellarmin.
Suarez.

Notandum pro huius quæſtionis dilucidatione in ſpiritualibus nõ aliud eſſe famem, quàm ſitim, vt colligitur ex illis verbis Ioan. 6. *Qui venit ad me, non eſuriet: & qui credit in me, non ſitiet vnquam:* Cùm enim, vt ex citato textu patet, venire ad Chriſtum, & credere in illum idem ſint, ſiquidem fide viua ad Chriſtũ accedimus, & conſequenter cùm actui eiuſdem fidei Chriſtus tribuat ſatiare fa- C mem, & ſitim extinguere, neceſſe eſt nõ eſſe aliud famẽ ſpiritualem, quàm ſitim; de qua re videri poteſt D. Auguſt. tract. 25. in Io. qui idẽ docet in illa verba Pſal. 103. *Panis cor hominis confirmet.* In hũc ſenſum reſpiciunt etiam illa verba Eccleſiaſtici: *Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient.* & illa Chriſti, Matth. 5. *Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam:* cùm enim eadem ſit materia, circa quam eſt fames, & ſitis ſpiritualis, nempè ſapientia, & iuſtitia, neceſſe eſt etiam eundem eſſe potum, & cibum ſpiritualem, & per conſequens eundem eſſe appetitum cibi, & potus ſpiritalis; ſiuè idem appetitus nomine famis, D ſiuè nomine ſitis appelletur. Conſonat D. Ambroſius in illud Lucæ 5. *Numquid poteſtis filios ſponſi, dum cum illis eſt ſponſus, facere ieiunare? Neque poſſumus* (inquit citatus Doctor) *quia Chriſtum habemus, & Chriſti carnem epulamur, & ſanguinem.* Quomodò enim videtur ieiunare, qui non eſurit? quomodò enim ſitire poteſt, qui bibit Chriſtum? cùm ipſe dixerit. *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet vnquam.* Ex his enim colligitur ſatiare famem, & ſitim ſpiritalẽ, eſſe vnum effectum gratiæ, quam confert Chriſtus in Euchariſtico Sacramẽto, qui effectus, cùm non poſſit ità diuidi, vt ſa-

Ioan. 6.

D. Auguſt.

Pſal. 103.

Eccleſ. 4.

Matth. 5.

Luc. 5.

D. Ambr.

Effectus Euchariſtiæ eſt ſatiare famẽ & ſitim ſpiritualem.

tiet vel solam famem, vel solam sitim, satis cōstat de mente S. Ambrosij famem, & sitim spiritalem esse vnum appetitū. hoc notato

Conclusio. Eucharistia per se loquendo nō confert maiorē gratiā sub vtraq; specie, quā sub altera tantùm.

Dico, per se loquendo, non conferri maiorem gratiā ab Eucharistia sub vtraque specie, quàm sub altera tantùm.

Conc. Colon.

Probatur primò ex Concilio Prouinciali Coloniensi celebrato anno Domini 1536. parte 7. cap. 15. vbi ait. *Docebit Parochus corpus, & sanguinem Domini altera tantùm specie perfectè consistere, adeò vt laicus, qui sub specie panis communicat, non tantùm corpus, sed & sanguinem Domini non minùs recipiat, quàm qui capit sub vtraq; specie panis, & vini.* Fundamentum

Conc. Triden.

B præcipuum elici potest ex Concilio Tridentino supra citato; cùm enim ex eo, quòd Christus, qui est fons gratiarū omnium, sit sub singulis speciebus Sacramentalibus, Concilium concludat, fideles sub vna specie communicantes nulla gratia necessaria ad salutem priuari; similiter inferri posse videtur, ex eo, quòd idem Christus fons, & causa præcipua omnis gratiæ, æquè sit sub altera prædictarum specierum, panis scilicet, & vini, atq; sub vtraq;, nullam gratiam conferri per duo prædicta Sacramenta, quæ non conferatur per alterum cæteris paribus, scilicet supposita æquali dispositione ex parte sumentis.

C Confirmatur primò, quia si plus gratiæ conferretur per Sacramentum corporis, & Sacramentum sanguinis simul sumpta, sequeretur etiam plus gratiæ per duas, vel plures hostias cōferri, quàm p vnā tantùm, immò per plures partes, in quas diuisa esset hostia; hoc aūt est falsū; sequela illa probatur, nam sicut in Sacramento corporis, & sanguinis collectiuè sumptis bis continetur Christus, ità sub duabus hostijs Christus bis continetur, ergò si ex eo, quòd bis continetur Christus in Sacramento corporis, & sanguinis collectiuè sumptis bis confertur gratia, semel autem tantùm per vnum illorum; ità si per vnum Sacramentum datur vnus gradus gratiæ, per ambo Sacramē-

D ta debent dari duo. Simili modo cùm sub duabus hostijs Christus bis contineatur, vel sub duabus partibus eiusdem hostiæ diuisæ in duas partes, si hæ successiuè sumantur, & modo, quo sumitur Sacramentum corporis, & Sacramentum sanguinis, Christus existens in ijsdem hostijs, siuè partibus hostiæ duabus, duas gratiæ partes conferet; & ità si per vnam hostiam, vel per vnam partem hostiæ datur vnus gradus gratiæ, per duas hostias, vel per duas partes hostiæ diuisæ, debent dari duo gradus.

Obiectio:

A Neq; dicas per accidens esse; quòd particulæ consecratæ eiusdem rationis sint continuæ, vel discretæ; Sacramētum verò corporis, & Sacramentum sanguinis cùm sint diuersæ rationis, per se postulant distinctionem, & multiplicationem sumptionis, atq; ità discrimen esse in proposita paritate.

Impugnatur.

Nam contra est, quia Sacramentum corporis, & Sacramentum sanguinis non distinguuntur ex parte rei contentæ simpliciter, vt supra declarauimus, neq; ex parte effectus significati, siquidem vtrūque per se sumptum, & simul coniunctū, significat refectionem spiritalem, quæ vna est, sicut fames, & sitis animæ vnus

B est appetitus. Atque hinc apparet illa duo Sacramenta non distingui in virtute agendi, immò virtutem, & significationem huius Sacramenti talem esse, vt formaliter loquendo, æquè sit tota in toto, & tota in singulis partibus, ac proindè non plus gratiæ conferatur per Sacramentum corporis, & Sacramentum sanguinis simul sumpta, quàm per singula seorsim accepta: sola enim multiplicatio instrumentorum non sufficit ad augendum effectum, vt patet ex eo, quòd licèt si vnus, & idem baptizaretur simul à duobus, non tamen ob id maiorē gratiam reciperet.

Suarez.

C Confirmatur secundò ex Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 63. sect. 6. nimirùm, quòd vnum Sacramentum, quamuis ex pluribus partibus constet, si ad vnum finē, & formalem effectum dirigatur, vnum etiam adæquatum, & quasi indiuisibilem effectum operatur ad cuius totum suo modo concurrendo, aut per se primò, aut per aliquid sui, modo scilicet suæ naturæ, & applicationi accommodato, sed Eucharistia, vt constans ex Sacramento corporis, & Sacramento sanguinis est tantùm vnum integrum Sacramentum ordinatum ad eundem finē, & formalem effectum augmenti gratiæ per modum nutritionis, seu refectionis spiritalis, ergò habet vnum tantùm effe-

D ctum gratiæ, qui æquè per alterum ex prædictis Sacramentis tribuitur; atque per vtrumq; simul.

1. Obiectio.

Obijcitur primò, quòd Sacramentum corporis, & Sacramentum sanguinis simul iuncta significant completum conuiuium, siue refectionem spiritalem, & satietatem plenam, & integram, quam non significant singula illorum per se sūpta, quare plus gratię debet conferri per vtrumque Sacramentum, quam per alterum tantùm.

Responsio.

Respondetur, quamuis Sacramentum corporis sub ratione cibi, & Sacramen-

tum

tum sanguinis sub ratione potus gratiam significent, non tamen plus gratiæ per vtrumq; Sacramentum, quàm per alterum tantùm confertur; & ratio est, quia licèt naturalis cibus, & naturalis potus habeant diuersos effectus; in spiritualibus tamen aliter res se habet: etenim sicut fames, & sitis animæ idem omninò sunt, vt declarauimus, ità vna sola est animæ refectio, quę fit per eandem omninò gratiam, cumq; hæc significetur non solum per Sacramentum corporis, & Sacramētum sanguinis simul, sed etiam per eorū singula, neque sub ratione peculiari cibi vel potus; dicendum est per ambo prædicta Sacramenta, & per singula eorum æquè significari gratiam Sacramentalē, B licèt vno modo ab vno Sacramento, & ab altero alio modo significetur: ex quo liquet Sacramentum corporis, & Sacramentum sanguinis separata significare gratiam imperfectè, siue non plenè, non quidem quoad rem significatam, sed tantùm quoad modum significandi, siquidem gratiam nutrimentalem significare perfectè quoad modum significandi, est eam significare per modum cibi, & potus, quæ duo in naturalibus solent concurrere ad constituendam refectionem corporalem integram. Quarè nullum est discrimen inter vtrumq; Sacramentū simul sumptum, & alterum eorum quoad rem significatam, sed tantùm ex parte C modi significandi, ità vt vtrumq; simul pleniori, siue expressiori modo significēt gratiā nutrimentalē, quam alterum eorū seorsim, quod nō adeò pleno, & expresso modo significat: hinc autem inferri nequit, quòd vtrumq; Sacramentum simul sumptum plus gratiæ conferat; alioquin etiam dicere quis poterit, baptismum trina mersione collatum magis iustificare, quia pleniori, & expressiori modo significat gratiam baptismalem, quàm significat baptismus vnica mersione, vel aspersione collatus.

Claudius Sainctes.

Quarè optimè Claudius Sainctes repet 16. cap. 3. in fine. *In summa fatemur perfectiùs significari Christi passionē vtriusque speciei oblatione, quàm alterius tantùm. Fatemur denique spiritalem refectionem quā præstat Christus, perfectiùs significari vtriusque sumptione, quàm vnius; sicut enim eadem res pluribus verbis expressa solet perfectiùs significari, quàm si vno verbo tantùm efferatur; ità in Sacramentis vsu venit, perfectiùs .n. significat trina immersio baptismi, quā vna tinctio.* D Sed hæc omnia nobis non aduersantur, qui studentes plus rei, quā signo percipiendo, dicimus Christum non præcepisse in Sacramentis obseruare ea, quæ expressiùs significant, nec ma- A iorem efficaciam expressiori significationi promisisse.

Objicitur secundò, quod dicunt aliqui, Clementem VI. in Bulla ad Regem Galliæ, vel secundùm aliquos ad Regem Angliæ concessisse ei communionem sub vtraq; specie, & addidisse Pontificem, se hoc concedere ad maius gratiæ augmētum. — 2. Obiectio.

Respondeo, quia in Bullario edito anno 1607. à Laertio Cherubino Bullarum Pōtificum diligentissimo collectore, habentur quidem quinque Bullę Clementis VI. in eis verò verba citata non habentur; solùm inter illas vna est ad Regem Galliæ, verùm hæc non agit de hac materia, sed de Canonizatione S. Iuonis; itaque probabile est prædictam obiectionem non habere fundamentum solidum, & ideò refelli. — Responsio. Laert. Cherubin.

Prætereà dici potest, quòd sicut in dicta Bulla de S. Iuone in principio hæc habentur: *Ad spiritualis gaudij, & consolationis augmentum Iuonem relatum esse in Sanctorum numerum*; ità similibus fortasse verbis, quæ rectè intelligi possunt de cōsolatione spirituali causata ex opere operantis, Clemens vsus est, si modò hic Pōtifex talem bullam edidit. — In Bulla S. Iuonis.

Objicitur tertiò, quòd Sacerdos iuxtà Ecclesiæ præscriptum, antequam calicem sumat, oret, vt sanguis Domini nostri Iesu Christi, quem vult sumere, custodiat ipsius animam in vitam æternam, ex quo videtur indicari, quòd ille sanguis aliquid operaturus est in ipsius anima. — 3. Obiectio.

Respondeo primò, quia prædicta verba Sacerdotis dirigi possunt ad Deum, illum deprecando, vt gratiam maioris dispositionis concedat, per quam vberiorem gratiam consequatur sumendo sanguinem. — 1. Respōsio.

Secundò dici potest, quòd prædicta verba dirigantur etiam ad hunc finem, vt si fortè Sacerdos per sumptionem corporis, gratiam Sacramentalem, eo quòd non erat benè dispositus, non accepit, Deus ipsi debitam concedat dispositionem, vt saltem per calicis sumptionem, Sacramentalem consequatur gratiam. — 2. Respōsio.

Objicies: verisimile omninò videtur, quando à Christo fuerunt inuitati Apostoli ad bibendum calicem, ex illa sumptione in eos aliquem fructum deriuasse, immò ex ipso modo inuitandi ad calicis potum Christus videtur eos allicere spe aliqua fructus spiritualis dicens: *Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, Matth. 26. — Obiectio. Matth. 26.

Respondeo, omninò verisimile esse, ex haustu sanguinis percepisse aliquem fru- — Solutio.

ctum

A ctum peculiarem distinctum ab eo, quem ex corporis Domini sumptione receperunt, hunc autem fructum percepisse nõ ex opere operato, sed ex oprre operantis, eo quòd nimirùm cooperati fint gratiæ acceptæ per corporis sumptionem, qua mediante auxerunt dispositionẽ ad sumendum calicem: certum enim est, quòd sicut crescente dispositione per sũptionem vnius particulæ consecratæ augetur effectus Sacramentalis per sumptionem posterioris particulæ, ità idem euenit in sumptione calicis, si post receptam hostiam augeatur dispositio in cõmunicante. Similiter dici potest, quòd Christus ad calicis potum Inuitarit Apostolos spe noui fructus, eò quòd in illis

B iam vidisset creuisse dispositionem, cuius incremẽto proportionatum gratiæ augmentum recepturos cognosceret.

Instantia.

Instabis: Si Sacramentum corporis, & Sacramentum sanguinis non conferũt maiorem gratiam, quàm alterum eorum, sequeretur non esse tantam necessitatem consecrandi sub vtraque specie; quarè posset Sacerdos ad communicandum. v. g. infirmum in casu necessitatis, si non adsit nisi hostia, consecrare in vna tantùm specie, vel saltem ex dispensatione Pontificis in casu necessitatis aliquò licebit in vna tantùm specie consecrare.

Diluitur.

Respondeo, seclusa Pontificis dispensatione, non posse priuatum Sacerdotẽ, neq; ob publicam, neq; ob priuatam necessitatem in vna tantùm specie consecrare. Paludanus in 4. dist. 11. quæst. 1. art. 2. Marsilius quæst. 6. art. 1. dub. 3. Caietanus quæst. 80. art. 12. §. *Dicitur*, & omnes, qui tenent Summum Pontificem non posse dispensare, vt Sacerdos consecret in vna tantùm specie, quos infra citabo. Ratio est, quia siue sit præceptum diuinum, siue humanum, & canonicum consecrare in vtraq; specie, sẽper est de re grauissima, atq; adeò nõ potest à priuata persona neq; per iuris inpretationẽ modus mutari, quia hoc (vt constat ex materia de legibus, & docet S. Doctor 2. 2. quæst. 120. art. 1. ad 3.)

Paludan. Marsil. Caietan.

D. Thomas

D spectar ad Principem, præsertim in re graui, & publica. An verò possit Pontifex dispensare, vt Sacerdos consecret in vna tantùm specie ob publicam alicuius Prouinciæ vtilitatem, in controuersiam vocant Theologi. Sit ergò

DISQVISITIO II.

An Summus Pontifex possit legitimè dispensare, vt Sacerdos ob publicam vtilitatem in vna tantùm specie consecret.

AFfirmant Albertus in 4. dist. 11. Paludanus qu. 1. art. 2. Maior dist. 9. q. 3. §. 5. Adrianus quæst. 6. de Eucharistia, Angelus Verbo *Eucharistia* cap. 23. Azorius tom. 1. instit. moral. lib. 10. cap. 19. quæst. 2. §. 3. Claudius de Eucharistia repet. 10. c. 3. Alanus lib. 2. de Eucharistia cap. 20. Io. Hessel. de communione sub vtraque specie tract. 1. Ruardus art. 13. contra Lutherum, Palatius in 4. dist. 12. disp. 3. quorum aliqui hoc fundamento videntur niti, quoniam consecrationem in vtraque specie putant non esse præceptũ diuinum, sed Ecclesiasticum.

Albert. Paludan. Maior. Adrian. Angel. Azor. Claudius. Alanus. Io. Hessel. Ruard. Palatius.

Alij verò, etsi putent præceptum esse diuinum, adhùc censent in eo Pontificẽ dispensare posse, interpretando ius diuinum in aliquo casu non obligare, vt si

C in Regno aliquo vinum haberi, vel non conseruari posset.

Fundatur hæc sententia primò, quia Xpos Dominus Lucę 24. duos Discipulos suos in Emmaus pergentes sub vna tantùm specie panis à se consecrata cõmunicauit, vt ex doctrina Sanctorũ Patrũ Augustini, Chrysostomi, Theophylacti, Bedæ, & Toleti in Ioan. cap. 6. not. 7. ostenditur, & præter dictos sunt etiam alij, & præcipuè S. Hieronymus in Epitaphio Paulæ, & idem Toletus probat, à tempore Apostolorum morem fuisse cõmunicandi sub altera tantùm specie. Ex his sic infert Fagundez cit. num. 6. *Habemus*, inquit, *exemplum Christi Domini*

Luc. 24.

Augustin. Chrysost. Theophyl. Beda. Tolet. D. Hieron.

Fagundez.

D *consecrandi sub vtraque specie, & sub vna tantùm; signum ergò est, essentiam sacrificij posse consistere in altera tantùm specie, ac proinde non destruere Summos Pontifices essentiam sacrificij, si ex causa dispensent, vt sacrificium Missæ sub vna tantùm specie fiat.*

Fundatur secundò: hoc Sacramentum institutum est à Christo ad ostentationem immensi sui amoris ergà nos, & ad communem fidelium omnium vtilitatẽ, ergò in casu, quo ex defectu vini, non potest in vtraque specie consecrari, dispensari poterit à Summo Pontifice. Antecedens colligitur ex Concilio Tridentino

Conc. Triden.

tino sess. 13. cap. 2 num. 61. hæc habentur. *Ergò Saluator noster, discessurus ex hoc mundo ad patrem, Sacramentum hoc instituit, in quo diuitias diuini sui ergà homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium suorum, & in illius sumptione colere nos sui memoriam præcepit, suamque annunciare mortem, donec ipse ad iudicandum mundum veniat. Sumi autem voluit Sacramentum hoc, tanquam spiritualem animarum cibum, quo alantur, & confortentur viuentes vita illius, qui dixit: Qui manducat me, & ipse viuet propter me; & tanquā antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præseruemur.* Consequentia probatur, quia vt definit Tridentinum sess. 21. cap. 2. est in Ecclesia potestas, salua Sacramentorum substantia, mutandi ea, quæ pertinent ad vsum, ac dispositionem Sacramentorum, sicut pro rerum, temporum, & locorum varietate magis expedire iudicauerit, ergò vrgente graui necessitate in prædicto casu dispensare poterit Pontifex.

Fundatur tertiò, quia in pluribus casibus licet in vna tantùm specie consecrarē, ergo & ex dispensatione Pontificis. Antecedens patet, primò, quando consecrata hostia deficit Sacerdos, de quo tum est in Concilio Toletano I. & II. vt alius succedat ad calicem tantùm consecrandum. Secundò, si consecrata hostia immineat Sacerdoti periculum mortis, potest sumpta hostia calicem omittere, & fugere; verùm si in fidei contemptum mortem quis minaretur Sacerdoti, post consecrationem hostiæ, si vinum consecret, tunc mortem subire teneretur Sacerdos. Tertiò, si post sumptum corpus aduertat in calice fuisse alium liquorem, & vinum haberi non possit sine periculo mortis, aut graui scandalo, sacrificium absoluere poterit.

Conc. Tolet.

Fundatur quartò, quia dispensante Summo Pontifice, vt in altera tantùm specie consecretur, adhuc tota substantia sacrificij subsistit, quia species panis consecrati ex vi verborum consecrationis repræsentant formaliter mortem Christi, & corpus illius exangue, concomitanter verò repræsentant mortem Christi effuso sanguine; nam ex vi verborum consecrationis, *Hoc est corpus meum*; reperitur in ipsa hostia corpus Christi, sanguis verò eius concomitanter adest, nec minus est efficax ad spiritalem potum populi sanguis ob concomitantiam, quàm si bibatur sub specie vini. Similis discursus fit in consecratione vini ex vi verborum, *Hic est sanguis meus*; adest certè in ipso vino consecrato ex vi verborum sanguis Christi, concomitanter verò corpus Christi; saluatur ergò tota substantia, & essentia sacrificij Missæ sub consecratione alterius tantùm speciei, ergò potest Summus Pontifex dispensare vrgente causa; vt sacrificium Missæ sub altera tantùm specie fiat. Vnde hæc sententia distinguit inter integritatem sacrificij, & essentiam, siue substantiam illius, & admittit, à Christo Domino quoad integritatem institutum hoc sacrificium Missæ in specie panis, & vini, quoad substantiam verò in vna tantùm specie, vel panis, vel vini.

Negant verò Pontificem posse dispensare, vt Sacerdos ob publicam vtilitatē in vna tantùm specie cōsecret. Syluester Verbo *Eucharistia* 1. quæst. 5. Armil. Verbo *Eucharistia* num. 10. Tabien. eodem Verbo 1. num. 20. Caietanus 3. p. qu. 80. art. 12. Marsil. in 4. quæst. 6. art. 1. Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 223. Nugnez in 3. p. ad quæst. 74. art. 1. Inclinat D. Thom. 2. p. quæst. 80. art. 13. ad 1. qu. 82. ad 3. & quæst. 83. ad 6. ad 1. & ad 2. Cardinalis de Lugo de Sacramento Eucharistiæ disp. 19. sect. 8. Probatur principaliter: Hoc sacrificium ex Christi ritu est essentialiter institutum, vt sit realiter expressiuum cruenti sacrificij, scilicet passionis, & mortis ipsius Christi, hæc autem expressio, seu perfecta repræsentatio non potest fieri nisi consecratione vtriusque speciei, ergò &c. maior constat ex Tridentino sess. 22. cap. 1. vbi dicitur, quòd Christus, *vt Ecclesiæ relinqueret sacrificium, quo cruentum illud semel in Cruce peragendum repræsentaretur, &c. Corpus & sanguinem suum sub speciebus panis, & vini Deo Patri obtulit, ac sub earundem rerum symbolis, Apostolis, quos tunc noui testamenti Sacerdotes constituebat, vt sumerent, tradidit, & eisdem, eorumque in Sacerdotio successoribus, vt offerrent, præcepit per hæc verba: Hoc facite in meam commemorationem.* Et paulò post: *Se ipsum ab Ecclesia per Sacerdotes sub signis visibilibus immolandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad Patrem, quando per sui sanguinis effusionem redemit, instituit &c.* Minor probatur: repræsentans debet exprimere repræsentatum; ergò non sufficit vt sanguis repræsentetur implicitè sub speciebus panis, aut è contra, nam vt sit expressiuum cruenti sacrificij, debet vtrumque exprimere sub forma visibili: posito autem quòd clara repræsentatio passionis Christi sub vtraq; specie in sacrificio Missæ sit de essentia sacrificij, constat quòd Pontifex nō potest dispensare, vt Sacerdos consecret sub vna tantùm specie, quia Pontifex non potest variare substantiam sacrificij.

Syluest. Armilla. Tabiena. Caietan. Marsil. Suarez. Nugnez. D. Thom. Cardin. de Lugo.

Conc. Triden.

Notaodum, resolutionem huius quæstionis maxima ex parte peodere, an vera sit historia, quæ affirmat aliquandò hac in re fuisse à Pontifice dispensatum, si enim vera est, cùm non liceat credere id illicitè fecisse Summum Pontificem, dicendum erit posse hac in re dispensari à Sede Apostolica: sed in dubium reuocatur illa historia, de qua hæc scribit Fagundez in primo Ecclesiæ præcepto lib. 3. cap. 5. Innocentius VIII. cum Noruergis dispensauit anno 1490. vt apud eos Missæ sacrificium sine vini consecratione in specie tantùm panis fieret propter immensi frigoris intemperiem eius regionis, eo quòd vinum illùc asportatum, statim vel acescat, vel congelascat, vt refert eruditus Scholiastes apud Chronicō Eusebij fol. 112. & Volaterranus lib. 7. cap. 4. fol. 80. quamuis Volaterranus aliquantulum obscurè, & confusè loquatur, dum ait, Innocentium VIII. cum Noruergis dispensasse, vt sine vino calicem sacrificarent. Clariùs loquũtur Onuphrius in suo breui Chronico, Genebrard. in Chronologia, Tapier. art. 14. Io. Hessel. cit. qui omnes dicunt dispensatum fuisse ab Innoceotio VIII. cum prædictis Noruergis, vt in altera tantùm specie panis celebrarēt, & Claudius de Eucharistia reper. 10. cap. 3. & 4. ad finem addit, dispensatum fuisse à Sede Apostolica in eadem re cum Danis: hanc autem historiā vtpotè non solido fundamento veritatis innixam reijcit Io. Cardinalis de Lugo cit. sect. sub num. 119. his verbis. *Vnde falsitatis apertè conuincitur, quod ex vno Volaterraneo alij retulerunt, dispensatum cum Noruergis, vt consecrarent in vna sola specie panis, cùm constet, apud illos vinum ad sacrificium, & ad potum non deesse: & ipsa historia falsitatem suam prodit; dicit enim, concessum illis fuisse, vt calicem sine vino sacrificarent; quod absque manifesto errore concedi non potuit, vt constat. Quod autem Claudius Sainctes dicit, Innocentium Quartum cum Noruergis dispensasse, constat fuisse errorem, dum pro Innocentio Octauo, quem Volaterranus refert, dixit Innocentiū Quartum, de quo nullus vnquam historicus talem dispensationem retulit.*

Fagundez. | Volaterran. | Onuphrius. Genebrard. Tapier. Io. Hessel. | Claudius. | Cardin. de Lugo.

Seclusa ergò hac historia, tota controuersia in eo vertitur, vt videamus, an de essentia sacrificij Missæ, sit expressa, & clara repræsentatio mortis, & passionis Christi, an verò tantùm repræsentatio implicita, & minùs clara, quòd cùm neutra pars euidenti argumeoto demonstrari possit, hinc probabilitas pro vtraque parte remanet, plures autem probabilitatis gradus in posteriori loco allati esse videntur. quare

Dico, probabiliorem esse secundā sententiam. Ducor, quia ex citato Tridētino sess. 22. c. 1. satis colligitur à Christo talem ritum sacrificandi institutum fuisse, quo non implicitè, seu minùs clarè, sed expressè, & clarè repræsentaretur eius passio & mors, ad hanc autem repræsentandam clarè, & expressè consecratio vtriusq; speciei requiritur.

Conclusio. Conc. Tridens.

Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.

NOTVLA II.

Ad benè degustandum Eucharisticum cibum sedula illius meditatio requiritur.

SATIS explicuimus cum D. Thoma ootula 1. per hunc botrum intelligi Christū sub Eucharistia, hoc supposito videamus, an præter mysterium ibi expositum, alia etiam subindicentur. Equidem botri suauitas, & dulcedo perfectè percipi nequit, nisi botrus dentibus in ore prematur; quocirca dum sponsa Eucharistici conuiuij sacrum suum dilectum Botro assimulat, innuere videtur, se illius dulcedinē degustasse, modo simili, quo degustari solet vuæ botrus; nimirum sicut hic in ore per compressionem, ita Eucharisticus cibus in mente per considerationem. *Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engadde.* Quasi dicat: dilectus meus mihi dulciter sapit instar præstantissimi Botri in ore compressi, dum illum in sacra Synaxi sumo, atque cordi meo per contemplationem astringo. Aliquid de hac cogitatione insinuasse videtur Psellus hic apud Theodoretum. *Distillauit,* inquit, *nobis mustum æternitatis, musti distillatio non fit sine compressione.*

D. Thom. | Psellus.

Peregrinantibus Israelitis per loca ijs omnibus destituta, quæ ad victum humanum desiderantur, admirabile illud Manna in alimoniam suppeditabat de cælo Dominus. *Erat autem Man, quasi semen coriandri, coloris bdellij. Circuibatque populus, & colligens illud, frangebat mola, siue terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati.* Numer. 11. Quid mysticè docemur hic, dum mola infringendum erat, aut in mortario conterendum manna, vt in commodum efformaretur edulium?

Num. 11.

Norma

Norma sanè præscribitur seruanda in sũptione Eucharistici Sacramenti, cuius symbolum satis vulgatum fuit manna; sicut enim hoc mola comminuebatur, vel in mortario terebatur, vt ex eo sapidæ conficerentur offæ, itâ, vt benè nobis sapiat Altaris esca, dum illam mandimus, animo sæpius versare, diligentiq; meditatione, veluti mola molere debemus. Speciosè admodum Drogontius de Sacramento Dominicæ passionis. *Colligite, inquit, filij Israel, colligite manna, & frangite mola, & replebitur sicut adipe, & pinguedine anima vestra: molestus est labor, sed fructuosus, labores manuum tuarum mãducabis, & tam beatus es, & benè tibi erit in futuro.*

Vt nobis sapiat sacra dapes, animo sæpius voluenda, ac meditatione veluti mola terenda. Drogont.

Regnum cælorum grano sinapis comparauit Dominus Seruator noster, *Simile est Regnum cælorum grano sinapis*. Matth. 13. Sed nonnè Eucharisticum Sacramẽtum verè Regnum cælorum dici potest, cùm in hoc Sacramento communicetur Deus, quo Regnum cælorum constituitur? Rectè Paulinus. epist. 9. *Christus idem, panis, & Regnum, quo nos saginamur.* Apta igitur satis ad manifestandam diuini ferculi virtutem, est à grano sinapis mutuata similitudo; sicut enim illius sapor acerrimus tunc perfectè percipitur, cùm sinapis dentibus conteritur, itâ Eucharistici cibi ineffabilis suauitas sentitur, cùm hic mentis consideratione studiosè premitur. Pulchrè Paschasius in citatum locum Matthæi. *Regnum cælorũ, ait, accipitur pro Christo, qui cùm teritur in corde, ora nostra gustu feruentia, viuido fructus sui sapore succendit in tantum etiã, vt ab oculis lacrymæ præ nimio ardore decurrant, & feruentes reddit.*

Matth. 13. Paulin. Eucharistiç suauitas sentitur, cum mentis cõsideratione premitur. Paschasius.

Botrus Cypri dilectus meus mibi, in vineis Engaddi.

NOTVLA III.

Eucharisticũ Sacramentum instituit Christus ante passionem suam, vt altiùs cordibus nostris infigeret desiderium, quo ille tenebatur effundendi sanguinem in passione.

Variæ rationes afferri possunt, cur Christus Seruator noster Eucharistiæ Sacramẽtum ante acerbissimam passionem suã voluerit instituere. Dici

A primò potest decuisse, vt summè amans summum amoris argumentum adhuc in mortali corpore existens nobis exhiberet. *Cùm dilexisset suos, in finem dilexit eos.* Secundò, vt ipsamet institutio, & oblatio sacrificij incruenti esset meritoria, & satisfactoria, & pretium nostræ redemptionis; hoc enim non habuisset, si post resurrectionem, quando non erat Christus in statu merendi, vel satisfaciendi, institueretur, vt benè notat Suarez tom. 3, in 3. p. disp. 41. sect. 5. Tertiò, vt esset memoriale concupitæ ab ipsomet Christo passionis: Ad hunc sensum alludit versiculus hic. *Botrus Cypri dilectus meus mibi, in vineis Engaddi.* Bo-

Ioan. 13. Suarez.

B trus enim præcedit vinum, nec vllus propinat botrum, sed prius exprimitur, vt sic vinum effluat, quod hauriri potest. Quarè quid ità aptum ad indicandum, quo vehementi amoris impulsu Sacramentum hoc instituerit Christus, dum hic non sibi satisfacere potuerit, expectando vt in torculari passionis conculcatus, & pressus, sanguinem emitteret, sanguinis effusionem illam præuenit, vt desiderio effluendi in nostram salutem ebullientem sanguinem nobis daret. *Botrus Cypri in vineis Engaddi.* Quasi dicat spiritalis sponsa: Diuinus amator meus botro vuæ similis certè est, dum sanguinem suum priùs propinare voluit,

C quàm ille sub tormentorum compressione profflueret, vt sic non modò sanguinis sui potionem hominibus exhiberet, sed & illorum cordibus affectum, quo sub passionis torculari sanguinis effundendi exardescebat, insinuaret. Huc respiciunt illa Nysseni verba oratione 1. in Christi Resurrectione. *Non Iudæorum, quasi prædonum impetum, non iniquam Pilati sententiam expectat, vt eorum malitia sit communis hominum salutis principium, & causa, sed consilio suo anteuertit, & arcano sacrificij genere, quod ab omnibus cerni non poterat, se ipsum pro nobis hostiam offert, & victimam immolat, Sacerdos simul existens,*

Nyssen.

D *& Agnus Dei, ille qui mundi peccatum tollit. Quando id præstitit? cum corpus suum discipulis congregatis edendum, & sanguinem bibendum præbuit.*

Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Io. 12. loquitur hic Christus de crucis morte, quam auidè cupiebat; de ea enim frequenter sermonem instituebat, sicut moris est verba sæpè facere de his, quæ valdè appetuntur; Sed cur granum se nominat Seruator noster, dum passionem suam, in quam tanto ferebatur affectu, commemorat? ex grano certè conficitur panis, panem verò se esse dixit ipsemet

Ioan. 12.

 Chri-

Ioan. 6. Christus; *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi*, quem cum ille nobis dare decreuisset, suæ desideratæ passionis memoria, veluti charactere obsignatū, opportunam quis neget fuisse huius Sacramenti insinuationem, quando de passione illius agebatur? Suffragantur huic **D. August.** expositioni D. Augustinus tract. 51. in Ioan. vbi in præmemorato Ioannis loco mentionem fieri de Christi morte dixit: **D. Gregor.** Ibidem verò Gregorius Papa hom. 7. in Euangelia subindicatum agnouit Eucharisticum Sacramentum, cuius verba attulimus supra notula 3. ad vers. *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.*

B Deficiente vino in geniali conuiuio apud Canam Galilææ, piențissima Iesu mater Gnatum rogat, vt diuina sua virtute necessitati succurrat, *Vinum*, inquit, *non habent*: Filius verò quasi matri negaturus postulatam vini subministrationē, *Quid mihi, & tibi est mulier?* ait, *nondum* **Ioan. 2.** *venit hora mea*. Io. 2. Quæ causa huius, quòd prima fronte dumiculum videtur, responsi? Cogitabat Christus vinū Eucharisticum, quod in cœna propinaturus erat hominibus sub desideratæ passionis ingressu; vndè quasi piè conquerens, quòd nondum tempus illud adesset, illa protulit verba; *nondum venit hora mea*: quasi diceret, nondum venit illa hora, qua potare nobiliori poculo con- **C** uiuas volo, sanguine scilicet meo, dum neci tradar votis omnibus à me exoptatæ. Fauet ex parte huic existimationi **Gaudentius Brixien.** Gaudentius Brixiensis tract. 9. qui est 2. de Euangelica lectione. *Meritò tunc initer ibi stu signorum matri respondit: quid mihi, & tibi est, mulier? Nondum venit hora mea, tanquam si diceret: Quid tam præpropera est tua, ò mulier, suggestio, cùm hora passionis meæ nondum venerit.*

Ritus fuit à Domino præscriptus in esu agni seruandus, vt illius carnes non essent elixæ. sed solo igne decoctæ. **Exod. 12.** Exod. 12. Quid mysterij portendit hæc cæremonia? Equidem carne illa agni futuram Christi carnem in cœna Dominica **D** porrigendam in cibum præsignatā fuisse satis exploratum est; cùm autem tunc Christus maximè arderet desiderio perferendi cruciatus sibi à Iudæorum sæuitia paratos, carnes non aqua decoctæ, sed solo igne assatæ aptissimo symbolo poterāt hoc repræsentare. Optimè Paschasius lib. de corpore, & sāguine Christi **Paschas.** cap. 22. *Nec crudum quid ex ijs, aut coctum aqua, sed assatum tantùm igni passionis comedamus.*

Vbicunque fuerit corpus, ibi congregabitur & aquila. **Matth. 24. D. Thom.** Matth. 24. D. Thomas **A** opusc. 58. cap. 4. per corpus hoc, Dominicum corpus sub sacris accidentibus intelligit. Cohæret interpretatio Hu- **Hugo Cardin.** gonis Cardinalis in præfatum Matthæi textum. Corpus, idest cadauer, vt ex- **D. Hieron.** ponit D. Hieronymus in eundem locum, cuius verba dabimus infrà; nàm in codice Græco est τὸ πτῶμα, quod latinè significat cadauer. & sic etiam notat Mal- **Maldonat.** donatus in eundem locum, & accinit **Abulens.** Abulensis in Matthæum quæst. 188. Sed cur cadaueri assimilatur corpus Christi, prout in Altaris Sacramento existit? Nonnè corpus suum viuum dedit Christus in Eucharistica cœna? Ità sanè. Cur ergò veluti cadauer innuitur? An quia **B** ex vi verborum corpus exangue fit in Sacramento, sanguis verò tantùm concomitanter, & sic Christus sub Sacramento secundùm aliquam rationem, cadaueris similitudinem habere videtur, quatenùs nimirùm ex vi verborum corpus Christi non determinatè viuum sub accidentibus panis significatur? Non inficior: quod fusiùs infra ad vers. *mel, & lac sub lingua tua*, cap. 4. disq. 2. declaratum habes. Sed ad rem nostram. Morti tantum inhiabat Christus, quando Altaris Sacramentum instituit, vt se mortuum quodāmodo, atq; ità corpus suum veluti cadauer reputaret: vndè vt etiam nobis hunc affectum suum pro salute nostra morien- **C** di imprimeret, Corpus suum non determinatè viuum ex vi verborum, sed viuum concomitanter tantùm sub specie panis tradidit in cibum nostrum. Insinuasse hanc nostram existimationem aliqua ex parte videtur memoratus Hiero- **D. Hieron.** nymus, dicens. *Possumus autem corpus, idest πτῶμα, quod significantiùs latinè dicitur cadauer, ab eo, quod per mortem cadat, passionem Christi intelligere, ad quam prouocamur.* Consonant præsenti argumēto pia, & venusta B. Laurentij Iustiniani verba de triumphali Christi agone c. **B. Laurent. Iustin.** 2. *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum, antequàm patiar. Mira res: Proximus erat passioni, noueratq; quantas* **D** *ferre debebat contumelias, & tamen ex hilaritate cordis se noluit continere, quin desideriorum suorum æstus exprimeret: Attendebat aliorum commoda proprij immemor ludibrij: præter vsitatum, & communem naturæ ordinem est, vt homo morti vicinus exultet, & obliuiscatur sui. Hinc magnanimitas, hinc charitas, hinc Redemptoris declaratur diuinitas. Pœnarum quippè intrepidus, & discipulorum profectu sollicitus, atque amoris flamma succensus, qualis latebat intùs, per oris apertionem manifestauit foris. Vt igitur ignem igne, desiderium desiderio, & amorem excitaret amore, inquit,*

Desid-

Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum, antequàm patiar.

A

Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum. Vers. 15.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

AVdierat sponsus se ex tenero, & delinienti affectu inter connubiales iocos à noua nupta Fasciculum myrrhæ, & Bottrum Cypri nominari; quarè sic illectus, vt in huiusmodi amoris blandimentis correspõdeat, geminatæ pulchritudinis encomio illam extollit, quia præter venustatem, quam à natura habuit, elegantiam etiam sibi auri, gemmarum, & indumentorum ornamentis comparauit. oculos autem columbarum habere memorat, vt optimam animi indolem, quam externam etiam moribus demonstrabat, prædicet. *Ecce tu pulchra es, ecce tu pulchra es*, quasi spõsus in nuptiali festiuitate peramãter dilectam suam sic alloquatur: Eximiè pulchra es à naturæ dote, à cultus ornatu, cunctisq; vestibus, ab auro, gemmarũq; fulgore; eximiè pulchra es ab animi virtutibus, quarum etiam extrinsecùs in oculis colũbinis radij elucent: sunt enim oculi tui columbarum veracissimi cordis indices, & duo specula, in quibus purissimi animi affectus apparent: Quantum verò in oculis innotescant mentis humanæ commotiones, optimè expressit Plin. lib. 2. cap. 37. *Neque enim*, inquit, *vlla ex parte maiora animi indicia cunctis animalibus, quàm ex oculis, homini maximè; idest moderationis, clementiæ, misericordiæ, amoris, odij, tristitiæ, lætitiæ: profectò in oculis animus habitat.* Quarè cùm oculi spõsæ nitidi, & lucidi, quales habent columbæ, hic dicuntur, interni illius affectus ingenui, atq; sinceri commendantur.

Plinius.

Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA VNICA.

B

Eucharistica alimonia mirabiliter anima venustatur.

EXcitat Diuus Sponsus dilectam ad spiritalẽ pulchritudinem, quam Eucharistici cibi refectione assecura est, conseruandam, & augendam, maximè verò crebra eiusdẽ Sacri edulij sumptione, sic enim secura reddetur de amore suo constanti, *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es.* Quasi dicat: Vide ò sponsa, quã formosa, quàm venusta, quàm elegans C effecta sis, enutrita, educataque pabulo diuino, caue ne talem pulchritudinem deturpes, ne illi maculam aliquam inuras; etenim amor meus sicut vera animi pulchritudine allicitur, oblectatur, & fouetur, ita illa deperdita, vel imminuta, recedit, vel languescit.

Dapes delicatas, nec nõ vina selecta ad vultus elegantiam plurimùm posse, multorum existimatio est; quocircà pueri illi regijs obsequijs destinati, vt formam, qua præstabant, vel illibatam seruarẽt, vel etiam meliorem redderent, ferculo optimo enutriendi, & vino generoso recreandi erant, ex Regis Asphenez mandato. *Et ait Rex Asphenez præposito Eunuchorum, vt introduceret de filijs Israel, &* D *de semine regio, & tyrannorum, pueros, in quibus nulla esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia; cautos scientia, & doctos disciplina, & qui possent stare in palatio regis, vt doceret eos litteras, & linguam Chaldæorum. Et constituit eis Rex annonam per singulos dies de cibis suis, & de vino, vndè bibebat ipse, vt enutriti tribus annis, postea starent in conspectu Regis.* Daniel, 1. Sed an cibus, & potus corporeus, quantumuis exquisitus vultus decorem efficere, vel fouere possit, forsan non ità certum est, cùm ex eadem sacra historia habeamus speciosiores fuisse vultus adole-

Delicatæ dapes, ac vina selecta plurimùm conferũt ad vultus elegantiam.

Daniel, 1.

ſcentium agreſti alimonia veſcentium, & puros latices potantium, quàm eorum, qui & cibo, & potu regio reſocillabantur. Quod ſanè in dubium reuocari nequit, eſt, diuinam Altaris eſcam plurimũ ſpiritalis pulchritudinis animæ conferre. Huc reſpicit inſigne illud Ezech. 16. oraculum: *Similam, & mel, & oleum comediſti, & decora facta es vehementer nimis: & profeciſti in regnum*, quem locum enucleans Hieronymus ibid. *Qui talem*, ait, *comederit cibum, & hoc dulciſſimo, & ſuauiſſimo pane, oleiq; ſplendore fulgente paſtus fuerit, ac nutritus, vertetur in decorem, & fiet pulcherrimus: non ſemel, ſed repetito nimis nimis. Duplicatum enim aduerbium pondus facit orationis: quo ad pulchritudinis magnitudinem addi vltra nihil poſſit*. Et cõgruit textus Hebraicus, in quo dicitur *Valdè, valdè*.

Eucharistia plurimũ ſpiritalis pulchritudinis animæ cõfert.
Ezech. 16.
D. Hieron.

Conſonat etiam illud Zachariæ 9. *Quid enim bonum eius eſt, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Ad quæ verba egregiè Paſchaſius lib. de corpore, & ſanguine Chriſti c. 21. *Pulchrum*, inquit, *eſt eius corpus, ex quo iam ſpecioſa per lauacrum amplius pulchreſcit, vt candore lilij, & rubore ſanguinis in hoc Sacramento decoretur*. Accinit Dauid pſal. 103. *Vt educat panem de terra, & vinum lætificet cor hominis. Vt exhilaret faciẽ in oleo, & panis cor hominis confirmet*, exhilarare enim faciem eſt nitore quodam iucundo illam decorare. Conſentanea quoq; noſtro ſcopo ſunt, quæ habet Chryſoſtomus hom. 61. ad popul. *Hic terrarum orbis eſt pretium, hoc Chriſtus emit Eccleſiam, hoc eam omnem adornauit. Sicut enim homo ſeruos emens aurum erogat, & rurſum eos ornare volens, id auro facit; ſic & Chriſtus ſanguine nos emit, & ornauit ſanguine*.

Zachar. 9.
Paſchaſ.
D. Chryſ.

Porrò ſi pulchritudo eſt quidam diuinæ lucis radius, ſiue ſummi boni ſplendor, vt inquit Plato in Philebo, ſanè dum ipſum Deum in Euchariſtica eſca dignè recipimus, diuinæ ſuæ lucis radios nobis ab eo communicari quis inficiabitur? hac verò felici participatione mirificè anima venuſtatur; quod eleganter iudicauit Gregorius Nyſſenus in hunc locum his verbis. *Homo re vera ſpeculo eſt ſimilis formas ſuſcipiens ex ſimulacris inſtitutorum, & liberarum electionum: ſiue enim ad auri ſpeciem coloratur, eundem etiam materiæ ſplendorem præfefert, ſiuè etiam quidpiam deforme apparuerit, eandem etiam turpitudinem exprimit per aſſimilationem, vt potè ranam aliquam, aut bufonem, aut ſcolopendram, aut aliquid aliud iniucundum ſpectaculum ſua forma referens, quod inuentum fuerit eis aduerſum. Quoniam ergo expulſo à tergo vitio, expurgata à verbo anima, Solis circulum in ſe ſuſcepit, & ſimul reluxit cum luce, quæ in ipſa apparuit, propterea ei dicit verbum: pulchra facta es, quæ meæ luci appropinquaſti, per appropinquationem attrahens diſpenſationem pulchritudinis. Ecce es, inquit, pulchra propinqua mea*.

Pulchritudo eſt diuinæ lucis radius.
Plato.
Greg. Nyſſen.

Subijcio hic ad propoſiti noſtri argumenti confirmationem, quæ de D. Catharina Senenſi ſcribuntur. Anno 1370. die feſtiuitati S. Alexij dicato, poſt ſumptam ſacram Synaxim hæc feliciſſima Virgo à ſuo ſpiritali directore quæſita, quid illi eueniſſet in illa Altaris communione, ſic reſpondit. Mi Pater, non poſſunt hæc noſtra vocabula admirandam pulchritudinem exprimere quæ mihi reuelata, & animo meo impreſſa fuit, quando è tuis manibus ſacroſanctam hoſtiam excepi. Tunc apertiſſimè noui omnes mundi diuitias, aurum, argentum, margaritas, pretioſos lapillos, & quidquid egregij in hac ſpectabili vniuerſitate cernitur, ad aſpectum illius mihi demonſtratæ venuſtatis excelſæ ſordere velut abiectiſſimum lutum. In præmemoratæ ſanctæ vita lib. 2. c. 20.

In vita D. Catharinæ Senen.

Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es.

HAEC gemina pulchritudo, quæ in ſponſa Euchariſtici conuiuij cõmendatur, commodè explanari poteſt de ſpiritali pulchritudine, ſcilicet gratiæ ſanctificante, & de optima diſpoſitione corporali requiſita ad percipiendam Euchariſtiam. De prima ſatis diſſeruimus ad verſ. *Nigra ſum, ſed formoſa*. De hac ſecunda aliqua præcipua attingemus. Sit ergò

PVN-

PVNCTVM THEOLOGICVM

De præuio apparatu ex parte corporis ad sacram cōmunionem.

DISQVISITIO I.

Vtrùm copula coniugalis obliget ad abstinendum à communione, si habita sit eadem die.

PRO parte affirmatiua videtur esse primò; quòd
cū Dauid declinaret ab
ira Saulis perueniens ad
3.Reg.21. Achimelech Sacerdotem
cibum postulauit; *Nunc
ergò*, inquit, *si quid habes
ad manum vel quinque panes, da mihi, aut
quidquid inueneris*. 1.Reg. c.21. *Et respōdens
Sacerdos ait illi: Non habeo laicos panes
ad manum, sed tantùm panem sanctum;
si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus*.
Altera horum verborum translatio legit,
non à *mulieribus*, sed *ab vxoribus*.
Panem verò illum sanctum Dominici
D. Hieron. Corporis typum fuisse, admonēt D. Hie-
D. Ambr. ronymus lib. 1. contra Iouinian. Ambrosius
lib. 5. in Luc. ad caput 6. Euangel.
Procop. Procopius in præfatum locum Reg. 1.
Lyran. Lyranus ibid. morali expositione. Tost.
Tostat. qu. 13. Placet referre Hieronymi verba
Hieronym. loco præallegato: *Panes enim propositionis*,
inquit, *quasi Corpus Christi de vxorum
cubilibus consurgentes edere non poterant;
ideò dictum est ad David fugientē: Si
mundi sunt pueri ab vxoribus*. Et his affinia
habet in quodā sermone de esu Agni,
in vigilia Paschatis, quæ referuntur cap.
Tostatus. *Scatis* 33. qu. 4. Tostatus quoque præmemorata
quæstione sic scribit. *Honestum
est obseruare in coitu coniugali, vti scilicet,
qui Eucharistiam suscepturi sint, caueant cōiugalem
accessum per aliquot dies, saltem per
tres. Nam, quanquā (ait) Ecclesia non obliget
sub pœna peccati mortalis suscepturos
Eucharistiam ab vxoribus abstinere per aliquem
diem: tamen per modum consilij, &
honestatis dixit, quòd per tres dies ante susceptionem
Eucharistiæ ab amplexibus coniuges
abstinerent*. Præterea Oza, vt 2.
2.Reg.6. Reg. 6. dicitur, à Deo percussus est, quòd
Arcam tetigerit, rationem huius assi-
A gnant Hebræi, quoniam illa nocte actui
connubiali vacauit; hinc ergò apparet
obligatio abstinendi à communione post
coniugalem concubitum, cùm contactus
Arcæ Eucharistiam repræsentantis illicitus
fuerit Ozæ post connubialem copulam.
Ratio est, quia mensa illa sancta
exigit à conuiuis pium animi affectum,
mentis tranquillitatem, ac reuerentiam
magnam; hæc autem omnia ab illo accessu
coniugali euerti videntur; quia ille
mentem nimia voluptate solet absorbere,
& ad spiritualia affectum omnem nō
parum hebetare. Auctores huic opinioni
fauentes adducit Thomas Sanchez de Sanchez.
Matrimonio lib. 9. disp. 13. num. 2. &
B Fagundez lib. 3. de præcept. Ecclesiæ c. Fagundez.
6. num. 16. censet peccatum veniale esse
communicare, si nocte præcesserit copula
coniugalis, nisi iusta subsit causa communicandi,
& num. 19. adducit Doctores
putantes commercium cōiugale precedēti
nocte habitum impedire sub culpa
mortali cómunionem sequentis diei,
quam tamen opinionem reijcit nu. 20.

Aliorum existimatio est solùm de cōsilio
coniugea, qui præcedēti nocte actui
coniugali operam dederunt, debere abstinere
à communione sequenti die.
Fundamentum videtur esse, quia cum
ille actus ex se licitus sit, quamuis interueniat
deordinatio aliqua venialis, &
C mentis euagatio aliqua, hæc tamen non
videntur esse satis ad impediendū hominem,
ne possit accedere ad sacram mensam,
vt diuinæ illius alimoniæ gratiam
percipiat, maximè cùm studio aliquo adhibito
possit mentem suam in Deum dirigere,
& ex diuino auxilio pios mentis
affectus ante sacram Synaxim excitare.
Auctores pro hac parte recenset Sanchez Sanchez.
cit. num. 3.

Dico primò, maximè decere post con- 1. Cōclusio
cubitum nuptialem ea die à sacra Synaxi
abstinere, & hoc salubre monitum
dandum à spiritualibus directoribus; nisi
rationabilis aliqua causa quandoq; oppositum
suadeat. Hæc assertio satis con-
D stare potest ex adductis pro prima opinione;
& confirmatur, quia in Concilio Conc. Eliberin.
Eliberino, & refertur de consecratione
dist. 2. cap. *Omnis homo*, consulitur, vt
communicaturus à tribus, aut quatuor,
aut octo diebus præcedentibus à maritali
concubitu abstineat, Ita sentit citatus
Sanchez num. 4.

Dixi, nisi rationabilis aliqua causa oppositum
suadeat, quia plures possunt occurrere.
Prima, si copula habita fuit causa
prolis. Secunda, ad euitandum incontinentiæ
periculum. Tertia, si vrgeat
magna festi solemnitas, in qua de-

centissimum sit ad sacram mensam acce- A dere. Quarta, si sit dies Iubilæi, quo exigatur communio ad illud comparandum. Quinta, si adsit vehemens desiderium communionis, ad quam cum aliquo speciali conatu deuotio excitata sit, & præmissa pietatis, & orationis exercitamēta sint. Sexta, si communio sine aliqua nota omitti non possit, vt si sit fœmina, famulæq; videntes ipsam confiteri, ac minimè communicare, aliquod malum suspicabuntur. Similiter si sit vir, solitusq; frequenter confiteri, & quotiès cōfitetur, eucharistiam recipere, notabuntq; famuli, qui ipsum comitantur, tunc fassum esse, & ab Eucharistia abstinuisse; ità expresè hoc aduertit, & ad- B

Sanchez. mittit citatus Sanchez num. 8. Septima, si vrgeret præceptum Paschæ, aut ex statuto alicuius sodalitij omnes sodales Eucharistiam essent accepturi, aut alia demùm iusta causa iudicio prudentis adsit, quæ satis cohonestare posset actum communicandi post exercitam copulam coniugalem.

2. Cōclusio Dico secundò, accedere ad sacram Synaxim post copulam habitam præcedenti nocte ex nimia carnis concupiscentia, aut voluptatis capiendæ gratia, solam culpam venialem esse, nisi adsit aliqua ex præallegatis nuper iustis causis, quæ auferat indecentiam. Ratio est, quia illa C magna mentis distractio, & hebetudo ad spiritualia orta ex illa deordinata copula tollit reuerentiam debitam tanto Sacramento. Ità Sanchez cit. num. 7. &

Coninch. alij, quos citat, & sequitur Coninch. in art. 7. qu. 80. 3. p. D. Thomæ nu. 45.

DISQVISITIO II.

Vtrùm nocturna pollutio inuoluntaria indecentiam afferat, ob quam abstinendū sit die sequenti à susceptione Eucharistiæ.

NOnnulli putant culpam esse veniale communicare eodē die post pollutionem etiam inculpabilem. Huic sententiæ adhærere videtur D. Augustinus serm. 44. de tempore, vbi absolutè negat licere; &

D. August. postea sic subdit. *Peccatum quidem est; sed tamen paruum est, neque enim dicimus esse capitale*. & D. Gregorius huic parti A fauet resp. 10. & 11. ad Augustinum. Fundamētum huius opinionis esse potest summa puritas, & reuerentia, quam Altaris Sacramentum, in quo est fons puritatis omnis, exigit in accedentibus.

Alij putant nō esse quidem per se peccatum veniale, sed optimum consilium ob reuerentiam Sacramento infinitæ puritatis debitam, abstinere a communione eo die, quo pollutio contigit etiā sine culpa. Huic existimationi suffragari videntur statuta illa ordinis Carthusien- Statuta ordinis Carthusiensis.
sis, quæ habentur in statutis antiquis p. 1. cap. 43. vbi decernitur, quòd nocte pollutus, etiam citra culpam, mane non celebret, nec ad gradus Altaris accedat; B excipitur tamen dies Natiuitatis, Paschæ, Pentecostes, & cùm aliquis initiandus est ordine sacro, dies item dedicationis Ecclesiæ interioris, vel quando aliquis frater debet communicare, vel professionem emittere; Prior potest celebrare, item Sacrista, & Procurator poterunt accedere ad altare, licèt non ministrare Missæ. Etiam in 2. p. statutorū antiquorum cap. 6. §. 3. excipitur, quādo aliquis debet sepeliri eodem die; & in tertia compilatione statutorum cap. 1. §. 33. excipitur festū corporis Christi.

Dico primò, si pollutio inuoluntaria, quæ die, seu noctu contigit, nullam car- 1. Cōclusio
C nis commotionem, aut mentis euagationem circa huiusmodi voluptatem relinquat, ob eam præcisè non esse abstinendum eo die à communione. Ità sen-

tiunt Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 68. sect. 2. §. *Ex hac enim*. Vasquez tom. 3. in 3. p. ad art. 7. quæst. 70. Fagundez lib. 3. de præcep. Ecclesiæ cap. 6. Coninch. in art. 7. quæst. 80. 3. p. D. Thomæ num. 42. nec dissentit Cardinalis de Lugo de Sacramento Eucharistiæ disp. 15. sect. 1. num. 9. Ratio est, quia per hāc pollutionem inuoluntariam nulla macula relicta est in animo, & de cætero nullus illius effectus remanet; quare perindè est, ac si non contigisset. Suarez. Vasquez. Fagundez. Coninch. Cardin. de Lugo.

D Dico secundò, si post huiusmodi inuoluntariam pollutionem homo ità commotus remaneat, vt mentem non possit facilè reuocare à cogitatione illius sensibilis delectationis, atq; adeò nequeat ad diuina mysteria, qua par est, deuotione se præparare, nullaque adsit vrgens causa communicandi; laudabilius, & consultius esse abstinere. Ratio desumitur à reuerentia, & deuotione huic Sacramento infinitæ puritatis, & sanctitatis debita. Patrocinantur huic parti plures Doctores. Coninch. cit. num. 42. Cardinalis de Lugo allegata sect. nu. 10. 2. Cōclusio

Dixi, nisi rationabilis causa adsit, quia

si

si aliqua militaret ex his, quas retulimus disquisitione præcedenti sub prima conclusione, tunc homo peculiari studio; & oratione præmissa ꝓ viribus curaret excitare in se pios affectus, & mentem reducere ad diuina mysteria, satis dispo-neret se in hac parte ad decenter, & laudabiliter sumendam Eucharistiam.

Ad locum D. Augustini pro prima opinione allegatū benè respondet Vasquez citatus, & mentem sancti Doctoris optimè explicat.

DISQVISITIO III.

Quo temporis spatio abstinere debeat à communione, qui lethali culpa voluntariæ pollutionis, vel copulæ illicitæ se deturpauit; etiā si peccati turpitudinem per Sacramētalem confessionem abstulerit.

Lessius. SVppono hic quæ docet Lessius lib. 4. cap. 3. de speciebus luxuriæ dub. 14. vbi dilucidè ostēdit, quale peccatum sit pollutio voluntaria, & quibus euentibus possit excusari à culpa mortali; hoc supposito in proposita disquisitione variæ sunt opiniones.

Prima tenet eum, qui admisit peccatū mortale pollutionis voluntariæ, aut illicitæ copulæ intra diem naturalem viginti quatuor horārum, mortiferè peccare, si accedat ad communionem, aut celebret, etiam si confessus sit. Fauent huic opinioni Marsil. in 4. quæst. 6. art. 4. & Richard. in 4. dist. 9. art. 2. quæst. 3. Alexander Alensis ibid. 4. p. quæst. 11. art. 2. §. 3. Paludanus in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 2. & alij pro hac parte citantur à Fagundez lib. 3. de Præcept. Ecclesiæ cap. 6. num. 7. Fundamentum præcipuum, quia moraliter censetur durare, etiam post pœnitentiam, aliquo tempore fœditas illa corporis contracta propter peccatum carnale, & mentis deordinatio, & affectus commotio circa huiusmodi res inhonestas, quarè notabilis indecentia videtur esse sic ad fontem puritatis accedere. Vnde D. Dionysius Areopagita cap. 3. Ecclesiast. Hierarch. à communione, & sacrificio Missæ magis carnales homines, quàm energumenos expellit, & Climacus gradu 15. allegat Apostolorum canonem permittentem post crimen hæresis, & pœnitentiam, expiationemq; illius, statim communionem, non eam tamen post pœnitentiam de peccato inhonesto.

Marsil. Richard. Alex. Alen. Paludan. Fagundes. Dionysius Areopag. Climacus.

Alij excusant à peccato mortali. Auctores pro hac parte plures citat, & sequitur Fagundez loco supradicto num. 8. Fagundez.

Fundamentum præcipuum est, quia si quis verè pœniteat, & peccatum admissæ pollutionis, & copulæ illicitæ Sacramentaliter confiteatur, nulla notabilis indecentia videtur remanere in huiusmodi pœnitente, propter quam ita necessariò ille debeat abstinere à communione, vel à celebratione Missæ, si sit Sacerdos, vt si non abstineat, peccet mortaliter. Et confirmatur, quia grauius peccatum est homicidium, & furtum, quàm pollutio voluntaria, & fornicatio, sed potest contingere, vt quis post furtum, & homicidium commissum statim verè pœniteat, & confiteatur, hic non est arcendus à mensa Eucharistica, ergo nec arcendus, qui similiter pœniteat, & confiteatur post peccatum pollutionis, vel copulæ illicitæ. Immò Io. Sancius in quæst. select. disp. 23. num. 3. nullam culpam venialem admittere ait, qui eadem die sumit Eucharistiam, qua peccatum voluntariæ pollutionis commisit, si tamen antè communionem confessione Sacramentali purgauerit se; quæ tamen opinio, si intelligatur non solùm de facto, sed etiā de possibili, meritò reijcitur à Cardinali de Lugo de Sacramento Eucharistiæ disp. 15. sect. 1. à num. 4. vsque ad nu. 9.

Io. Sancius. Cardin. de Lugo.

1. Cōclusio. Dico primò, regulariter loquendo, peccare venialiter eum, qui sumit Eucharistiam intrà spatium viginti quatuor horarum post commissum peccatū mortale voluntariæ pollutionis, vel copulæ illicitæ; etiam si confessus, & contritus sit, nisi aliqua rationabilis causa communicandi, vel celebrandi excuset. Ratio est, quia excellentia, & dignitas summa Venerabilis Sacramenti Altaris exigit in accedente mentis tranquillitatem, pios affectus, & deuotionem magnam, ad quæ omnia ritè præstanda inhabilis videtur intrà assignatum tempus homo, qui coinquinatus fuit mortifera labe voluntariæ pollutionis, vel copulæ illicitæ, hoc enim peccatum ità humanam mentē deordinare solet, & ità delectatione carnis implicare affectum, vt spectato consueto modo, quo homo operatur, aliquod notabile tempus requiratur ad expellendam mentis euagationem, & animum reuocandum ad pristinam tranquillitatem, & deuotionem; quarè cen-

setur

setur spatium viginti quatuor horarum A satis congruum regulariter, & moraliter loquendo. Fauet Victoria in summa de Eucharistia num. 81. & plures ex Auctoribus primæ opinionis pro nostra conclusione explicari possunt, hi maximè, qui non expressè dicunt esse mortalem culpam sumere Eucharistiam in prædicto casu. Sic Marsilius exponi potest, dicit enim tantùm. *Benè stat aliquem esse sobrium, & in gratia Dei gratum faciente, & tamen pro illo die suscipere, esse indignum.* patet de eo, qui de nocte pollutus esset pollutione peccatum mortale inducente, qui die sequenti etiam, licèt confessus, & contritus, dummodò non sit curatus animarum, nequit celebrare; debet enim expectare ad viginti quatuor horas; vndè ly, *indignum esse*, exponi potest de indignitate leui, quæ secum affert venialem culpam, nam ille solus indignè, indignitate nimirùm, quæ secum affert mortale peccatum, communicat, qui sibi conscius alicuius peccati mortalis, nō præmittit Sacramentalem confessionem, vt constat ex Tridentino sess. 14. can. 6. Vndè etiam argumentum desumi potest pro illa parte nostræ conclusionis, quæ solum peccatum veniale admittit in proposito casu: Argumentum autem est hoc: Qui post commissum peccatum mortale voluntariæ pollutionis, vel copulæ illicitæ præmisit confessionem, non accedit indignè ad Eucharistiam, indignitate nimirùm, quæ sit peccatum mortale, vt constat ex cit. Concilio explicante locū D. Pauli; ergò si aliqua est indignitas post præmissam probationem per Sacramentalem Confessionem, est indignitas lenis ratione defectus summæ reuerentiæ debitæ sacrosanctæ Eucharistiæ.

Victoria.

Marsil.

Trident.

Dixi, regulariter loquendo, spatium illud viginti quatuor horarum requiri, vt homo se colligat, & ad pristinam mentis tranquillitatem redeat, expulsa omni perturbatione à peccato turpi relicta, nam hæc non est omninò certa, & infallibilis regula; potest enim etiam aliquādo homo esse talis cōditionis, & affectus, D vt breuissimè mentem ad diuina reducat, & sese ad deuotionem excitet. Quarè

3. Cōclusio

Dico secundò, eum, qui culpam mortiferam voluntariæ pollutionis, aut copulæ illicitæ admisit, si postea pœniteat, & Sacramentaliter confiteatur, posse aliquando intrà spatium viginti quatuor horarum sine culpa veniali, & etiam decenter accedere ad Eucharistiam, quando nimirùm expulsa omni carnis commotione, & abdicato perfectè affectu ab omni immunditia ad pristinam mentis tranquillitatem rediit, & oratione, ac pietatis aliquo exercitamēto, vel carnis mortificatione aliquam in se deuotionē excitauit ante sacram Synaxim, & rationabilis causa sumendæ Eucharistiæ, vel celebrandi vrgeat. Ratio est, quia sic omnis indecentia moraliter videtur sublata satis, & nullo modo in effectu aliquo peccatum admissum perseuerare, ità vt nulla fiat irreuerentia Sacramēto Eucharistiæ, quod etiam maximè in gratiā peccatorum vere pœnitentium fuit institutum, vt diximus supra ad vers. *Nigra sum, sed formosa*, notula 1. Plures ex Auctoribus pro prima sententia adducti sine dubio huic nostræ conclusioni fauent, B & præter eos Aegidius Coninch. in art. 7. quæst. 80. 3. p. D. Thomæ num. 42. hæc habet. *Secundò potest quis posius esse pollutionem, ita vt iam nullum omninò eius effectum sentiat. & tunc nulla ratione impedit communionem, quia habet se eodem modo, ac si non fuisset, quod etiam verum est, quādò accidit cum peccato mortali, modò præcesserit legitima pœnitentia, & confessio secundùm dicta supra; quamuis in hoc casu huiusmodi homini suadendum est, vt ex humilitate sibi, vt indigno communionem interdiceret & hoc ei confessarius consultò pro pœnitentia iniungeret, nisi rationabilis causa aliud dictaret.*

Coninch.

Ex dictis diluuntur fundamenta pri- C mæ opinionis inducētis peccatum mortale in primo casu.

Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Vers. 16.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

QVOD est proprium amātium certatim se laudare, accidit hic, nam spōsa geminatæ pulchritudinis encomio celebrata à dilecto, *Ecce tu pulchra es*, vices rependens, pulchritudinis laudes in eum conuertit, & amplificat; *Ecce tu pulcher es, & decorus.* Quasi dicat: tu me pulchram dicis, sed mi dilecte, quidquid floridi, quidquid vegeti, quidquid ad decorem facit, in te veluti in propria sede commoratur.

Ecce

Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens,

NOTVLA I.

Admirabiliter mens humana sacræ Synaxis virtute irradiatur ad diuinas perfectiones agnoscendas.

Dilecta anima peculiari luce perfusa in sacrosancto conuiuio aliquid de diuina pulchritudine agnoscens sic fatur. *Ecce tu pulcher es, & decorus.* Quantum superni luminis Eucharisticum sacramentũ dignè sumentibus afferat, non obscurè præsignatum fuit in illa columna ignis, quæ nocturno tempore Israelitas per ignotas deserti vias gradientes, illustrabat. Exod. 13. Supremum enim Numen in illa face collucens quàm admirabiles diuinæ suæ lucis radios iaculaturus esset, mystica nocte, qua non clarè, sed sub sacrarum specierum velo se nobis communicare decreuerat, præadumbrauit. Fatuet Drogo de Sacramento Dominicæ passionis exponens de humanitate Christi columnã nubis, columnam verò ignis de Spiritu Sancto. *Hæc est*, inquit, *columna nubis, qua per diem præcedebat filios Israel: columna verò ignis per noctem Spiritus Sanctus*; sed hunc, vt fides Catholica docet, cum alijs duabus personis diuinis, Patre scilicet, & Filio concomitãter cum Christi humanitate in sacrosancta communione recipimus, & eius excelsi luminis participes euadimus.

Exod. 13. | Drogo.

Ex diuino mandato in Tabernaculo ante mensam, in qua panes propositionis seruabantur, candelabrum fulgebat. Exod. 26. Verùm, cùm plura essent in templo illo Salomonico digna, quæ clarè perspicerentur, vel luminis irradiatione excolerentur, cur solum è diametro mẽsæ candelabrum emicabat? & quod maiorem concitare videtur admirationem, quia mensa illa extra velum erat posita, atque ita clarè conspici poterat. Præmemoratam mensam Eucharisticæ mensæ symbolum fuisse satis constat, à qua cùm in accedentium mentes diuina lux semper deriuet, aptissimè hoc antè mensam candelabri iubar præsignauit.

Exod. 26.

Diuina luce illustratur mens accedentium ad Eucharistiam.

Perpendẽda occurrũt hic verba Regij Vatis psal. 33. quæ prophetico spiritu de hoc Altaris pabulo protulit. *Gustate, & videte; quoniam suauis est Dominus.* Quasi dicat: vbi gustaueritis Dominici corporis alimoniam, lumen etiã recipietis, quo vobis plurimùm de Dei suauitate, cæterisque eius perfectionibus innotescet.

Psal. 33.

Pergebant in oppidũ Emmaus duo è Christi schola discipuli; his sub peregrini forma apparuit Magister, seq; comitem adiunxit, ignotus semper illis fuit: vbi tandem mensæ accumbunt, & panis à Seruatore frangitur, ò admirabilis Eucharistici panis virtus, statim aperti sũt oculi discipulorum, vndè & Dominum agnouerunt. Lucæ 24. Panem enim illũ Eucharisticum fuisse affirmant multi Patres, quos affert Maldonatus in cit. locum. Audiendus hic Chrysostomus seu quis auctor est homil. 9. ex varijs locis Matth. vbi postquam de Eucharistico pane aliqua dixerat, sic subnectit. *Iste panis est, qui fractus est illis ambulantibus in via, quem agnouerunt in fractione panis.* Placet subnectere quæ D. Augustinus de consensu Euangelistarum lib. 3. cap. 25. habet. *Sed non ita*, inquit, *nunc factum est, non enim incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum à Satana fuisse, ne agnosceretur Iesus, sed tamen à Christo factum est promissio vsque ad Sacramentum panis, vt veritate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, vt Christus possit agnosci.*

Admirabilis Eucharistiæ virtus aperiẽdi oculos discipulorũ vt Christũ agnoscerẽt. Maldonat. Chrysost.

D. August.

Apposite ad nostrum argumentum D. Thomas opusc. 58. cap. 1. *Comede fili mel, quod bonum est; Mel, inquit, est corpus Christi dulce, significat, hoc bonum est, quia tenebras mentis illuminat.* S. Edmundus Cantuariensis Archiepiscopus disputaturus aliquãdo de sacrosancta Trinitate ascendit in cathedram, cumque illic sedẽs discipulos expectaret, & quid dicturus esset, animo pertractaret, somnò oppressus vidit columbam supernè aduolantem, oreq; suo ferentem mirificum Christi corpus, & ipsius ori inferentem, moxque ad superna reuolantem. Expergefactus de Beatissima Trinitate tam præclarè, sublimiter, luculenterque disseruit, vt humani ingenij modũ propè excessisse videretur. Habetur apud Surium 16. Nouembris ex Roberto Richio in ipsius vita.

D. Thomas

Surius.

Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.

NOTVLA II.

Ad laudes Deo cõcinendas prouocatur anima Eucharistiæ refectione ſaginata.

Fidelis ſponſa in Altaris menſa clariori luce perfuſa admirabilem ſui diuini ſponſi pulchritudinem contemplans, hæc verba magno iubilantis animi affectu profert. *Eccè tu pulcher es, & decorus.* Quaſi dicat: Tu me pulchram nominaſti, ſed tu verè pulcher es, & decorus, & ſiqua pulchritudo eſt in me, à tua dimanat, qui per naturam es ipſa pulchritudo; vndè quòd pulchra tuis oculis appaream, eſt, quia tuo iucundiſſimo intuitu me pulchram effeciſti, mea pulchritudo radius eſt tuæ diuinæ lucis, mea pulchritudo meliùs in te, quàm in me elucet, ſicut in ipſo Sole lux meliùs ſplendet, quàm in radijs ab eo effuſis.

Vetuſtiſſimus Hebræorum ritus fuit canendi nocte præcipuè Paſchatis poſt eſum Agni magnum hymnum ex ſex pſalmis compactum, quem Alleluia magnum vocitant, vt notat eruditus Paulus Fulgenſis additione prima in pſal. 11. [Paulus Fulgenſis.] Sicut autem ille Agnus Paſchalis typus notiſſimus erat Euchariſtici Sacramenti, ita & illa pſalmorum melodia præſignabat diuinas laudes, quas ſacra communio ſibi comites exigit.

In Bethleemitico ſpecu Chriſto nato diuinum illud melos, *Gloria in Altiſſimis Deo,* ſuperni Angelorum chori cecinerunt. *Et ſubitò,* ait D. Lucas, *facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis, laudantium Deum.* [Luc. 2.] Sed nonnè Bethleem, ſi vocis etymon ſpectemus, idem eſt, quòd domus panis, atq; adeò verum illum panem, qui de cælo deſcendit, præmonſtrauit? Vndè rectè Hieronymus in Epitaphio Paulæ. [Hieronym.] *Salue,* inquit, *Bethleem domus panis, in qua natus eſt ille panis, qui de cælo deſcendit.* Cui egregiè accinit Beda; [Beda.] *Quotidie,* inquit, *Chriſtus in Nazareth concipitur, flore ſcilicet verbi ſuſcepto, & in Bethleem ijs naſcitur, qui ſe domos æterni Patris efficiunt.* Conſona his habet Gregorius Pontifex ſanctus hom. 8. in Euangelia. [D. Gregor.] Ex his ergò elucet præclarum ſimulacrum, quo prædocti fuimus

A diuina præconia poſt cõmeſtum Euchariſticum panem celebranda eſſe.

Vidi Dominum (inquit Iſaias 6.) *ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum: & ea, quæ ſub ipſo erant, replebant templum: Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. Et clamabant alter ad alterũ, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus exercituum, plena eſt omnis terra gloria eius.* [Iſai. 6.] Dominus in ſublimi illo throno reſidens eſt Chriſtus Seruator noſter in Altaris Sacramẽto, aureo doctore Chryſoſtomo hom. de Chriſti miraculis interprete, cuius hæc ſunt verba; [Chryſoſt.] *Et ſi vos quidem*

B *Rex ad conuiuium vocet, cum timore accumbitis, ciboſquè appoſitos cum reuerentia, & ſilentio ſumitis: Deo autem vos ad ſuam menſam vocante, filiumq; ſuum vobis apponente, vbi Angelicæ poteſtates aſſiſtunt cum timore, & tremore: vbi Cherubim velant facies ſuas, atq; Seraphim cum tremore clamant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus. Vos audetis tumultuando, ac vociferando ad ſpirituale illud conuiuium accedere?* Perpendenda pro noſtro ſcopo occurrit ingeminatio illa laudis, qua cæleſtes ſpiritus diuini amoris igne accenſi Dominum celebrant: ab ea enim admonemur, eundem Dominum in ſacra Synaxi exiſtentem quibus encomijs efferre

C debeamus. [Chriſtũ in Euchariſtia quibus laudibus efferre debeam.]

Poſtquam Chriſtus in Paſchali cœna Dominici corporis ſui alimonia diſcipulos pauit, harmonicas voces in Dei laudem cum illis protulit, vt Matth. hiſtoria refert c. 26. [Matth. 26.] vbi enarrata Euchariſticæ inſtitutione, & ſumptione ſubnectitur, *Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti;* quo exemplo inſtruuntur omnes Altaris menſæ participes, vt poſt ſacram refectionem diuinis laudibus vacent: tunc enim maximè apta redditur anima ad ritè laudandum Deum, vt benè aduertit D. Hieronymus relatus à S. Thoma in Catena ad prælatum locum Matth. [Diuinis laudibus vacare debẽt fideles poſt ſacram refectionem. D. Hieron.] *Iuxtà,* inquit, *hoc exemplum Saluatoris,*

D *qui pane Chriſti, & calice ſaturatus, & inebriatus fuerit, poteſt laudare Deum.*

Si Diuini nominis ſuauitas nos ad laudandum Deum mirum in modum allicit, vt Regius Vates teſtatur pſal. 134. *Pſallite nomini eius, quoniam ſuaue;* [Pſal. 134.] ſanè multò magis ſuauitas, quæ in Euchariſtico Sacramento, tanquam in ſuo fonte deguſtanda exhibetur fidelibus, nos ad encomia Dei canenda impellere debet. [Euchariſtiæ ſuauitas nos impellere debet ad encomia Dei canenda.] Piiſſimè B. Laurentius Iuſtinianus de diſciplina Monaſt. conuerſat. c. 19. ſic Seruatorem noſtrum alloquitur. [B. Laurent. Iuſtin.] *Per illud venerabile myſterium tradis te ipſum fideli-*

bus tuis, quatenus discant ex ipsius suauitate amare te, tenere te, cognoscere te, laudare te.

Lectulus noster floridus: tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina. Vers. 17.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

SPonsa perspecta dilecti sui mira pulchritudine B decori summo coniuncta, eius amore magis exardescens, quæ ad complementum connubiale desiderari possũt, in procinctu esse indicat, lectum nimirùm floribus amœnis respersum, ædes magnifica politura pataras, earumq; fastigia ex selectissimis cedri, & cupressi lignis concinnè elaborata; his autem insinuat, se maximè expetere arctissimam cum sponso coniunctionem, quam genialis thalamus, & communis coniugum habitatio solet confouere.

C *Lectulus noster floridus, &c.*

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Pia anima per frequentem cõmunionẽ vehementiori amoris incendio inflammata, ad strictiorem cũ Deo vnionem anhelat.

D PRiùs fidelis sponsa affectabat osculum Sponsi, *Osculetur me osculo oris sui*; vnionem scilicet cũ sponso, similem ei, quę per osculum fit, vt in explicatione citati versiculi declarauimus; nunc maioribus in amore Diuino progressibus per iteratas diuini pabuli refectiones factis, ad arctiorem coniunctionem aspirat, similem nimirùm ei, qua sponsus & sponsa fiunt vna caro in A nuptiali thalamo, quod modestè innuit his verbis diuinum amatorẽ alloquens, *Lectulus noster floridus*. Cùm enim amori ea vis insit, vt amantes inter se maximè vnire contendat, vt notat D. Dionysius D.Dion. cap. 4. de diuinis nominibus, sanè quò quis feruentiùs amat, eo intimiùs cum amato agglutinari auet: Vndè Plato in Plato. conuiuio introducit Vulcanum sic cum amatoribus loquentem. *Quid est ò homines, quod à vobis vicissim exig tis? & ambigentibus illis, iterum percontaretur: Nũquid hoc exoptatis, in vnum idemque maximè congredi, adeò vt neq; die, neque nocte inuicem separemini? Si hoc affectatis, colliquefaciam vos, confundamque in idem, vt* B *ex duobus vnum efficiamini, & tam in hac vita, quàm apud inferos vnum semper perseueretis. Videte an hoc sit, quod ardetis, satisque futurum sit vobis, si huius compotes efficiamini. Si ità, inquam, Vulcanus quæreret, constat quòd nemo renueret, aut aliud quàm hoc expetere videretur. Re vera enim quod olim cupierat, audisse se quisque putares, congressu videlicet, commixtioneq; cum amato vnum ex duobus confici.* Hæc Plato. Quàm congruè verò perfecta vnitio, quæ fit inter communicantem, & Christum, assimiletur ei, quæ fit inter coniuges per maritalem commixtionem, satis fusè suprà prænotula 7. pluribus Patrum, & C Theologorum effatis adductis exposuimus; quibus additur S. Ephræm de extremo iudicio, & compunctione. S. Ephræm *Est*, inquit, *anima nostra sponsa sancta facta immortalis sponsi. Nuptiarum autem copula, diuina sunt Sacramenta, per quæ sancta anima iungitur sponso, dum cum timore, atque tremore dignè sumuntur.* Theodoretus ad illud Cant. 3. *In die desponsationis illius*, Cant. 3. ait. *Edentes sponsi membra, & bibentes eius* Theodoret. *sanguinem nuptialem eius communionem assequuntur.*

Quantum ab Eucharistica refectione intimæ vnionis cum Deo desiderijs inæstuet anima, floridè exponit D. Cyprianus serm. in cœna Domini. *Vt sciremus*, D.Cyprian. D inquit, *quòd mansio nostra in ipso, & potus quasi quædam incorporatio subiectis obsequijs, voluntatibus iunctis, affectibus vnitis; esus igitur carnis huius, quædam auiditas est, & quoddam desiderium manendi in ipso, per quod sic imprimimus, & eliquamus in nobis dulcedinem charitatis, vt hæreat palato nostro, & visceribus sapor dilectionis infusus.* Perpende, quòd si esus Dominicæ Dominicæ carnis quædam auiditas est, carnis esus & quoddam desideriũ manendi in Chri- auiditatem, sto, iterati esus huiusmodi quales auidi- & desideriũ tates, qualia desideria excitabunt? maximũ excitat intimæ vnionis cũ Christo.

Lectulus noster floridus, &c.

NOTVLA II.

Excitandi sunt varij virtutum actus in sacra Synaxi, vt gratum Christo à nobis præstetur obsequium.

Amoris assidua inter flores habitatio, in eo siquidem, qui floribus caret, aut defloruit, siue corpus, siue animus, siue quoduis aliud sit, amor ipse non insidet. **B** Platonis hoc effatum est in Conuiuio: Verùm quidquid sit de humano amore; certum est diuinum virtutum actibus, veluti vernantibus floribus plurimùm oblectari, quod optimè noscens dilecta Dei diuum suum sponsum pijs affectibus, veluti iucundissimo florum blandimento demulcet. *Lectulus noster*, inquit, *floridus*. Quasi dicat: ò mi amabilissime sponse, quod magis in votis habeo, dum tu mihi per Eucharisticũ Sacramentum te coniungere dignaris, est te plurimùm diligere, tibi in omnibus obsequi, tibi condignas reddere gratias, **C** hi mei affectus sunt natiui flores ex horto gratiæ tuæ demessi, eosdem tibi offero, quibus te summoperè delectari scio, & in eis veluti in florido lectulo suauissimè conquiescere.

Plato.

An mysterio vacare putes, quòd Christus Eucharisticum Sacramentum instituerit sub verna tempestate? quandò natura vestem virentem per ampla camporum spatia extendit, quandò horti florũ venustate variegati dulciter halant, quãdò plantaria felici germine fœcundantur: Equidem hanc florum, & germinũ copiam iteratos virtutum actus, quos potissimùm Christus in sacræ mensæ accumbentibus desiderat, indicasse facilè **D** vnusquisque animaduertere potest.

Verno tempore cur Christ' Eucharistiam instituerit.

In eundem scopum respexisse crediderim Seruatorem nostrum, quando in horto sibi sepulchrum elegit. *Erat autem in loco, vbi crucifixus est* (Ioan. cap. 19.) *hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergò propter Parasceuen Iudæorum, quia iuxtà erat monumentum, posuerunt Iesum.* A cõmunicante enim Hugo Cardinalis ad illud Matth. 27. *Et accepto corpore Ioseph posuit illud in monumento*, appositè adumbrari Christi humationem adnotauit, & si hortus dicitur, quia in eo semper ori- **A** tur aliquid, ò quam aptè præsignati fuerunt in horto illo, vbi Christus fuit sepultus, noui, & repetiti virtutum actus, veluti flores recenter nascentes in Dominicum corpus excipiente.

Ioan. 19.

Hugo Cardin. Matth. 27.

Fame regiones vniuersas depopulante, consumptoque tritico de Aegypto exportato, Iacob iterum cohortatus est filios, vt in Aegyptum ad coemenda alimenta redirent, sed simul illis iniunxit, vt munera de melioribus terræ frugibus vltrà duplicem pecuniam annonæ præfecto deferrent. *Sumite*, inquit, *de optimis terræ fructibus in vasis vestris, & deferte viro munera, modicũ resinæ, & mellis, & storacis stactes, & terebinthi, & amygdalarum. Pecuniam quoque duplicẽ ferte vobiscum, & illam, quam inuenistis in sacculis, reportate.* Gen. 43. Sed si Ioseph rei frumentariç distributor, D. Ambrosio interprete lib. de Ioseph, Christum præmonstrauit alimonia Eucharistica fideles sustentantem; certè per hæc munera de selectioribus terræ frugibus Iosepho delata, singulares virtutum actus, qui eliciendi sunt ab accedẽtibus ad Eucharisticum pabulum, accõmodatè satis præadumbrati fuerunt: duplicata verò pecuniæ accessionem gratiæ in alijs communionibus receptæ, quæ deuotis faciẽda est exercitationibus præsignauit, pro nouo Eucharistiæ sumendæ apparatu.

Gen. 43.

Singulares virtutum actus eliciẽdi sunt ab accedentibus ad Eucharistiam.

Lectulus noster floridus: tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.

NOTVLA III.

Præter virtutum flores, quibus exornatur sacræ mensæ conuiua, ius etiam peculiare acquirit ad futuram resurrectionem.

Svscipientes Eucharistiam aptè domus Domini appellantur; in eis enim peculiari modo verificatur illud Apostoli 2. ad Corinth. 6. *Inhabitabo in eis*: Vndè Sacerdos administrans hoc Sacramentum in persona communicantis profert illa verba; *Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum*. Porrò hæc mystica domus lectulum floridum habet, nimirùm virtutes varias, præcipuè per gratiam sacræ com-

Eucharistiã suscipientes domus Domini appellantur.

2. ad Cor. 6

munio-

munionis acquisitas. Rectè enim D. Thomas opusc. de sacramento. *Primò*, inquit, *spirituali effusione sanguinis Christi, quasi in Paradiso Dei, dulces, & varij flores virtutum; nam sicut sanguis hominis triplicem habet colorem, sanus rubeum, castus colorem album habet multum, vt lac in mammillis, & maximè coctus nigrum: sic spiritualis influentia sanguinis Christi operatur in anima, quasi in Paradiso Dei, flores virtutum varij coloris, scilicet rosas charitatis, lilia castitatis, violas humilitatis.* Tigna verò, & laquearia huius mysticæ domus cedrina, & cypressina aliquid significant, quod immortalitatem spiret, & à corruptione vindicet; præcipua enim cedri, & cupressi dos, incorruptio: verùm, cùm hæc non competat homini in hoc mortali corpore, innuitur aliquandò illi, post scilicet hanc vitam tempore finalis iudicij debitum esse statum à corruptela, cinere, & vermibus immunem quoad corpus. Sponsa igitur his verbis: *Lectulus noster floridus: Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina*, submissè fatetur grata, & gratiabunda, & virtutes receptas, & ius peculiare ad futuram resurrectionem in Altaris mensa acquisitum.

D. Thomas

Excitauit Dominus Saluator noster à mortuis Lazarū, quod miraculum intuitu potissimùm Marthæ, & sororis eius Mariæ patrauit, vt colligitur ex historia Euangelica Io. 11. Sednonnè istæ fœminæ Christum hospitio excipere, cùm à Galilæa in Ierusalem tenderet, solebant? quibus sicut præfigurati fuerunt Christū eundem in sacra Synaxi veluti hospitio excepturi, ita & quantum virtus Eucharistici Sacramenti influere debebat in futuram resurrectionem mortuorum tempore finalis iudicij, præsignatum fuit.

Ioan. 11.

Patres quamplurimi satis apertè asserunt sumptioni Eucharisticæ deberi corporum nostrorum resurrectionem. Optatus Mileuitanus aduersùs Parmenianū lib. 2. *Quid enim, inquit, est tam sacrilegum, quam altaria Dei, in quibus aliquando & vos obtulistis frangere, radere, remouere, in quibus vota populi, & membra Christi portata sunt, quò Deus omnipotens inuocatus est, quò postulatus descendit Spiritus Sanctus; vndè à multis pignus salutis æterna, & tutela fidei, & spes resurrectionis accepta est.* D. Anselmus de Sacramento Altaris c. 10. *Hic est cibus, qui non vadit in corpus, quia nequaquam sicut alij cibi, in naturam vertitur corporis, sed corpus nostrum vertit in suam naturam futura resurrectioni, & perpetua incorruptioni illud præparans, & coaptans.* Iulius Firmianus de horrore profanæ Religionis c. 19. *Alius est cibus, qui salutem largitur, & vitam, alius est cibus, qui hominem Deo summè commendat, & reddit: alius est cibus, qui languentes releuat, errantes reuocat, lapsos erigit, qui morientibus æterna immortalitatis largitur insignia.* Cyrillus lib. 10. in Io. c. 13. verba faciens de hoc Sacramento dicit; *Non potuisse aliter corruptibilem hanc naturam corporis ad incorruptibilem vitam traduci, nisi naturalis vita corpus illi coniungeretur.* Rupertus Abbas in cap. 5. Cant. super illa verba. *Comedi fauum cum melle meo*, vbi in persona Christi sic loquitur. *Corpus meum comedendum, & sanguinem meum bibēdum vobis appono, vt, sicut iam dixi, quo ordine mors introiuit, eodem foras mittatur de animabus, & corporibus vestris. Primò quidem foras mittitur mors animæ, dum comeditis, & bibitis Sacramentum mortis, & passionis meæ; quia sicut quodam loco dixi; qui manducat me, & ipse viuet propter me. Post hoc foras mittetur mors corporis, scilicet quandò omnes resurgetis; quod & vos, me primo resurgente, fideliter creditis; sicut itidem ego dixi de illo; qui manducat me, viuet propter me; & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Deniq̀ue in Concilio Nicæno vocatur hoc Sacramentum symbolum resurrectionis, & plura alia Patrum pronunciata gloriosam corporum resurrectionem tribuentia huic Sacramento affert Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 64. sect. 2. quæ omnia fundantur in illis Christi verbis Io. 6. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* In quibus promittitur effectus resurrectionis communicanti; quod non est absolutè intelligēdum, sed debita conditione posita decedendi ex hac vita in statu gratiæ. Sed magna adhuc restat dilucidanda quæstio: qua nimirùm ratione, seu titulo debeatur sumenti Eucharistiam gloriosa corporū resurrectio. Sit ergò

Optatus Mileuitan.

D. Anselm.

Iulius Firmian.


Cyrillus.

Rupert. Cant. 5.

Eucharistia symbolum resurrectionis.

Suarez.

Ioan. 6.



PVNCTVM THEOLOGICVM

De virtute Sacraměti Eucharistiæ in ordine ad corporum nostrorum resurrectionem.

DISQVISITIO VNICA.

Quem peculiarem titulū carni nostræ ad resurgendum tribuat sacra Synaxis.

Conclusio, Pluribus titulis debetur corpori bus nostris resurrectio ob comestioně Dominici corporis.

DICO, pluribus titulis debitam esse corporū nostrorum resurrectionem ob comestionem Dominici corporis. Primò, ratione promissionis à Deo factæ supra citatis verbis: *Qui manducat meam carnem &c.* & hic titulus est fundatus in fidelitate diuina infallibili. Secundò ratione vnionis acquisitæ cum Christo per sacram communionem: decet enim vt capiti glorioso correspondeant membra gloriosa. Hunc titulum, bene explicat Cardinalis de Lugo disp. 12. de Sacramento Eucharistiæ sect. 5. num. 115. & egregiè innuit. S. Paulinus epist. 9. vbi hæc habet. *Cum enim, quæ sursum sunt, sapimus, & quærimus, terra esse desinimus, vt non simus iam esca serpentis, qui vicissim datus est in escam populis Aethiopum, vt ab his edatur, quos edit, quod nobis è contrario salutare est, qui Christum edimus, & absorbemur à Christo, qui absorbet mortale nostrum, quia vita est, vt induat nos immortalitate, & conformes imagini suæ faciat.* Tertiò ratione gratiæ, quam confert Eucharistica sumptio, per illam enim homo viuit vitam spiritalem, & hinc resultat quoddam ius ad gloriosam resurrectionem, vt notauimus tom. 1. de Eminentia Deiparæ Virginis cap. 8. qo. 25. Quartò ratione spei, quam maximè excitat Venerabile Sacramentum, quod innuit Irenæus lib. 4. contra hæreses c. 34 *Corpora nostra, inquit, percipientia Eucharistiā iam non sunt corruptibilia.* Apertiùs Cyrillus lib. 4. c. 16. dùm vocat Eucharistiam cibum nutrientem ad immortalitatem, & vitam æternam, idest spem generat immortalitatis æternæ, quæ in

Cardin. de Lugo.

S. Paulin.

Irenæus.

Eucharistia cibus nutriens ad immortalitatem, & vitā æternam.

A resurrectione gloriosa complebitur, insinuans, quod sicut cibus dum nutrit, ab eo qui nutritur, illius qualitates communicatur, ità hic cibus, qui carnem Christi immortalem continet, aliquo modo immortalitatis affectum, seu spem in eo, quē alit, suscitat. Quintò ratione amoris diuini, qui omnes actus amoris perfectissimi operatur in hoc Sacramento, inter quos est, vt amans amatum etiam mortuum amore prosequatur, ita vt ad vitam reuocare appetat, & conetur; Vnde Artemisia Mausoli Cariæ Regis vxor demortui viri cineres ebibit vino commixtas, ex amore vehementi, quo in illum ferebatur, quasi vellet hoc modo, vt

Amās amatū etiā mortuū amore prosequitur

B intra se nouam vitam sortiretur; potuit quidem amor Artemisiæ extremos industriæ conatus exercere, vt vitam coniugi defuncto restitueret, sed non potuit assequi: Diuinus verò amor corpus nostrū vita destitutum pluribus titulis amore prosequitur, & præcipuè, quia illi fuit per sacram communionem coniunctum, vult, & potest, vt in vitam redeat. Sextò, vt in hoc etiam verificaretur virtus viuificæ carnis Christi, quæ futura est proxima causa nostræ resurrectionis, & vitæ immortalis, & hūc respexisse videtur citatū Concilium Nicænum, quando vocauit hoc Sacramentum symbolum resurrectionis.

Conc. Nicæn.

Aduerte, prædictos titulos, seu rationes C nes conferendi effectum resurrectionis virtute Eucharistiæ, posse simul stare cum alio generali titulo diuinæ dispositionis, & promissionis circa vniuersalem omniū resurrectionem, & gloriam corporū respondentem gloriæ animæ, vt benè notat Suarez disp. 64. sect. 2. Hoc declarari potest tum ratione generali, quia non repugnat eadē rem pluribus titulis promitti & deberi; tum etiam exemplis, nam Christo debebatur resurrectio corporis, & gloria, & ratione vnionis hypostaticæ, & propter gratiā, & gloriā animæ, & nihilominùs speciali titulo fuit sibi debita illa gloria per sua merita; quarè hinc sequitur, eos, qui non susciperunt hoc Sacramentū,

Suarez.

D vel qui antè institutionem eius vixerunt, non priuati aliqua perfectione essentialis gloriæ animæ, vel corporis, gloriæ illi correspondente, si alijs perfectione gratiæ, & charitatis non sint, vel fuerint inferiores, sed solùm priuari specialibus titulis assignatis, propter quos etiā datur gloriosa resurrectio intuitu Eucharistici Sacramenti, ex quibus non dubito, quin aliquod accidentale gaudium resultet in ijs, qui huius Sacraměti fuere participes, quod nec displicet ipsi Suario; & hoc etiā videtur indicari Isai. 60. *Domum maiestatis meæ glorificabo.*

Isai 60.

CAPVT SECVNDVM CANTICORVM.

Ego flos campi, et lilium conuallium. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.
Verſ. 1.

Indicatur ſenſus ad corticem litteræ.

A SPONSVS à geniali tripudio ſumpta licentia feſtiuè ſuâ elegantiam commendans, ſe flori campeſtri, cuius decor eſt à natura, & odorato, ac pulchro conuallium lilio aſſimilat. *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Quaſi dicat: ea eſt mea nitela, & venuſtas, vt de amœnitate cuiuslibet ſpecioſi floris, quem natura in campis ad pompam iactat, & de candore, ac fragrantia lilij certare poſſit: munditiem verò ſponſæ, & accuratã in ea cuſtodienda circumſpectionem celebrans, illam lilio æquat exquiſitiſſimo, in viridarijs magnâ exculto induſtria, quod ſpinarum ſepimentum ambit, ne à tranſeuntium manibus violetur. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias:* Quaſi dicat: illius puritatis, qua, ò dilecta mea, vſque ad ſtuporem nites, adeò ſtudioſa es cultrix, vt par videaris lilio conſpicuo ex ijs, quæ in hortis vallo clauduntur ſpinis munito, ne à temerarijs vulgi dextris lædantur.

Ego flos campi.

Enucleatur ſenſus ſpiritalis Euchariſtiam reſpiciens.

NOTVLA I.

Sacra Synaxis eſt donum Dei omninò gratuitum.

B PER hunc florem Chriſtum intelligi, non vulgares aſſerunt expoſitores hic, & conſonat illud oraculũ Iſaiæ 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.* Huic interpretamento inhærens dico, Chriſtum in Euchariſtico Sacramento exiſtentem ſe flori campeſtri appoſitè admodum aſſimilare, quia ſicut hic tantùm Solis virtute, cæli rore, beneficoq; ſyderum influxu, ſine vlla cultoris opera, aut hortenſi induſtria oritur, atque fouetur, ita Euchariſticus cibus ſolum eſt cæli gratuitum donum, quod nullus purus homo de condigno promeritus eſt, quod innuit Nyſſenus lib. 2. de vita Moyſis circa medium. *Depurato,* inquit, *defæcatoq; animo cæleſtem cibum eſſe ſuſcipiendum, quem nulla nobis agricultura ſatio produxit. ſed panis eſt abſq; ſemine, abſque aratione, abſque alio humano opere nobis paratus.* S. Irenæus lib. 5. cap. 2. *Nihil enim, ait, illi ante dedimus, neque deſiderat*

Iſaiæ 11.

C Euchariſtia eſt donum Dei gratuitum.

Nyſſenus.

Irenæus.

aliquid

aliquid à nobis quasi indigens: nos autem indigemus eius, quæ est ad Deum, communionis, & propterea benignè effudit semetipsũ, vt nos colligeret in sinu Patris. Clarius adhuc Augustinus apud Glossam in psal. 110. *Esca est panis, qui de cælo descendit, quem nullus meruit, sed misericordia dedit.*

Dum caritatis annona regionem, quã incolebat Iacob, augebat: hic accersitis filijs, Audio, inquit, vẽdi triticum in Aegypto, ergò ite quamprimùm parate, ite, & emite, quod familiæ nostræ necessarium videtur; alioquì fame consumemur. Imperata parentis executi sunt filij, qui sumpta pecunia pro alimoniæ pretio soluenda, aggressi sunt iter, in Aegyptum peruenerũt, vbi Ioseph Prorex erat, ad cuius arbitrium, nutumque cæteris frumentum vendebatur, ab eo, quod efflagitarunt, triticum obtinuere, sed & pecuniam simul vẽditori debitam in ore saccorum, mandante Iosepho, inclusam retulerũt. *Iussit* (scilicet Iosephus) *ministris, vt implerent eorum saccos tritico & reponerent pecunias singulorum in saccis suis*, Gen. 42. Verùm nonnè Iosephus granarium Aegypti aperiens pro sustẽtandis populis, Christum Eucharisticam alimoniam fidelibus suppeditantem, vt pluriès ex D. Ambrosio monuimus, præsignauit? cùm autem cibi huius diuini institutio ex sola Seruatoris nostri liberalitate, nullo alicuius puri hominis merito de cõdigno interueniente, peracta sit, apposité ad hoc præindicandũ pecunia pro pretio tritici à filijs Iacob allata eisdem reddita fuit.

Gen. 42.

Adolescens ille, qui crapula, ludo, & scortationibus totam suam prodegerat substantiam, ad mentem, & ad paternam domum reuersus lauto conuiuio à clemẽtissimo Patre excipitur; intuitu enim eius saginatus vitulus interimitur, atque in escam paratur. *Adducite vitulum saginatũ, & occidite, & manducemus, & epulemur.* Quod in admirationem, & querimoniam germanum antiquiorem concitauit, ità vt sic Patrem fuerit allocutus. *Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam mandatum tuum præterini, & nunquam dedisti mihi hædum, vt cum amicis meis epularer; sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum.* Luc. 15. Et sanè abundè satis videbatur, quòd paterna indulgentia sibi satisfacere potuisset, sordidum illum, & squalentem iuuenem ad communem, domesticã mẽsam, & consuetas epulas admittendo. Quæ hic arcana tradantur, facilè percipiet, qui vitulo illo saginato Eucharisticã mensam cum D. Hieronymo expressam intelliget. Verba huius Doctoris epist. 146. ad Damasum de filio infrugi hæc sunt. *Vitulus saginatus, qui ad pœnitentiam immolatur salutem, ipse Saluator est, cuius quotidiè carne pascimur, cruore potamur.* His consentanea habet Chrysostomus hom. de Patre, & duobus filijs. *Quem vitulum*, inquit, *nominat propter hostiam corporis immaculati: saginatum autem verè dixit, quia pinguis, & opimus in tantũ est, vt pro totius mundi salute sufficiens sit ad odorem suauitatis.* Cum enim sacrum Altaris conuiuiũ paratum sit à solo Dei liberali amore, nec ad illud de condigno impetrandum præcesserit alicuius puri hominis meritum, quid, quæso, aptius ad hoc præsignandum, quam symposium, quod Pater amantissimus filio pauperrimo instrui mandauit?

Luc. 15.

Ibid.

D. Hieron.

Chrysost.

Altaris cõuiuium paratú à solo Dei liberali amore.

Ad extremum diei videntes discipuli copiosam turbam Christo comitem adiunctam, alimonijsq; destitutam, ad magistrum suum supplices accedunt, vt insecutoribus suis ad emendas escas discessum permittat. *Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: desertus est locus, & hora iam præterijt: dimitte turbas, vt euntes in castella emant sibi escas*, his Seruator noster respondit: *Non habent necesse ire: date illis vos manducare.* Matth. 14. Cur, amabò, Dominus semper pientissimus turbæ famelicæ emendi alimoniam facultatem denegauit? & licèt discipulis præceperit, vt cibos suppeditarent, non tamen verisimile videbatur, vt apud eos tanta esset ferculorum copia, quæ ad saturandam adeò ingentem multitudinem sufficeret. Re[-]ctè hæc Eucharisticam præfigurabat, quæ cùm non sit venalis, nec vllus purus homo vnquam habuit pretium ad illam comparandam, ideò ad illius emptionẽ aditus præclusus fuit à Christo sapientissimo Magistro. Optimè allusit D. Ambrosius apud D. Thomam in Catena ad præallegatum locum Matthæi: *Incipiũt Apostoli esurientes videre, & si illi adhuc non intelligant, quid esuriant, intelligit Christus: scit quòd sæcularem cibum nõ esuriant; sed cibum Christi: nondum enim intellexerant Apostoli cibum credentibus non esse venalem. Nouerat Christus nos potiùs esse redimendos: suas verò epulas esse gratuitas.*

Matth. 14.

Eucharistia nõ est venalis.

D. Ambr.

Cœna illa opipara iam instructa, mandauit Dominus, vt famulorum ministerio conuocarentur infimæ plebis homines, & omninò inopes: *Exi citò in plateas, & vicos ciuitatis: & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc.* O nimis vulgares, ò nimis ignobiles, ò nimis despecti conuiuæ; viri scilicet pan-

Luc. 14.

nosi

nosi stipem ostiatim quæritantes, alijsq; A rijs est obnoxius, à rusticis manibus vellicari, pedibus conteri, bestiarum morsibus lædi potest, sed (proh Deum immortalem) Christi corpus in consecrata hostia, quot iniurijs impiorum est expositum. O quoties à facinorosis Sacerdotibus sacrilegè contrectatur. O quoties ab impijs peccatoribus proditorem Iudam imitantibus indignè suscipitur. O quoties à prauis hæreticis, & obduratis infidelibus despicitur, contumeliosis verbis afficitur, imò, & quod horret animus, ab ijs ante bestias positum, in luto proiectum, in mortario contusum, gladijs confossum fuit.

miserijs repleti, sanè ad decorem splendidæ mensæ non satis idonei videbantur accumbentes, ità diceret aulicus quilibet, & prudens œconomus, aut conuiuij præfectus. Sed non de humana cœna agebatur, Eucharistica sub parabolæ velo indicabatur, vt benè aduertit S. Theophilus libro 3. in Euangelia, vbi etiam mendicos exponit pane vitæ eternæ egētes: Quarè ad Altaris refectionem omninò gratuitam demonstrandam epulātes, & abiectissimi vulgus, & omni supellectile destituti aptissimi fuere.

Theophil.

Quoniam verò in hac notula diximus Christum se flori campestri comparare: huic argumento non incongruum subnectam ingens miraculum, quod recenset Gononus lib. 2. historiæ Eucharisticæ c. 35. ex Io. Bromiardo in summa, Verbo Eucharistia. *Sacerdos quidam ad infirmum vocatus, propter viam lutosam incautè cum corpore Christi lignipedes ascendit, qui in profundiori luto totius villæ cecidit: & cū Eucharistia ex casus impetu euolauit in lutum: Miser surgens, dolens, & eiulans quæsiuit, & non inuenit. Concurrerunt multi, nec inuenerunt. Postremò Sacerdos in lutum se proiecit, clamans protensis manibus, & dicens: O bone Iesu, propter tuam bonitatem, dimitte mihi hanc iniquitatem, & hoc promitto, quòd nunquam de luto isto consurgam, vsque te mihi ostenderis, & vsque te inuenero. Tandem respiciunt herbam pulcherrimā de luto crescentem, quandam grossitiem in summitate habentem, ad modum floris pulcherrimi, & suauissimi, infrà cuius folliculos, corpus cernunt Dominicum, mundum & integrum, absque omni luti contagio, quo miraculo omnes fuerunt in fide roborati.*

Gononus.

Ego flos campi.

NOTVLA II.

Amor Christi in paranda Eucharistica mensa ita inualuit, vt nulla iniuriarum multitudine obrui potuerit.

Campestris flos, cui Christus in Eucharistico Sacramento existens se æquat, vt notula præcedenti exposuimus, aeris inclementiæ, aquarum inundationi, ventorum flatibus, grandinum ictibus, alijsq; iniu-

B Adeò beneficus fuit in Israelitas Dei amor, vt licèt præsciuerit plures ex eis futuros, qui sublime illud pabulum, māna scilicet omne delectamentum in se habens, & omnis saporis suauitatem stomacharuri essent, & de eo nequiter locuturi illis verbis: *Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo.* Num. 21. nihilominùs ab effundendo illo è cælo donon non potuit se continere; quo symbolo egregiè præsignauit constantem, & inuictam suam charitatem, quam ab instituenda Eucharistica alimonia nullæ præuisæ iniuriæ ab impijs hominibus tanto Sacramento irrogandæ potuerunt remouere.

Num. 21.

Charitatem Christi inuictam nullæ iniuriæ remouere potuerunt ab instituenda Eucharistia.

Iosephus ad necem à fratribus primò C designatus, sed eorum consilio mutato ita Ruben suadente nō interemptus, polymita veste exutus, in foueam demissus, non diù post transeuntibus mercatoribus Madianitis viginti argenteis venditus fuit; in huius postea potestatem iā Proregis Aegypti, & annonæ Præfecti constituti inciderunt fratres, qui pro alimonia comparanda illuc se contulerant. O admiranda huius viri indulgentia. O amor de iniurijs triumphans, non modò pœnas non repetijt, sed & frumento singulorum saccos impleri mandauit. Habetur historia Gen. 42. qua quid mysticè fuerit adumbratum, facilè intelliget, qui meminerit, Iosephum tritici di- D stributorem, Christi sacrosanctum sui corporis cibum fidelibus tradentis typum fuisse, vt indicat Drogo Hostiensis de Sacramento Domin. Passionis, cuius adeò ingens, & perfectus amor fuit, vt nullo iniuriarum impetu ab effundendis in Augustissimo Altaris conuiuio suis diuitijs comprimi potuerit.

Gen. 42.

Amor Christi adeò perfectus, vt nullis iniurijs cōprimi potuerit ab effundēdis suis diuitijs in Eucharistia.

Plura possent hic enarrari, ex quibus constat, quàm fortis, quàm benignus fuit Christi amor in perferendis iniurijs, quibus sub speciebus Sacramentalibus existens à proteruis hæreticis, ab impijs infidelibus fuit affectus.

Donatiſtæ hæretici in Africa innumera mala intulerunt Catholicis, tormenta horrenda, & denique crudeliſſimã mortem, & quod eſt horrendum, Epiſcopi eorum, vt ſancta omnia violarent, iuſſerunt Euchariſtiam canibus fundi, non ſine ſigno diuini indicij: nam ijdem canes accenſi rabie, ipſos Dominos ſuos quaſi latrones, ſancti corporis reos, dente vindice, tanquam ignotos, & inimicos dilaniauetunr. Recenſer ex Optato lib. 2.
Baronius. Baronins tom. 4. ad annum Chriſti 362.

Anno Domini 1346. apud Craconiam, cùm conſcelerati quidam homines ſacrilega cupiditate adducti ſanctiſſimum corpus Christi cum ferculo ſuo è templo omnium ſanctorum memoriæ dicato ſuffurati eſſent, atque id ferculum non aureum, vt crediderunt, ſed æreum inauratum eſſe comperiſſent, apud Bubalum, ſiue Bauolum pagum ſuburbanum, qui erat in ditione collegij Baſilicæ Cracouienſis, in cœnoſam paludem id impiè, & irreuerenter abiecerunt. Mox locus, crebris ignibus, atque faculis, dies noctesque aliquot perpetes colluſtratus eſt. Id miraculũ cùm ad Epiſcopum perlatum eſſet, neque tamen cauſa eius pateret, poſt indictum triduanum ieiunium, Epiſcopus eò cum ſolemni pompa Sacerdotum, & ſupplicationibus profectus eſt, repertumque ſanctiſſimum corpus ingenti cum veneratione eò, vndè ſublatum erat, retulit. Sic refert Gononus in hiſtoria Euchariſtica lib. 2. c. 36. ex Crometo hiſt. Poloniæ lib. 12.
Gononus.

Anno Domini 1298. Iudæorum aliqui, in Francia Orientali ſacram Christianorum hoſtiam furto ſublatam, ludibrio habuerunt: neque ſine miraculo ſubſequente. Ea enim in mortario, piſtillo contuſa, cruorem effudit. Propter quod ſacrilegium Iudæi Norimbergæ, ac in eadem Francia orientali, gladio atque incendio extincti ſunt. Hæc habentur apud ſupra recenſitum Auctorem lib. 2. cap. 23. ex Annal. Genebr.
Idem.

Anno Domini 1556. in Polonia Iudæus quidam Biſchein, ſiue Benedictus nomine in Sachareto Poloniæ oppido, quod tribus milliarijs ab arce Louitæ diſtat, Euchariſtiam ſacratiſſimam ab ancilla ſua Dorothea Lazezla Christiana datis nummis emit, eam namque in ore ſuſceptam ſeruauit, delatam ſcelestus in ſynagogam multis ictibus transfixit, ibi copioſus cruor emanauit, exceptum Iudæi cochleari in calicem transfundunt. Ità Bozius de ſignis Eccleſiæ tom. 2. cap. 7. §. 6.
Bozius.

A *Ego flos campi.*

NOTVLA III.

Summoperè deſiderat Chriſtus habere fideles cõuiuas in ſacra Altaris menſa.

FLOS campi, quem Dominus ſe nominat ſub ſacris ſpeciebus, non ſepto aliquo clauditur, ſed patens eſt ad illum aditus, quo quid aptius ad denotandum
B ingens deſiderium, quo Chriſtus tenetur cunctis communicandæ corporis ſui alimoniæ?

Sedenti Abraham ad ianuam in feruore diei, admittendi, & reficiendi hoſpites cupido, eccè tres viri peregrinantes occurrerunt, quos ad refectionem ſumendam peramanter hortatus eſt. *Cumquè eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri ſtantes propè eum: quos cùm vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi, & adorauit in terram. Et dixit: Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum: ſed afferam pauxillum aquæ, & lauate pedes veſtros, & requieſcite ſub arbore. Ponamquè buccellam panis, &*
C *confortate cor veſtrum, poſteà tranſibitis: idcircò enim declinaſtis ad ſeruum veſtrum.* Gen. 18. Perpendenda hìc eſt hora meridiana, qua vigilabat ad oſtium S. Patriarcha, vt prætereuntes hoſpites exciperet, dapibuſquè recrearet: Sanè tempus illud, quo Solis æſtus maximè adurit, & quo non ſolùm viri prædiuites, & primarij, qualis erat Abraham, ſed etiã famuli, & ancillæ quieſcere, & ſomno labores ſolari, & curas ſopire ſolent, vndè Reg. 2. cap. 4. illa oſtiaria, quæ triticum purgabat, obdormiuit Sole circà meridiem incalente, intempeſtiuum à tali Dynaſta ad excubias agendas videbatur, ſed hunc vehemens hoſpitum amor
D excitabat, atq; vrgebat. Enucleemus modò è cortice huius hiſtoriæ ſpiritualẽ ſenſum. Abraham hoſpites tanto inuitans amore, eoſq; conuiuio reficiens Chriſti typum expreſſit, homines in hac vita peregrinantes ad Euchariſticum ſympoſium conuocare ſingulari modo peroptãtis, & allicientis.
Gen. 18.
2. Reg. 4.

Dum tranſiret Seruator noſter, Zachæus publicanorum Princeps præcurrens arborem ſycomorum aſcendit, vt videret eum, ad quem eleuans oculos Chriſtus, domum ſuam diuertendi, & ſecum prandendi deſiderio incenſus dixit,

Za-

Luc. 19.

Zachae festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Lucæ 19. Sed, si domus Zachæi Christum hospitem excipiens designat fidelem animam, quæ eundem Christum in sacra Synaxi suscipit; certè præadducta verba, *hodie in domo tua oportet me manere*, testantur, quantum Dominus apud nos per sacrosanctã communionem esse cupiat.

Christus apud nos esse per sacrã communionẽ magnoperè cupit.

Vir ille, qui splendidam cœnam parari mandauit, iniũxit etiam famulis, vt conuiuas aduocaret. *Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis, vt venirent, quia iam parata sunt omnia.* Lucæ 14. Sed varijs excusationum titulis ab accessu ad cœnam declinarunt inuitati: hoc vbi audiuit Dominus cœnæ, mandat seruo, vt quam obuiam inuenerit turbam infimi vulgus, adducat ad epulum. *Exi citò in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc hùc.* Sed hoc peracto adhuc accumbentium numerus mensam nõ implebat; imperat iterùm Dominus, vt quoscunque inuenerit seruus, cogat ingredi ad cœnandum. *Et ait seruus: Domine factum est, vt imperasti, & adhuc locus est: Et ait Dominus seruo: Exi in vicos, & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.* Ità sacer textus. In hac parabola plura sunt, quæ modo admirabili cœnæ Dominum appetentem cuiuscunque generis suæ mensæ participes nõ paucos, quod præcipuè colligitur ex verbis: *Exi citò in plateas &c.* & illis; *compelle*; sublato autem parabolæ præfatæ velo Christus Eucharisticæ cœnæ institutor apparet, atq; adeò, quantum in votis haberet, vt ad Dominici sui corporis escam sumendam multi confluerent.

Luc. 14.

Ibid.

Ibid.

Xpi magnoperè cupit vt multi ad Eucharisticam mensã confluant.

Et lilium conuallium.

NOTVLA IV.

Vberrimos gratiæ fructus percipiunt, qui magna submissione Dominicæ mensæ accumbunt.

DVM Christus in Eucharistico Sacramento existens se lilium conuallium, vbi humilior est gleba, nominat, quàm effusus sit in donis ergà suos humiles conuiuas, subindicat. Accinit huic expositioni S. Ambrosius serm. 5. in psalm. 118. vbi ait. *Christus dicitur lilium conuallium, quatenus in humilibus elucet magis eius gratia.* D. Ambr.

Quinque millibus hominum apponuntur quinque panes, & post prandiũ duodecim cophini analectorum colliguntur. *Et cùm iussisset* (scilicet Christus) *turbam discumbere super fœnum, acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, aspiciens in cælum benedixit, & dedit discipulis panes, discipuli autem turbis. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorũ plenos. Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum.* Matth. 14. Alia vice quatuor millibus hominum apponuntur septem panes, & analecta septem sportas implent. *Et præcepit turbæ, vt discumberent super terram. Et accipiens* (scilicet Iesus) *septem panes, & pisces, & gratias agens fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo. Et comederũt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas. Erant autem, qui manducauerunt, quatuor millia hominum.* Matth. 15. Quare si pauciores plus escæ sumunt, & pauciora relinquunt fragmenta; certè vberiùs hi manducauerunt, quàm plures illi, nempè quinque millia, quibus minus cibi distributum fuerat, & maiorem copiã reliquiarum dimiserunt. Quid hoc? Notandum est, quòd quinque millia super fœnum discubuerunt; quatuor verò millia super terram, quamuis super fœnum sedentes humiles etiam designentur, qui nimirùm de imbecillitate propria cogitant, cùm omnis caro fœnum sit, nihilominùs in terra sedentes, profundioris demissionis studiosos indicant: terra enim fœno demissior est, & crebriùs pedibus conculcatur. Hinc arcanum ex præallato discrimine panditur: vtriusq; enim illius multitudinis gemina refectio Eucharisticam mensam denotauit, cuius conuiuæ eò ampliori gratiæ pabulo aluntur, quò maiori submissionis affectu assident.

Matth. 14.

Matth. 15.

Iosephus constitutus Aegypti Prorex fratres suos secundò ad ipsum recurrentes pro alimonia, adducto Beniamino natu minimo libenter excepit, conuiuiumque parari iussit, vt cum ipsis manducaret, hora meridiana discubuerunt, afferuntur optima fercula, maximè Beniamino, cæteris obstupescentibus, nam etsi minimo, quintuplum tamen plus alijs Iosephus dedit. *Maiorque pars venit Beniamin, ità vt quinque partibus excederet.* Gen. 43. Spiritaliter exponenda est hæc historia pro nostro instituto: sicut fratres Ioseph ad prandium admissi præ-

Gen. 43.

monstrarunt fideles, qui futuri erant Altaris mensæ participes, ità Beniamino inter eos minimo præsignatus fuit, qui maiori animi submissione inter cæteros communicantes cõspicuus est: hic enim cumulatiùs donis gratiæ repletur à Domino, sicut Beniamin à Iosepho plures dapes accepit.

Famis vexationem perferentibus Israelitis, *sedit Elias in torrente Carith: corui quoquè deferebant ei panem, & carnes manè, similiter panem, & carnes vesperi, &*
3 Reg. 17. *bibebat de torrente.* Reg. 3. cap. 17. quiescenti posteà sub vmbra iuniperi iterum Angelus alimoniam suppeditat, eumquè à sopore excitans, dixit. *Surge, comede. Respexit, & eccè ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ: comedit ergò, & bibit & rursum obdormiuit. Reuersusquè est Angelus Domini secundò, & tetigit eum, dixitq; illi: Surge, comede: grandis enim tibi restat via. Qui cùm surrexisset, comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta nocti-*
3. Reg. 19. *bus, vsquè ad montem Dei Horeb.* 3. Reg. cap. 19. mirum videtur, quòd minus cibi recipiat ab Angelo, quàm à coruo, eo maximè tempore, quo longum iter subiturus erat, & ad vires pro illo sufficienter confirmandas potiùs validior, & copiosior esca suppeditanda erat, quã imminuenda: vndè nimis parca videbatur subcinericia offa pro quadraginta dierum, & noctium peregrinatione continuanda vsquè ad montem Horeb. Præterea cur panis ille subcinericius affertur ab Angelo, & non coctus clibano, vtpotè Angelicæ nobilitati magis congruus? sed panis ille subcinericius ab Angelo delatus Eucharisticum repræ-
Paschas. sentabat, interprete Paschasio lib. de corpore, & sanguine Domini cap. 10. cuius
Eucharistia affluentem gratiã confert homini cinereã suã conditionẽ humiliter recolenti. buccella sumpta ab homine cineream scilicet suam conditionem recolente humiliter, ità affluentem gratiam confert, vt eâ roboratus mortalis viator feliciter pergat ad montem Dei, & virtutũ apices attingat.

Vacabat spicilegio puella Ruth in arnis Booz, à quo peramanter inuitata fuit ad sumendam alimoniam solito prandendi tempore. *Quandò hora vescendi fuerit, veni huc, & comede panem, & in-*
Ruth 2. *tinge buccellam tuam in aceto.* Ruth 2. Sed inspiciamus, quid anteà egerit hæc adolescentula. Certè procidens insignem submissionis actum exercuit; *Quæ cadens in faciem suam, & adorans super terrã, dixit ad eum: Vndè mihi hoc, vt inuenirem gratiam antè oculos tuos, & nosse me dignaveris peregrinam mulierem?* Et paulò post subdit: *Inueni gratiam apud oculos tuos*
A *Domine mi, qui consolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non sum similis* Ibid.
vnius puellarum tuarum. Ad mystica trãseamus. Ruth inuitata ad prandendum animam in typo refert cælesti impulsu ad sacram Altaris mensam aduocatam, quæ, vt dignè accedat, humilitatem præmittere debet ad imitationem Ruth. Et quoniam de Ruth facimus mentionem, qualem ordinem teneat illa in manducando cum messoribus, animaduertamus: certè optimum, qualis ille est, qui seruatur in multorum cœtu, ambitione ablegata, si vnusquisq; contendat pro infimo loco: *Sedit* (inquit sacer Textus ibid.) *ad latus messorum, & congessit po-*
B *lentam sibi, comeditq; & saturata est, & tulit reliquias.* Panis, quo messores, & Ruth vescebantur, panem illum, de quo Christus ait, *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi,* præmonstrauit: hic se comedentes submissioni deditus vberiori gratia replet, quod insinuauit Ruth, dum non primus accubitus affectauit, sed infrà alios omnes locum habere voluit. De hoc argumẽto alia videri possũt supra in notula 2. ad vers. *Nigra sum &c.* Christus in Eucharistia vberiori gratia replet submissioni deditos.

Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.

C
NOTVLA V.

Dignè Eucharisticam escã manducans in Christum quodãmodò transformatur.

STatim, atq; diuinus sponsus se lilium esse dixit, lilium etiam sponsam appellat, vt innuat, quàm sibi similis effecta sit per dignam communionem. Patres sæpè hanc vim transmutatiuam, quam operatur sacra
D Altaris alimonia, prædicant. Gerson super Magnif. tract. 9. partir. 4. *Nullus, inquit, inuenitur illapsus intimior in corporalibus, quàm vt cibus conuertatur, & transformetur in cibatum: Manet iam in se, sed in comedente viuit eius vita, non sua: Scimus, quòd ex voce Domini dixerit Augustinus, cibus sum grandium: cresce, & manducabis me, nec tu me mutabis in te, sed tu mutaberis in me. Notauit hãc intimitatem Christus, qui olim sub nomine sapientiæ posuisse se dixerat mensam, & miscuisse vinũ. Nouissimè, cùm cœnaret cum Apostolis; eccè, inquit, dispono vobis regnum, vt edatis,* Gerson.

tis, & bibatis super mensam meam. Poterat A *infirmos, aut carnales mouere, vt crederent, quòd regnum Dei sit esca, & potus, nisi veritas sapientia prorsus nos à tali suspicione redderet alienos, & Apostolus expressisset, imò & Christus affirmasset, quòd erant in gloria, sicut Angeli Dei, qui nec nubent, nec nubentur, profectò, nec ideò comedent, aut bibent cibum carnis. Quid autem sit iste panis, & iste cibus regni calorum, dedit Christus intelligi, dum ait; qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Est igitur hunc cibum mãducare, in eo manere. Contemplabaris, ò sapientissima fœminarum, quoniam in Eucharistico Sacramento fit transformatio panis in essentia sua remanentibus accidentibus: at* B *verò, dum mens in Deum transformatur, remanes quidem essentia mentis, sed accidentia nona succedunt, non phantastica, aũ materialia, sed Deiformia diuina claritate radiante. Transformamur, inquit Apostolus, de claritate in claritatem, de claritate communis notitia rationalis acquisita in claritatem fidei Deiformis infusa, de claritate hac fidei in claritatem intelligentia, & de hac demùm in claritatẽ saporosa, & sapientialis experientia. Experiebaris transformationem istã in sumptione sacri cibi; propterea, sicut de voluptuosis brutalibus concludit Philosophia apud Boetium, quòd deformantur in belluas, ita de sapientibus elicit, quòd in Deũ transformentur. Deniq; sicut primi sunt bellua, vel corpora in effigie corporis humani ita de secũdis rectè dicimus, quòd sunt Dij sub humana specie transformati: Felix huius transformationis cognitio, sed experimentũ, & sentimentum longè beatius.*

Ità per affectum coniuges inter se cõmiscentur, vt in vnum coalnisse videantur. *Erunt duo in carne vna.* Hinc omnia inter ipsos fiunt communia, & quæ peculiaria erant viro, etiam ad vxorem spectant. *Nihil* (inquit Columella præfatione ad lib. 12. de re rustica) *conspiciebatur in domo diuiduum, nihil, quod aut maritus, aut fœmina proprium esse iuris sui diceret, sed in commune conspirabatur ob* D *vtroque, vt cum forensibus negotijs matronalis sedalitas industriæ rationem parem faceret.* Quin etiam ad indicandum spõsam per vim amoris in sponsum transmigrasse, non alio nomine appellabatur ipsa, quo sponsus: sic olim apud Romanos maritus Caius, & vxor Caia nominabantur, & nostro etiam æuo, vel deposito gentilitio nomine sponsa viri cognomen assumit, vel illud proprio anteponit, imò ex gemino coniugum stemmate vnum componitur. Verùm, si per sacram Synaxim spirituales nuptiæ inter Christum, & animam celebrantur, vt demonstrauimus supra prænotula 7. & ad versic. *Lectulus noster floridus*, notula 1. equidem quò amor nobilior, & efficacior reperitur, eò perfectiori modo transfert animam in Christum.

Colemell.

Nuptialem apparatum describit Matthæus cap. 25. & Virginum cœtus ad illustrandam genialem pompam cum lampadibus sponso, & sponsæ occurrisse, à somno excitantur sub media nocte eædẽ puellæ, & ad procedendũ obuiam sponso inuitantur. *Ecce sponsus venit, exite obuiam ei.* Hilarius Canone 27. in Matth. sciscitatur, cur hoc loco nulla fit de spõsa mentio. An nonnè hæc erat simul cũ sponso? Ità sanè, nam virginea adolescentularum turma accensas lampades gestabat, vt splendore sponsum, & sponsam decorarent: Quid ergò arcani innuit suppressa hoc loco recordatio de sponsa? Illud connubium præsignauit coniugium spiritale per sacram Synaxim inter Christum, & animam celebratum, cuius ea vis est, vt sponsam animam in sponsum Christum transferat: & idcircò nominato solo sponso satis subindicata fuit sponsa amoris virtute in eo existens. Eucharistiæ ea vis est, vt animam in Christum transferat.

Christi corpus in sindone munda inuolutum sui admirandam effigiem expressit: ad quam etiam hac nostra ætate C summo Religionis cultu venerandam fidelium cœtus Taurinum confluunt. Linteũ illud tali charactere per diuinam potentiam obsignatum, quia Christi corpus recepit, typum delineat illius, qui eo quòd dignè Christum in sacra Synaxi suscipit, talis euadit, vt adamussim vita, & moribus eum repræsentet. Christũ in sacra Synaxi dignè suscipiens, eũ vita, & moribus repræsentat.

Quandò Eucharisticum Sacramentum conficitur, admiranda illa transubstantiatio interuenit, qua substantia panis in corpus Christi conuertitur. Hoc mysterio simile quid indicatur in rite communicante fieri; hic enim tam perfectè in Christum transmutatur, vt cum Apostolo dicere possit. *Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Christus.* Cæteros cibos in sui substantiam manducans solet conuertere, vice versa Eucharistica alimonia, vt potè vitalis, quæ est ipse Christus, comedentem in se transmutat, ità vt in eloquijs, in congressibus Christi spiret odorem, & de eo verificetur effectus ille, de quo Io cap 6 *Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Ioan. 6.

Seruator noster in ligno Crucis pendens morti proximus reciproca cõmendatione & matrem, & dilectum Ioãnem dolentes delinire voluit. *Mulier ecce filius* Ioan. 19.

ustuus. Deindè dicit discipulo: Eccè mater tua. Ioan. 19. quam Christi commendationem perpendens Petrus Damianus serm. 2. de B. Ioanne Euangelista; *Intentis*, inquit, *in Ioannem oculis, ait ei, quæ sola absque nuptiali consuetudine mater est; Eccè filius tuus, idemque rursus ad illum: Eccè mater tua, alteram alteri pro semetipso commendans.* Notatu digna sunt hæc postrema verba, quibus Redemptor noster declarat vice suimet alterum alteri reciprocè substituere, vt nimirùm Ioannes loco Christi Mariam haberet, & Genitrix immaculata Christum in Ioanne repræsentatum nosceret; Sed congrua quidē fuit Deipara ad personam nati substituēdam, quia Christus, vt homo carnem de Virgine habuit, & si filij, vt aliàs diximus, matrizant, certè Christi simulacrū viuum fuit Virgo Genitrix, & quomodo Ioannes supponitur loco Christi, in quo nulla militabat ex præadductis rationibus de Virgine Matre aptissime pro persona nati substituta? Sed subeat recordatio, quòd præcedenti nocte Ioannes cum Christo ad Eucharisticam cœnam accubuerat, cuius & admiranda virtute per affectum transformatus fuit Ioannes in Christum, vnde & in Christo Ioannes, & Christus in Ioanne erat, appositè ergò Christus Ioannes est, & tanquam alterum ipsum matri relinquit.

Petr. Damian.

B

Ioannes virtute Eucharistiæ transformatus in Christum.

Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.

NOTVLA VI.

Assidens Altaris mensæ non solùm à peccatis mūditiem deferat, sed etiam studium in illis præcauendis.

EVcharistici conuiuij spōsa lilio spinis circumuallato similis dicitur, vt, quàm studiosa sit puritatis cultrix, ostendatur; sicut enim lilium, ne à transeuntiū manibus violetur, spinarum septo custoditur, sic animæ nitela illibata perseuerat, si omnes præcludat aditus, per quos peccata ad eam labefactandam ingredi possint.

Mandauit Dominus edentibus agnum Paschalem, vt renes cingulo perstringerent, pedesque munirent calceamentis. *Sic autem comedetis illum: Renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pe-*

A *dibus*: Exod. 12. Cùm autem Eucharistici agni typus notissimus fuerit ille legalis, quid duo illa requisita in comedentibus denotant? Certè castitas per renes accinctos communiter satis exponitur; munimen autem calceamētorum ad euitandos serpentis morsus calcaneo semper insidiantis aptissimum est, diligens nimirùm cautela in præcauendis tentationum ictibus, peccatorumq; occasionibus remouendis. Allusit optimè S. Gaudentius Brixianus tract. 2. *Huiusmodi ergò*, inquit, *calceamentis vti debemus, quotquot Pascha celebramus Dominicū, quoniam lex, vt Apostolus ait, spiritualis est, & Pascha nostrum immolatus est Christus.*

B *Itaque & lumbi vestri præcincti esse debent, & calceati pedes: Quid enim prodest homini, si solam corporis habeat castitatem, & incautus, & sine instructione calceamentorum legalium malis fuerit supradictis obnoxius, vel quod quotidiè in vsu est, cordis sui calcaneum patens præbeat serpentis comestioni?* Ioseph ille ab Arimathæa stirpe, & pietate conspicuus, vt Seruatori nostro obsequium præstaret, sindone munda comparata, eius corpus inuoluit, & postea marmoreo sepulchro inclusit. *Et accepto corpore Ioseph, inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra.* Matth. 27. Iosepho Christi corpus sepelienre, fide-

C lis Sacramentaliter Christum excipiens prælineatus fuit, teste Drogone Hostiēsi Episcopo de Sacramento Dominicæ Passionis. Mundū linteum conscientiam à peccatis expiatam figurauit: sepulchrū verò in petra excisum, accuratam diligentiam in propulsanda omni peccati labe adhibendam expressit.

Exod. 12.

Castitas, & cautela in remouēdis peccatorum occasionibus prædictus esse debet sacræ mensæ assidens.

Gaudent. Brix.

Matth. 27.

Drogo.

Iacob vitam degebat in penetralibus, & domi veluti claustro inclusus; & ob id benedictione illa ditissima à Patre fuit locupletatus, qua priuatus fuit Esau, qui excurrebat per montium cacumina, & syluas, & per aperta camporum spatia venationi deditus. Ità aduertit Petrus Damianus opusc. 12. quod est Apologe-

D ricum de contemptu sæculi cap. 20. *Attamen*, inquit, *iste nisi in tabernaculis resedisset, procul dubio primitiuæ benedictionis immunis extitisset, ille nisi peruagus se in exteriora projiceret, primatus sui priuilegio nō careret.* Sed spiritaliter explicetur pro nostro scopo hæc facti narratio. Opulenta illa benedictio, qua Isaac frumento, & vino gnatum Iacob stabiliuit, Gen. 27. Eucharisticam alimoniam omnibus bonis redundantem, Paschasio adnotante lib. de corpore, & sanguine Domini cap. 21. præsignauit; Iacob autem ædium amator, per forum, plateasq; non

Petr. Damian.

Gen. 27.

Paschas.

ex-

Christus ad Eucharistiã libenter admittit nitidę conscientiæ cultorem, & à peccãdi occasionibus declinantẽ.

excurrens apposite significat hominem nitidæ cõscientiæ cultorem, à mundi tumultibus, vanis congressibus, inutilibus colloquijs, alijsque peccandi occasionibus declinantem, quem libenter admittit Eucharisticum epulum.

Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.

NOTVLA VII.

Castimoniæ dono Eucharisticã escam dignè mãducans euadit singulariter speciosus.

MVltorum expositio, & satis probabilis est, non ideò huius Epithalamij sponsam lilium inter spinas nominari, quòd illa similis sit lilio spinarum sepimento incluso, sed quia non aliter excellat specie puellas alias, quàm lilij venustas horrida, & inculta spineta, iuxtà hoc interpretamentum dicere possumus his verbis, *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias*, celebrari animam, quæ virtute Eucharisticæ alimoniæ adeò puritatis candore nitescit, vt inter cæteras non dissimili modo conspicua sit, quàm elegans lilium inter vepres, & dumeta.

Illa Magdalena, quæ priùs libidinis cœno fœda erat, ad pedes posteà Christi prouoluta illos deosculando tantum puritatis hausit, vt Angelicam deinceps vitam æmulata fuerit. Sed nonnè prægustauit tunc Eucharistici Sacramenti virtutem? Ità sanè affirmat Paulinus epist. 4. cuius hæc sunt verba. *Quæ ipsum viuũ, viuificumq; panem manibus, & ore præsumpsit, sanguinem quòq; calicis, antequam fieret calix sanguinis, osculis sugentibus prælibauit, & in ipso corpore Christi corpus accepit*: Nec dissonat Chrysostom. hom. de Magdalena. *Cernens*, inquit, *in mensa Dominum, nõ quæsiuit, sicut Chananæa micas, sed ipsum panem vitæ amplexa est. Chananæa enim pro filia à Dæmonio vexata interpellabat, & dum se ipsam canis nomine appellari audiret, micas de mensa cadentes petijt: hæc verò non filiam à Dæmonio vexatam habebat, sed totum corpus lasciuiæ, & impudicitiæ Dæmoniaca debitum.*

Paulin.

Chrysost.

Spiritale connubium inter animam, & Christum celebrari in Eucharistico conuiuio diximus supra prænotula 7. & notula 1. ad versic. *Lectulus noster floridus.*

A Sed in his nuptijs illibati pudoris amor dominatur, & affectus ad castitatem excolendam excitantur ardentes. Eleganter Chrysostomus in psal. 44. *O rem nouã, & admirabilem. Nuptiæ apud nos missam faciunt Virginitatem; nuptiæ apud Deum perditam exsuscitant Virginitatem; apud nos quæ virgo est, nupta non est virgo apud Christum, quæ erat meretrix, nupta mox virgo facta est.* Et sanè quid mirum, si caro Christi virginea plurimum pudicitiæ transfundat in communicantem? cùm illa huic tam intimè commisceatur, vt Cyrillus lib. 4 in Io. cap. 10. dicat. *Sicut enim si quis liquefacta cera aliam cerã infuderit, alteram cum altera per totum com-*

Idem.

Christi caro virginea plurimũ pudicitiæ trãsfundit in communicantem.

Cyrill.

B *misceat, necesse est: sic qui carnem, & sanguinem Domini recipit, cum ipso ità coniungitur. vt Christus in ipso, & ipse in Christo inueniatur.*

Cælum depluebat Israelitis mãna formam pruinæ referens. *Apparuit in similitudinem pruinæ super terram.* Exod. c. 16. Certè pruina, quia plurimum in se frigoris, & albedinis habet, & castitatis candorem, & vim ad refrigerandum concupiscentiæ æstum apposite significat. Manna itaque Eucharistiæ notissima figura, in similitudinem pruinæ super terrã delapsum egregiè prænotauit, quãtum Altaris Sacramentum possit, & libidinis ardorem extinguere, & animam

Exod. 16.

Eucharistia libidinis ardorem extinguit, & animã castitatis prerogatiua dealbat.

C castitatis prerogatiua dealbare. Accinit D. Thomas opusc. 58. cap. 6. *Panis cælestis in similitudinem pruinæ, rorisq; apparebat, quia corpus Domini à feruore prauæ concupiscentiæ refrigerat.*

D.Thom.

Plura mysteria indicare voluit Diuina sapientia assignando vinum ex vite productum, vt in sanguinem Christi per admirandam transsubstantiationẽ conuerteretur, & quidem vt alia hìc omittam; nonnè vinum ex vuis expressum libidinis incẽdium verè à Hieronymo dicitur, & scortationis comes à Tertulliano 2. contra Marcionem? & apertè Apostolus ad Ephesios 5. in vino affirmat esse luxuriam. *Nolite inebriari vino, in quo est lu-*

Hieronym.

Tertullian.

Ad Ephes. 5.

D *xuria.* O ingens Sacramentum: Vinum hoc in sanguinem Christi transsubstantiatur, vt intelligatur, quantum virtus Eucharistiæ eliminet, quidquid castitatem labefactare potest, & incitamenta quæcunque ad impudicitiam exterminet. Hùc spectat illud Zachariæ 9. oraculum.

Vinum germinans virgines.

Eucharistię virtus eliminat quicquid castitatem labefactare potest.

Zachar. 9.

Sicut

Sicut malus inter ligna fyluarum, fic dilectus meus inter filios. Verf. 2.

Indicatur fenfus ad corticem litteræ.

GAudet, & fouetur connubialis amor alternis encomijs, quod in hoc Amœbęo carmine fępiùs feruatur: vndè hìc, poftquam fponfus lilio peruenufto comparauit dilectam, hæc reciprocarum laudum feriē profequens ęquat fponfum pomiferę arbori, cuius & odore, & guftu, & vifu ita oblectatur, vt viros alios, cuiufcunq; fint conditionis, non diffimiles exiftimet lignis infrugiferis, qualia in horridis fyluis enafcuntur. Quafi dicat: Adeò cumulatè me vnicus meus dilectus delinit, & quidquid defiderare poffum, abundantiffimè mihi fuppeditat, vt penes me fit inftar feliciffimæ, & fœcundiffimæ plantæ pomorum, quæ & odorem fpirāt amœnum, & palatum fuauiffimè demulcent, ftomachoq; gratiffima funt; cæterì verò homines, quicunque illi fint (amori meo indulgendū eft) fi cū dilecto meo conferantur, videntur mihi fterilibus incultorum nemorum arboribus pares.

Sicut malus inter ligna fyluarum, fic dilectus meus inter filios.

Enucleatur fenfus fpiritalis Euchariftiam refpiciens.

NOTVLA VNICA.

Non mundi folatijs, fed Altaris menfa perfectè cor hominis exfaturatur.

DE refectione Euchariftica exponit hunc locū Philo Carpathius, cuius hæc funt verba: *Malum enim efui aptum eft, & potui, vt ergò myfticam lætitiam defignaret, quam ipfi fponfæ elargitus eft fponfus dicens: Accipite, & comedite, Hoc eft corpus meum, &* Philo Carpath.

A *accipite, & bibite: Hic eft fanguis meus, qui p vobis effundetur in remiffionē peccatorū, propterea malū appellari puto. Tria enim bona malum continet, efum, per quem fignificatur corpus Chrifti, potum, per quem fignificatur falutaris Chrifti caro, & odorem, per quem fides exprimitur.* Egregiè confonat Hugo Cardinalis in expofitione huius verficuli, tres mali excellentias adnotans; Hugo Cardin. fcilicet quòd vifu, odore, & guftu fit delectabilis, & fuauitatem guftus explicans ait. *Guftu fuauis. Ipfe enim eft panis ille fuauiffimus, de quo fcriptum eft, paratum de cælo panem præftitifti eis fine labore, omne delectamentum in fe habentem, & omnis faporis fuauitatem.* Et luculentiùs adhuc Theodoret.

B Theodoretus. *Sponfum*, inquit, *appellat pomum, quod quidem & tactu molle eft, & guftu dulce, & odoratu fuaue, & afpectu iucundum, ac venuftum, & auditu amabiliffimum; Talis eft Dominus nofter, & Saluator, & fponfus, qui conuiuio fuo fenfus omnes noftros explet fuauitate.* Quarè cōcinnè admodum fponfa Euchariftici conuiuij, vt quàm affluenter fe à facra alimonia omni iucunditatis genere replctā prodat, illam affimilat frugiferæ arbori, cuius poma, & famem, & fitim omnino explere poffunt. Quafi dicat: Ità me recreat Euchariftícus cibus, ità appetitus meos implet, vt voluptates, amplam fupellectilem, magnificos honoris titulos

C formæ præftantiam, cæteraq; omnia, quæ mundus maximè iactat ad pompam, ad commoda, & ad hilaritates, nihili faciā, & homines illis cumulatos reputem arbores infructuofas, atq; fylueftres. Floridè Cyprian. de cœna Dñi. *Panis*, inquit, Cyprian. *ifte Angelorum omne delectamentum habens, virtute mirifica omnibus, qui dignè, & deuotè fumunt, fecundùm fuum defiderium fapit, & ampliùs, quàm manna illud eremi impleт, & fatiat edentium appetitus, & omnia carnalium faporum irritamenta, & omnium exfuperat dulcedinum voluptates.* Et versùs finem loquēs de anima folam Euchariftícam alimoniam appetente. *Ità fingulari fame illo vno appetitu tenetur, vt de-*

D *inceps fellea peccatorum horreat pocula, & omnis fapor delectamentorum carnalium fit ei quafi rancidum, radenfque palatum acuta mordacitatis acetum.*

Prodigus ille adolefcens tota paterna fubftantia abfumpta, ad extremam inopiam redactus, non aliud expetere videtur, nifi panem in ędibus genitoris fui. *Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo?* Lucæ 15. Quafi dicat: Vnicus cibus, quo fatiari cupio, eft panis, quē copiosū habet Luc. 15. paterna domus: Sed cur non alias exquifitas dapes, cur non alia mundi folatia,

cur

cur non aurum, & argentum, quæ delicijs comparandis inſeruire poſſunt, concupiſcit? Panis, cuius erat auidus filius ille reſipiſcens, vt alias ex Auguſtino notauimus, panem Dominicum ſuperſubſtantialem prænotabat, qui ad completā ſatietatem hominis, eſt datus; ſapienter igitur iuuenis hic nullam facit mentionem de opibus, de ſuauibus obſonijs, alijſque ſenſuum delinimētis; hæc enim omnia vanæ ſunt iucunditates, raptim fluentia oblectamēta, quæ appetitus noſtros proritare poſſunt, ſed animam vacuam ſemper relinquunt.

Auguſtin. Euchariſticus panis datus ad cōpletam ſatietatē hominis.

Abrahamo è bello victori redeunti, debellatis nonnullis Regibus Melchiſedechus obuius occurrit panem, & vinū deferens. *At verò Melchiſedech Rex Salem proferens panem, & vinum: erat enim Sacerdos Dei Altiſſimi, benedixit ei.* Gen. 14. Sed vbi ſunt congeminatæ eſcæ? vbi diuerſa ferculorum genera ex mari, ex ſyluis, atque montibus petita? Vbi mellitæ placentæ? Vbi oleatæ offæ? Vbi copioſa bellaria ad lautum, & opulentiſſimum conuiuium inſtruendum, dignum Melchiſedecho, qui Palæſtinorū ſupremus Monarcha erat, vt adnotauimus ſupra notula 3. ad verſic. *Dum eſſet Rex*; dignum Abrahamo, qui & ipſe maximus, & ditiſſimus erat Dynaſta, dignum deoiq; inſigni illo triumpho, quem reportarat Patriarcha de quatuor Regibus? Verùm ſatis notum eſt, Melchiſedechum Chriſti ſummi Sacerdotis typum fuiſſe: Pane verò illo, & vino præfiguatam Euchariſtiam, quæ quicquid ad magnificētiam, quicquid ad honorem, quicquid ad voluptatem conferre poteſt, ſecum habet, & omni bonorum genere non ſolùm vulgares homines, ſed etiam animos regios cumulare valet.

Gen. 14.

Ioan. 2. In generali ſympoſio, de quo Io. 2. *Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ*, vinum defecit, & Seruator noſter aquas in perfectum vinum commutauit. In hoc cōuiuio vinum, quod propinarunt miniſtri, non erat eius conditionis, vt iudicio Architriclini, qui optimè vinorum naturam nouerat, bonum dici poſſet, vt illa verba innuunt. *Omnis homo primùm vinum bonū ponit, & cùm inebriati fuerint, tunc id, quod deterius eſt, tu autem ſeruaſti bonum vinum vſque adhuc.* Ibid. Præterea vinum illud qualecunq; eſſet, defecit, ſolum vinum bonū diuina virtute ex aqua factū abundauit. Quid hæc hiſtoria docet? Cōuiuium hoc ſine vino generoſo, quod conuiuas demulcere, & exhilarare ſolet, repræſentat quicquid mundus habet, diuitias nimirum, honores, gulæ irritamenta quæq; & cæteras carnis illecebras, quæ omnia non

A plenè animum deliniunt, & eò tempore, quo homo ſibi maximè illis potiri perſuadet, euaneſcunt: Vinum diuinitùs ex aquis procreatum Auguſtiſſimū Euchariſtiæ Sacramentum, quod admiranda illa tranſubſtantiatione perficitur, denotat: hoc vnicum quicquid optimi eſſe poteſt ad perennem mentis humanæ ſatietatem, continet. Accipit ex parte D. Auguſtinus ſer. 51. de tempore. *Quid vinum eſt*, inquit, *quod optimum iudicatur, quod Architriclinus princeps conuiuij queritur ſerò prolatum, niſi ſanguis Dominicæ paſſionis? hoc eſt, quod Deus in hora ſuſpendit, quod miniſtri ſuſcipiunt, quod creduli conuiuæ deſignant, hoc eſt, quod ſeruat ſpōſus.* D. Auguſt.

B *Quare diſcipuli Ioannis ieiunant frequēter, & obſecrationes faciunt, ſimiliter & Phariſæorum: tui autem edunt, & bibunt? Quibus ipſe ait, nunquid poteſtis filios ſponſi, dum cum illis eſt ſponſus, facere ieiunare?* Luc. 5. Hæc verba, vt exponit D. Ambroſius, monent eos, qui Chriſtum in Euchariſtia ſumunt, nullius boni egere, atq; adeò neque eſurire, neque ſitire poſſe. *Neque*, inquit memoratus Ambroſius, *poſſumus ieiunare, quia Chriſtum habemus, & Chriſti carnem epulamur, & ſanguinem: quomodo enim videtur ieiunare, qui non eſurit? quomodo autem ſitire poteſt, qui bibit Chriſtum? cùm ipſe dixerit: Qui biberit ex* C *aqua, quam ego dabo, non ſitiet vnquam.*

Luc. 5. Chriſtū in Euchariſtia ſumentes nullius boni egent, neque eſurire, nec ſitire poſſunt. D. Ambr.

Cupiebat quidem glandium copiam, qua ventrem impleret adoleſcens ille helluo. Luc. 15. *Et cupiebat implere vētrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant.* Sed tali edulio appetitum animi implere non poterat; ſolus panis Euchariſticus cor hominis adamuſſim exſaturat. Pulchrè admodum Chryſoſtomus hom. de oratione Dominica. *Panem noſtrum*, inquit, *quotidianum da nobis hodie, Magnus iſte panis, qui replet mentem, & non ventrem.*

Luc. 15. Chryſoſt.

Plura Patrum effata paſſim obuia ſunt, in quibus celebratur, quantum expleat hominis appetitum ſacra Altaris alimonia. D. Ambroſius ſer. 18. in pſalm. 118. expendens illud Chriſti Domini. *Ego ſum panis vitæ.* Io. 6. *Quomodo*, inquit, *morietur, cui cibus vita eſt?* & indicans eius mirabiles effectus. *Accedite*, ſubnectit, *ad eum, & ſatiamini, quia panis eſt.* Venuſtè S. Cyprianus ſerm. de cœna Domini. *Qui manducat ex hoc pane, vltrà non eſurit, qui bibit, vltra non ſitit, quoniam myſterij huius ſic ſufficit gratia, ſic reficit intelligentia, vt cuicunque tantæ rei innotuerit plenitudo, omnis conſūmationis fine inuento Xp̄i baiulus ipſū ferat in pectore, ipſum gerat in mente, & omni tempore habitatori ſuo dicta, & factà iubilatione conſona laudes reſo-*

D. Ambr. S. Cyprian.

A *nent, & gratiarum actiones decantent; hæc ebrietas non accendit, ſed extinguit peccatũ, in hoc vino non eſt luxuria, non mouetur ad ludum poſt hunc potum laſcinia.* D. Auguſtinus tract. 26. in Io. ſub finem. *Cùm cibo, & potu id appetant homines, vt non eſuriant, neque ſitiant, hoc verè non præſtat, niſi iſte cibus, & potus.* Gerſon ſuper Magniſ. tract. 9. partit. 4. *Quanta ſit, & quàm improba fames peccatorum, quos non implet, & occupat charitatis cibus, & potus, recogitare ſtupor eſt, ſentire grandis, & incomparabilis miſeria, quis vſque ad mortem: Crede non mihi, ſed ſapienti, Deſideria, inquit, occidunt pigrum: Experientiam interroga, reſpondebit, quemadmodum aures pruriunt ad rumores, oculi furiunt ad reſpiciendum vanitates, & inſanias falſas.* B *Gloſſa, ſcilicet quæ faciunt inſanire; Itaque nec ſatiatur oculus viſu, nec auris auditu. Adde quòd os ſcurrilitate, & vaniloqijs, guſtus ſaporibus, olfactus odoribus, tactus contrectationibus adimpleri videtur, nec ſaturatur; Proindè ſumma malorum, vanitas vanitatum, & omnia vanitas, ſi non repleuerit veritas, & charitas, erigitur, & inaneſcit vanitas, ſibi diues, vacua Deo. Suadet, immò vrget ſuperbia, & dicit, viuas excellenter; Inuidia ſuſurrat, emineas ſingulariter; Ira vult hoc ſecundum imperturbabiliter retinere; Accidia infatigabiliter; Auaritia indefectibiliter; Gula & luxuria delectabiliter; Hypocriſis venerabiliter.* C *Denique ſummatim collige quòd vanitatis fames, & concupiſcentia eſt, vt ſibi ſubſeruiat impunita nequitia. Hæc felicitas mundanorum; hæc verò, quia vana ſunt, & inania, non ſatiant, ſed acriori tales fame perurgent, lambunt vmbram fructuum ſuper ſpinas apparentem. Inhiant vmbræ craſſi oſſis inſtar carnis, qui natans dum vanitatem vmbra captat, hiando perdat veram eſcam. Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames exclamat quidam. Deuorat alius carnes ſuas, alius ſcintillas ardentes haurit, alius in montibus attrahit ventos. Et cur hæc omnia; niſi quia rabies famis eſt valida; At verò cibus noſter dignè ſuſceptus, quia vero bono replet, verè ſatiat, aut pro magna parte famẽ* D *ſedat.* Adeò ſacra Altaris eſca cor hominis confirmat, vt aliquandò amplius, nec eſurire, nec ſitire corporaliter ſinat.

D. Auguſt.

Gerſon.

. Plura hac in re afferri poſſunt exempla. In vita S. Io. Calybitæ Auctorẽ Simeone Metaphraſte apud Suriũ refertur. *Ea verò temperantiæ lege ſe obſtrinxit, vt nihil aliud eſculenti, præter ſacratiſſimum Euchariſtiæ ferculum deguſtaret.*

In vita S. Calybitæ.

De D. Catharina Senenſi habetur in Actis eius vitæ, quòd ita iucundè, & cumulatè in Altaris menſa epulabatur, vt corporales cibos ſtomacharetur.

A Ignatius quoque Martyr epiſt. 15. ad Rom. ſic loquitur. *Non gaudeo corporis nutrimento, neque voluptatibus huius vitæ, Panem Dei volo; Panem cæleſtem, qui eſt corpus Chriſti.*

Ignat. Mar.

Recenſet Cæſarius lib. 9. rerum memorabilium cap. 47. ſubſequens miraculum: *Fœmina quædam*, inquit Cæſarius; *ſicut Monachus noſter Raynerius, quandoque Scholaſticus Sancti Andreæ in Colonia mihi recitauit, ex multa deuotione ſæpè ſolita erat communicare, quæ quanto plus cibum cæleſtem cæpit appetere, tantò amplius corporalem cæpit faſtidire, quod vbi ſenſit ex permiſſione ſui Sacerdotis ſingulis diebus Dominicis cõmunicauit, cui cibus ille vitalis* B *tantam contulit fortitudinem, vt ſine omni eſurie corporali proximam expectaret Dominicam, hoc multo tempore actitans, gratiam ſibi collatam prædicto Sacerdoti confeſſa eſt. Ille verò cùm Epiſcopo loci rem tam mirabilem recitaſſet, timens Epiſcopus aliquid fallaciæ eſſe in cauſa, ſicut vir ſapiens reſpondit, cùm denuò venerit ad te, loco Dominici corporis, hoſtiam ei porrigas non benedictam, per quam citiùs rei huius experieris veritatem, quod cùm feciſſet Sacerdos, fœmina tentatam ſe ignorans, mox vt domum rediјt, tam vehementer eſurire cæpit, vt morituram ſe crederet, ſi non ocyus manducaret: Currens tamen prius ad Sacerdotem, & eandem famem peccatis ſuis impu-* C *tans pedibus eius ſe proſtrauit, & gratiam diuinitus collatam ſibi ſubtractam lacrymabiliter expoſuit. Quod vbi ille audiuit, gauiſus eſt valdè, gratias Deo egit, qui facit mirabilia magna ſolus, & dedit ei verũ Chriſti corpus, cuius virtute mox omnis eſuries ceſſit, & gratia ſubtracta acceſſit. Epiſcopus verò hoc audiens à Sacerdote, & ipſe Deum glorificauit.*

Cæſarius

Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.
Verſ. 3.

D

Indicatur ſenſus ad corticem litteræ.

DEcantatis vtrinque encomijs ad nuptialem pompam exhilarandam ſponſa, qualem haberet quietem, & iucunditatem à ſponſi gratia traheret ſub nuptiali velo, quo maritale fœdus ex geniali ritu celebrabatur, declarat his verbis. *Sub vmbra*

bra

bra illius, quem desideraueram, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Quasi dicat: Sicut fessus viator sub vmbra amœnæ, & frugiferæ arboris, liber ab æstu, à turbine, à grandine suauiter quiescit, illiusq; fructus dulces degustando recreatur: ita ego sub geniali vmbella summa animi tranquillitate fruor, iam sunt mea vota adimpleta, iam à dilecti mei gratia omnem haurio dulcedinem.

Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Qui sub vmbraculo fidei sedet ad mensam Dominicam, feliciter epulatur.

RVpertus per fructum, de quo loquitur hìc sacer textus, Dominici corporis cibum intelligit, & ad tanti mysterij fidem nos allicit. Audiamus illum loquentem. *Malus fructus, seu malus morsus, quo Adam per Euam vitam perdidit: bonus fructus, quo genus humanum per Mariam mortẽ perdidit, & vitam inuenit: hic est fructus eius; ad quid enim venit? ad quid succreuit inter ligna syluarum, nisi vt faceret huiusmodi fructum, quo euacuaret primæ præuaricationis reatum, ligni vetiti morsum? Vbi tempus venit huiusmodi fructus edendi, accipiens panem, & vinum, & benedicens, Accipite, inquit, & comedite, Hoc est corpus meum. Accipite, & bibite, Hic est sanguis meus. Non vidistis ibi carnis, & sanguinis speciem; profectò nec Eua videbat promissam sibi à serpente Dei similitudinem. Non vidistis nisi panem, & vinum? profectò nec Eua vidit nisi pomum visu, vel aspectu pulchrũ, attamen illa credidit, quod non videbat, credidit inquam serpenti dicenti, nequaquam morte moriemini, sed eritis sicut Dij.* Similiter B. Thomas de Villanoua conc. 2. in festo corporis Christi, fidem Sacramenti Eucharistici vmbra, de qua hìc est sermo, significatam innuit. *Hanc fidem, ait, fratres, teneamus, hanc sequamur, donec volente Deo aspiret dies, inclinentur vmbra.*

Rupert.

B. Thom. de Villanoua,

A *Sub vmbra illius, quem desiderauimus, cum sponsa immobiles, & stabiles sedeamus; erit enim aliquandò fructus eius dulcis gutturi nostro. In hac eius vmbra interim viuamus inter gentes, vt in eius lumine quandoque inter Angelos oblectemur ipso fauente, ipso donante.* D. Bernardus ser. 48. in Cant. postquam hunc versiculum de Dominicæ carnis cibo exposuit, per vmbram denotari fidem subdit: *Vmbra eius fides.* Quarè accommodatè dicere possumus nostri Epithalamij sponsam his verbis, *Sub vmbra illius &c.* declarare, quàm suauiter sibi sapiat Altaris mensa, dum sub fidei vmbella ei accumbit.

D. Bernard.

B Eliæ sub iuniperi vmbra obdormienti Angelus adstat illum excitans, vt cibo reficiat. *Proiecitque se, & obdormiuit in vmbra iuniperi: & ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: Surge, & comede. Respexit, & ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ: comedit ergò, & bibit, & rursum obdormiuit. Reuersusq; est Angelus Domini secundò, & tetigit eum, dixitq; illi: Surge, & comede; grandis enim tibi restat via. Qui cùm surrexisset, comedit, & bibit.* Reg. 3. cap. 19. Sed cur potiùs alimonia recreatur, dum ad iuniperi vmbram requiescit Elias, & non priùs, quandò longum, & laboriosum iter subibat mæstus vsque ad vitæ tædiũ, à furentis Iezabelis ira declinans? certè C opportunus maximè est cibus lassis viatoribus ad vires restaurandas, & mœrore oppressis ad exhilarandum animum. Quarè Elias in medio illo itinere, quod per diem integrum continuauit, & ob tristitiam, qua angebatur, ferculi subleuamine, & solatio indigebat; de eo enim sic refert sacer textus. *Timuit ergò Elias, & surgens abijt quocunque eum ferebat voluntas: venitque in Bersabee Iuda, & dimisit ibi puerum suum, & perrexit in desertum, viam vnius diei. Cumque venisset, & sederet subter vnam iuniperum, petiuit animæ suæ vt moreretur:* Mysterium hìc traditur sub huius historiæ inuolucris: sicut D panis ab Angelo delatus Eliæ, Eucharistiam præsignabat, ita vmbra iuniperi, sub qua Elias illo optimè refectus est, fidem ad sacram alimoniam fructuosè sumendam præadumbrauit.

3. Reg. 19.

Ibid.

Vmbra iuniperi, sub qua Elias refectus est denotat fidem ad Eucharistiam fructuosè sumendam.

Inter alios ritus à Domino præscriptos in esu Agni Paschalis seruandos, fuit nocturnum tempus, quo mãducandus erat. *Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes.* Exod. 12. Quid nocturnæ illæ tenebræ mysticè præmonstrarunt? An obscurum fidei velamen, sub quo solo Eucharistici agni suauitas percipi à mãducãtibus potest? Rectè Arnoldus Carnotensis. *Ideò*, inquit, *nocte agnum ma-*

Exod. 12.

Eucharistici agni suauitas percipitur à mãducantibus sub obscuro fidei velamine,

stare praecipimus, quia nondum ad liquidum elucet huius operis ratio, cuius fides ministra est, quam in splendoribus Sanctorum detegit veritas, cùm nouum vinum in regno Dei propinabitur, accensisque lampadibus in æternas nuptias admittentur, positaque inextinguibili lucerna super candelabrum omnibus, qui in domo sunt, lucebit tam Sacramentorum veritas, quàm ipsius ratio Trinitatis. Cohæret dictis quod Seruator noster nō die illucescente, sed cùm terras caligo operiret, Altaris Sacramentum instituere voluit, vt nimirùm iudicaret, sub fidei tegmine recubandum esse iis, qui Eucharisticam cœnam benè gustare cuperent.

Eucharisticam cœnā benè gustare cupientibus recubandum est sub tegmine fidei.

Iussit Dominus, vt Arca, in qua manna seruabatur, ex auro affabrè elaborato propitiatorio operiretur, & præterea duo Cherubim adstantes, expansis alis illud obuelarent. *Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero. Vtrinque latus propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum, respiciantque se mutuò versis vultibus in propitiatorium, quo operienda est arca.* Exod. 25. Quid mysterij hoc hieroglyphico prælineatum fuit? Arca continens manna figura satis nota erat Eucharistiæ; operta aūr propitiatorio prēmōstrauit, quantū Eucharistia sub tegmento fidei donis suis propitia sit hominibus, & in eos, qui illam sub extenso fidei velo venerantur, beatitatem quandam transfundat, similem aliquo modo ei, qua cælestes Cherubim perfruuntur.

Exod. 25.

Eucharistia quantū sub tegmento fidei transfundat dona sua in homines.

Sub vmbra illius, &c.

NOTVLA II.

Qui fame Eucharistici cibi stimulatus illum manducat, quàm suauis sit, gustat.

Sicut cibus, & potus corporalis suauiter sapit esurienti, vel sitienti, vndè dicere solemus, famem, & sitim esse optimum cibi, & potus condimentum; ità hæc sacra alimonia maximè oblectat animam illius cupidam. Quocircà cælesti sponsæ Eucharisticum pabulum dulcescit, quia illius plurimum anxia erat, & hoc ipsamet testatur dicens. *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi: & fructus eius dulcis*

A *gutturi meo.* Fauet Gregorius in hunc locum. *Dulce enim*, inquit, *est valdè sibi cælestia cogitare, in æternitate oculum intimum figere, vt aliquandò in cælestibus etiam mente accensa compungatur, & inter lacrymas subleuata Angelorum cibo ipsa verbi sponsa, quantò auidius, tantò dulcius pascatur.* Gregor.

Turbæ in Eremo alimenta subministrauit ex quinq; panibus hordeaceis benignissimus Seruator noster. *Est puer vnus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos pisces.* Ioan. 6. Alia vice ex septē panibus refectionem parauit quatuor millibus hominum; *Et accipiens septem panes gratias agens fregit, & dabat.* Marc. Ioan. 6.

B 8. Cùm autem absolutè panes nominentur, sine vllo addito, triticei intelliguntur: ex quo discrimen apparet inter vtrunq; prandium; in hoc enim postremo delicatiùs comeditur, dum panes triticei apponuntur, quàm in primo, in quo hordeacei; Verùm panem triticeum degustantes nonnè triduo sine cibo Christum insecuti sunt; atq; adeò magis famescebant? *Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent.* Marc. 8. His designantur accedentes ad sacram Synaxim magna cum esurie, qui iucundiùs epulantur, sicut & illi, qui trium dierum spatio famem sustinuerunt. Marc. 8. Ibid.

Ad Eucharistiam accedētes magna cū esurie iucundiùs epulātur.

C Manducandi Agnum Paschalem præscribens formā Dominus dixit Israelitis. *Caput, & pedes illius vorabitis.* Exod. 12. Sed nonnè hic modus edendi, ingluuiem quandam denotat propriam ingenti auiditate comedentibus, qui cibum non mandunt, sed eo se ingurgitant, vt vacuo ventri citò succurrant? Ità sanè. Quid mysticè doceamur hic, facilè animaduertes; nimirùm Eucharisticam alimoniam in illo agno legali designatā benè prodesse iis, à quibus magna cum fame sumitur. Exod. 12.

Eucharistia prodest iis, à quib' magna cū fame sumitur.

Pupuli lactentes ab intenso calore, quo ætas illa feruet, absumpto alimento; ità vehementer esurire aliquandò solent, vt auido ore mammillas perstringant, for-
D billent, & exugant. O nos felices, si ab interno charitatis ardore excitata fame diuini panis consimili auiditate ad illum accederemus. O quàm proficuus, & iucundus nobis esset. Venustè, & piè S. Chrysostomus hom. 60. ad popul. *Nonnè videtis*, inquit, *quanta promptitudine paruuli papillas capiunt, & quanto impetu labia vberibus infigunt? Accedamus cum tanta nos quoq; ad hanc mensam, & vber spiritualis poculi: quinimò cum longè maiori trahamus, tanquam infantes lactanei, spiritus gratiam, & vnus sit nobis dolor hac esca priuari.* D. Chryſ.

Beata

In vita B. Idæ.

Beata Ida Louaniensis, vt in gestis eius vitæ c. 9. refertur, adeò ingenti affectu ad Eucharisticum edulium anhelabat, vt sanguis affluenter erumperet ex ore, naribusq; eius, nec fluere cessabat, donec sacro conuiuio accumberet, acceptura, cui inhiabat, Dominici corporis ferculum.

Sub vmbra illius, &c.

NOTVLA III.

Fames diuini panis ad eius dulcedinem degustandam prærequisita excitatur in anima vacua bonorū temporalium alimento.

Appetentia cibi corporalis non sentitur, nisi cùm substantia, qua viuens nutriebatur, deficit, quæ repleat poros, & vacuitates; prædicta enim deficiente exinanitio quædam membrorum est; membra autem exinanita attrahunt, & sugunt alimentum ex venis, ex quo fit, vt etiam venæ illud attrahant ex hepate, & hepar ex ventriculo; hinc molestia quędam fit, quæ sentitur potissimùm in ventriculo ex tali attractione, & prouenit, quia ipse ventriculus alimento destitutus, & vacuus corrugatur quodammodo, & constringitur, concidentibus nimirùm ipsis partibus, & lateribus, vt videmus accidere in vtre, si fit vacuus: ex qua corrugatione non potest non sequi sensus quidam molestus, cùm partes se inuicem tangāt; excitatur verò appetitus cibi in potentia appetitiua ex sensu illius molestiæ, & cognitione alimenti, tanquam vtilis, & necessarij ad eam tollendā: eadē ferè concurrunt etiam ad sitim, quādo enim ex ventriculo attrahitur humidum illud fluxibile, ac tenue, quod retundebat aliquo modo calorem, qui per siccitatem acuitur, accidit præcipuè in ventriculo inflammatio quædam ipsius caloris non sine molestia, ex qua deinde sequitur actus appetitus similis humidi, de qua re videri potest Galenus lib. 1. sympt. cap. 7. & Colleg. Conimbr. 1. de Generatione cap. 5. qu. 5. art. 2. Ità fames, & sitis spiritalis, seu desiderium Eucharisticæ refectionis tunc in anima gignitur, à qua exulant mundi oblectamēta. Quarè sponsa cælestis, dum dulcedinem Dominici ferculi degustat, cuius auida erat, subindicat omne aliud terrenum nutrimentum à se abiecisse.

Galenus. Colleg. Conimbr.

Eucharistiæ fames, & sitis spiritalis in anima gignitur, à qua exulāt mundi oblectamenta.

A Adolescens ille iunior nunquam panē paternum appetijt, sed vbi ad eam extremam inopiam deuenit, vt glandium pabulum etiam illi deesset, panem concupiscere cœpit. *Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis: & nemo illi dabat. In se autem reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo?* Luc. 15. Sed qualis erat hic panis, cuius auiditate laborabat pauper iuuenis, optimè declaratur ab Augustino in psal. 138. *Et post laborem, & trituram, & tribulationem, & egestatem, venit illi in mentem pater, & voluit redire, & ait: Surgam, & ibo ad patrem meum. Surgam, dixit: Sederat enim.*

Luc. 15. Augustin.

B *Eius ergò vocem hic agnosce dicentis: Tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. Sed in egestate surrexi in desiderio panis tui, panis, inquam tui, de quo tu Christe dixisti, ego sum panis viuus, qui de cælo descendi.* O quàm delectabiliter comedisse credendum est iuuenem adeò famescentem in lauto conuiuio, quòd pater liberalissimè iusserat illi parari: quo mysticè denoratur, quàm iucundè epulentur in sacra mensa, qui dominicæ alimoniæ valdè cupidi ad eam accedunt.

Iucundè epulātur in sacra mensa accedentes ad eā valdè cupidi dominicæ alimoniæ.

C Agnus Paschalis comedendus erat cū pane azymo; *Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cū lactucis agrestibus.* Exod. 12. Sed, & eodem pane azymo septem diebus vesci debebant Israelitæ, Domino ita mandante, immò & toto illo temporis spatio ab eorum ædibus ablegandus erat omnis panis fermentatus; *Septem diebus azyma comedetis; in die primo non erit fermentum in domibus vestris; quicunq; comederit fermentatum, peribit anima illa de Israel, à primo die vsq; ad diem septimum.* Exod. ibid. Sed quò tendebat adeò rigorosum interdictum? ad acuendam famem panis azymi, ex defectu fermentati, facilè crediderim: mysticè verò admonemur similē quoq; esuriē sacræ Synaxis fieri in anima, subtractis D omnibus mundi delicijs, quibus homines ita adhærere solent, veluti suæ vitæ pabulo.

Exod. 12. Ibid.

Sacræ Synaxis esuries excitatur in anima subtractis omnibus mundi delicijs.

Collineant optimè in nostrum scopum, quæ habet B. Thomas Villanoua vir sanctitate, & doctrina celeberrimus conc. 1. de sacratissimo corpore Christi. *An putas*, inquit, *quia gustatus Dominus nullam afferat suauitatem? Occultatur quandoq; fateor, propter fidem, & non huic experientia nostra credulitas innitatur, sed frequentiùs hoc nostra euenit tepiditate, quoniam Aegypti farinula gustus infectus cælestem non percipit alimoniam; sic enim à populo illo sapidus ille cibus gustatus*

B. Thom. Villanoua.

ſtatus non eſt, donec Aegypti farina penitùs conſumaretur: O Aegypti farinulam amariſſimam; & quis hodie hac farinula polluitur? cura huius ſaculi, anxietates, ſollicitudines, ambitiones, inuidia, odia, cupiditates, libidines, concupiſcentia, appetitus effrænes, cogitationes turpes, illecebroſa paſſiones, hæc farinula Aegypti ſunt; his quiſquis inficitur, iſtius mannæ dulcedinem non experitur. Mundum ab hac farinula deſerat anima palatū, qui cæleſte cupit guſtare edulium; ſi enim quauis paſſione terrena guſtus fueris infectus, palato cordis non ſapit Deus: non ſolùm ergò ab omni criminis contagio, ſed etiam ab omni cupiditatis veneno purgandus eſt animus, vt illi ſapiat Chriſtus.

Sub vmbra illius, &c.

NOTVLA IV.

Attenta meditatione communicantibus ſacer cibus benè ſapit.

Gerſon.

GErſon tract. 9. ſuper *Magnif.* part. 2. de Euchariſtiæ Sacramento dilucidans hunc verſiculum: *Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo*, ita loquitur. *Sede igitur ſolitaria, ſede, & ſile, & leua te ſuper te; ſede per quietem, non per torporem. Deus implebit deſiderium tuum, in bonis deſiderabilis, dilectū ex dilecto, dilectum per amorem amoroſiſſimum: Ecce ſub vmbra iſtius ſedes, ſed ſacris Euchariſtia ſymbolis os aperi per auiditatē deuotionis, & attrahe ſpiritum charitatis, dilata os tuum per deſiderij feruorem, ipſe ſecundùm promiſſum ſuum implebit illud, & quibus implebitur? Planè fructu eius, qui dulcis erit gutturi meo.* Sponſa igitur huius ſacri Epithalamij, dum ſeriò, & cunctanter myſteria, & arcana Dominici pabuli mente recolit, & in hac quieta meditatione perſiſtens, & quaſi ſedens in Altaris menſa manducat ſuauiter, & hoc prodit, his verbis: *Sub vmbra illius, quē deſideraueram, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.*

Pſal. 21.
Hugo Cardin.

Edent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum. Pſal. 21. Hugo Cardinalis ibidem præcitatū locum de Euchariſtia explicat, & illud, *qui requirunt eum*, ſic exponit. *Qui requirunt*, inquit, *eum, id eſt; iterùm quærunt.* Et ſanè mens noſtra, cùm à cogitando Domino, quem ſibi præſentem contem-A plabatur, diſtrahitur, illum quodammodo amittere videtur; ſi poſtea noua attentione excitata, ſibi in animum reuocat, verè dici poteſt, quòd eundem requirit, ſeu iterum quærit, quo ſtudio Deo acceptiſſimo dum detinetur, ita ſe diſponit ad ſumendum Euchariſticum edulium, vt ab eo ſatietur, quod innuitur in præmiſſis verbis Prophetæ: *Edent pauperes, & ſaturabuntur.*

Dominus Seruator noſter non priùs ad ſatietatem pauit alimonia illa admirabili quinque millia hominum, quàm ſermonem cum illis de rebus diuinis inſtitueret. *Quod cùm cognouiſſent turba, ſecuta ſunt illum: & excepit eos, & loque-*B *batur illis de regno Dei, & eos qui cura indigebant, ſanabat.* Luc. 9. Sed ſi comeſtio illa Euchariſticā ſignificauit, certè monemur ad eam vtiliter ſuſcipiendā, prærequiri, vt piæ meditationes de ſacratiſſimo illo myſterio, vel ſermonibus, vel lectione excitentur, vt cumulatè alamur.

Luc. 9.

Ad Euchariſtiā vtiliter ſuſcipiē dam piæ meditationes de ea excitandæ.

Iniunxit Dominus Iſraelitis, vt quatuor diebus Agnum domi detinerent antè illius eſum: *Et ſeruabitis eum vſq; ad quartamdecimam diem menſis huius.* Exod. 12. quo tempore ſine dubio ſæpiùs balantem Agnum audire poterant illum manducaturi. Quid hoc myſticè repræſentauit? frequentem nimirùm conſi-C derationem de Agno Euchariſtico præmittendam, vt proficuè comedatur.

Exod. 12.

Frequens cōſideratio de agno Euchariſtico præmittenda, vt proficuè comedatur.

Sub vmbra illius, &c.

NOTVLA V.

Quieſcenti in diuino beneplacito fit maximè delectabilis Euchariſticus cibus.

ACTVS ſedendi quietem indicat; vndè Pierius perenne quietis ſymbolum fuiſſe ſellam tradit D pluribus locis, præcipuè verò lib. 4. de ſella. Atq; ità antiqui Cynocephalum ſtatuebant ſedentem, æquinoctij quietem ſignificare volentes. Sed vbi vera in terris quies? certè in animo diuinæ voluntati mancipato, cui fruſtrà obſtrepunt internæ tumultuantis appetitus commotiones, nec obſunt externi aduerſæ fortunæ euentus, & ſi fractus illabatur orbis, non eum ferient ruinæ, non contriſtabit iuſtū quidquid ei acciderit.

Pier. Valerian.

Vera quies in animo diuinæ volūtati mancipato.

Refert Valerius Maximus lib. 3. cap. 7. Per-

Valer. Max.

7. Persarum quendam olim copiosas suas acies iam in pugnam paratas ostentantē coram Græco dixisse, *Cras solem obscurabimus sagittis*, cui Græcus respondit, *Gaudeo quidem, ita enim in vmbra melius præliabimur*. Effatum ad martialem ardorem iactandum, & ad intractum animum hostibus obijciendum, lepidum, & iocosum. Sed seriò loquitur, & verissima profert thalami sancti sponsa, dum ait: *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo*. Quasi dicat: obumbrante me diuo amatore, in quo erant mea vota, meum velle, meum nolle, summa animi tranquillitate Eucharistico epulo accubui, & sic eius dulcedinem optimè percepi.

Ecclesia in festo corporis Christi.

In festiuitate Dominici corporis, inter Antiphonas, quas Ecclesia canit, est illa. *Pinguis est panis Christi, & præbebit delicias Regibus*. Sed quinam sunt hi Reges, qui sic deliciosè diuinum panem comedunt? forsan qui dominantur populis, & gentibus, qui amplis diuitijs affluunt, qui sceptra gestant, purpura splendent, Regia, & Imperatoria dignitate sunt conspicui? Non equidem, quia mensa Domini omnibus communis est, & in ea mā ducat pauper, seruus, & humilis; sed qui sūt hi Reges, qui sic deliniūtur ab Altaris esca? Subeat recordatio, quòd seruire Deo, regnare est, qui autem verè Dei obsequio se deuouent, in omnibus eius voluntati obsecundant, & tales maximè deliciantur in Altaris sympofio.

In Eucharistia deliciantur, qui in omnibus diuinæ voluntati se deuouent.

Panis filiorum nominatur Eucharistia. *Verè panis filiorum, non mittendus canibus*. Quod indicauit Seruator noster mulieri Chananææ dicens: *Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus*. Sed cuiusnam filij hi sunt? Certè filij diuini sponsi. *Numquid potestis filios sponsi, dum cum illis sponsus est, facere ieiunare*. Luc. 5. quibus communicantes, interprete Ambrosio, significantur. Indoles antē filiorum Dei nota est, nimirùm conformes esse paterno beneplacito, & nihil agere, nisi ad eius nutum, vt liquet ex illo Apost. ad Rom. cap. 8. *Quicunque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei*. Ab istis itaque degustatur suauitas panis Dominici, qui ideò verè panis filiorum appellatur.

Luc. 5.

Eucharistię suauitatē gustant cōformes diuino beneplacito.

Scio viros perfectionis studiosos, cum sacratam buccellam proximè sumpturi sunt, omni affectu ingeminare, ò mi Domine, *Fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra*, quam laudatissimam, & valdè proficuam praxim omnes communicaturi amplecti deberent.

Demùm tantum homini prodest se diuino beneplacito adamussim attempe-A rare, vt si quandò ex rationabili causa careat pabulo Eucharistico, id æquo animo ferens, pro executione diuinæ voluntatis non fraudatur illo dulci solatio, quo suos conniuas Altaris conuiuiū demulcere solet. Placet recensere, quàm miro modo Christus aliquandò B. Gertrudi indulserit, quia illa, die quodam festo à sacra communione, ad quam pro viribus se apparauerat, discretæ monialis consilio aquiescens, abstinuit; inter alia autem amoris, & diuinæ benignitatis blandimenta, quibus dignata fuit, hæc lib. 4. cap. 13. eius vitæ, seu insinuat. diuinæ pietatis leguntur. *Sub Missa, dum conuentus communicaret, reclinauit eam Do-* B *minus mira blanditate ad vulnus amatorium sanctissimi lateris sui dicens. Ex quo hodie causa discretionis me corporaliter in Sacramento Altaris suscipere omittis, bibe nunc de corde meo spiritualiter suauissima diuinitatis meæ efficacem influxum. Cùmque de torrente voluptatis diuinæ suauiter potata, Domino deuotas gratias offerret, conspexit in spiritu omnes qui illo die communicabant stantes in conspectu Domini, quibus singulis Dominicis de præparatione illa, qua ipsa se præparare studuerat, ad communionem donabat, quasi singulas vestes miri decoris, & ad illarum quamlibet pertinebat, donū quoddam speciale pietatis diuinæ, quò dignè præparentur omnes ad communicandum, cùmque* C *omnes essent cōsimili beneficio meritis istius à diuina liberalitate ditati, accedentes omnes communiter obtulerunt Domino vice versa omnia sibi ex meritis electa suę donata in laudem æternam, & cumulum meritorum, ac beatitudinem huius Virginis sempiternam: Vndè per hoc intellexit, quòd quādocunque aliquis se præparat ad communionem specialibus orationibus, deuotionibus, & similibus, etiam si omittit communicare, causa discretionis, vel humilitatis, aut obedientiæ, tunc Dominus eundem satiat ex torrente sui diuini influxus, & ex præparatione illius, quā alijs participat, magis alios reddit paratos ad cōmunicandum, & omne bonum, quod quilibet ex hoc consequitur, totaliter cedit in meritū* D *eius, qui licet non communicans, tamen pro posse suo studuit se præparare.*

In vita B. Gertrudis.

Dum sponsa sacri conuiuij dicit dulcescere illi fructum diuinæ alimoniæ, occasionem nobis præbet hic inuestigandi tempus, quo Altaris Sacramentum in suscipiente gratiam, & alios suos effectus operetur.

PVN-

PVNCTVM THEOLOGICVM

Quando Euchariſtia producat in communicante gratiam.

DISQVISITIO VNICA.

An Euchariſticum Sacramentũ producat ſuam gratiam, vel quando ore ſumitur, vel quando gutture traijcitur, vel quando ſtomachum attingit.

OMITTO eorum ſententiam, qui putant hoc Sacramentum conferre ſuum effectum in illo inſtanti manducationis, in quo homo eſt melius diſpoſitus, quia eſt fine fundamento, & merè voluntaria; & cum hæc res ex ſola Dei voluntate pendeat, neq; ſit vndè colligatur Chriſtum voluiſſe inſtituere hoc Sacramentum, eadem facilitate, qua hæc ſententia aſſeritur, poteſt etiam reijci.

Aliqui affirmant Sacramentum Euchariſtiæ conferre gratiam, cùm primũ eſt in ore: Fundamentum eſt, quia dicitur tunc verè manducari; quam ſententiam non improbat Vaſquez to. 3. in 3. p. diſp. 203. c. 2. num. 17. dicens negari non poſſe, ſpecies verè manducari, cùm ſunt in ore, & intra dentes conteruntur, iuxta ſignificationem verbi, *manduco*; ſubdit verò, decerni non poſſe, verùm Euchariſtia, dum eſt in ore, an verò ſolum dùm traijcitur, vel ſolùm in ſtomacho gratiam operetur, cùm hoc ſolum pendeat ex Dei voluntate. — Vaſquez.

Alij exiſtimant Sacramentum Euchariſtiæ producere gratiam, cùm primò tangit ſtomachum. Ita Coninch. dub. 2. in art. 1. quæſt. 79. 3. p. D. Thom. & indicat Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 63. ſect. 4. §. *Tertius modus*. — Coninch. — Suarez.

Alij docent hoc Sacramentum tunc operari gratiam, cùm primò eius ſuperficies peruenit ad punctum, ſiuè terminũ

A illum indiuiſibilem gutturis, poſt quem terminum eſt manducatio, & hanc probabilem putat Suarez cit.

Alij exiſtimant gratiam conferri ab hoc Sacramento, quando ſacrata hoſtia, vel aliqua eius pars, ita tranſijt terminũ illum diuidentem, ſiuè ſtomachum à gutture, ſiuè partem vnam ab alia eiuſdem gutturis, poſt quem terminum dicitur cibus manducatus, cum antea ſolum eſſet manducatio inchoata, ità tamen, vt cibus à reliquis partibus reuocari non poſſit ad os, ſed debet remanere etiam alijs partibus non tranſeuntibus. Ità Cardinalis de Lugo diſp. 12. de Sacramento Euchariſtiæ ſect. 2. Pro ſolutione — Cardin. de Lugo.

B Notandum primò, certum in hac re eſſe, quòd Sacramentum Euchariſtiæ confert gratiam in ipſa manducatione, quod apertè docet D. Thomas diſp. 80. art. 8. ad 6. & patet ex Scriptura Ioannis 6. vbi manducanti Chriſti corpus effectus ipſius Sacramenti promittitur his verbis. *Qui manducat me, & ipſe viuet propter me; Qui manducat meam carnem, &c.* — D.Thomas — Ioan. 6.

Notandum ſecundò, manducationem huius Sacramenti, quæ requiritur ad effectum ipſius Sacramenti, accipiendam eſſe iuxtà communem ſenſum hominum, qui exiſtimant manducationem eſſe, quando cibus ab ore traijcitur per guttur ad ſtomachum: ſola autem ſumptio C cibi in ore non eſt manducatio completa, neq; enim dicitur manducaſſe panem ille, qui acceptum in ore, vel ſtatim extraxit, vel aliquandiù detinuit, & poſteà eiecit; hic enim ab omnibus exiſtimatur ieiunus. Idem iudicium de vino ore detento, & non trajecto, ſed poſteà eiecto. Verùm licèt, quando alimentum ore excipitur, & dentibus conteritur, ac comminuitur, non poſſit dici manducatio inchoata, quæ poſteà completur, cùm alimentum ſic comminutum cooperante lingua per crebram agitationē, & adiuuante gula, vel œſophago, & concurrente etiam virtute attractiua deglutitur.

D Dico, probabiliſſimum mihi videri, Sacramentum Euchariſtiæ gratiam operari in gutture, nimirùm quando pars ſacratæ buccellæ pertranſijt terminum aliquē in principio gutturis, quod piè, & probabiliter credi poteſt ſubindicari etiam à ſponſa ſacri conuiuij his verbis: *Et fructus eius dulcis gutturi meo*; vbi eam loqui de Sacramento Euchariſtiæ grauiſſimi expoſitores tradunt, quos attuli in præcedentibus notulis. — Concluſio. Euchariſtia producit gratiã, dũm per guttur traijcitur ſacra hoſtia

Probatur, quia effectus huius Sacramēti, vt ſupra diximus, promittitur manducanti, ſed dum quis deglutit ſacratam

hoſtiam,

hostiam, vel eius particulam, dicitur manducare, ergo &c. Minor patet ex communi hominum existimatione, & etiam ex vsitato loquendi modo; homines enim quando cibum traijciunt per guttur, nominantur manducantes, & licet forsan dici possit, quòd duret manducatio moraliter latè sumpta, quando cibus attingit stomachum, & quamdiù in eo perseuerat, non tamen ità propriè, sicut quandò traijcitur cibus per guttur.

Confirmatur primò, quia satis consentaneum videtur bonitati Seruatoris nostri ad sui communicationem maximè propensi, vt hac ratione voluerit instituere Sacramentum Eucharistiæ, vt statim ac sacræ species traijcerentur per guttur, antequam stomachum attingerent, gratiæ dona communicaret.

Confirmatur secundò, quia si Christus in Sacramento Altaris diuitias sui amoris veluti effudit, vt loquitur Tridentinum, certe ingentis amoris est promptè, & celeriter munera sua largiri; & est proprium libenter facientis citò facere, quin immò tantum gratiæ solet adijci in benefaciendo, quantum moræ demitur, ergò verisimile omninò videtur, quòd ità fuerit institutum Eucharistiæ Sacramentum, vt conferat gratiam statim atq; sacræ species transeunt terminum aliquē in principio gutturis, antequam ad stomachum perueniant.

1. Obiectio. Sed obijcies primò, si Sacramentum confert gratiam, quando traijcitur per guttur, ergò non confert gratiam etiam eo tempore, quo sacræ species perseuerant in stomacho, quamuis augeatur dispositio illius, qui Sacramentum suscepit, quod suprà affirmauimus ad versic. *Dum esset Rex in accubitu suo*. Cant. c. 1.

1. Responsio. Respondeo primò, hanc obiectionem etiam fieri posse contra eos, qui asserunt conferre gratiam hoc Sacramentum, cū primò attingit stomachum, & præterea gratiæ etiam augmentū producere crescente dispositione illius, qui Sacramentum susceperit, toto tempore, quo perseuerant species in stomacho.

2. Responsio. Respondeo secundò, negando consequentiam, & dico Eucharistiæ Sacramētum esse institutum ad modum cibi, cuius manducatio, vel susceptio non est virtus agendi, sed tantùm conditio, & applicatio; ergò sicuti cibus operatur non solùm quando traijcitur per guttur, sed etiam toto eo tempore, quo est in stomacho; ita dicendum est Sacramentum Eucharistiæ conferre gratiam nutrimentalem, non solùm quandò traijcitur per guttur. Sed etiam toto eo tempore, quo ipsum durat in stomacho, si augeatur dispositio illius, qui Sacramentum suscepit; siquidem ibi adhuc totum est Sacramentum, & habet virtutem suam actiuam; & ex altera parte subiectum est melius dispositum: Causa verò necessaria debitè applicata passo melius disposito nouum effectum operatur proportionatum meliori dispositioni passi.

Instantia. Dices non esse in omnibus requirendam proportionem, vel paritatem inter cibum naturalem, & Sacramentum Eucharistiæ, alioqun sicut cibus naturalis tunc solùm nutrit, quandò corrumpitur, & conuertitur in substantiam aliti, sic etiam dicendum videtur Eucharistiæ Sacramentum non conferre gratiam nutrimentalem, nisi quando species Sacramentales incipiunt corrumpi; sicut igitur in hoc, Sacramentum Eucharistiæ cibo naturali non assimilatur, ità non est admittendum idem Sacramentum debere operari toto tempore, quo durant species Sacramentales in stomacho, quia in hoc re vera non assimilatur cibo naturali, qui non semper nutrit, dum est in stomacho, sed quando corrumpitur.

Solutio. Respondeo non assimilari quidem in omnibus Sacramentum Eucharistiæ cibo naturali, quia cibus naturalis conuertitur in substantiam aliti, sed cibus Eucharisticus, cùm sit cibus viuus, & viuificantem vim exerceat, non transmutatur in substantiā manducantis, sed potius trāsmutat manducantem in se, vt benè docet Augustinus. Augustin.

Quarè satis consentaneum est, vt cibus vitalis non solùm statim atque applicatus est per manducationem homini conferat gratiam, sed etiam toto eo tēpore, quo detinetur, & homo melius disponitur ad recipiendum vitalem illius influxum, & virtutem spiritaliter reficientē. Cæterùm, vt nostra ratio subsistat de paritate corporalis refectionis cum Eucharistica in hoc, quòd sicut corporalis refectio non solùm quandò deglutitur, sed etiam toto eo tempore, quo detinetur in stomacho; ita proportionaliter Eucharistica refectio confert gratiam non modò quando traijcitur per guttur, sed etiam quando detinetur in stomacho adueniente meliore dispositione subiecti; rem ità declaro. Verum quidem est, quòd completa nutritio fit, quando conuertitur alimenti substantia in substantiam aliti, sed addo nutritionem, seu vitalem restaurationem etiam aliquam fieri, si refectio subtilis substantiæ, & efficacissimæ virtutis, qualis est v. g. elixir vitæ, sumatur; quandò enim traijcitur per guttur, & quando est in stomacho, languentes spiritus vitales excitat,

citat, restaurat, & fouet, & sic vitalis virtus reuiuiscit in hōe, & hæc viuificatio est effectus illius refectionis sumptæ, quod sufficit, vt aliquo modo in re nostra seruetur assimilatio inter refectionē naturalē, & Eucharisticam in ordine ad operandū.

1. Obiectio Obijcies secundò, si Sacramentum cōfert gratiam statim atque pars sacratæ hostiæ transijt terminum aliquē in principio gutturis, sequitur quòd alia pars particulæ, quæ nondum transijt, quando postea transibit, nihil gratiæ conferet; Sed hoc est falsum, ergò; Maior patet, minor probatur, quia etiam altera pars hostiæ verè est Sacramentum, & per cōsequens debet significare, & significando producere gratiam, sed hæc altera pars hostiæ, cùm non transijt tunc, quādo prima pars pertransijt, & tunc gratia fuit collata, non potest producere eandem gratiam, ac proindè vel eam nō significat, vel eam significat, sed non producit, vndè falsum erit, quòd Sacramēta efficiant id, quod significant; & eadē obiectio fieri potest, si quis plures particulas successiuè sumat; idem enim dici potest de secunda particula, quod de altera parte hostiæ, quæ non transijt, quādo prima transiuit.

Responsio. Respondeo negando maiorem; quanam autem ratione per alteram etiam partem hostiæ gratia conferatur, declaro; quando sacrata hostia sumitur per modum vnius refectionis spiritalis, & vnius Sacramēti moraliter sumitur; vndè quando hostia secundùm aliquam sui partem trāsijt terminum illum, quem diximus, censetur etiam moraliter altera pars transacta; & sic per illam alteram partem confertur etiam gratia, quod ex his quæ subnectam, magis liquebit. Quando verò plures particulæ sumuntur successiuè, ita vt recipiantur per modum vnius refectionis spiritualis, & vnius Sacramenti moraliter, tunc quamuis sumptiones particulares sint plures physicè, sunt tamen vna moraliter; ac proindè particulæ illæ substantes sumptioni moraliter vni, perindè se habent moraliter loquendo, ac si physicè essent vna hostia: quarè sicuti si essent vna hostia, & hæc tota simul physicè pertransiret prædictum terminum, & immediatè attingeret partem gutturis subsequentis, licèt attingeret per aliquid sui indiuisibile, diceretur tota pertransisse, & attingere prædictam partem immediatè subsequentem termino dicto; sicut tota sphæra dicitur tangere planum, licet per aliquod sui indiuisibile tangat illud; ita etiam cùm vna particula, cum qua successiuè modo supra explicato aliæ sumūtur, transijt terminum prædictū in principio gutturis, & primò tangit partem immediatè subsequentem eiusdem gutturis, moraliter censentur omnes eandem partem tangere, & iam esse manducatæ, atquè ita simul omnes possunt operari, licèt non intelligantur esse applicatæ, nisi mediante aliqua sui parte, siue aliquo indiuisibili; sicut etiam si ignis palmaris v. g. tantùm secundū aliquas sui partes extremas sit applicatus passo, aut ligno existenti intra sphæram eiusdem totius ignis, ita secundùm omnes sui partes agit in lignum, vt etiam partes non immediatè tangentes lignū, in ipsum agant. Porrò quandò dicimus illas particulas successiuè sumptas simul operari omnes, quando vna ipsarū transijt prædictum terminum gutturis, & primò tangit partem immediatè subsequētem eiusdem gutturis, sensus est, quòd Deus intuitu non solùm illius particulæ, quæ transijt prædictum terminum gutturis, & primò transijt partem subsequentem eiusdem gutturis, sed etiam reliquarum, quas Deus ipse præuidet sumendas sumptione faciente vnum moraliter, cùm sumptione primæ particulæ conferat gratiam, & reliquos effectus, qui per hoc Sacramentum causantur, atque ex his patet, ita singulas particulas successiuè sumptas significare gratiam, vt etiam eam producant saltem moraliter, qui discursus multo magis fieri potest de partibus componentibus eandem hostiā.

Introduxit me in cellam vinariā, ordinauit in me charitatem.

Vers. 4.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

PRosequitur sponsa huius epithalamij indicare delicias, quas semper maiores percipit à profusa amatoris sui magnificētia; gloriatur autem potissimùm se ab eo introductam in locum geniali epulo destinatum, quem cellam vinariam metaphorico sermone nominat, ad insinuandam summam, qua ibi repletur, hilaritatem, qualem efficere solent falerni compotationes in apotheca vini; Dum verò mille voluptatum delinimenta ibi experitur, dum sibi obsequia non modò à famulorum turmis, sed & à conuiuis nobilitate primarijs exhiberi, cumulata videt, non immemor suæ conditionis, nullo gentilitio splendore claræ, non

opum

opum affluentia famosæ, tot bonorum authorem admiratur vehementem dilecti sui amorem, cui se non posse non succumbere fatetur. *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem*: Quasi dicat: Adeò mirificis voluptatibus, & honoribus in connubiali sympofio afficior, vt similis mihi videar ijs, qui suauissimis in cella vinaria generosi lyæi haustis poculis inebriantur: Vndè sicut illi à vini violentia superantur, sic & ego ab amoris impetu.

Introduxit me in cellam vinariam; ordinauit in me charitatem.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

In Eucharistico sympofio pius conuiua spiritaliter inebriatur.

D. Thomas

DE supercęlesti Altaris Sacramento locum hunc exponit D. Thom. opusc. 58 serm. 30. *Cella vinaria, inquit, est Ecclesia, vbi propinatur calidum vinum sanguinis Christi, ad accendendum corda dilectione Dei, & proximi.* Non dissonat Genebrardus hic, cuius verba hæc sunt. *Per cellam vinariam Hebræi sanctuarium, vel Altare, vbi libabatur Domino, accipiunt, eo quòd in sacrificiorum libaminibus effunderetur vinum: nos arcana Dei, quæ animos hominum inebriant, vel Sacramentum calicis, quod lætificat Deum, & homines. Iud. 12. Nam continet sanguinem Christi, pretium nostræ redemptionis.* Idem insinuarunt Nyssenus, Psellus, & Paschasius Radbertus, quos sequitur Martinus Delrio in hunc versiculum, afferens. *Ipsemet Rex sponsus me introduxit in apothecam vini, hoc est, iussit introire ad Altare Dei, & illic sumere calicem salutaris Domini, qui Deum lætificat, qui hominem vinificat.* Quarè à præmisso interpretamento non alienum est, si dicamus, sponsam sanctissimi Epithalamij deprædicando se in cellam vinariam introductam à dilecto, subinnuere præclaro illo calice inebriante hausto, spiritali ebrietate correptam esse: consona habet Cyprianus serm. de Cœna Domini. *Quā*

Genebrard. Nyssenus. Psellus. Paschas. Delrius. Cyprian.

A *præclarus, inquit, est calix iste, quàm religiosa est huius potus ebrietas, per quā Deo accedimus, & quæ retrò sunt obliti ad anteriora extendimur non habentes sensum huius mundi, sed diuitiis præparati delicias contemnentes Cruci hæremus, sanguinem sugimus, & intra ipsa Redemptoris nostri vulnera figimus linguam, quò interius exteriusque rubricati à sapientibus huius sæculi iudicamur amentes, quia Religionis huius abhorrentes mandatum, vsque hodiè retro abeunt, & à secretis diuinis omnium intra se mysteriorum continentibus summam diffugiunt, & recedunt.*

Filij Iacob in Aegyptum redeuntes pro asportanda noua alimonia, consumpta iam quæ priùs fuerat transuecta, B à Iosepho fratre annonæ præfecto excepti, & ad conuiuium admissi, ad hilaritatem ita crateras hausere, vt de illis sacra historia dicat. *Biberunt, & inebriati sunt cum eo.* Gen. 43. Epulum illud ex communi Patrum declaratione, ideam expressit Altaris mensæ, in qua Eucharisticum poculum deuotè sumentes ab illius feruescenti virtute incalescunt vsque ad ebrietatem spiritalem, hoc est, ab amoris vehementia ita quandoque occupantur, vt extra se acti videantur.

Gen. 43.

Eucharistiā deuotè sumentes spiritaliter inebriantur

Dauid ille, qui Regis personam pro dignitate sustinebat, & decorem, qualē supremum Monarcham decet, tum solio C sublimi residens, tum incessu graui progrediens, amplissimo satellitio, & famulorum turmis in sui obsequium paratis, comitatus, fastu omni, & amictu splendido deposito, regalique maiestate eliminata, tripudium agens ante arcam, frequētes & insolitos saltus edebat, linteo vili cinctus, mūdano iudicio inter fatuos, & contemptibiles homines numerandus visus est. *Dauid saltabat totis viribus ante Dominum. Porrò Dauid erat accinctus ephod lineo,* & paucis interiectis. *Cùmque intrasset Arca Domini in ciuitatem Dauid; Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit Regem Dauid subsilientem, atque saltantem coram Domino, & despexit* D *eum in corde suo.* & paulò post sic subnectit sacer textus. *Reuersusque est Dauid, vt benediceret domui suæ: & egressa Michol filia Saul in occursum Dauid; ait: quàm gloriosus fuit hodie Rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi nudetur vnus de scurris.* Reg. 2. cap. 6. Arcam illam typum fuisse sacrosanctæ Eucharistiæ docet Gregorius, Beda in cap. 6. 1. Reg. D. Cyrillus Alexandrinus lib. 9. de adoratione, & lib. 4. Ioan. cap. 28. D. Hieronymus, D. Ambrosius, D. Augustinus ad illa verba. *Adorate scabellum pedum eius.* Psal. 98.

2 Reg. 6.

Gregor. Beda. Cyrill. Alexan. Hieronym. D. Ambr. D. August. Psal. 98.

D. Bonau. D. Bonauentura serm. 2. in Dominica quarta Aduentus. Dauid autem ante Arcam iudaicus saltans, & propterea vilis, & insipiens iudicatus à Michol, simulacrum est formauit animæ deuotæ, quæ impetu amoris Eucharistici adeò fertur, vt à nescientibus diuinæ dilectionis vires infatuata iudicetur.

Pro alimonia, quam à Iosepho sperabant filij Iacob, ad patrios lares transuectanda, asinos secum detulere. Sed hoc mysterio vacare existimabimus? Equidem Ioseph rem frumentariam distribuens, D. Ambrosio interprete lib. de Ioseph cap. 11. Christum præfigurauit Eucharistiæ pabulum fidelibus suppeditantem; asinus autem stolidum animal communiter vulgò reputatur. Cur ergo filij Iacob ad vehendam à Iosepho acceptam tritici annonam asinos portitores adhibent? nisi vt cogitemus, ad sacram Synaxim eo affectu accedendum esse, vt vulgi existimationem, qua aliquandò iudicamur vel insipientes, vel stolidi, nihili faciamus. Accinit nobis ex parte Drogo de Sacramento Dominicæ Passionis. *Veniunt ergò, & adsunt quasi alieni fratres tui, sed benignè appropinquans eis. Veniunt ad te cum asinis stultitia, & tarditatis suæ; & cum saccis vacuis præ inopia, sed non solùm frumento reples eos, quin & pecuniam ligatam reddis in ore sacculi.* & paucis interiectis subnectit. *Vacui, & stulti veniunt ad te, & tu remittis eos onustos, & abundantes frumento sapientiæ tuæ.* Occurrit hic D. Ambrosius lib. 1. de benedictionib. Patriarch. cap 4. dilucidans illud Gen. 49. *Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem fili mi asinam suam: Hic est, inquit, ille alligans ad vitem asinum suum, & vineæ pullum asinæ suæ, vt feruorem Spiritus Sancti habeat congregatio nationum, ante remissa, & negligens, sed iam deuota per Christum, & viti illi perpetuæ, hoc est Domino Iesu, qui ait: Ego sum vitis, Pater agricola, veluti fructuosi palmites, quibus indissolubilibus vinculis fidei alligaremur.* Ex his premo pro nostri discursus proposito, asinam suam ligari ad vitem, esse animam nostram Christo Seruatori in sacra Synaxi iungi charitatis nexu; ideò autem asina appellatur, vt nimirùm ægrè non ferat, si apud mundi sectatores fatua, & asinæ similis habeatur.

Margin notes, left column: D. Ambr. · Ad Eucharistiam eo affectu accedendum est, vt iudicemur insipientes, & stolidi. · Drogo. · Gen. 49. · D. Ambr.

Inuitata valido amoris stimulo Magdalena Simonis domū ingreditur. Itanè fœmina, nulla temporis, vel loci habita ratione, penetrat in extraneas ædes, inter conuiuas soluto crine irrumpit, nec timet ab eis subsannari, ea hora maximè, qua homines à crebris poculis incalescunt ad ludicra, & proni sunt ad hilaritates? Vbi ergò mens? vbi consilium? vbi matronæ decor? Sed amor cælestis sine mundanæ sapientiæ legibus operatur. Rectè Chrysostomus hom. 6. in Matth. *Ita bacchari cœpit desiderio exagitata Christi.* Verùm nonnè Lazari, & Marthæ soror crinibus solutis recumbens ad Christi pedes lacrymis vberibus illos diluens, proprijs capillis abstergens, & deosculans, aliquid de amorosa vi Seruatoris nostri aliquando futuri sub Sacramento præsensit? Ita sanè docet Paulinus epist. 4. cuius hæc, alias adducta, sunt verba. *Quæ ipsum viuum, vinificumq; panem manibus, & ore præsumpsit, sanguinē quoq; calicis, antequam fieret calix sanguinis, osculis sugentibus prælibauit; & in ipso corpore Christi corpus accepit.* Perurbanè ad huius sanctæ mulieris imitationem nos allicit Gerson tract. 9. super Magnif. *Accedas, inquit, ò peccatrix anima Christiana, nulla te verecundia prohibeat, nullum in peccando modum tenuisti, sta, maneas retrò secùs pedes recumbentis in hac Sacramentali cœna, laua lacrymis, terge capillis meditationum sanctarum, iunge oscula charitatis: sic age, vt tandem merearis audire, fides tua te saluam fecit, vade in pace.*

Margin notes, right column: Amor cælestis sine mūdanæ sapientiæ legibus operatur. · Chrysost. · Paulin. · Gerson.

Martyres, antequam ad subeunda tormenta à tyrannorum immanitate parata progrederentur, sacram Synaxim sumere solebant, vt tradit Cyprianus lib. 1. epist. 2. *Nam quomodo, inquit, docemus, aut prouocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturis sanguinem Domini denegamus?* & epist. 54. ait. *Idoneus esse non potest ad martyrium, qui ab Ecclesia non armatur ad prælium, & mens deficit, quam non recepta Eucharistia recepit, & accendit.* Hinc tali in Deum amore efferuescebant, vt vitam, & ea quæ in pretio habet mundus, nihili facientes, apud profanum vulgum stultescere censerentur. Hoc respexit Augustinus exponens illud. *Et calix meus inebrians, quàm præclarus est.* Psal. 22. *Hoc iam, inquit, calice inebriati erant martyres, quando ad passionem euntes, suos non agnoscebant, non vxorem flentem, non filios, non parentes.*

Margin notes: Cyprian. · Psal. 22. · Augustin.

Introduxit me in cellam vinariam.

NOTVLA II.

Adeò in excessum ab amore fuit raptus Christus, dum Eucharistiam instituit, vt mũdi iudicio opus patrasse visus sit, quale ab ebrio, & demente fieri solet.

IN cella vinaria, in Altaris scilicet epulo, vbi sponsa spiritaliter ebria remansit, & sponsus etiã diuinus inebriatus fuit. Admirationẽ forsan tibi inijcit hic loquendi modus? In mentem reuoca de eodem diuo amatore verba illa à Vate prolata. *Et excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino*. Psal. 77. (Psal. 77.)

Ioseph cum fratribus in conuiuio se exhilarantem ad ebrietatem bibisse, in sacra historia innuitur. *Biberunt, & inebriati sunt cum eo*. Gen. 43. (Gen. 43.) Sed fierine potuit, vt vir temperantiæ amantissimus, & eo maximè tempore, quo annonæ caritas cunctas gentes premebat, & luxũ mẽsæ adhiberet, & adeò largiter falerni calices hauriret, vt temulentus fieret? Equidem si ebrietas fomentum est libidinis, incentiuum insaniæ, venenum sapientiæ, vt ait Ambrosius lib. 1. de Abraham cap. 6. (Ambros.) hæc à Iosepho vtpotè castimoniæ studioso cultore, prudentiæ, & sapientiæ dono insignito exterminanda omninò erat. Verum quidquid sit de phrasi Hebræa, ad mysticã recurramus. Ioseph sedens ad mãducandum cum fratribus suis, recepta satis expositione Christum præfigurauit Eucharisticæ mẽsæ cum Apostolis accumbentem, in cuius institutione adeò potentissimo amore efferbuit, vt malè percipientibus altissimum Supremi Regis Sacramentum veluti ebrius appareret.

Auerroes (Auerroes.) Philosophi commentator, sic aliquando locutus est. *Mundum peragraui, varias sectas reperi, sed nullam adeò fatuam inueni, qualis est secta Christianorũ, nam Deum, quem adorant, dentibus deuorant*. Quò mentem direxit Cancellarius Parisien. super *Magnif.* tract. 9. partit. 1. vbi dialogum instituẽs sub personis Magistri, & Discipuli, hæc habet. (Gerson.) *Mag. Hic*

A *titulus scholæ huius scilicet Religionis Christianæ stultitia est, tradente Lactantio. Audi Apostolum. Prædicamus Iesum Christum, Iudæis quidem scandalum, Græcis verò stultitiam, sed quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. Discip. Cur. ea, quæ communia sunt pro tota fide Christiana, nunc inducis ad singularem materiam, quam tractamus? Mag. Ratio in promptu est, quia nulla videtur apud sapiẽtes huius sæculi maior, nulla absurdior stultitia, nulla, quæ magis infatuát sensus carnis, quàm hæc sapientia Dei. Cognitum est, quòd latrator iste demens euomuerit aduersus leges omnes, quòd malæ sunt, Christiana verò pessima, quæ Deũ suum quotidiè comedit.*

B Pertimescens Dauid, ne cognitus ab Achis Rege neci traderetur, prudenti consilio simulatæ stultitiæ tegumento se muniuit. *Immutauit os suum, impingebat in ostia portæ, defluebantque saliuæ eius in barbam*, quas commotiones insolitas videns Achis Dauidem hominem infatuatum reputauit; sic enim adstantes Ministros allocutus est. *Vidistis hominem insanum? Quarè adduxistis eum ad me? An desunt nobis furiosi, quòd introduxistis istũ, vt fureret me præsente?* Reg. 1. cap. 21. (1. Reg. 21.) (Ibid.) Cuius quæso typus hæc Dauidis apparens amentia? Certè illius, quam Christus iuxta sæculi existimationem demonstrauit in Sacramento Altaris instituendo. (Christus iuxta mundi existimationem demonstrauit amentiã in instituenda Eucharistia) C Percipiamus hoc ab Arnoldo Carnotensi de Verbis Domini, declarante illud, *Sitio. Hoc intimabant illæ per barbam Dauid fluentes saliuæ, quòd contemnenda essent à profanis Sacramenta Dominica, & quasi arreptitij, & furibundi reputandi essent horum dogmatum discipuli, & intellectualium mysteriorum Ministri*. (Arnold. Carnot.) Sed audi Augustinum luculentiora pro nostro scopo pronunciantem in psal. 33. (Augustin.) *Quasi furor iste, & insania videbatur dare carnem suam manducandam hominibus, & bibendum sanguinem, ideò quasi insanus putatus est Dauid, quando dixit ipsi Achis, arreptitium hunc mihi adduxistis; nonnè videtur insania? manducate carnem meam, & bibite sanguinem meum*, D *quasi insanire videbatur, sed Regi Achis insanire videbatur, idest stultis, & ignorantibus.*

Amor non videtur vnquam sibi satisfecisse, nisi eò deducat amantem, vt ea peragat, quæ insipientiam sapiant. Socrates, vt narrat Aelianus lib. var. histor. (Ælianus.) fortè cũ Lamprocle filiolo pueriliter ludens ab Alcibiade deprehensus, & vehementer derisus est: at ipse, Non est, inquit, vt me parentem cum filio ludentẽ rideas immoderatiùs, qui ignoras parentum in filios affectum; tacebis itaq; donec & ipse liberos genueris, similia ten-

tentaturns, & fortaſsè magis puerilia. A Ageſilaus quoq; ex ingenti affectu in liberos ſuos dicitur aliquando arundine pro equo conſcenſa vnà cum pueris luſiſſe domi. Sic refert citatus Aelianus lib. 12. variar. hiſtor.

Vecordię quis non arguet Samſonem, dum bis detecta fraudulentia Dalilæ, illi adhuc fidere voluit, à qua poſteà in manus Philiſtęorum traditus, ab eis oculis orbatus, & illuſus fuit? refertur hiſtoria Iudic. 16. Sed Samſon deperibat Dalilam, & præ more ſuo amor non deſtitit, quoaduſq; pertraxit Samſonem ad ſic operandum, vt veſania laborare videretur. Veriſſimum itaq; eſt, amorem numquam quieſcere, donec efficiat, vt B amans amens exiſtimetur: Talis fuit Chriſti amor tradendo nobis carnem ſuã in cibum, & ſanguinem in potum, dum induxit Chriſtum ad inſtituendum Euchariſtiæ Sacramentum, quod inſaniam pręſciebat eſſe ab aliquibus diiudicandã, hunc extremum amoris gradum ſubindicauit Euangeliſta illis verbis; *Cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos.* Io. 3.

Iudic. 16.

Chriſti amor in inſtituendo Euchariſtię Sacramento, quod inſaniam præſciebat eſſe ab aliquib⁹ iudicandũ. Ioan. 13.

Prouerb. 9.

Sapientia, inquit Salomon Prouerb. 9. *immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam,* inuitat ad conuiuium, *ſi quis eſt paruulus, veniat ad me. Et inſipientibus locuta eſt: Venite, comedite panem meum.* Sed ò quales cõuiuas quærit? Equidem, quòd pueruli quandoque admittantur ad ſympoſium, non omninò incongruum eſt, quorum in motibus, & verbis plurimum gratiæ, & feſtiuitatis aliquandò eſſe ſolet: vndè comedentium iucunditatem excitare, & fouere poſſunt: Quòd verò inſipientes ſedeant ad menſam, in qua ſapientia habet ſolium, non videtur opportunũ; quæ enim dicta ſale, & lepore condita præſide ſapientia digna, & ad oblectandos conuieſcentes apta ab illis expectari poſſunt? Quæ ſit prædicta menſa, exponit Iſidorus. *Dei ſapientia*, inquit, *conſtituit domum, ſanctam Eccleſiam, in qua mactauit ſui corporis hoſtias, in qua miſcuit vinum ſui ſanguinis in calice Sacramenti diuini, & præparauit menſam, ideſt Altare Domini.* Inſipientes verò ad illam vocari quinam ſunt? certè mũdo ſtulteſcentes, vt Chriſtum ſapiant, maximè habiles ſunt ad dignè manducandum diuinum pabulum ab infinita Dei ſapientia per amoris exceſſum paratũ, & à mundi ſapientibus contemptum.

Iſidorus.

Ad Euchariſtiã dignè ſumendam maximè habiles ſunt mũdo ſtulteſcentes.

Ordinauit in me charitatem.

NOTVLA III.

Sacra Synaxis charitatis feruorem ad normam Chriſtianæ diſciplinæ attemperat.

NON pauci huius ſacri carminis Interpretes locum hunc de ordinata charitate exponunt. Ab his non longè diſcedemus, ſi dicemus, quòd in B diuino ſympoſio, quamuis ita incaleſcat amor, vt duabus præcedentibus notulis indicauimus, hic tamen intra fines continetur à charitatis methodo præſcriptos; de quo charitatis ordine ſpeciatim tractant Theologi cum D. Thoma 2. 2. quæſt. 26. hoc itaque ſanctiſſimi huius Epithalamij ſponſa inſinuauit his verbis, *Ordinauit in me charitatem.* Quaſi dicat: Etſi in Altaris menſa cor meum dilectione ebulliat, donum tamẽ ſimul cõponendi actus meos ad regulã, qua virtutum chorus dirigitur, mihi largitus eſt diuus amator meus.

D. Thom.

Ioſeph Aegypti Prorex ad prandium admittens fratres ſuos, vt cum eis iucũ- C dè epularetur, diſcubitus ordinẽ ad ætatis diſcrimen obſeruauit. *Sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita ſua, & minimus iuxta ætatem ſuam.* Gen. 43. Nihil eſt in hoc conuiuio, Euchariſticum denotante, quod myſterio careat; conueſcentium ille ordo ſpecialem ordinandæ charitatis gratiam, qua ſedentes ad ſacrum ſympoſium donantur, præſignauit.

Gen. 43.

Sacræ mẽſæ aſſidentes ſpeciali gratia ordinãdæ charitatis donantur.

Thamar geminæ prolis grauida peruenerat ad tempus pariendi, & ecce Zara vnus ex pupulis è matris vtero manum prius emiſit, impulſu neſcio quo præueniendi in ortu Pharen germanum; paruuli grandem niſum inſigniuit obſtetrix D alligata eius manui vitta coccinea, qua accepta ſtatim tenellus in maternã aluũ manum retrahens, compreſſo celeriùs prorumpendi in lucem impetu primordia naſcendi fratri conceſſit. *Inſtante autem partu apparuerunt gemini in vtero: atq; in ipſa effuſione infantium vnus protulit manum, in qua obſtetrix ligauit coccinum, dicens; Iſte egredietur prior; Illo verò retrahente manum, egreſſus eſt alter.* Gen. 38. Sub hoc portento diuini conſilij arcana plurima obteguntur; Ad aliquod ex his inueſtigandum procedamus prænia Patrum explanatione, quaſi face prę-

Gen. 38.

lucen-

lucente in via adeò obscura. Resticula illa coccinea Christi passionem adumbratam fuisse plures autumant, inter quos est Irenæus lib. 4. contra hæreses c. 42. *Signum*, inquit, *coccineum, quod quidē est passio Christi*. Affine huic interpretamento est, si asseratur, coccineum illud insigne fuisse præclarum emblema sanguinis, qui in Christi passione fuit effusus, & à communicantibus sumitur: Vndè Zara ad tanti Sacramenti hieroglyphicum intra maternum ventrem retrogressus, ne nascendi ordo turbaretur, fratri primatum detulit, quo facto admoniti sumus, quanta futura esset Eucharistici Sacramenti virtus in humanis actibus moderandis, & spiritui discretionis, ordinatæq; charitati conformandis.

Irenæus.

Eucharistiç virtus in humanis actibus moderādis, & ordinatæ charitati cōformandis.

Ciuitatem Ierichontinam expugnaturus Iosue, rationem, qua capienda erat, à Domino fuit edoctus, nimirùm circumlatione arcę fœderis septem diebus per circuitus murorum, resonante tubarum clangore; sed & idem Dominus formam etiam præscripsit à militibus seruandam in ingressu ciuitatis, quando eius mœnia diruta essent ad tumultus præcauendos, qui facilè ex effræni martiali ardore excitari possent; modus autem ad confusionem euitandam fuit, vt vnusquisq; bellator eo tramite, qui rectà progrediendo illi obuius erat, pergeret in vrbem. *Dixitq; Dominus ad Iosue, ecce dedi in manu tua Iericho, & regem eius, omnesq; fortes viros: circuite vrbem cuncti bellatores semel per diem, sic facietis sex diebus, septimo autem die Sacerdotes tollant septem buccinas, quarum vsus est in Iubilæo, & præcedant arcam fœderis, septiesq; circuibitis ciuitatem, & Sacerdotes clangent buccinis; cumq; insonuerit vox tubæ longior, atq; concisior, & in auribus vestris increpuerit, conclamabit omnis populus vociferatione maxima, & funditùs muri corruent ciuitatis, ingredientueq; singuli per locum, contrà quē steterint*. Iosue cap. 6. Plura hoc hieroglyphico mystica documenta traduntur, pro præsenti scopo vnum seligamus; nimirùm quòd arca illa fœderis Eucharistiam præfigurans coniuncta erat summa com militum coordinatione cohibito Martis furore, & nimio victoriæ gaudio moderato, quo symbolo indicatur, quidquid inordinati esse potest, Sacramētum Eucharistiæ eliminare.

Iosue 6.

Eucharistia omne inordinatū eliminat.

A *Ordinauit in me charitatem.*

NOTVLA IV.

Diuinus amor in sacra communione piam animam donorum affluentia vincit, & eam sibi deuincit.

VErbum hoc, *ordinauit*, bellicum apparatum sonat, nimirùm cùm turmæ ad prælium recto ordine disponuntur.
B Adnotauit hoc eruditè Gaspar Sanctius hìc dicens. Omnium ferè sensu metaphoram esse militarem; est enim pro *ordinauit*, Hebraicè דגלו עלי *Diglo alai*, *Vexillum eius super me charitas*; id est, instruxit cōtra me charitatem, tanquam aciem. Sumitur autem hìc pars pro toto, vel signū pro re significata, vexillum nempè pro exercitu; Quarè iuxta hanc translationem hac loquendi formula sponsa huius sacri carminis à diuino amatore in Eucharistico conuiuio munerum suorum aciem instructam sobindicat, cui libentissimè cedit. *Ordinauit in me charitatem*,
C Quasi sic loquatur: Tot gratiæ donis amor mei dilecti in Altaris mensa me cumulat, vt formam referat ordinatæ cohortis ad me expugnandum, cui reluctari nequeo, & victam me trado.

Sanctius.

De cibo illo, quem ad refectionem Israelitarum diuina liberalitas demittebat, hæc habet sacer textus. *Manè quoq; ros iacuit per circuitum castrorum*. Exod. 16. Ros hic manna erat, quia roris, & christallinæ guttæ in coriandri seminis formam conglobatæ, speciem repræsentabat, vt cum Nysseno, Philone, Iosepho, probè aduertit super eiusdem Exodi locum Cornelius à Lapide. Neque enim manna simile erat humori roris liquido, sed simile rori concreto, & con-
D glaciato, vt sunt grana grandinis, vel pruinæ nocturno frigore condensatæ, & agglutinatæ; sed cur per circuitum castrorum dicitur iacuisse? Crediderim, vt Israelitæ tanto beneficio, veluti amoris obsidione circumuallatos se agnoscerent, atque ita Deo se omninò submitterent. Egregium sanè simulacrum diuini amoris in Eucharistico Sacramento, vbi tot amatorijs blandimentis, tot singularibus beneuolentiæ signis fidelem animam circumambit, vt eam suauiter subiugatam in sui amorem trahat.

Exod. 16.

Nyssen. Philo. Ioseph. Cornel. à Lapide.

Mannæ ros diuini amoris in Eucharistico pabulo simulacrum.

De-

A Deſtinarat Dominus celebrem illam, & fortiſſimam ciuitatem Iericho Iſraelitarum ditioni, & ad eam capiendā quinā eſſent adhibendi modi, inſtruitur Ioſue, nimirùm fœderis arcam circumducendo per circuitus murorum. *Circuite vrbem cuncti bellatores ſemel per diem; ſic facietis ſex diebus; ſeptimo autem die Sacerdotes tollant ſeptem buccinas, quarum vſus eſt in Iubilæo; & præcedant arcam fœderis, ſeptieſque circuibitis ciuitatem, & Sacerdotes clangent buccinis.* Ioſue 6. Sed ò nouum belli machinamentum, vbi arietes, vbi baliſtæ, vbi teſtudines, vbi ferro aculeatæ trabes, vbi alia à militari induſtria apta inſtrumenta ad mœnia arcium demolienda? Quid in hoc præclaro typo myſticè inſinuatum ſit, perſcrutemur. Sola arcæ fœderis Euchariſtiam denotantis circumlatione, debellata ciuitas Iericho, graphicè delineat animam Dei obſequio blanda cæleſtium donorū violentia in Altaris ſympoſio ſubactam.

Ioſue 6.

Diuinū Altaris eduliū cæleſtiū vi donorū animam Deo ſubijcit.

Vidit Moyſes rubum inflammatum, & ab ignibus inconſumptibilem, prodigij nouitatem admiratus, & cognoſcendi myſterij cupidus appropinquare cœpit; Exterre de medio rubi vox præcepit ei, vt depoſitis calceis nudipes incederet. *Cernens autem Dominus, quòd pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi, & ait, Moyſes, Moyſes; qui reſpondit, Adſum. At ille, ne appropies, inquit, huc, ſolue calceamentum de pedibus tuis; locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Exod. 3. Aliquid de occultatis ſub hoc hieroglyphico Sacramentis inueſtigemus. Rubus ille accēſus exardeſcētem Chriſti Seruatoris noſtri in ſacra Synaxi amorem præmonſtrauit, vt aduertit Vigerius. Chorda 7. cap. 40. *Hic,* inquit, *eſt verè rubus, quem viderat Moyſes ardere, neque comburi: ardet namque carò, ſanguis, & anima Chriſti, ardet totus Chriſtus charitate, ardet maieſtate, ardet deitatis potentia, neque comburuntur in illo hæc, ſed integra manent.* Sed quid arcani innuitur, dum calceos abijcere Moyſes iubetur? Certè diſcoopertis ambulare pedibus ſubmiſſionis, & captiuitatis inſigne erat apud Antiquos, vt dilucidat Pratus ad cap. 6. Ezechiel. & colligitur ex Iſaiæ 20. vbi Vati mandat Dominus, vt deponat calceamenta ad præſignandam captiuitatem Aegypti. *Vade, & ſolue ſaccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis.* Iſai. 20. & paulò poſt ſubnectitur. *Sic minabit Rex Aßyriorum captiuitatem Aegypti.* Quarè Moyſes ante rubum diſcalceatus ſubiugationis characterem referens, ſymbolicè repræſentat à flagranti amore Chriſti in Euchariſtico Sacramento animā omninò ſuperatam, & Dei ſeruituti mancipatam; Fuit qui dixit; *Aureis haſtis pugna, & omnia vinces;* ſic amor vbi aurata beneficiorum tela iaculatur, quemlibet etiam durum, & agreſtem proſternit; quin & ipſæ ſyluarum feræ leniuntur, & manſueſcunt officiorum illecebris; Venuſtè Seneca lib. 1. de beneſ. cap. 3. *Officia,* inquit, *etiam feræ ſentiunt, nec vllum tam immanſuetum animal eſt, quod non mitiget cura, & in amorem ſui vertat, leonum ora à magiſtris impunè tractantur, elephantorum feritatem vſque in ſeruile obſequium demeretur cibus, adeò etiam quæ extra intellectum, atque exiſtimationem beneficij poſita ſunt, aſſiduitas meriti pertinacis euincit.*

Exod. 3.

Vigerius.

Pratus.

Iſai. 20.

Flagrans in ſacra dape Chriſti amor animā diuinæ mācipat ſeruituti.

Seneca.

B Quo circa ſi poteſt tantum amor beneficijs contendendo, quid mirum ſi anima deuota victoriæ palmam deferat diuino amori, à quo in ſacra Synaxi conſtipatis donorum turmis ſe videt obſeſſam. Portentum nimis inſolitum eſſet, ſi belluæ natiua feritate exuta, placidos mores à pabulo illis frequēter ſuppeditato, alijſque blanditijs hauriant; Rationalis verò creatura in Altaris menſa fauorum lenocinijs toties recreata, pluſquam belluinam feritatem induendo, tanto benefactori ſuo reluctetur.

Amoris vices animā rependere debet, quæ in ſacra Synaxi tot aucta eſt beneficijs.

C *Fulcite me floribus, ſtipate me malis: quia amore langueo.*
Verſ. 5.

Indicatur ſenſus ad corticem litteræ.

SPonſa perpendens animo inſignem dilecti ſui amorem, à quo admiſſa fuit, ad tam ſublimes nuptias, licèt nullo gentilitio ſplēdore, nulla abūdanti ſupellectile conſpicua eſſet, & inſuper nouis aſſiduè cumulata D donis, ſub tanto amantiſſimæ beneficentiæ pondere oppreſſa ſuauiter angitur, quòd vices non poſſit rependere ob vehementem animi afflictationem, à vitali vigore paulatim ſe deſtitui ſentiens, ad circumambientes puellas conuerſa petit, vt amoris deliquio, vel florum, & pomorum, vel vnguenti, aut vini iucundiſſima ſuppetant fulcimenta. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis; quia amore langueo.* Quaſi dicat: Caræ adoleſcentulæ meas collabentes in amore vires reſtaurate, vel viridarij, vel pomœrij donis, vel vnguentis, vel generoſo falerno, vel alijs amantium ſolatijs.

Dixi,

Dixi, vel vnguentis, vel vino, quia vox Hebraica *אשישות Asisoth*, pro qua noster *flores*; Septuaginta vertunt *vnguenta*, Abenezra *vas vinarium*, Pagninus, & Isidorus *phialas*; quomodo autem contingat ex amoris vehementia languor, declarauimus tom. 2. de Eminentia Virginis, & quòd similem languorem efficiat diuinus amor in anima, eamq; vulneret, & sauciet, sacrarum litterarum Interpretes passim docent. Vide Richardum à S. Victore lib. de 4. gradibus viol. charit. (Richard. Victor.) D. Bernardum de gradibus diuini Amoris, D. Thom. opusc. 51. (D. Bernar. D. Thom.)

Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Ità amore lãguescit deuota anima post Altaris refectionem, vt vnicum illi solamen sit, eadem sacra alimonia sæpè refocillari.

DE amoris languore, & deliquio hunc, & subsequentem versiculum exponit Gerson super Magnif. tract. 9. partit. 4. (Gerson.) *Hinc*, inquit, *tota liquescens, tota collabens, tota se non sustinens, suspirabunda susurrans, fulcite me floribus, stipate malis, quia amore langueò, quia vulnerata charitate ego sũ*, & nonnullis interpositis subnectit. *In hoc Sacramento nostro esurientes implenit bonis, & sic implentur, vt plenitudinem non capiant, desiliant, quasi ruptis laguneulis virium omnium titubant, quasi qui crapulatus à vino, pondere plenitudinis spiritus tãdem resident, & quiescunt in idipsum, pondus meum, amor meus, dic si potes, quantis bonis impleta est, cuius oportuit caput à læua dilecti sui suscipi, & leuari, hic est effectus principalis vnus inter cæteros cibi, & potus salutiferi Sacramenti.* Per florum verò, vel pomorum munera, vel vnguenta, aut vina à sponsa huius sancti thalami expetita ad suauem languoris sui medicinam, iteratas diuini pabuli sumptiones significari arbitror: nuper enim audierat à diuo sponso se esse florem campi, & lilium conuallium; ipsa etiam eum malum cõpellarat, *Sicut malus inter ligna syluarum*. Nunc autem hos flores, huncq; malum præsentissimum pharmacum sibi præ magnitudine, & vehementia amoris languenti, & deficienti optat, & efflagitat; nec refert, quòd plurali numero poma referantur, tum quia familiare est sacris paginis figuratè ponere plurale pro singulari; *Hi sunt Dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti*, & tamen vnum dumtaxat erat idolum, scilicet vitulus, vt constat ex vltimis verbis eiusdem capitis; tum etiam ad emphasim, quia omnium florum venustatem, omnium pomorum dulcedinem eminenter continet supernus amator. (Exod. 32.)

Huic expositioni accinunt præmemoratæ versiones de vnguento, & vino; Eucharisticum enim Sacramentum, quia exhilarat, & fragranciam diuinæ gratiæ effundit, non incongruè vnguentum dici potest, vinum quoq; ex notissima declaratione; & optimè etiam consonat Hieronymus, qui hic vertit *flores*, 2. Reg. 1. Paralip. 16. prædictam vocem Hebraicam vertit, *similam frixam oleo*; qua quid aptius ad sacram offam, in qua potissimùm Dei misericordia elucet, præsignãdam esse potest? Huic interpretamento affinia habet Almonacirius hic, vbi postquam de sacra Synaxi antecedentem versiculum exposuit; *Sponsus ergò*, inquit, *quando introduxit sponsam in cellam vinariam, præstitit illi certissimum summi amoris monumentum, nempè Sacramentum Altaris, in quo Christus ipse continetur, & corpore, ac sanguine suo reficiens sponsam, futuræ beatitudinis pignus illi largitur.* In dilucidatione præsentis versiculi post allatas superiores versiones sic subnectit. *Omnes hæ versiones indicant præsentissimum antidotum ad subleuandum animum sponsæ, esse aut flores, aut mala, aut vnguenta, aut vina ipsa, quibus ipsa inebriata fuerat.* Dum ergò pia sponsa hæc profert: *Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo*, hunc animi sensum exprimere videtur; Præ amoris vehementia me deficientem, me collabentem sustentare potest vnicus amator meus sub sacris accidentibus intra me susceptus, hoc ego peto, hoc expeto.

(Eucharistia cõgruè vnguentũ, & vinum dicitur. Hieronym. Almonacir. Idem. Collabentẽ animã sacra Altaris esca sustentat.)

Richardus de S. Victore in tract. de 4. gradibus violent. charit. sic scribit; *Hic gradus, qui humanæ possibilitatis metas semel excessit, crescendi, vt cæteri, terminum nescit, quia semper inuenit, quod adhuc concupiscere possit; quidquid agat, quidquid fiat sibi, desiderium ardentis animæ non satiat, sitit, & bibit, bibendo tamen sitim suam* (Richard. Victor.)

non extinguit, sed quò amplius bibit, eò amplius, & sitit; auida enim, imò & insatiabilis animæ sitis, vel esuries non sedatur, sed irritatur, dum voto suo pro voto perfruitur; in hoc statu non satiatur oculus visu, nec auris impletur auditu, dum vel absentem loquitur, vel præsentem intuetur; sed huius supremi gradus violentiam quis dignè explicare valeat? quis eius supereminentiam vel dignè pensare sufficiat? quid quæso est, quod cor hominis profundiùs penetret, acerbiùs cruciet, vehementiùs exagitet? quid quæso molestius, quidvè acerbius? cum sitim suam, nec resistendo temperare, nec inebriando possit extinguere? In Eucharistico conuiuio hunc amoris gradum attingit deuota anima, quæ sacro illo edulio degustato ad illud iterum nouo affectu anhelat.

Multa præclara hieroglyphicorum inuolucris arcana in mensa propositionis; notissima Eucharistię figura obuelabâtur, in eius meditullio concinnum Mæandrũ peritissimi artificis manus elaborarat; cuius Iosephus lib. 3. Antiquitat. cap. 7. meminit; *In mensa autem*, dicit; *sculptus erat Mæander magni pretij, gemmis per medium, tanquam stellis variegatus*. Quid mysticè adũbrabat Mæander ille? certè opus erat ad similitudinem Mæandri fluuij efformatum, cuius fluenta post varios decursus ad fontem remeant. O egregiũ simulacrum summi amoris, quo pia anima fertur in Altaris mensam, à qua peracta communione sic recedit, vt ad eam semper aspiret, & auiditate magna reuertatur.

Ioseph.

Pia anima sic à sacra mensa recedit, vt ad eã noua semper auiditate feratur.

Sedens ad manducandum Christus cum illis duobus discipulis, quibus in castellum Emmaus gradientibus, se itineris adiunxerat socium, *Accepto pane benedixit, ac fregit, ac porrigebat illis*. Luc. 24. Panem illum in substantiam Dominici corporis pluribus Patrum testimonijs probat transmutatum fuisse, Maldonatus. Quid hinc euenit? *Et regressi sunt in Hierusalem eadem hora*, subdit sacer textus. Quid hos ita extimulat? ita incitat ad celerem regressum in Hierusalem? Equidem ibi residebat cæterorum disci- pulorum cœtus; *Et inuenerunt congregatos vndecim, & eos, qui cum illis erant.* & vbi? *perseuerantes in communicatione fractionis panis, & orationibus*. Act. 2. O efficax Eucharistici edulij virtus? redeũt in Hierusalem hi Emmauntini discipuli post manducationem corporis Christi ab affectu eiusdem sacræ mensæ resumendæ impulsi.

Luc. 24.

Maldonat.

Act. 2.

Mandauit Dominus circumduci arcã septem diebus per circuitus murorum ciuitatis Iericho ntinæ. *Circuite vrbem cuncti bellatores semel per diem, sic facietis sex diebus, septimo autem die Sacerdotes tollant septem buccinas, quarum vsus est in Iubilæo, & præcedant arcam fœderis, septiesque circuibitis ciuitatem.* Iosue 6. Disquiramus vnum è pluribus mysterijs in hoc hieroglyphico præadumbraris: arcam deferentes, vel comitantes vulgato typo ad sacram Synaxim accedentes repræsentant; septenarius numeros innumerabiles vices, ex loquendi vsu satis noto sacræ paginæ, significat; circulari verò illo ambitu, qui perficitur in circũducendo arcam, quid denotatur? certè circumeuntes ad locum redeunt, à quo primò resiliere. O elegans symbolum in circumferentibus arcam expressum, ad indicandum; quo animi sensu rapiantur aliqui in alimoniam diuinam, & erga eã frequentissima circuitione versentur, vt vix ea pasti, eandem iterum appetant, & vbi primum eis licet, ad sacrãm dapem conuolent. O admirabilis amoris circulus.

A

Iosue 6.

B

Pro nostro argumento occurrit, quod ex libello quodam D. Bonauenturæ refert B. Thomas de Villanoua in 2. conc. corp. Christi, nimirum D. Bonauenturã vidisse nonnullos Domini corpus ardentissimè desiderantes, quibus nisi corpus Domini illicò traderetur, corpore, & animo languere, & deficere viderentur, quo accepto, subitò veluti ex longa ægritudine in vires pristinas conualescebãt, ita vt cuilibet videnti notissimum esset, magnam in illo cibo latere virtutem, quę corpore, & animo debiles, ita subitò cõfortasset.

B. Thom. de Villanoua.

C

Fulcite me floribus, &c.

NOTVLA II.

Plures, & optimos habere commensales in sacro conuiuio, non leue solamen est animæ diuino amore languenti.

D

SI ea est vis Eucharisticæ alimoniæ, vt illa vescentes quodãmodo in Christũ transformet, vt vidimus supra ad versiculũ, *Sicut lilium inter spinas*; certè cùm Seruator noster sub sacris speciebus flos, & malus nominetur, vt in antecedentibus notulis enucleauimus; flores quoq; & poma

non

non incongruè dici poſſunt Dominici corporis eſcam manducantes. Quarè dum huius ſancti Epithalamij ſpōſa amore languens floribus fulciri, & pomis ſtipari cupit, amorem, quo in diuum amatorem ſuum fertur, talem eſſe ſubindicat, vt ad eius maiorem gloriam maximo angatur deſiderio pertrahendi ſecum non paucos ad Altaris ferculum: hac enim feliciter edentium dulci comitata caterua mirificè recreabitur; *Fulcite me floribus, ſtipate me malis*. Quaſi dicat: O vos cari ſodales, ò dilectæ animæ accurrite, admouete flores, afferte poma, quibus exhilarer; ſed qui flores? quæ poma? Vos, vos eſtis pij fideles, ſacro ſympoſio conuiuæ, mecum diuinæ menſæ accumbite, hoc mihi potiſſimùm erit ſolatium.

A B

Eſuriens aliquandò Dauid non ſolùm ipſe panes propoſitionis edit, ſed & ſocios iiſdem refecit. *Quomodo intrauit in domum Dei, & panes propoſitionis ſumpſit, & manducauit, & dedit his, qui cum ipſo erant*. Luc. 6. Dauid vir Dei amantiſſimus non ſibi ſatisfacere potuit ſantificatas edendo offas, niſi eas etiam comitibus ſuis in cibum diſtribueret. Præclara certè idæa deuotæ animæ, quæ ita ſpiritaliter famelcit, vt non contenta ſit, ſi ſola diuina veſcatur dape, ſed plures ambiat conueſcentes.

Luc. 6.

Sacro edulio accumbentes ità ſpiritaliter fameſcunt, vt plures & in ſacra mẽſa conuiuas ambiunt.

C

Inuitata Ruth à Booz ad prandendū, conſueta hora hæc cum meſſoribus ſedit ad manducandum. *Dixitq; ad eam Booz, quando hora veſcendi fuerit, veni hùc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto; Sedit itaque ad meſſorum latus, & congeſſit polentam ſibi, comeditq; & ſaturata eſt*. Ruth 2. Sed quinā ſunt hi meſſores, qui in campis Booz laborant, niſi Chriſti operarij, qui animarum culturæ vacant, & in congregando pro cæleſti horreo tritico, in procuranda nimirum proximorum ſalute plurimum inſudant? Ad horum latus libenter aſſidet Ruth, pia ſcilicet anima ad probè manducandum Euchariſticum panem. Vis & aliam intueri idæam animæ affectātis diuini edulij participes? recole mente eandem Ruth, quæ diligenter aſſeruatum reſiduum cibi, quo benè paſta erat, ſocrui detulit; *inſuper protulit, & dedit ei*, ideſt ſocrui, *de reliquijs cibi ſui, quo ſaturata fuerat*.

Ruth 2.

D

Ibid.

Maximum Seruatori noſtro delicium eſt aſpicere Dominici corporis ſui menſam ſtipatis conuiuis coronatam, in cuius argumentum idem vna vice in campeſtri loco quatuor millia, altera verò quinque millia hominum amplificata panis ſubſtantia pauit, qua de re diximus ſupra ad verſic. *Ego flos campi*, notula 4. Anima

Sacrā menſam conuiuis refertā eſſe, maximè Chriſto Dño delicium.

autem fidei, & amoris fœdere Chriſto coniuncta, quæ illi ſunt potiſſima ſolatia, ſummopere auet; & ideò quid mirum, ſi ad communicantium affluentiam vota dirigat feruentiſſima?

Laua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.
Verſ. 6.

Indicatur ſenſus ad corticem litteræ.

SVNT qui putant hic ſponſam ita amoris violentiæ ſuccubuiſſe, vt iā vitali deſtituta robore, extremos in dilecti ſui gremio efflare halitus cupiens, ſic loquatur. *Laua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*. Probabile quidē interpretamentum: Veriſimilius mihi videtur, quòd ſponſa amore languens, à pomorum, ac florum fragrantia, ſeu à vino, ſeu ab alijs bellarijs, quæ ad exhilarandos amantes ſunt opportuna, ſublatamen aliquod perceperit quidem, ſed non adhuc plenè recreata, affectat inter iucūdiſſima amātiſſimi ſui brachia recubare; altero ex his ſubiacente, altero ſuperinducto, quo affectu abſorpta ſuauiſſimo ſtatim ſopore merſa fuit. Cohærēt, quæ ſubdit Sponſus. *Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, quoaduſque ipſa velit*. Hæc enim ſicut commodè obdormienti aptatur, non ita perfectè congruere videntur perſonæ deliquio conſternatæ. Quarè his vocibus: *Laua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*, hæc vota profert. Nō alibi amore languens probè quieſcere poſſum, niſi ſponſi, quē præ mortalibus vniuerſis diligo, vlnis excipiar, & fouear.

Circa hanc litteralem declarationem aduertendum eſt ab aliquibus Interpretibus accipi futurum pro præſenti, *amplexabitur*, ideſt, *amplexatur*, ex Hebræorū more, qui, cùm narrant aliquid, ſæpè futuro pro præſenti, quo carent, vtuntur: alij volunt hic, *amplexabitur*, deprecatiuum, vel optatiuum ſenſum habere, vt idem ſonet, ac ſi dicatur, *amplexetur*.

Obſeruandum etiam eſt cum Sanctio, & Sherlogo hic, iſtum, & ſubſequentem verſiculum eſſe intercalares, quod ad Poematis eleganriā facit ſubſumpti carminis certis carminibus interiectis ingeminatio; vndè Catullus in Epithala- Sanctius. Sherlog.

mio Iuliæ, & Manlij ſæpiùs repetit:

Catull. *Hymenæe hymen, hymen hymenæe,*

Et in Epithalamio Tethidis, & Pelei.

Currite ducẽtes ſub tegmina, currite fuſi,

Virgil. Et Virgilius Ecloga 8.

Incipe Mænalios mecũ mea tibia verſus,

Huiuſmodi etiam verſiculis vtitur Eccleſia in ſuis Canticis, vndè repetitur ille ſolemnis in die Epiphaniæ. *Venite adoremus eum, quia ipſe eſt Dominus Deus noſter.* & Anacreon, *Mihi bibendo vinum, ærumna dormit omnis;* cum lepore post nonnullos verſus recantat. (Anacreon.)

Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Enucleatur ſenſus ſpiritalis Euchariſtiam reſpiciens.

NOTVLA I.

Deuota anima per ſacram Synaxim ſic in Deũ afficitur, vt ad illius beneplaciti normam etiam ipſos virtutum actus dirigere maximè cupiat.

AMORE vehementi in Euchariſtica menſa concepto huius ſancti Epithalamij ſponſa languens, ad ſolamen frequentes Dominici corporis refectiones optauit, vt vidimus in præcedentibus notulis, ſed non his plenè contenta, niſi adſit cæleſtis dilectus, in cuius tantùm brachijs, & manibus ſuauiſſimè conquieſcere poſſit, auxilio ſcilicet illius ſuffulta vitæ ſuæ rationes ità componat, vt etiam
D in virtutum exercitio eum velit habere rectorem. *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*, quibus hæc vota effundere videtur. Ah precor, ità me meus totam poſſideat diuus amator, ità me ſua gratia regat, ità me voluntati ſuæ accommodet, vt nõ niſi quod ei ſemper magis eſt acceptum, adamuſſim exequar.
Gerſon. Fauet huic expoſitioni Gerſon tract. 9. ſuper *Magnificat* partit. 2. *Indicat,* ait; *hoc tuum velut aure tenuis ſuſpirium: Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Ecce iam fructum edere non quæris ſuauem gutturi tuo, non cellam*
A *vinariam introire, non fulciri floribus, non ſtipari malis, ſed tota in totam lapſa, & collapſa tota complexu ſuauiſſimo, ſereniſſimo, & caſto in eius ſinu conſopita quieſcis, ò quàm beatus, & efficax, & fœlix eſt cibus iſte fructuoſus.*

Coniunctio, quæ fit inter Chriſtum, & animam per Altaris communionem, aſſimilatur illi, quæ connubiali fœdere nectit virum, & mulierem, & naturali vinculo parentem, & gnatum: *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ, & filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ.* Pſal. 127. Quid hìc pro noſtro ar- Pſal. 127.
gumento? Certe ſub mariti iure viuit coniux, & filius, niſi emancipetur, ſub
B patria poteſtate remanet; vndè bona vxor, vt viro ſuo placeat, ſollicita eſt; probus verò filius ad patris nutum quidquid agit, attemperare ſtudet. Dum igitur anima Euchariſtico conuiuio accumbens Chriſti ſponſi vxor, & filia ſpiritalis euadit; liquet qualem ab illo ſuper cæleſti pabulo ſubiectionis indolem nanciſcatur. (Euchariſtico cõuiuio accumbens ſe totum ad diuini beneplaciti normã dirigit.) Conſonant quæ Richardus habet in Cant. cap. 33. *Anima enim,* inquit, *quæ in nuptijs agni vxor eſt, & filia, vino ſpirituali inebriari nouit, quæ in hoc conuiuio lateribus Chriſti aſſidet, vel circà menſam, ſicut ſcriptum eſt. Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ; filij* (Richard.)
C *tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ.* Perpende animam communicantẽ viti feraci æquari, vitis eſt arbor flexibilis, & fulcimenti indiga, vndè & centũ palmites extendit, & mille ramuſculos emittit, quibus veluti reſticulis ſe obuijs fulcris arctiſſimè colligat; quo quid aptiùs ad delineandam imaginem animæ in obſequium diuinum paratiſſimæ, & in ſingulis, vel minimis etiam actibus Deo adhærendi valdè cupidæ, quod & ſubindicatur illis verbis, *Sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.* Scilicet innixa, & implexa lateribus domus tuę, anima nimirùm Dominico corpori per multiplices affectus adſtricta, & aduigilans,
D vt Domino ſuo obſecundet.

Byſſus, purpura, hyacinthus, & quidquid pretioſius de gazis haberi poteſt, congeſtum erat ad ſplendorem, & elegantiam indumentorum, quibus priſcæ legis Sacerdos exornabatur. Præterea antè eius oculos pendebat lamina cum inſculpto Dei nomine fronti alligata. *Facies, & laminam de auro puriſſimo, in qua ſculpes opere cælatoris. Sanctum Domino, ligabiſque eam vitta hyacinthina, & erit ſuper tiaram imminens fronti Pontificis.* Exod. Exod. 28.
28. Verùm ſicut in veſtibus vniuerſa illa venuſtas, & præſtantiſſima ſupellex virtutum cœtum in Sacerdote reſidentem

deſi-

designat; ita lamina illa impresso Dei charactere conspicua, oculisq; obiecta, stemma erat ad Sacerdotem monendũ, vt opera cuncta in supremum Numen referret, & ad eius beneplacitum, veluti ad proprium scopum semper respiceret. O pulchra idæa perfecti in Christiana lege Sacerdotis, qui virtutibus omnibus fulget, & ad voluntatem Dei implendã, quem sibi præsentem adstare intelligit, quidquid operatur, collineare studet. Aptari tamen dices prædescriptam idæã viro euangelico Sacerdotali ordine insignito, non autem laico; concedo quidem primarium in hac repræsentatione locum Sacerdoti ad celebrandum destinato, sed laicum Altaris mensæ participem non excludendum assero. Celebrẽ pro hac re magistrum profero Ambrosiũ in Luc. lib. 6. vbi enucleans illud Euangelistæ de Dauide, qui panes propositionis manducauerat, quos soli Sacerdotes comedere solebant, sic loquitur. *Quomodò autem ille obseruator legis, atque defensor, panes & ipse manducauit, & dedit eis, qui eum ipso erant, quos non licebat mãducare, nisi tantummodò Sacerdotibus? nisi vt per illam demonstraret figuram, Sacerdotalem cibum ad vsum transmissum esse populorum, siue quòd omnes sacerdotalem vitam debemus imitari, siue quòd omnes filij Ecclesiæ Sacerdotes sunt.* Hæc postrema verba cautè accipe, & in eo tantùm sensu, quẽ supra explicauimus notula 1. ad versic. *Botrus Cypri* cap. 1.

Perfectus Christianæ legis Sacerdos ad voluntatẽ Dei implendam quidquid operatur collineat.

Ambros.

Mandauit Dominus duo Cherubim efformari, & ita ante propitiatoriũ collocari, vt eorum contuitus dirigerentur in propitiatorium. *Duos quoque Cherubim aureos, & productiles facies ex vtraque parte oraculi: Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero. Vtrumque latus propitiatorij tegant, expandentes alas, & operientes oraculum, respiciantque se mutuò versis vultibus in propitiatorium, quo operienda est area.* Exod. 25. Rectè quidem Cherubim propitiatorio proximi denotant animas, quæ talem perfectionem per Eucharistiam in propitiatorio præsignatam sunt assecutæ, vt ipsis spiritibus supernis comparari possint. Cherubim verò lumina in propitiatorium conuertentes indicant se maximè attendere, quod diuinum Numen innuat, vt pareant; quod benè expendit Cyrillus Alexandrinus in scholijs de Incarnatione Vnigeniti cap. 13. *Propitiatorium namque per fidem factus est nobis Emanuel, cæterùm certè Cherubim circumstantia propitiatorium superobumbrantia quidem pennis, conuersa autem ad propitiatorium, & penè nutui Dominico oculum intendentia, ad Dei enim volunta-*

Exod. 25.

Cyrill. Alexand.

A *tem tantùm respicit sancta cælestium multitudo.* O egregium simulacrum ad commonstrandũ, quali desiderio animæ Angelicis moribus ab alimonia sacra exornatæ ambiant diuini Numinis nutus, vt obtemperent.

Læua eius sub capite meo, &c.

NOTVLA II.

Pia anima timens, ne amor, quo illa incaluit in Eucharistico cõuiuio, ob imbecillitatem humanam tepescat, diuini sui amatoris præsentiam in præsidium ambit. B

RES *est sollicitι plena timoris amor*: cecinit fœcunda Ouidij Musa de humano amore. Idem de spiritali dici potest, si modò timorem seruilem elimines, quem sancta dilectio eijcit foras, filialem verò admittas, quem in studio sectando perfectionis requirit Apostolus. *Operamini sanctificationem vestram in timore.* Quo- C circa in cella vinaria, hoc est in symposio Eucharistico amor sponsæ efferbuit quidem, sed hæc cælitùs illustrata agnoscens, quàm facilè ex humana infirmitate spiritales vires eneruentur, & amor quantumuis accensus diminuatur, & lãguescat, si coràm non adsit Deus auxiliator, piò affectu implorat hoc munimen. *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Quibus vocibus hæc vota indicat. Oh assistat mihi, quẽ vnicè diligo, vt iucundissimo gratiarum suarum amplexu amorem meum sustentet, & confoueat alioquin labescentem. Accinit Hugo Cardinalis, qui hoc loco inter tres languores animæ, recenset D metum labendi in tepore amoris. *Languet*, inquit, *instabilitate, timens, ne feruor suus tepescat.* & paucis interiectis subnectit. *Contra tertium scilicet languorem, læuam sponsi ad sustentationem, & dexteram in amplexu ad delectationem.*

Ouid.

Hugo Cardin.

Post refectionem illam admirandam ex dilatata diuinitùs quinque panum alimonia, mare ingressi sine magistro discipuli, furentibus procellis agitantur. Accurrit benignus Seruator premens pedibus pelagi vortices, sed ad eius aspectum timent, quem non agnoscunt. *Et cùm ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum, & tenebra iam factæ erant,*

erant, & non venerat ad eos Iesus, mare autem vento magno flante exurgebat. Cùm remigassent ergò quasi stadia vigintiquinq; aut triginta, vident Iesum ambulantem supra mare, & proximum naui fieri, & timuerunt. Ioan. 6. Io. 6. Cur non agnoscunt discipuli Christum? Certè diminuti amoris non leue argumentum est, si quem amamus, non facilè dignoscimus; vndè pius ille genitor filium, quem non infracto amore diligebat, licèt ab ærumnis, & laboribus in pascendo immundo grege squalentem, & fame penè consumptum, laceris vestibus indutum, à longè vidit; & Ioseph, quia oculis præuiam habebat ardentis amoris facem, vndenos fratres cognouit, à quibus tamen non fuit cognitus, quoniam vel nihil, vel parum amatus. Quarè, si prandio illo ex amplificata quinq; panum substantia, Eucharisticum conuiuium denotabatur, vt ex vulgata Patrum expositione liquet, equidem discipuli etsi in eo plenè pasti, nihilominùs postea absente Christo aduersis ventorum flatibus iactati, frementis Oceani tempestate concussi, nec facilè magistrum agnoscentes bellè præmonstrarunt, quot malis subiecta, & quã amore infirma fit anima, quamuis in Altaris mensa abundè manducarit, si etiam ad modicum tempus Domini opitulatoris præsentia viduetur.

Apostoli in Dominica cœna optimè pasti in Gethsemani viridarium pergunt, comitantes Iesum, hic in preces fusus patrem aliquantisper ab eis semotus rogat; *Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus lapidis.* Luc. 22. Luc. 22. Quid interim faciunt Apostoli? orationine vacant ad amantissimi præceptoris exemplum? vel saltem vigiles adstant in obsequium parati ad amoris constantiam testandam? sed heu quàm citò flaccescit humanus vigor, vix magister modico interuallo à discipulis seiungitur, quòd illi sopore merguntur, nec ad horam bis expergefacti insomnes persistere possunt, dum abest, licet non longè, Dominus. Egregiè mortalitatis nostræ debilitatem perpendit Drogo Hostiensis de Sacramento Domin. passionis, Iesum sic alloquens. Drogo. *Quoties redis ad nos, & inuenis dormientes, & tamen benignè suscitas nos, & iterum abis secundò, & tertiò eundem sermonem dicens? Statim autem vt recesseris, somnus occupat nos, nec vigilare possumus, nisi quãdiù nobiscum es, & suscitas nos.*

Laudatissima consuetudo fuit in primordijs Ecclesiæ, vt singulis diebus fideles diuinam alimoniam sumerent. *Quotidiè quoque perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem,* A *sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis.* Act. 2. Hinc in Christianæ fidei tyronibus admirabiles fiebant sanctæ dilectionis accessiones: Ex illo felici cœtu Stephanus à frementibus Iudæis ad necem subeundam lapidũ grandine parata destinatus, certaminis stadium ingreditur Christi athleta; & ecce reseratas cælorum valuas, & hominum Redemptorem adstantem intuetur. Act. 2. *Ecce video cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei.* Act. c. 7. Act. 7. Quid opus fuit huic generoso militi ad strenuè dimicandum demonstrata superni Ducis præsentia? Nonnè satis communitus erat ab corporis Dominici B esu? Verissimum quidem est, sacrosanctum illum cibum plurimum spiritalis magnanimitatis conferre, sed non omnino hinc firmata remanet nostra debilitas, adhuc periculum est, ne spiritu concidamus, aut mente consternemur, aut amor noster diminuatur, si absit diuinus adiutor. Quare, & ad antesignani martyris fortitudinem augendam, & ad monendum nos de humana tenuitate nisi fulciatur Dei præsentia, panduntur Cæli portæ, & supremus Imperator adstans ad ferendam sibi opem conspicitur à Leuita. Consonant magna ex parte huic nostræ existimationi, quæ scribit Beda in 7. cap. Act. *Ad confortandum er-* Beda. C *gò B. Martyris patientiam Cælestis Regni ianua panditur, & ne innoxius homo lapidatus titubet in terra, Deus homo Crucifixus apparet coronatus in Cælo.*

Mœrens gemebat ad Christi sepulchrũ pia Magdalena. *Maria autem stabat ad monumentum foris plorans.* Io. 20. huius Ioan. 20. fletus causam assignat Origenes, metum scilicet, quo affligebatur, ne Domini sui præsentia destituta, amor ergà eum remissus fieret. *Metuebat, ne amor magistri* Origenes. *sui in corpore suo frigesceret, si corpus eius non inueniret, quo viso recalesceret.* Ità memoratus auctor hom. 1. ex varijs; sed si tumulus Domini Eucharisticæ mensæ typum exprimebat, vt monet Beda apud D D. Thomam in Catena ad illud Luc. 24. Luc. 24. *Vna autem sabbati. Nam & sepulchrum,* Beda. inquit, *illud figuram Dominici habet Altaris.* Certè Magdalena stans propè sepulcrũ denotat fidelem animam Dominicæ mensæ conuiuam, quæ suum in Christum amorem defecturum timet, si subtrahatur illius præsentia, qua amor fouetur.

Laua

Laua eius sub capite meo, &c.

NOTVLA III.

Agnoscens pia anima gratiam à peccatis præseruantem, quam Eucharistica refectio confert, & futuræ gloriæ spem per eãdẽ enutritam, plurimũ recreatur.

DVM sponsa sacri connubij iucundissimis sponsi brachijs itá benè confouetur, læua nimirum caput sustinente, dextera verò lateri admota, duo subindicat, quibus à diuo amatore, quem in Eucharistico cibo præsentem intelligit, delinitur, gratia scilicet à peccatis præseruante, & spe confirmata de Beatitatis æternæ consecutione. *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Quasi dicat: Non parum subleuor ab amantissimo Christo, dum mihi in sacra Synaxi vnitur, auxilia suppetens pro euitandis culpis, & animum meum erigens ad sperandam cælestem gloriam. Accinit ex parte huic interpretationi B. Thomas de Villanoua super hunc locum. *Quòd si læuam*, inquit, *sustinentem ad præsentem gratiam, & dexteram amplexantem ad futuram gloriam referre malueris, non inficior: læua sustinetur, ne peccet, dextera efficitur impeccabilis.* B. Thomas de Villanoua.

Iosephus non solùm frumentum, & pecuniam fratribus dari iussit, sed & cibaria, quibus eorum vires refocillarentur ad perficiendum iter. *Iussit ministris, vt implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecuniam singulorum in saccis suis, datis suprà cibarijs in viam.* Genes. 42. Gen. 42. Eliciamus è cortice huius historiæ mysticum sensum. Iosephus frumenti distributor Christum præfigurauit Eucharisticam alimoniam fidelibus suppeditantem, vt pluriès notauimus ex vulgata Patrum expositione; cibaria verò superaddita, specialia auxilia gratiæ denotant, quibus veluti cibo anima reficitur, & roboratur, vt in via perfectionis rectà progredi, & Diaboli aggressiones superare valeat.

Ciuitas Ierichontina expugnata fuit arca fœderis septies per eius mœnia circumlata. Iosue 6. Iosue 6. Plura indicantur hic

A mysteria, è quibus pro nostro instituto perpendamus, quòd nascentis lunæ speciem referebat, vt aduertit Masius ad cap. 2. Iosue vers. 1. Masius. Iericho lunam significat, vt notat Hieronymus Lauretus in sua sylua, verbo *Iericho*; Hieronym. Lauret. huius verò nominis ratio est, quia planities Ierichontinæ Vrbis lunæ vicissitudinibus obnoxia, aptum quidem symbolum est ad præsignãdam, ob volubilitatem humanæ conditionis, nostram in peccatum propensionem, quæ venerandæ Eucharistiæ præsidio in fœderis arca præmonstratæ facilè comprimitur; quantum verò efficax sit sacra Synaxis ad detinendum hominem, ne facilè in crimina labatur, &

B in via spirituali non deficiat, diximus supra ad versiculum: *Fasciculus myrrhæ.*

Subnectamus aliquid de felicissimum æuum consequendi spe, quam Altaris mensa excitat, & fouet, quod egregiè docet S. Vincentius Ferrerius serm. 2. de Epiphania explicans illud Baruch. 3. Baruch. 3. *Scias vbi sit longitudo vitæ, & victus, vbi sit lumen oculorum, & pax. Spes*, inquit, S. Vincent. Ferrer. *ostenditur, cùm dicitur, disce vbi sit virtus, quia tota spes Christiana consistit in victu, quia victus sacra Eucharistia est radix spei nostræ.*

In quæstionẽ reuocari potest, cur Iosue 6. cir. Dominus mandauerit ad capiendam ciuitatem Iericho, vt arca fœderis

C circumduceretur clangentibus buccinis iubilæi, & cur non tubis ad bellum destinatis, quales erant duæ argenteæ ductiles, de quibus Numer. c. 10. Equidem annus iubilæi plenus erat lætitiæ, tranquillitatis, & pacis atq; itá aliquam in eo contemplari possumus imaginem ibi præadumbratam status Beatorum, cuius recordatio, desiderium, atq; spes cùm reuiuiscant virtute Diuini pabuli in arca fœderis præsignati, vt de hoc arcano moneamur, non incongruè iubilæi buccinæ ante arcam perstrepunt.

Inter alia, quæ mensam propositionis concinnabant, lilia affabrè elaborata cõspiciebantur, vt tradit Aristæas lib. 10.

D de septuaginta interpretibus, his verbis. *At pedes in liliorum figuras expolierat artificis manus, quæ repandis in ipso vertice folijs mensam sustinerent erectis intrinsecùs ad aspectum frondibus. Pedes autem hi in pauimento firmabantur. Ioseph autem idipsum notauit ad hunc modum, pedum autem capitella liliorum similitudinem referebant folijs sub mensa se reflectentibus, cùm germen alioquin rectum videretur.* Aristæas. Cùm plura mysticè exquiri hic possint, vnum è potissimis doceamus; lilium præclarioris spei symbolum est, vt ex Pierio Valeriano lib. Pier. Valer. 55. cap. de lilio constat; & consonans

quæ

Causin.

A quæ habet Causinus in polyhist. symbol. lib. 10. num. 47. Quarè mensa propositionis lliorum speciem intuentium oculis obijciens, apposito hieroglyphico exprimit, quantum Eucharistica mensa in accedentibus plenissimæ iucunditatis, quæ solùm in cælis habetur, spem reddat vegetiorem.

1. ad Cor. 11.

Eucharisticus calix testamentum nominatur ab Apost. 1. ad Corinth. 11. *Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine.* O iucundum testamenti nomen, ò aptum incitamentum ad memoriam filij Dei renouandam, illiusq; hæreditatis beatissimæ acquirendæ spem confirmandam; etenim sicut ius adeundi hæreditatem

Sacra Synaxis fidelib⁹ legitimũ titulũ cõfert ad cæleſtẽ hæreditatẽ percipiendam.

B per tabulas scriptas à vita functo habetur, ità sacra Synaxis ad supernam hæreditatem percipiendam titulum legitimũ fidelibus confert.

Anselm.

Consentanea nobis docet Anselmus in cit. loc. Pauli. *Dicitur*, inquit, *testamentum in sanguine eius, quia munit, & defendit nos aduersùs calumniam hostis antiqui, ne cælestem nobis hæreditatem possit auferre: sicut littera illa, quæ vocantur testamentum, hæredem muniunt aduersùs calumniatorem, ne tollat ei hæreditatem.* Cohæret D. Bernard. pro hoc instituto serm. in cœna.

D. Bernard.

Vt securi, inquit, *sitis, Sacramenti Dominici corporis, & sanguinis inuestituram habetis.* Videri possunt superiùs dicta ad versiculum: *Vbi pascas, vbi cubes in meridie*, &

C ad vers. *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.*

Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, ceruosq; camporum, ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, quoadusq; ipsa velit.

Vers. 7.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

D FEruidè amantis indoles est, maximè inuigilare ad personæ amatæ cõmodum; hunc affectum exprimit hic sponsus, dũ ad plenam dormientis dilectæ refectionẽ adolescentulas circumstantes obsecrat, ne soporatæ obstrepant: ex vehementi autem huius desiderio eas obtestatur per res, quas maximè in delicijs habebant, quæ sub metaphora ceruorum indicabãtur: sicut enim hæc animalia amabilia, & periucunda erant apud Hierosolymitas; vt illud Prouerb. 5. innuit. *Cerua carissima, & gratissimus hinnulus*, & ex Hebræo vertitur, *Cerua amorum, & caprea gratiarum.* Ita aptè potissima Sionidum puellarum oblectamenta denotabãt; & iuxtà hunc eundem sensum exponi potest, quod Septuaginta legunt. *Adiuraui vos filiæ Ierusalem in virtutibus, & viribus agri, si suscitaueritis charitatem, quoadusquè velit.* Adiuraui, non tam præteritã, quàm iteratam obsecrationem significat; quasi adiuraui vos, & iterum adiuro, in virtutibus, & viribus agrorũ, idest per amœnitatem, & fertilitatẽ agrorum, quę plurimũ voluptatis Hierosolymitanis Virginibus solebant esse; vndè sensus vtriusque lectionis idem est, licèt in verbis sit diuersitas. *Adiuro vos filiæ Ierusalem, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam quoadusque ipsa velit.* Quasi dicat: Rogo vos Sionides puellas per id, quod est præcipuum in amore, & oblectamento vestro, vt sinatis sponsam meã profundè quiescentem dormire ad satietatem; si verò communem sequi volumus expositionem, quæ præmemoratã adiurationem intelligit de ipsis ceruis; ad concordiam autem vtriusq; versionis dici potest, quòd quia cerui vno agmine progrediantur, & fluctus maris tranent, vt notat Aelianus lib. 5. cap. vlt. & gregatim pascant, virium, & fortitudinis speciem referunt, & ideò agri vires, & fortitudines nominantur; sponsus autem adiurat puellas, ne somnum interrumpant dilectæ suæ per capreas, ceruosq; camporũ, quę erant illis vnicum delicium.

Prou. 5.

Septuag.

Ælian.

Adiuro vos filiæ Ierusalem, &c.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Pia anima in Eucharistico conuiuio sic iucundè epulatur, quādoq; supernarum rerum accensa amore, vt licèt in terris vitam mortalem degat, affectu tamen versetur in cælis.

SPonsa huius cælestis Epithalamij in cella vinaria, in sacro scilicet conuiuio abundè refecta facilè spiritali somno occupatur, quo ita ad temporanea, & mundi oblectamenta se habet, ac si sensibus rigesceret; ad sacrata verò, & superna ita animum dirigit, vt corpore solùm inter mortales esse videatur. Huic explicationi suffragatus B. Thomas de Villanoua in hunc locum: *Quid*, inquit, *expectari poterat, nisi somnus, de quo Propheta in psal.* 4. *In pace in idipsum dormiam, & requiescam. O in pace, ò in idipsum, ò dulcissimum soporem!* Egregiè consonat Gerson super Magnif. tract. 9. partit. 2. *Vinum est*, ait, *viuacissimum corporis, & sanguinis tui, Christe Iesu, vndè talis comparatur effectus, talis refectio, talis dormitio, quies talis, in pace, in idipsum.* (B. Thomas de Villanoua.) (Gerson.)

Et quòd Altaris alimonia pasti tali capiantur spiritus sopore, vt eorum affectus à terrenis rebus, & ab omnibus, quæ mūdi sectatoribus amabilia sunt, abstrahantur, & circa ea veluti obdormientes fiant, quorum sensus sepulti sunt, breuiter, & dilucidè monet D. Cyprianus ser. de cœna Domini loquens de vino Eucharistico potatis. *Non habentes*, inquit, *sensum huius mundi.* & ibidem. *Vident hæc Sacramenta pauperes spiritu, & hoc vno contenti ferculo omnes mundi huius delicias aspernantur, & possidentes Christum, aliquā huius mundi supellectilem possidere dedignantur.* (B) (D. Cyprian.)

Ad præparandum locum, vbi Christus cœnam Eucharisticam instituere decreuerat, binos præmisit discipulos. *Et misit duos ex discipulis suis.* Lucæ 14. Sed perpende, quid illis iniungat. *Et dixit* (Lucæ 14.) (A) *ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatē occurret vobis homo quidā amphoram aquæ portans, sequimini eum in domum, in quam intrat, & dicetis patrifamilias domus: dicit tibi magister, vbi est diuersarium, vbi Pascha cum discipulis meis manducem? & ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, & ibi parate.* Lucæ 22. Hoc stratum non in interioribus partibus ædium, sed in fastigio domus, vbi solaria, seu domata ad hilaritatem, ac conuiuia prisca ætas habebat, & præcipuè in Palæstina, vt colligitur ex Hieronymo epist. 75. ad Sumniam, & Fretellam; de qua re videri potest Maldonatus ad vers. 5. cap. 4. Matth. & in vers. 38. cap. 48. & Beda quæst. 13. (B) in lib. Reg. Hoc igitur stratum Eucharisticæ cœnæ destinatum in sublimi domus loco erat, vt etiam aduertit Gaudentius tract. 2. *Etenim*, inquit, *Beati Apostoli, quibus verè commissum est praparare in superioribus Pascha Domini.* Sed quid mysterij nos docere voluit sapientissimus magister excelsum solarium seligendo pro sacra cœna? conijcere facilè possumus, subiudicasse eam futuram suisse illius diuinæ escæ virtutem, vt hominis affectus ab infimis euelleret, eleuaret verò ad superiora. (Luc. 22.) (Hieronym.) (Maldonat.) (Beda.) (Gaudent.) (Eucharistiæ virtus ea est, vt hominis affectus ab infimis euellat, ac eleuet ad superiora.)

Discessurus Elias de hoc mundo sic Eliseum affatur: *Postula quod vis, vt faciam tibi, antequam tollar à te.* Obtemperans discipulus adeò meuendo amantissimi præceptoris mandato; *Obsecro*, ait, *fiat in me duplex spiritus tuus.* 4. Reg. 2. Plures sunt de hoc duplici spiritu cogitationes. Videri potest tractatus Ioannis Hierosolymitani de institutione monachorum cap 23 Bernard. ser. 3. de Ascensione, vbi optimas reperies expositiones, & in alijs scriptoribus optimas, quæ mihi occurrit, non videtur reijcienda, Elias abiturus erat extra mortalium consortium, & ad cælestia euehendus: discipulus, vt in omnibus æquaret magistrum, duplicem illius spiritum postular, scilicet eum, quo Elias inter mortales vixit, & eum, quo ad superna raptus erat victurus; sic rogatus Elias respondit Eliseo; *Rem difficilem postulasti.* Quis enim non fateatur arduum esse hic in mundo, vbi voluptatum illecebræ abundant, vbi sexcenta oblectationum inuitamenta alliciunt, concupiscentis partis appetitus ad illa omnia sopire omninò, pro Dei honore nullis laboribus cedere, indefesso studio insudare, incommoda quæcunq; perferre, nullis quassari persecutionum fluctibus, omniaq; hęc heroico spiritu, quo Elias ea præstitit in terris, peragere, & simul consimili spiritu, quo Elias victurus erat in cælis, viuere. Sed videa- (C) (4 Reg. 2.) (Io. Hierosolymit.) (Bernard.) (D)

videamus, qua ratione Eliseus fuerit factus voti compos? Dum ad aera sustollitur Elias, pallium dimisit, quod Eliseus accepit: *Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei.* Quæris quid Eliæ melota symbolicè significet? disce à Drogone Hostien. libello de Sacram. Domin. Passionis. *Amplius, inquit, te tuus non videbit Eliseus; remansit tamen ei pallium tuum, in memoriam tui, vt præsentia absentiæ tuæ dolorem eius semper, & augendo leniat, & leniendo augeat; hoc sumite, ait, in meam commemorationem, hoc est Sacramentum corporis tui, quod sumimus in tui commemorationem corporis, donec venias. pallium tuum caro sua est, qua vestitus ad nos processisti.* Hoc pretioso pallio induta anima deuota, licèt in humanis detineatur, pio tamē amore simul rapiatur ad æthera, vbi perennatura sunt bona; surda autē ante pertransit fallaces sirenum cantus, ad omnia mundi sectatoribus voluptuosa ita se gerit, vt extra carnem esse videatur, pro Dei verò gloria perpessu difficilia quæcunque infracto vigore sustinet.

Drogo.

B

Panem Angelorum manducauit homo. Sed si alimenti qualitates in alitum trāsmittuntur, vt ex physicis dogmatibus liquet, certè & panis Angelicus Angelicos mores manducanti instillabit; vndè licet humana carne circumamictus sit, extra tamen illam actus videatur, cū illius cupiditatibus nō cōmoueatur; pijs verò desiderijs in altissimis cum spiritibus beatis versetur.

Panis Angelicus mores Angelicos manducanti indit.

C

Procumbens Ioannes, vt adoraret Angelum, non est admissus ab eo. *Vide,* inquit, *ne feceris, conseruus tuus sum.* Apoc. 19. Meritò disquiri potest, cur Angelus æqualem sibi putet in honore Ioannem? An quia illibata virginitate conspicuus? Sed occurrit Iosue, qui Virgo erat, vt tradunt Ignatius Martyr scribens ad Philip. & Hieronymus lib. 1. contra Ioninian. cap. 12. & tamen ad Angeli genua prolapsus eum adorat, nec prohibetur, Iosue 5. nodus itaque propositæ quæstionis alia ratione dissoluendus est. Equidem si illo nascentis Ecclesiæ exordio quotidiè fideles sacram Synaxim sumebant, vt constat ex Act. 2. quis non credet, Ioannem deuotissimum Antistitem ad Altare singulis diebus accessisse; atque ita ab illa refectione eam viuendi rationem hausisse, qua Angelis comparari posset? vndè eum sibi aliquo modo parem agnoscens Angelus renuit ab eodem adorari.

Apoc. 19.

Ignat.
Hieronym.

D

A. *Adiuro vos filiæ Ierusalem, &c.*

NOTVLA II.

Contemplationis quiete insignitur anima deuoto affectu sacræ Synaxi addicta.

PRobè refecta mystica sponsa in Eucharistico epulo per cellam vinariam adducta, beato, somno spirituali occupatur, scilicet suauissimè quiescit mente in Deum eleuata, pro quo sensu Gersonis verba, quæ etiam notula præcedenti adduximus, repeto. *Vinum est viuacissimum corporis, & sanguinis tui, Christe Iesu, vndè talis comparatur effectus, talis refectio, talis dormitio, quies talis in pace, in idipsum.* Perpendamus quid sit hoc, *in pace, in idipsum.* Sanè est summa animi tranquillitas, qua per altissimam contemplationem in Deum quis rapitur, ita vt similis sit ijs, qui profundo sopore mersi suauissimè quiescunt.

Gerson.

Amantissimus, & sapientissimus Seruator noster nocte augustissimum Altaris Sacramentum instituit. *In qua nocte tradebatur*, inquit Apostolus 1. ad Corinth. 11. & in cœna. *Cœnantibus illis accepit Iesus panem.* Matth. 26. Hæ nocturni temporis, & cœnæ circumstantiæ non vacant mysterijs; è præcipuis vnum existimo, quòd nimirùm innuitur admirabilis virtus diuini edulij ad inducendum spiritalem somnum, quietam scilicet altissimarum rerum considerationem; etenim sicut post cœnam procliues solent esse homines ad dormiendum, & in lecto recubandum, ita qui digno cum feruore sacræ Christi mensæ accumbunt, citò & nullo labore eximiæ contemplationis somno corripiuntur.

1. ad Cor. 11.

Matth. 26.

Eucharistiæ virtus ad inducendam quietam altissimarum rerum contemplationem.

Sex hebdomadæ diebus colligebant Israelitæ de cælo delapsum manna, Sabbato verò quod antecedenti die reposuerant, edebant: Quid in hoc typo docemur? Certè Sabbati dies spiritali otio, & ad agendum cum supremo Numine dimotis humanarum rerum curis destinatus erat: vndè & Exod. 16. sic populo illi iniungebatur à Moyse. *Maneat vnusquisque apud semetipsum, nullus egrediatur de loco suo die septimo.* Quarè, dum Israelitæ post manducatum manna per sex dies hebdomadæ perueniebant tandem ad manducandum illud idem die Sabbati, quo erat summa feriatio, quo nullæ erant euagationes, & vnusquis-

Exod. 16.

que

que affectus interior in Deum dirigendus erat ex diuino mandato. Hoc schemate nobis proposito intelligere possumus, quali prærogatiua diuinitùs donētur, qui summo pietatis studio supercælestem alimoniam sæpiùs comedunt, vt nimirùm post illius esum attenta meditatione spatio aliquo temporis in Deum facillimè ferantur.

Duo illi è cœtu discipulorum post sūptionem panis, à Christo ad eorum mēsam sedente porrecti, quem panem Eucharisticum fuisse suppono cum Maldonaro ad 24. Lucæ, & Auctores pro hac parte aliàs allegaui, & præcipuè ad vers. *Botrus Cypri*; regressi sunt in Ierusalem. Luc. 24. Quid Ierusalem sonat? Nonnè pacis visionem? O iucundam pacem, ad quam reuertuntur Dominico cibo pasti felices discipuli. Sed ò qualem pacem: nonnè illa, de qua locutus est Propheta: *In pace in idipsum dormiam, & requiescam.* Pax scilicet, quâ anima post sacram Synaxim ad altissimam contemplationē euecta in Deo dulcissimè quiescit; vndè ab Ecclesia in festiuitate Dominici corporis canitur. *A fructu frumenti, & vini multiplicati fideles, in pace in idipsū requiescunt.*

Maldonat.

Anima post sacrā Synaxim ad altissimā cōtēplationē euecta in Deo dulcissimè quiescit.

De primitiuis fidelibus historia sacra testatur Act. 2. quòd *erant vnanimiter in oratione, & fractione panis*. Ecce oratio, & meditatio sanctissimæ communioni adiuncta, & vt digna dispositio ad illam, & vt munus ab eadem reportatum.

Obuia sunt in gestis Sanctorum exempla eorum, qui contemplationis perfectissimæ apices attigerunt, eo quòd summo pietatis studio venerandum Eucharistiæ Sacramentum excolerent.

B. Aloysius Gonzaga, qui tanto in diuinum ferculum amore exardescebat, vt quotiès de illo verba faceret, adstantes mirificè inflammaret, quod adnotauimus ex eius vita supra ad versic. *Curremus in odorem vnguentorum tuorum*: singulari Dei fauore in ea mentis eleuatione superuis adhærebat, vt collectiuè sumptæ distractiones, quas sex mensium spatio inter meditandum (solebat autem crebrò, & diù meditari) passus fuerat, tempori, quo bis recitari posset Salutatio Angelica, correspondissent.

A *Adiuro vos filiæ Ierusalem, &c.*

NOTVLA III.

Cælestibus blandimentis à diuino amatore delinita anima in eum amorem rapitur, qui extasim facit.

Plurimùm ad conciliandum amorem valet amplexus: vndè Rex ille Magnus Alexāder gnatulum Darij iam bello B superati, blandè inter brachia sublatum collo suo admouit. Puerulus peramanter cōspectum tunc primùm à se visi hominis sustinuit, vt ex tenero amore extensis brachiolis fit amplexus. Commotus Rex tam dulci pupuli blandimēto, ad Ephestionem conuersus illum sic est allocutus. O quàm vellem Darium aliquid ex hac indole hausisse. Curtius lib. 3. hist. cap. 24. Sic argumentum singulare dilectionis fuit, cùm Rex Assuerus è solio surgens ad Hesterem Reginam tātæ Maiestatis fulgore perculsam, & prolabentem proprijs vlnis sustinendam accurrit; C Hester cap. 15. Non secùs Eucharistici conuiuij sponsa diui amatoris amplexu, alijsque amoris delinimentis ad eū vehementem amorem impellitur, qui animam sopore profundissimo mergit, scilicet in mentis excessum rapit, qui per sōnum optimè exprimitur, vt venustè declarat Richardus de S. Victore part. 2. adnot. in psalm. 2. cap. 4. sub finem. *Cogita*, inquit, *quid faciat somnus exterior circa hominem exteriorem, hoc facit somnus huiusmodi circa hominem interiorem. somnus corporeus exuperat sensum corporeum; aufert enim officium oculorum, cæterorumque sensuum, atque membrorum; sicut autem per somnum exteriorem sopiuntur omnes sen-* D *sus corporis, sic per hunc, de quo loquimur, interioris hominis somnum exuperantur omnes sensus mentis; simul enim absorbet cogitationem, imaginationem, rationem, memoriam, intelligentiam, vt constet, quod Apostolus scribit, quia exuperat omnem sensum.* Liquet igitur mysticam sponsam in Altaris mensa probè refectam, & indè in sinu diui amatoris profundè obdormientem ad eam amoris violentiam adductā esse, quo humanæ operationes consopiūtur per extasim, de quo Dionysius de diuinis nominibus cap. 4. sic loquitur. *Est mentis excessum, extasimque faciens diuinus*

Curtius.

Hester 15.

Richard. de S. Victore.

Anima in Altaris mēsa abundè refecta ad eā amoris violentiam adducitur, quo humanæ operationes consopiuntur p extasim.

 Z 2 *amor,*

amor, amatores sui iuris esse non sinens, sed in ea, quæ amant, penitùs transferens:

Dormiens Elias sub iuniperi vmbra excitatur ab Angelo, qui & panis alimoniam comedendam ei præbet; hac verò sumpta Vates in somnum relabitur. 3. Reg. 19. Verùm nonnè satis nuper soporatus erat? Quamobrem igitur post Angelici panis esum nequit vigilare? Sub hac historiæ superficie quid Sacramenti traditur? Per somnum extatica eleuatio, vt iam vidimus, denotatur: rectè igitur Elias post ossę manducationem in typo repræsentat animam, quæ benè pasta Eucharistico cibo, ex singulari Dei munere in extasim eleuatur. Optime Rupertus in citatum locum Reg. *Indè surgens, scilicet Elias, inuitatur ab Angelo Domini ad prandium, idest percipit à Sacerdote Dominici corporis, & sanguinis Sacramentum, illud comedit, & bibit, & tamen rursus obdormiuit.*

[Margin: 3. Reg. 19. — Rupert.]

E pluribus exemplis eorum, qui post sacram communionem in contemplationis somno diù, & suauissimè conquiescere, & in extasim euehi solebant, pauca referam.

In vita S. Teresiæ à F. Ioanne à Iesu Maria conscripta lib. 4. cap. 9. habetur, quòd illa post annos ferè quinque, quibus in Abulensi Monasterio commorata est, post Eucharistiam sumptam, computatis diebus maiori ex parte extasim pati consueuit, nec à fenestrella, per quã cælestis panis porrigebatur, se frequenter mouere poterat, donec indè ab alijs auerteretur, & quod vehementius commouit, die quodam, qui sanctissimo Patri nostro Ioseph sacer erat, cùm post Sacramenti susceptionem in choro esset, à terra palmos duos, aut tres extolli visa est. Eadem sancta Toleti, cùm Eucharistia recepta staret immobilis, monialis quædam, quid ageret ignara, illam conatu, quo poterat, maximo, vt sederet, loco mouere, manusque marmoris instar stupentes contrectare nisa est, sed in cassum instata est, donec B. Virgo Teresia à raptu euigilauit.

[Margin: In vita S. Teresiæ.]

De Beatissima Clara enarratur in prima parte historiæ ordinis sui, deuotissimè, & sæpè accessisse ad hanc Christi mẽsam; & semel cùm in festo Epiphaniæ corpus Domini recepisset, in extasim raptam fuisse non per horam, aut diem tantùm, sed per triginta dierum spatiũ. Proh miraculi stuporem, fœminam in humanis sensuum vsu destitutam tanto tẽpore potuisse persistere.

Soror Catharina Riccia toties à sensibus abducebatur, quotiès ad sacram Synaxim accedebat, ità vt illis per aliquod temporis spatium minimè vteretur, quæ cùm cælum à suo sponso, vel à beatissimis spiritibus introspectura eleuaretur, pijssima colloquia cum suo amantissimo reparatore inita sæpè sæpiùs sub aliorum cadebant auditum, qua de re plura videri possunt apud P. Philippum Guidum vitam huius venerabilis sororis scribentem.

[Margin: In vita S. Catharinæ Ricciæ.]

Adiuro vos filiæ Ierusalem, &c.

NOTVLA IV.

Suæ sacrę mensæ conuiuas amãtissimus Seruator noster singulariter protegit:

ADiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, ceruosq; camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.* O felices excubiæ, ò cura, ò sollicitudo admiranda diui amatoris. Ecce qualem adhibet diligentiam in remouendis omnibus, quæ turbare possent quietem, qua anima sibi per sacram Synaxim adhærens fruitur. Probè Bernardus serm. 52. in Cant. *Inducitur, inquit, cælestis sponsus vehementissimè zelans pro quiete cuiusdam dilectæ suæ sollicitus seruare inter brachia propria dormientem, ne qua fortè molestia, vel inquietudine à sõno suauissimo deturbetur.* Nec dissona habet huic custodiæ cælestis spõsi in dilectam suam B. Thomas de Villanoua in hunc locum. *Sed ò sponsi, ait, inenarrabilem humanitatem, inæstimabilem dilectionem, maiestatis oblitus dilectam obseruat, ne à perstrepentibus suscitetur.*

[Margin: Bernard. — B. Thomas de Villanoua.]

Solet humanus sponsus pro sponsæ emolumentis aduigilare, & magno studio, quod molestum ei esse potest, arcere; & si, vt ferunt mundi vicissitudines, aduersitate aliqua tangatur, omni nisu eam liberare contendit, quia nimirùm maritali fœdere eam sibi vnitam, atque ita vt rem suam agnoscit, & diligit; sic Dominus animam, quam sibi spiritali sponsalitio in Eucharistico sympofio cõiunctam nouit, vt rem quoque speciali titulo suam respicit, custodit, peculiaribus gratijs adiuuat, multiplicatis fauoribus fouet.

Peregrinantium Israelitarum cœtus per asperas deserti vias, vestes à senio illæsas quadraginta annorum spatio retinuit,

nuit, & calceamenta non vsu corrosa, licèt saxosas semitas calcarent, & iuga montium scanderent. *Vestimentum tuū, quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus, en quadragesimus annus est.* Deuteronom. 8. Imò

Deuter. 8.

verisimile est, puerorum amictus ad eorum staturæ incrementum adauctos fuisse, vt putat Tostatus quæst. 1. in cit. Deuteron. locum, quo ingenti prodigio supremum Numen, quantum sibi cordi esset, necessitatibus illius populi, quem manna alebat, consulere, declarauit. Ab hac historia trāseamus ad mysticā. Quænam sunt hominis Christiani indumenta? Certè illa, de quibus oraculo illo Isaiæ 61. fit mentio. *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me.* Hæc autem quàm peculiari Dei munere in manducantibus dignè Eucharistiam consuetuentur, symbolicè præmonstratum fuit, dum ciborum manna enutriti populi tunicas, & calceamenta ab interitu, & consumptione vindicauit.

Tostat.

Isai. 61.

Post sumptum pabulum illud ex amplificata diuinitùs quinque panum substantia, discipuli nauiculam ingrediuntur, & ecce irati ponti fluctus intumescunt, venti prælia flatibus horrisonis miscent, verberant spumantes vndæ latera cymbæ. Matth. 14. Quis tot inter pericula iactatos, & perterritos adiuuat discipulos? Nonne Christus ad eos accurrit, pelagi vortices premens, & furentes vētos cohibens? *Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius vētus. Quarta autē vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare.* & nōnullis interiectis subditur; *Et cùm ascendisset in nauiculā, cessauit vētus.* Matth. ibid. Sed si edulium illud, quo pasti fuerunt discipuli, Altaris alimoniā præsignabat, equidem symbolicè edocti fuimus, illa vescentes, si quandò Dæmonum tentamētis impugnentur, si à mundi persecutionibus agitentur, si varijs aduersæ fortunæ ærumnis concutiantur, si nimis humani tumultus obstrepant, paratissimum habere potentissimi Domini auxiliare patrocinium.

Matth. 14

Eucharistia vescētes, si Dæmonum tentamētis impugnentur, paratū habent Dñi patrociniū.

Pergebat in Mesopotamiam Iacob humanis destitutus subsidijs, plura perpessurus dura, & aspera per viginti annos varijs laboribus exercēdus in domo Labani, & in pascendis gregibus brumæ, & æstatis sæuitia excruciandus, sed vt in his omnibus incommodis, & calamitatibus Deum sibi futurum propitiū, & opitulatorem admoneretur, vidit in somnis scalam, & cacumen eius tangens cælū, &

A Dominū innixū scalæ. Gen. 28. Illa enim numinis, & scalæ visio certū erat diuinæ protectionis argumentū, vt notat Chrysost. hom. 54. in Genes. *Considera, inquit, obsecro, hic eximiam curam misericordis Dei, quia videbat iuxta consilium matris propter timorem suscepturum peregrinationem, & quasi erroneam quandam viam facere, & solum, & ab alijs abstractum, nullāque habentem consolationem vllo ex loco, sed totum in supernum auxilium protectum, statim in ipso initio volens confirmare alacritatē eius, apparet, ac dicit, Ego sū Deus Abraham, & Isaac Patris tui, ne timeas, sed crede, quòd ego, qui impleui illis suas promissiones, & te mea cura, & prouidentia dignabor:*

Gen. 28.

Chrysost.

B *Ne putes, inquit, quòd solus iter facis, me habebis itineris comitem, me habebis custodem in omni via, omnia tibi difficilia facilia reddentem.* Sed quæ causa huius singularis curæ, quam cōmonstrat creator de Iacob? Num hic fausta illa benedictione frumenti, & vini à genitore Isaac locupletatus fuit? *Det tibi Deus abūdantiam frumenti, & vini.* Gen. 27. Prememorata autem benedictio Eucharisticam alimoniam prænidicabat. Optimè Augustinus lib. 16. de Ciuit. cap. 38. *Eius est multitudo frumenti, & vini, hoc est, multitudo quam colligit frumentum, & vinum in Sacramento corporis, & sanguinis eius;* Venustè etiam Paschasius de Sacramen-

Gen. 27.

Augustin.

Paschas.

C to corporis, & sanguinis Christi cap. 21. ad illud Gen. citatum. *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, de quo sanè agro ait. Panis vita, idest caro, & potus sanguinis, edentibus quotidie exuberat, & à fidelibus messitur, in quo vtique Iacob verus benedicitur.* Habemus ergò in Iacob expressam figuram accuratæ custodiæ, qua Altissimus respicit deuotè cōmunicantes.

Videns Moyses exardescentem quidem, sed ab incendio immunem rubum, vt tantum prodigium proximiùs intueretur, iam appropinquabat; & ecce insonat vox Domini illum sic admonens; *Ne appropies hùc, solue calceamentū de pedibus tuis.* Exod. 3. Mirari hìc aliquis

Exod. 3.

D posset, quòd Moyses nudipes incedere debeat in gleba illa, quæ spinarum erat ferax; periculū.n. non leue videbatur, ne à vepribus pedes calceamentis non muniti cruentarentur. Sacramenti arcanū agnoscamus: rubus ille accensus Christū in Eucharistia amore inflammatum repræsentabat, vt ex Vigerio chorda 7. aliàs notauimus; ad illum ergò pio affectu accedentes talibus gratiæ auxilijs proteguntur, vt à periculis omnibus eripiantur, modo adeò admirabili, non dissimili illi, quo quis inter sentes plantis inoffensis, licèt discoopertis deābularet.

Vigerius.

Ad Eucharistiam pio affectu accedētes talib. gratiæ auxilijs protegūtur, vt à periculis omnib. eruantur.

Vox

Vox dilecti mei, ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles: Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum, en ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. Verſ. 8. & 9.

Indicatur ſenſus ad corticem litteræ.

DVM ſponſa thalamo ab ancillis repoſita ſopori indulgebat ad ſatietatem, aliquantulum receſſit ſponſus: non multum verò poſt temporis ſpatium reuerſus, puellas ad auertendum à dormiẽte Domina ſtrepitum omnem vigilantes interrogat, an adhuc illa ſopore ſit merſa. Ad huius dilecti vocem expergefacta, ad quam maximè Intenta erat pro more amantium, eum adeſſe intelligit, quem credit diù, & remotè ſteriſſe, licet breui, & nõ longè abfuerit; ſic amor ſuadebat, cui ſemper dilectæ perſonæ abſentia maior, & longior apparet, quàm re vera ſit. C Quarè celeriter regreſſum arbitratur à montibus Libani, ad quos voluptatis, & venationis cauſa pergere ſolebat, quod innuit citiſſimæ capreæ, hinnulique ceruorum velociſſimo curſui eum adæquans. *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles: Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum*, quem etiam proſpectãtem per cancellos, & feneſtras videt; Ille enim, cùm à ſomno excitatam cognouiſſet dilectam, amoris ioco, qui recens coniugatis permittitur, modò illi ſe conſpiciendum exhibet, non integra formæ lineamenta manifeſtans, modò poſt parietem ſe occultans, quod indicat ſponſa ſubnectens: *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.*

D Cancelli autem hic ſignificant opus ad modum retis conſtructum, quo ædes, in quibus vxor cum puellarum claſſe habitabat, ſeparabantur ab altera parte domus patentiori, & marito, filijs natu grandioribus, & cœtui ſeruorum deſtinata; erant autem prædicti cancelli pro quiete, & muliebris pudicitiæ decore: Similiter in ijſdem habitaculis vbi matronæ cum famulabus erant, feneſtræ erant interclusæ reticulato opere, ex A quibus proſpici quidem poterat, ſed maxima ſui parte proſpiciens latebat; de qua re plura proſequitur ſtudioſa eruditione Sherlogus tom. 2. veſtigat. 3. num. 28. & veſtigat. 22. num. 7. Sherlog.

Vox dilecti mei, ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles.

Enucleatur ſenſus ſpiritalis Euchariſtiam reſpiciens.

B
NOTVLA I.

In inſtitutione Euchariſtiæ cũ amorem Chriſtus demõſtrauit, qui verborum eſt parcus, donorũm verò eſt liberalis.

VOX dilecti, quæ hic inſonat in auribus fidelis animæ, verba ſunt conſecrationis à Sacerdote perſonam Chriſti referenre prolata, quæ fidei auditu illa percipit.

Pro hac interpretatione duos profero optimos Auctores. Ghislerium in explicatione ſubſequentis verſiculi ſic ſcribentem. *Ea vox ſcilicet eſt, quæ in conſecratione à Sacerdote profertur, Ipſe ſiquidem biſce ipſis verbis in cœna illa vltima hanc inſtituit tanti Sacramenti conſecrationem: vix huiuſcemodi vocis completur prolatio; & ecce is ipſe dilectus in inſtanti venit in terras ſaliens in montibus Angelorum, tranſilienſque colles cælorum omnium, & ab eis nihilominus non recedens.* & Ludouicum à Ponte lib. 5. in Cant. exhort. 8. ſic diſſerentem. *Noua, & inaudita vox, & omnium vocum magnificentiſſima, quam Chriſtus Dominus protulit, in qua nocte tradebatur accepto pane, & vini calice dicens, Hoc eſt corpus meum, & hic eſt ſanguis meus; quam etiam quotidiè ex ore Sacerdotum audit Eccleſia, & mox dicit, Vox dilecti mei; non eſt vox Sacerdotum ſuo prolata nomine, ſed vox ipſius Chriſti, qui per illos ſuum corpus, & ſanguinem indicans illam profert; verè vox dilecti mei, quia tota eſt vox dilectionis, & immenſa charitatis: nam licèt multas ediderit voces ad hanc charitatem oſtendendam, hæc tamen ſuperat vniuerſas, ſiquidem per eam ſemetipſum mihi tradit;* Ghisler. Ludou. à Ponte.

Ecce

Ecce iſte venit; Quis eſt iſte, qui venit? & quò venit? & quomodo venit? Qui venit, eſt ipſe dilectus meus, verus Deus, & homo corpus ſuum, & ſuum pretioſum ſanguinem diuinitati vnitum ſecum ferens, qui hac voce excitatur, & trahitur, vt veniat in terram, & ſub accidentibus panis, & vini ſe abſcondat. Sed ò vocem dilecti breuem: ò compendiariam locutionem, *Hoc eſt corpus meũ, Hic eſt calix ſanguinis mei.* Quis non hic ſupremum amorem verborum auarum, munerum largiſſimum animaduertat? ò quot dona comitantur præfata pauca verba, quibus effuſus Seruator noſter dat nobis non ſolùm corpus, & ſanguinem ſuum pretioſiſſimum, ſed animam theſauris ſapientiæ, & ſcientiæ repletam, ſanctitatis, & meritorum diuitijs affluentem, quin & ipſam diuinitatem, & ſacroſanctam Triadem, atque ita potiſſimas Empyrei gazas nobis communicat.

Amor Chriſti verborũ auarus, munerum verò largiſſimus.

Perpendamus etiam meliùs pro noſtro ſcopo ex vi illorum verborum, *Hoc eſt corpus meum*, nobis dari ſolum corpus Chriſti, concomitanter verò ſanguinem, & animam, & tres diuinas perſonas; ſimiliter ex vi illorum verborum, *Hic eſt calix ſanguinis mei*, ſanguinem nobis tradi, concomitanter verò corpus, & animam Chriſti, ac tres perſonas diuinas. Quamobrem verò non talem pro conſecratione Euchariſtica ſapientiſſimus Magiſter, ac Redemptor noſter verborum formulam inſtituit, quæ ſe extenderet ad expreſſam eorum omnium, quæ per hoc Sacramentum nobis traduntur, mentionem? O aptiſſimum, & elegantiſſimum argumentum ad indicandam eam diuini in nos amoris indolem, qui non verborũ phaleris, ſed cumulatis beneficijs declaratur.

Xpi amor in nos non verbis, ſed beneficijs declaratur.

Accumbebat geniali menſæ apud Canam Galilææ ad honorandas nuptias Seruator noſter cum amantiſſima Genitrice: hæc vbi agnoſcit vinum defeciſſe, ſupplici voce dilectiſſimo filio ſic ſuggerit. *Vinum non habent.* Cui ille, *Quid mihi, & tibi mulier? nondum venit hora mea.* Ioan. 2. Reſponſum certè, quod in vocis ſonitu videtur duriuſculum, & nullam præſeferre ſpeciẽ ſubſidij, quod indulgentiſſimus Dominus pro vini defectu ſubminiſtraturus eſſet. Verũ perſpiciamus, quid hic poſtea ſubdat; *Dicit eis Ieſus. Implete hydrias aqua*; quam in generoſum falernum commutauit. Perpende quòd nulla mellita, ſed & pauca verba præmittat ad patrandum adeò ingens miraculum pro completa conuiuarum hilaritate; admirãda verò illa aquæ in vinum conuerſio nonnè imaginem

Ioan. 2.

A deſignauit nobiliſſimæ tranſubſtantiationis, qua de pane corpus, & de vino fit Chriſti ſanguis? repræſentata ergò illa in typo blanda, & verboſa oratio omnis excluditur, quia diuinus amator in Euchariſtiæ inſtitutione non verborum lenocinijs, ſed donorum affluentia amorẽ ſuum in nos reſtari voluit.

Sedens in oſtio domus ſuæ excipiendorum hoſpitum cupidus Abraham, tres tranſeuntes peregrinos peramanter ad refectionẽ allicit. Sed ò qualem? Equidem exiguam valdè; quid enim in cibarijs magis tenue, quàm panis buccella? hanc ſolam offert. *Ponamque*, inquit, *buccellam panis, & confortate cor veſtrum, &*
B *poſtea tranſibitis.* Gen. 28. Sed dignũnè videtur ditiſſimi Abrahæ munificentia fruſtulum panis exhibitum? & nonnè etiam ad refocillandum tres hoſpites itinere laſſatos nimis anguſta alimonia? ita ſanè, ſi ſola verba ſpectemus: verùm quid opere præſtiterit liberaliſſimus Patriarcha, videamus. Ecce in epulum dat vitulum ex tenerioribus tenerrimum, ex optimis meliorem, butyrum, & lac menſæ infert, & diligentia vxoris Saræ compactos, & concoctos panes, quin & in ſingularis obſequij ergà hoſpites argumentum, ſecluſo famulorum miniſterio, quos plures domi habebat, nam tercentum, & decem octo vernaculos in pugnam de-
C ſtinare poterat, ipſe ætate grauis ad gregem properauit, & indè vitulum perfectiſsimum in dapes condiendum detulit, prandentibus etiam adſtabat in eorum ſeruitium paratiſsimus. O idæa hic præclarè effigiata ad demonſtrandũ Chriſti amorem, quando Sacramentum Altaris inſtituit munificentiſſimum in dando, in verbis parciſſimum, exploratum enim ſatis eſt Abrahæ ſympoſio Euchariſticum præindicari; quocircà dum Patriarcha ſolam buccellam panis ſpondet, & opiparam menſam inſtruit, quid aptius eſſe poterat ad præſignanda ingentia bona, quæ nobis largitur Redem-
D ptor noſter in ſacra Synaxi ſub breui verborum formula, *Hoc eſt corpus meum; Hic eſt ſanguis meus.*

Gen. 18.

Poſtquam Booz puellam Ruth ſpicas colligentem inuitauit ad comedendum, ad meſſores conuerſus eis iniunxit, vt de manipulis ſuis data opera partem erogarent adoleſcentulæ, quã nec à metendo prohiberent; *Quando hora veſcendi fuerit veni hùc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto.* & paucis interiectis. *Præcepit autem Booz pueris ſuis dicens, etiam ſi vobiſcum metere voluerit, ne prohibeatis eam, & de veſtris quoque manipulis proijcite de induſtria.* Ruth 2. In Ruth 2.

haç

hac hiſtoria optimè apparet liberalior A Booz erga Ruth in re, quàm in ſermone, dum enim cum ea loquebatur, ſolum prandium eſt pollicitus, ſuppreſſa aritarum effuſione. Ad myſtica tranſeamus. Ruth, cui à Booz facta eſt facultas manducandi, fidelem ad Euchariſticum edulium admiſſum delineat; ſicut autem amor Booz plura largitur Ruth, quã quæ ei promiſſa fuere, ita à Xpi amore vberiora effluunt dona in ſuſcipientes Euchariſtiam, quàm ex vi verborum expreſſa in inſtitutione eiuſdem Euchariſtiæ.

Circa hãc dilecti vocem, hoc eſt, verba conſecrationis, aliqua ex ſcholaſtica doctrina diſquirenda occurrunt. Sit B ergò

PVNCTVM THEOLOGICVM

De verbis, quibus Euchariſticum Sacramentum conficitur.

DISQVISITIO I.

An per verba cõſecrationis fiat C vera conuerſio panis in Chriſti corpus, & vini in ſanguinem, & rectè hæc conuerſio dicatur tranſubſtantiatio.

Negant Lutherani, quia putant in Euchariſtia remanere panis ſubſtantiam vnà cum Chriſti corpore. Idem negant Caluiniſtæ, quia negant D Chriſtum ſecundùm ſubſtantiam ſui corporis, vel ſanguinis eſſe præſentem in Euchariſtia.

Concluſio. Per verba conſecratio nis panis verè cõuer titur in Xpi corpus. Dico, veritatem catholicam eſſe, per verba conſecrationis panem verè conuerti in Chriſti corpus, quæ conuerſio rectè dicitur tranſubſtantiatio. Conſtat ex definitione Concil. Lateran. ſub Innocentio III. Can. 1. quæ refertur in cap. *Firmiter*, §. *Vna verò de Summa Trinitate*, vbi dicitur Chriſti corpus, & ſanguinem in Sacramento Altaris ſub ſpeciebus panis, & vini contineri, tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate diuina: ex Concilio Tridentino ſeſſ. 13. cap. 4. vbi dicitur ex illis Chriſti verbis, *Hoc eſt corpus meum*, perſuaſum ſemper in Eccleſia fuiſſe, per cõſecrationem fieri conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis, & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis, quam conuerſionem aſſerit conuenienter, & propriè ab Eccleſia appellari tranſubſtantiationem. Præterea confirmatur ex eodem Concilio ibid. Can. 2. Cóc. Later. Conc. Trident.

Pro dilucidatione huius veritatis aduertendum breuiter, quòd de ratione cuiuſcunque conuerſionis eſt, vt verſetur inter duos terminos poſitiuos ſub aliquo communi ſubiecto, ſub quo vnus deſinat ad poſitionem alterius; vndè aliqua ſũt ad propriam conuerſionem neceſſaria. Primum, vt vterque terminus à quo, & ad quem ſit poſitiuus, per quod differt à creatione, & generatione, quarum illa procedit à termino negatiuo ad poſitiuũ, hæc à priuatiuo ad poſitiuum. Porrò hic duplex terminus, alius dicitur terminus totalis, alius dicitur terminus formalis: Exemplum ſit in conuerſione, qua ex aere fit aqua; nam forma aeris eſt terminus formalis a quo, id eſt, illud, quod expellitur a compoſito, & forma aquæ eſt terminus formalis ad quem, id eſt, eſt illud, quod de nouo introducitur in illud compoſitum: at verò aer dicitur terminus totalis à quo, & ignis dicitur terminus totalis ad quem; ſic etiam in conuerſione Euchariſtica termini formales ſunt ſubſtantia panis, & corpus Chriſti, terminus verò totalis à quo, eſt concretum ex pane, & accidentibus, & terminus totalis ad quem, eſt concretum ex corpore Chriſti, & accidentibus panis. Secundum, vt ſit aliquod commune vtrique termino, quod in conuerſione formali eſt ſubiectum, quod ex vna forma, ſiue accidentali, ſiue ſubſtantiali tranſit in aliam, in tranſubſtantiatione eſt accidens præcedentis ſubſtantiæ, ſub quo ſuccedit alia: Ratio huius eſt, quia incompoſſibilitas, quæ eſt inter terminum à quo, & ad quem, exerceri non poteſt, niſi penes aliquod tertium, à quo pellit ſe mutuò expellere. Tertium eſt, vt terminus à quo totalis deſinat ſimpliciter; v. g. vt ex ligno fiat ignis, requiritur, quòd lignum deſinat ſimpliciter. Ratio eſt, quia non poteſt intelligi conuerſio vnius in aliud, niſi intelligatur illud non manere; & cõfirmatur, quia in omni mutatione terminus à quo deſinit eſſe, ſi enim terminus à quo manet immutatus, non eſſet ratio, cur res magis dice-

diceretur fieri ex illo, quàm ex alio. Quartum requisitum est, vt terminus à quo desinat formaliter ex positione termini ad quem, alioquin non foret maior ratio, cur potiùs diceretur conuerti in hanc rem, quàm in aliam, quam Deus in eodem instanti produceret. Quintum, esse discrimen inter terminum à quo, & ad quem, nam terminus à quo est, qui denominatur conuersus, & per consequens desinens in alium, atq; ita ex parte eius requiritur desitio simpliciter, vt diximus; at verò terminus ad quem solùm denominatur per conuersionē succedens termino à quo: ad hoc autem non est necesse, quòd de nouo incipiat habere esse, sed ad summum, quòd incipiat esse in illo munere, in quo succedit termino à quo.

Prædicta omnia reperiūtur in hac Sacramentali conuersione panis in corpus Domini, & vini in sanguinem eiusdem Domini: est enim inter duos terminos positiuos panem, & corpus, vinum, & sanguinem Christi, sub aliquo communi vtrique termino, quæ sunt species Sacramentales. Præterea definit substantia panis, & vini non solùm sub speciebus, sed simpliciter. Tandem fit hæc desitio formaliter ex positione corporis, & sanguinis sub sacris speciebus. Est ergò vera, & propria conuersio, quia verè tota substantia panis, & vini desinit in corpus, & sanguinem Christi, quæ est vera transubstantiatio; sed hæc in subsequentibus meliùs dilucidabuntur.

Infertur primò, quod in hac sacra conuersione propriè transit, non est substātia panis, aut corpus Christi, sed species, quia quod propriè transit, est, quod successiuè constituitur sub vtroque termino à quo, & ad quem; hoc autem sunt species, quæ à substantia panis successiuè cōstituuntur sub corpore Christi.

Infertur secundò, quàm congruè hæc conuersio sacra appellatur ab Ecclesia transubstantiatio, nam ex omnibus nominibus, quibus à Sanctis explicatum est hoc mysterium, nullum ita propriè conuenit huic conuersioni: nam nomen cōuersionis, quo vtuntur Ambrosius, Emissenus, vterque Cyrillus, est cōmune omnibus mutationibus, siue partialibus, siue totalibus, siue accidentalibus, siue substantialibus; sicut etiam nomen transmutationis, quo vtuntur Nyssenus, Damascenus, & Basilius: nomen transitus, quo vtitur Remigius, & nomen transfigurationis, quo vtitur Hieronymus, videtur conuenire mutationi accidentali, & nomen transformationis, quo Theophylactus, conuenit alijs mutationibus,

Ambros. Emissen. Cyrill. Nyssen. Damascen. Basil. Remig. Hieronym. Theophyl.

A quibus acquiritur forma altera expulsa: nomen verò transelementationis, quo vtitur idem Nyssenus in oratione Catechet. c. 34. videtur quidem magis aptum, cæteris prædictis, tamen & durius est, & non ita proprium huius mysterij, quia significare potest mutationē vnius elementi in aliud, vel mixti in elementum, at nomen transubstantiationis solùm conuenit huic mysterio, quia de facto nulla datur conuersio, vel naturalis, vel supernaturalis, quæ fit totius substātiæ in aliam substantiā; & ideò Ecclesia, quæ habet auctoritatem imponendi noua nomina rebus antiquis ad detegendas fraudes hæreticorum, a tempore Innocentij III. præcepit, vt hoc mysterium hoc nomine explicaretur. Verùm, licèt Patres vtantur prædictis vocibus, ita tamen loquūtur, vt significent, seu expressè affirment non esse amplius panem, & vinum post consecrationem, sed carnem, & sanguinem Christi Domini, quod aliqui explicant exemplo aquæ, quæ in Cana Galilææ versa fuit in vinum, vel vt certum supponunt, dum asserunt panem, & vinum conuerti, transmutari, transferri, transelementari. Dicta aliqua Patrū afferemus puncto sequenti.

Nyssen.

Sed dices, si fit prædicta transubstantiatio, ratione cuius nihil substantiæ panis, & vini post consecrationem maneret cum corpore, & sanguine Christi, cur de pane prædicatur corpus Christi? etenim Ioan. 6. dicitur. *Panis, quem ego dabo, caro mea est*. Accedit modus loquendi Patrum, qui sæpè post consecrationem dicunt id, quod erat panis, esse corpus Christi, vt habetur apud Ambrosium relatum in cap. Panis, & in cap. re vera de consecr. dist. 2. & alius; ex quo videtur insinuari, quòd aliqua entitas panis maneat in corpore Christi, si enim nihil panis manet, ergò corpus Christi non est, quod erat panis.

Obiectio. Ioan. 6. Ambros.

Respondeo, quòd propositio illa, *Panis, quem ego dabo, caro mea est*; & similes explicari possunt tripliciter. Primò, quia datur in specie panis. Secundò, quia fit ex pane, vt aqua in vinum conuersa dicatur aqua vinum facta. Ioan. 2. Tertiò intelligitur de pane mystico; vndè non dicitur panis simpliciter, sed cælestis, diuinus, viuificus: ex modo autem loquendi Patrum non colligitur, quòd eadem numero entitas, quæ erat in pane, fit in corpore Christi, sed quòd idem prædicatum, quod tribuebatur pani, tribuatur eodem modo corpori Christi, sicut dicere solemus, quandò Petro successit Paulus in Præturam, quòd antea erat Petrus, nunc erat Paulus; quia esse

Responsio.

Prætorem, quod antea tribuebatur Petro, nunc tribuitur Paulo, non quòd eadem entitas numerica, quæ erat Petrus nunc ſit Paulus; ſic etiam de corpore Chriſti dicitur nunc idem prædicatum, quod antea de pane, ſcilicet contineri ſub his accidentibus, & ideò dicimus nunc eſſe corpus Chriſti, quod antea erat panis, ſcilicet habere illud prædicatum quod antea habebat panis, vt benè notat Cardinalis de Lugo diſp. 7. ſect. 11. de Sacramento Eucharistiæ num. 197. vbi etiam num. 198. benè explicat prædicatum, quod tribuitur pani, & corpori Chriſti, licèt reſpectu vtriuſque ſeruet eandem ſignificationem, non eſſe prædicatum determinatum, & ſimplex, ſed vagum, nec verificari reſpectu vtriuſque eodem modo.

Cardin. de Lugo.

DISQVISITIO II.

An tranſubſtantiatio Sacramentalis colligi poſſit ex verbis Chriſti, *Hoc eſt corpus meū, Hic eſt ſanguis meus*.

D. Thom. Capreol. Marſil. Sotus. Bellarmin.

Communis opinio affirmat S. Thomas 3. p. quæſt. 75. & In 4. diſt. 11. art. 1. quæſtiunc. 1. Capreolus quæſt. 1. art. 1. concluſ. 1. & art. 3. ad 8. Marſilius quæſt. 8. art. 1. concluſ. 4. Sotus diſt. 9. art. 2. qu. 2. circa finem. Bellarminus lib. 3. de Sacramẽto Euchariſtiæ cap. 19. & ſequuntur Recentiores.

1. Cōcluſio

Dico primò, ex illis verbis Chriſti, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus*, benè colligi poſſe, nihil ſubſtantiæ panis, & vini poſt conſecrationem manere cum corpore, & ſanguine Chriſti. Fauet Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 4. vbi ex eo quòd Chriſtus corpus ſuum id, quod ſub ſpecie panis offerebat, colligit, idem perſuaſum in Eccleſia Dei fuiſſe per conſecrationem fieri conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus Chriſti, vbi apertè indicat hanc veritatem colligi ex veritate ipſa verborum. Probatur ſecundò ex Patribus. Chryſoſtomus homil. 43. in Matth. ait Chriſtum eſſe illū, qui panem, & vinum in Altare ſanctificat, & transfundit. Nyſſenus in oratione Catechet. cap. 24. aſſerit Dei verbo panem in Chriſti corpus tranſmutari, & paulò inferiùs virtute eiuſdem verbi naturas, quæ apparent, tranſelementari. Cyrillus Alexandrinus in epiſt. ad Coloſirium, ait illa, quæ in Altari Domino offeruntur, immutari in veritatem propriæ carnis. Damaſcenus lib. 4. fidei orthodoxæ cap. 14. docet panem, & vinum mirabili modo verti in Chriſti corpus, & ſanguinem. Idem docent alij Patres, quos habes apud Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 50. ſect. 1.

Triden. Chryſoſt. Nyſſen. Cyrill. Alexand. Damaſcen. Suarez.

Probatur ratione. Si cum corpore Chriſti maneret ſubſtantia panis, verba Chriſti non eſſent vera. Sequela probatur, quia quando ſub aliqua re ſenſibili latent plures ſubſtantiæ, non verè dicitur, hoc eſt hoc, demonſtrata vna tantū ſubſtantia; ergò ſi ſub ſenſibilibus ſpeciebus lateret vtraque ſubſtantia panis, & corporis Chriſti, non verè diceretur, hoc eſt corpus Chriſti, ſed potiùs, vt D. Thomas aduertit, hic, ſeu in hoc eſt corpus Chriſti. Conſequentia conſtat, antecedens probatur inductione tam in naturalibus, quàm in artificialibus: falsò enim dices, hoc demonſtrato homine, eſt animal, hoc demonſtrato marſupio auri, argentique pleno, eſt aurum, cuius ratio à priori eſt, quia ex communi vſu, & hominum inſtitutione, quando hæc pronomina ſtant pro contento, deſignāt totam ſubſtantiam, quæ latet ſub continente ſenſibili, vnde implicitè, & virtualiter inuoluunt hunc ſenſum, hoc eſt tantùm hoc, & non aliud, ſed Chriſtus vſus eſt nominibus, vt ſignificant ex humana inſtitutione, quia cùm loqueretur ad homines, debuit vti nominibus, vt ſunt humano modo ſignificatiua; ergò ſi ſub ſpeciebus panis, vnà cum corpore, eſſet etiam ſubſtantia panis, non iure dixiſſet, *Hoc eſt corpus meum*, ſed potiùs, hic, vel in hoc eſt corpus meum; cùm ergò, vt vidimus, verba Chriſti non poſſint eſſe vera, ſi cum corpore eius maneret ſubſtātia panis, benè infertur, quod ex verbis Chriſti colligitur, poſt conſecrationem ſub ſpeciebus panis, nihil ſubſtantiæ panis remanere cùm corpore Chriſti.

Obiectio.

Dices, in eo caſu ſenſus eſt, ſub hoc ſenſibili continente, quod eſt ſubſtantia panis cum ſuis accidentibus, eſt corpus Chriſti, ſicut ſenſus eſt, ſub hoc ſenſibili continente, quod ſunt ſpecies ipſe panis eſt corpus Chriſti, quia non minus poteſt corpus Chriſti contineri ſub panis ſubſtantia, quàm ſub illis accidentibus. Confirmatur, quia poteſt ſub vna ſubſtantia artificiali contineri alia, & ratione talis continentiæ ſola ſubſtantia contenta demonſtrari, vt hoc dolium eſt vinum, hæc arca eſt panis; ſenſus enim eſt, contentum in hoc dolio eſt vinum, contentum in hac arca eſt panis, ita contentum in hoc pane eſt corpus Chriſti.

Reſ-

Responsio. Respondeo negando sub panis substantia verè, & propriè posse demonstrari corpus Christi, vt demonstratur sub accidentibus, & vna substantia sub alia artificiali contineri, quia ad hoc, vt Christi corpus verè, & propriè demonstretur sub panis substantia, deberet illa aliquo modo continere corpus Christi, at nullo modo illa continet, vt corpus Christi, neque vt vas, sicuti substantia artificialis continet aliam, siquidē vtraque esset simul penetrata sub iisdem sensibilibus accidentibus panis: neque vt locus, quia nō esset in illa, vt in loco, sed vtraque simul esset in loco distincto, neque vt accidens continens substantiam; quia non esset sub illa per modum subiecti, ob quam rationem dici non posset, hoc demonstrato lapide est Deus, vel Angelus, etiam si vterque sit penetratiuè in illo, eo quòd neuter est in illo, vt contentus in continente. Cōfirmatur, quia cùm vtraque substantia simul esset penetrata sub iisdem speciebus, non magis dici posset hoc contineri in illa, quàm illa in hac.

Ex his patet ad paritatem de accidētibus panis, quia sub illis corpus Christi continetur per modum subiecti sustentantis, sicut sub illis continebatur propria substantia, & de substantia artificiali, in qua alia continetur tanquā in vase.

Instantia. Instabis, semper accidentia panis significant panem, quia significant illum naturaliter, ergò neque destructa substantia panis significabunt corpus Christi, quia significatio ad placitum non potest mutare significationem naturalem.

Solutio. Respondeo, concedo de significatione aptitudinali, & hanc mutare nequit significatio ad placitum, quia accidentia panis, sicut dicunt essentialiter ordinem ad propriam substantiam, ita semper illam aptitudinaliter significant: nego verò de actuali, quam mutare potest significatio ad placitum, quia hæc non est de essentia, proindè separabilis: accidentia verò panis aptitudinaliter significant panem, actualiter verò, & ex diuina institutione Christi corpus; denominatio autem non cadit supra significationem aptitudinalem, quam accidentia panis retinent, sed supra actualem, quam ex diuina institutione acquisierit.

Confirmatur nostra conclusio: ex vi verborum, *Hoc est corpus meum*, colligitur corpus Christi esse contentum sub accidentibus panis, ergò etiam ex vi eorundem colligi potest substantiam panis desinere: antecedens ex ipso sensu verborū satis liquet, consequentia probatur, repugnat saltem naturaliter accidens adæ- A quatè sustentari duplici substantia, ergò hoc ipso, quòd accidentia panis sustentantur à corpore Christi, substantia panis destruitur, quia naturaliter non debetur illi esse, nisi in ordine ad operari, operari autem naturaliter non potest separata à propriis accidentibus, quæ sunt ipsius ad operandum instrumenta, ergò si ex vi verborū colligitur corpus Christi sustentare accidentia panis, & vini, consequenter etiam colligitur substantiam panis, & vini corrumpi: vis prædictæ rationis confirmatur, seu explicatur adhuc magis, quia per consecrationem accidentia panis desinunt esse dispositiones materiæ panis ad for- B mam eiusdem, ergò per consecrationem forma panis desinit, quia necesse est, formam substantialem desinere ad desitionem necessariæ dispositionis: destructa autem forma panis, nec in eius locum alia succedente, nulla est ratio, per quā conseruari ampliùs debeat materia panis, ac proindè per consecrationem desinit forma, materia, seu tota substantia panis. Quòd autem forma panis desinat ex positione corporis Christi sub panis accidentibus, patet, quia ex vi verborum consecrationis ita ponitur Christi corpus sub accidentibus panis, vt ea sustentet, & quidem adæquatè, vt colligitur ex veritate verborum eorundem, C ergò ex positione Christi corporis sub accidentibus panis destruitur connexio substantiæ panis cum ipsius accidentibus, quæ connexio consistebat in sustentatione, quam panis ratione suæ materiæ exercebat circa eadem accidentia, destruitur inquam, quia duæ sustentationes totales eorundem accidentium nō possunt saltem naturaliter esse simul, & adueniente vna, necessariò altera recedit, siue destruitur, ac proindè destructio prædictæ sustentationis, quam panis substantia exercebat circa accidentia sua, sicut importatur à veritate verborum Sacramentalium, ita etiam causatur à positione corporis Christi sub ac- D cidentibus panis.

Obiectio. Dices, ad veritatem verborum consecrationis non requiritur necessariò, vt substantia panis desinat, sed sufficit, si desinat vnio, & nexus inter substantiam panis, & ipsius accidentia, siue constatū ex substantia panis, & ipsius accidentibus, vt est quoddam compositum, etiam si ipsa panis substantia aliò translata conseruetur, ità vt non ampliùs contineretur sub accidentibus, quibus priùs continebatur, & posteà contineatur Christi corpus, ergò ex veritate verborum consecrationis nō colligitur de-

ſtio ſubſtantiæ panis.

Reſponſio.

Reſpondeo, ex veritate verborũ conſecrationis colligitur non ſolùm deſtrui compoſitum ex panis ſubſtantia, & eius accidentibus, ſed etiam ipſam panis ſubſtantiam deſinere; hoc autem ex eorundem verbornm veritate colligitur, ſuppoſitis naturis rerum, & quòd non abſq; neceſſitate nouum fingatur miraculum, ſiquidem ex vna parte habemus propter veritatem eorundem verborũ non poſſe, vt conſtat ex ſupradictis, ſubſtantiam panis manere ſub accidentibus ſuis; ex altera verò parte conſtat, non poſse naturaliter manere ſubſtantiam ſpoliatam ſuis accidentibus, & ideò dicimus per verba conſecrationis ſubſtantiam panis deſtrui. Præterea ex veritate eorundem verborum, ſuppoſitis rerũ naturis, colligitur deſtrui formam ſubſtantialem panis, quia forma naturalis, quando totum corrumpitur, perit; ſiquidem pereunt diſpoſitiones neceſsariò requiſitæ ad conſeruationem formæ materialis, & in caſu noſtro quamuis accidentia panis non pereant, pereunt tamẽ in ratione diſpoſitionis ad formam panis, quatenùs deſinunt informare, & diſponere eius materiam, eo quòd ab ipſa ſeparentur. Deniq; eodem modo ex verbis conſecrationis colligitur non manere materiam panis, quia materia panis per eadem verba ſeparatur à forma panis, & ab omnibus panis accidentibus, neq; tranſit ad aliam formam ſubſtantialem, cùm ad eam non poſſit diſponi ab vllo agente naturali, nec tranſit ad alia accidentia, quia nullum eſt agens naturale, quod in huiuſmodi materiam, vtpotè ſeparatam ab omni quãtitate, poſſit agere, ac proindè non eſt, cur eadem materia debeat conſeruari in rerum natura. Adde, quòd ſi materia illa ſeparata ab omni quantitate conſeruaretur à Deo, deberet in inſtanti, quo ſeparatur, reduci ad aliquid indiuiſibile loci, nimirùm per aliquam actionem, & aliquod ſupernaturaliter ſuperadditum, aut certè per aliquod ſupernaturale cõſeruari in aliquo loco diuiſibili, ità tamẽ vt eſſet tota in toto, & tota in qualibet parte loci. Plura, quæ obijci poſsunt contrà hanc rationẽ, quòd corpus Chriſti vt ſubſtans ſpeciebus panis, & vini, ex natura rei pugnet cum ſubſtantia panis, & vini, benè diluuntur à Cardinali de Lugo diſp. 7. de Euchariſtia ſect. 7.

Cardin. de Lugo.

2 Cõcluſio. Ex verbis conſecrationis colligitur conuerſionem panis

Dico ſecundò, ex verbis conſecrationis colligi conuerſionem panis in Chriſti corpus, & vini in ſanguinem, eſse ſubſtãtialem, ſeù tranſubſtantiationem. Fauent quæ ex Concilio Tridentino adduximus in præcedenti concluſione, & ex Patribus. Probatur etiam ex illis Chriſti verbis, *Hoc eſt corpus meum*, ex quorum veritate non ſolum colligitur deſitio panis, vt conſtat ex ſupradictis, ſed etiam quòd Chriſti corpus contineatur ſub accidentibus panis, ſicuti priùs continebatur panis ſubſtantia: hoc eſt quòd accidẽtia panis ſint appropriata Chriſti corpori, ita vt mediantibus eiſdem accidentibus verè demonſtretur idem corpus, ſicut ante conſecrationem mediantibus ijſdem accidentibus demonſtrabatur ipſius panis ſubſtãtia: prædicta verò corporis Xp̃i continentia paſſiua ſub accidentibus panis, ſiue eorum appropriatio ad Chriſti corpus conſiſtit in hoc, quòd in locum, & munus ſubſtantiæ panis Chriſti corpus ſucceſſerit: & quòd ſicut priùs ſubſtantia panis ſubſtabat ſuis accidentibus, eaque ſuſtentabat in genere cauſæ materialis; ita Chriſti corpus per conſecrationem ſubſtat iiſdem accidentibus, eaque ſuſtentat, non quidem in genere cauſæ materialis, cùm hoc ſit indecens, eo quòd ſuſtentare in hoc genere ſit perfici, & pati; ſed in genere cauſæ efficientis. quòd autem ex illis Chriſti verbis colligatur prædicta continentia, & appropriatio, patet, quia ſi Chriſti corpus non contineretur ſub accidentibus panis, modo explicato, ſed tantùm eſſet illis intimè præſens, vt eſt Deus, & poteſt eſse Angelus, tunc ſicut demonſtrando eadem accidentia non poſſet dici, hoc eſt Angelus, vel Deus, ita neque vera eſſet illa propoſitio, *Hoc eſt corpus meum*. Cùm igitur ex verbis conſecrationis colligatur, quòd ſubſtantia panis tranſeat in Chriſti corpus ſubſtans accidentibus eiuſdem panis modo explicato, ſequitur per conſecrationem fieri conuerſionem ſubſtantiæ in ſubſtãtiam, & per conſequens veram conuerſionem ſubſtantialem, ſiue tranſubſtantiationem panis in Chriſti corpus, quæ omnia cùm ex veritate verborum conſecrationis, vt liquet ex dictis, colligantur, conſtat ex verbis conſecrationis colligi conuerſionem, quod erat probandum.

nis in Xp̃i corpus, & vini in sãguinem, eſſe ſubſtantialem.

DIS-

DISQVISITIO III.

Quomodo corpus, & ſanguis Chriſti ſint terminus ad quem ſacræ conuerſionis, ità vt benè ſaluetur, quòd etiam ex parte huius termini ad quem, ſacra conuerſio ſit ſubſtantialis, & tranſubſtantiatio.

Scotus. Paludan. Maior. Marſil.

PRima ſententia Scoti in 4. diſt. 10. quæſt. 1. §. *Quantum ergò ad iſtud argumentum*, & diſt. 11. quæſt. 3. §. *Quantum ergò ad iſtum articulum*, Paludan. quæſt. 2. in fine, & quæſt. 3. art. 2. ad 2. Maior. quæſt. 13. in fine, Marſilij quæſt. 8. art. 2. concl. 8. affirmantium terminum huius ſacræ conuerſionis eſſe corpus Chriſti ſecundùm eſſe accidentale, quod accipit, quatenùs fit ſub ſpeciebus, quod Maior docet eſſe reſpectum ad ſubſtantiam conuerſam, reliqui verò præſentiam Sacramentalem ad ſpecies.

Fundamentum, quia cùm corpus Chriſti præexiſtat ſecundùm eſſe ſubſtantiale, non videtur quodnam aliud eſſe ſub ſpeciebus poſſit acquirere, quàm accidentale alicuius reſpectus vel ad ſubſtantiã conuerſam, vel ad ſpecies ipſas.

Confirmatur, quia cùm ſit duplex actio, productiua, & adductiua, non poteſt corpus fieri ſub ſpeciebus actione productiua, quia hæc nequit terminari ad præexiſtens, ergò adductiua, ſed hæc terminatur ad præſentiam accidentalẽ, ergò hæc eſt formalis terminus illius.

D.Thom. Bonau. Alenſ. Gabriel. Aureol. Sotus. Palat. Bellarmin. Suarez. Vaſquez. Albert.

Secunda ſententia S. Thomæ in 4. art. 4. & 4. contra gentes cap. 66. Bonauenturæ in 4. diſt. 11. art. 1. quæſt. 3. in fine, Alenſis 4. p. quæſt. 10. memb. 5. art. 3. §. 4. Gabriel. diſt. 11. quæſt. 1. dub. 2. Aureol. quæſt. 1. dub. 3. Soti diſt. 9. quæſt. 2. art. 4. §. *Igitur conuerſio*, Palat. diſt. 11. diſp. 1. poſt ſecundam concluſionem, Bellarmini lib. 3. de Sacramento Euchariſtiæ cap. 18. §. *Ex his colligimus*, Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 50. ſect. 4. § *Quintus ergò modus*, Vaſquez tom. 3. in 3. p. diſp. 181. cap. 11. & 12. Nugni quæſt. 75. art. 4. difficult. 1. concl. vlt. Albert. in prædic. quant. & vbi, Corollar. 1. dub. 8. affirmantium terminum formalẽ huius ſacræ conuerſionis eſſe ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti; quoniam verò hæc tota præexiſtit ſecundùm totum ſuum eſſe ſubſtantiale: controuerſia eſt ſub qua ratione poſſit eſſe terminus actionis ſubſtantialis, & an aliquid producatur per ſacram conuerſionem in corpore Chriſti, vel ſpeciebus ſacris.

Alenſ. D.Bonau. Vaſquez.

Qua in re ſunt varij dicendi modi. Alenſ. D. Bonau. Vaſquez opinantur terminum formalem ad quem ſacræ conuerſionis eſſe ipſam ſubſtantiam corporis poſita ſubſtantia, & præſentia Sacramentali, vt conditione ſine qua non. Fundamentum Vaſquez, quia terminus formalis tranſubſtantiationis eſt is, qui expreſsè ſignificatur per verba, & in quem formaliter conuertitur ſubſtantia panis, hic autem non eſt præſentia, quamuis ea præſequitatur, & connotetur per verba, ſed ipſa ſubſtantia corporis, quia hæc tantùm opponitur ſubſtantiæ panis, ex vi veritatis verborum.

Reijcitur.

Sed non placet, quia hic modus non ſaluat incompoſſibilitatem inter terminum à quo, & ad quem; nam ſola nuda ſubſtantia corporis non poteſt formaliter opponi ſubſtantiæ panis, ergò ſuperaddenda eſt aliqua ratio, per quam illi formaliter opponatur, & per quam illam phyſicè expellat: nec ſatis eſt, quòd iſta incompoſſibilitas ſit moralis, vel ex ſola inſtitutione Dei, vt aliqui putant, vel ex ipſa ſignificatione verborum, vt Vaſquez cenſet, quia non ſaluaretur perfectè natura conuerſionis, quæ in phyſica, & non in morali incompoſſibilitate conſiſtit.

Aliqui dicunt in hac ſacra conuerſione includi actionem aliquam nouam effectiuam corporis Chriſti, ſiuè quæ de facto, & de nouo influat eſse ſubſtantiale in terminum ad quem eiuſdem conuerſionis, ſiuè in Chriſti corpus, quam actionem dicunt eſse diuerſam ab ea, qua primò productum eſt, & ab eã, qua nunc à Deo conſeruatur in cælo. Auctores tamen huius ſententiæ diuerſimodè loquuntur; quidam enim, neq; rem, neq; nomen productionis refugientes, apertè concedunt Chriſti corpus, licet iam exiſtens in cælo, nihilominùs per conſecrationem de nouo verè, & propriè produci, & per conſequens fieri de nouo per conuerſionem ſubſtantialem, qua panis conuertitur in Chriſti corpus. Hos Coninch. ſequitur dub. 4. nu. 142. in art. 4. quæſt. 75. D. Thomæ, vbi ſimpliciter, & abſolutè admittit Chriſti corpus in hoc Sacramento Euchariſtiæ ſæpiùs reproduci, & dub. 5. concl. 1. apertè aſſerit corpus Chriſti poni præſens in venerabili Sacramento per verã, & realem ſui ipſius reproductionem.

Coninch.

Alij

Alij volunt actionem, qua Christi corpus ponitur sub speciebus panis, esse potiùs nouam conseruationem, quàm productionē, quia aliundè supponitur Christi corpus iam productum. Ita Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 50. sect. 4. *Suarez.*

Alij asserunt in conuersione Sacramētali interuenire productionē modi substantialis in Christi corpore, ratione cuius modi idem Christi corpus realiter, & substantialiter contineatur in hoc Sacramento, atq; hunc modum dicunt esse habitudinem substantialem continentiæ passiuæ corporis Christi ad accidentia, ratione cuius habitudinis Christi corpus dicitur esse contentum sub accidentibus panis. B Ita Palat. in 4. dist. 11. quæst. 1. Valentia quæst. 3. puncto 3. & alij. *Palat. Valentia.*

Alij putant nihil poni in Christi corpore, sed addi ipsis speciebus quendam modum accidentalem, ratione cuius accidentia panis nectantur cum Christi corpore, qui sit veluti quædam virtus tractiua, virtuti magneticæ similis, qua eadem accidentia secum trahant Christi corpus, quocunquè ipsa moueantur.

Alij docent soli Christi corpori superaddi quendam modum accidentalem, ratione cuius Christi corpus vniatur cum accidentibus panis, quique modus habet pro fine facere formaliter, vt Christi corpus contineatur sub ipsis accidentibus, & C ratione cuius idē corpus moueatur quocunq; mouentur ipsa accidentia. Huius sententiæ sunt Gulielmus Parisien. tract. de Eucharistia 5. 1. propè finem, Ledesma 4. p. quæst. 6. art. 4. ad 5. Paludanus in 4. dist. 11. quæst. 3. art. 2. num. 44. Card. Bellarminus lib. 3. de Eucharistia cap. 14. Vasquez tom. 3. in 3. p. disp. 190. cap. 3. & 4. & alij apud ipsū. Alios etiam citat Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 50. non tamen omnes conueniunt in ratione explicandi prædictam sententiam. *Gulielm. Ledesma. Paludan. Bellarmin. Vasquez. Suarez.*

Omitto hìc Auctores negantes Christi corpori in conuersione Sacramentali D superaddi vnum accidens, siue absolutū, siue relatiuum; & similiter eos, qui volūt ipsis speciebus aduenire prædicamentalem conuersionem actiuæ continentiæ ad Christi corpus, quia satis communiter reijciuntur ab Auctoribus.

1. Cōclusio Dico primò, in sacra conuersione nullam intercedere actionem, quæ in Christi corpus influat esse substantiale, siue producendo, vel reproducendo, siue cōseruando. Fauet expresè D. Thomas 3. p. quæst. 78. art. 5. vbi docet verba consecrationis non efficere, vt corpus Christi sit corpus Christi, sed vt contentum sub speciebus sit corpus Christi. Magist. A in 4. dist. 11. vbi ait, corpus Christi in cōceptione formari, deinceps non formari. Huic parti etiam adhæret Cardinalis Bellarminus lib. 3. de Eucharistia c. 18. Vasquez disp. 185. à cap. 6. vsq; ad 10. Cardinalis de Lugo disp. 7. de Eucharistia sect. 3. Suffragatur Catechismus editus iussu Concil. Trident. & Pij Quinti p. 2. cap. 4. vbi §. 34. docet substantiā panis conuerti in corpus Christi absque vlla Domini nostri mutatione, neq; enim Christus generatur, aut mutatur, aut augescit, sed in sua substantia totus permanet. *D. Thomas. Magist. Bellarm. Vasquez. Cardin. de Lugo. Catechism. Pij V.* Probatur ratione: Non sunt multiplicanda entia sine necessitate, sed nulla est necessitas, aut solidum fundamentum ponendi in sacra conuersione nouā actionem influentem esse substantiale in Christi corpus, siue producendo, siue reproducendo, siue conseruando, ergò nō est ponenda. Confirmatur, quia huiusmodi actio est miraculosa; miracula autem absque reuelatione, vel cogente ratione non sunt asserenda; minor probatur, quia si vllum est fundamentum asserendi prædictam actionem, maximè est, vt saluetur veritas illius propositionis Christi, *Hoc est corpus meum*; sed illa propositio vera est, etiam si in consecratione nulla interueniat noua actio influens esse substantiale in Christi corpus; etenim si ponamus idem Christi corpus per verba cōsecrationis solùm fieri pręsens, & succedere in munus substantiæ panis, eamq; destruere, satis intelligitur veritas illius propositionis.

Neque dicas Ecclesiam, & Concilium Tridentinum ex veritate verborum cōsecrationis inferre conuersionem panis in hoc Sacramento esse conuersionem substantialem, siue transubstantiationē, atq; hoc esse fundamentum, cur asseratur Sacramentalem conuersionem influere esse substantiale in Christi corpus, cum de ratione conuersionis Sacramentalis sit, vt ipsius terminus ad quem per illam aliquo modo accipiat esse substantiale, vel in eo conseruetur.

Impugnatur Nam contra est, quia Ecclesia, & Cōcilium optimè, & verè colligunt ex veritate verborum conuersionem substantialem, vt etiam nos supra præcedenti puncto diximus: verùm conceptus conuersionis substantialis saluatur seclusa noua actione influente esse substantiale in Christi corpus; siquidem eadem verba, vt nuper diximus, vera sunt, etiam si in hac conuersione substantia panis solùm desinat ex positione corporis Christi, quæ tantùm illud faciat præsens, siue contentum sub accidentibus panis, & in ipsum Christi corpus nullo modo influat

esse

esse substantiale; sed forsan

Instantia. Instabis, conuersionem sacram non solùm requirere necessaria ad verificanda verba formæ consecrationis quocunque modo, sed etiam requirere ea, quæ sunt necessaria ad saluandum, quòd Deus in hac conuersione operetur modo maximè connaturali rebus, & accommodato significationi verborum, quod absque noua actione influente esse substantiale in Christi corpus fieri non potest.

Solutio. Respondeo nullam assignari posse rationem, per quam noua actio debeat influere esse substantiale in Christi corpus, ad saluandum quòd Deus in hac conuersione operetur modo maximè connaturali rebus, & accommodato significationi verborum, cùm absque huiusmodi actione significatio eorundem verborum sit æquè vera, vt patet ex prædictis; & addo, quòd melius est, cæteris paribus, non multiplicare miracula; qui autem negāt intercedere nouam actionem in conuersione Sacramentali influente esse substātiale in Christi corpus, pauciora ponunt miracula in hac conuersione, siquidem non admittunt nouam illam actionem miraculosam influentem esse substantiale in Christi corpus, quod aliundè sufficienter habet illud esse. Quòd autem non admissa prædicta actione cætera sint paria, ex eo constat, quòd illa seclusa Christi corpus est æquè præsens sub speciebus Sacramentalibus, & æquè permanet ad alimentum spirituale animarum, & Ecclesiæ vtilitatem. Quòd si vrgeas ex positione talis actionis magis elucescere Dei amorem in genus humanum, atque indè maiorē ipsius Dei amorem in nobis resultare. Contra est, quia si hoc esset sufficiens fundamentum asserendi actionem illam miraculosam, profectò innumerabilia possēt asseri miracula pro libito, quæ neque ex scriptura, neque ex traditione, neque ex reuelatione, neque ex vlla historia, vel ex legitimo testimonio habeantur.

Probatur secundò. Hæc noua actio influens esse substantiale in Christi corpus in conuersione Sacramentali, non saluat physicam incompossibilitatem, quam in omni conuersione habere debet terminus ad quem in termino à quo, nā ex vi huius productionis corpus Christi non pugnat cum pane, quia vna substantia non pugnat cum alia, nisi in ordine ad aliquod tertium, à quo se expellat, sed panis, & corpus Christi vi huius actionis non vniuntur cum aliquo tertio, à quo per naturalem incompossibilitatem se expellat, nam vel hoc esset locus, à quo se expelleret per quantitatem, vel

A accidentia panis, quæ naturaliter postulant conseruari, & subiectari ab vna tantùm substantia; non primum, quia corpus Christi in hoc Sacramento non est circumscriptiuè per extensionem localē, quæ sola est corporis proxima ratio impenetrabilitatis, & formalis ratio expellendi aliud corpus ab eodem loco, sed definitiuè ad instar spiritus, qui naturaliter penetratur cum corpore existente in eodem loco. Non secundum, quia ex vi huius actionis corpus Christi non fit formaliter conseruans, & sustentans accidentia panis, quia ex vi huius actionis non vnitur immediatè cum accidentibus, sed tantùm fit illis substantialiter præsens, accidentia autem non

B postulant separari à propria substantia nisi vnita, & sustentata ab alia. 1. Obiectio.

Probatur tertiò. Noua actio, qualis ponitur ab aduersarijs, in conuersione Sacramentali inuoluit implicantiam, ergò omninò excludenda à conuersione Sacramentali. Antecedens probatur. Actio, qua agens influat in se ipsum suum esse substantiale, implicat, quia non esset necessaria distinctio realis inter producens, & productum, & per consequens posset aliquis dicere, nullam esse realem distinctionem inter personas diuinas. Respon.

Quarè si in conuersione Sacramentali daretur noua actio influens esse substantiale in Christi corpus, per huiusmodi

C actionem Christus Dominus, quandò antè mortem suam consecrauit, etiam secundum humanitatem influxisset esse substantiale in suum corpus, siue in suum esse inadæquatè sumptum efficienter dependisset à se ipso, quia noua actio influens esse substantiale in Christi corpus fuisset dependens in genere causæ efficientis à verbis ipsius Christi, quatenùs ipsius erant, & per consequens esse substantiale Christi, licet inadæquatè sumptum, fuisset dependens à se ipso; hæc ratio militat etiam in actione conseruatiua, etenim si admitteretur, quod non repugnat, vnum, & idem conseruari à se ipso pro aliquo instanti temporis, neque 2. Obiectio.

D. etiam repugnat quòd vnum, & idem producatur à se ipso, hoc autem patet, quia conseruare est dependere in genere causæ efficientis; non potest autem assignari ratio, cur aliquid possit pro aliquo instāti temporis dependere à se ipso in genere causæ efficientis conseruatiuæ, nō autem in genere causæ efficientis productiuæ; sicut enim res producta pro instanti, quò producitur, præsupponit existentiam causæ producentis, ità & res conseruata pro instanti, quo conseruatur, præsupponit existentiam causæ Respon.

con-

conseruatis, ac proindè vel neutrum, vel vtrunque repugnat: sed, vt vidimus, verè repugnat idem produci à se ipso, ergò pari ratione repugnabit, vnum, & idē conseruari à se ipso. Sed

1. Obiectio. Dices primò, quia Patres docent corpus Christi in hoc Sacramento effici, cōfici, creari; vndè & hæc actio non videtur differre à creatione, nisi per extrinsecam connotationem termini à quo.

Responsio. Respondeo, cùm Patres dicunt corpus Christi effici, confici, creari; intelligendum esse, quòd significare velint, quòd virtute verborum consecrationis panis conuertatur, vel transeat, aut mutetur in Christi corpus: siquidem Christi corpus in hoc Sacramento ità constituitur, & fit præsens, vt perindè fit, ac fi crearetur, aut fieret de nouo; & benè comparatur hæc actio creationi, non quia dat esse substantiale corpori, sed quia fit in instanti absque prævia alteratione subiecti, sed ad instar creationis; & quandò Patres ad persuadendam conuersionem Sacramentalem vtuntur exemplo aquæ in vinum à Christo conuersæ, vel virgæ à Moyse in serpentem, in quibus terminus ad quem productus est, aut produci solet, tantùm volunt ostendere posse Deum etiam miraculosè conuertere panem in Christi corpus, non autem intendunt eodem prorsus modo conuerti; in exemplis enim non requiritur omnimoda similitudo, vt communiter receptum est.

2. Obiectio. Dices secundò, transubstantiatio est actus substantialis non ratione termini à quo, qui corrumpitur, sed ratione termini ad quem, sed non potest esse substātialis, nisi ipsa substantia per consecrationem efficiatur, vel conseruetur; ergò.

Responsio. Respondeo sufficere, vt actio sit substātialis, si terminetur ad substantiam secundùm aliquam rationem substantialē, quod in nostro casu accidit, quia terminus ad quem vltimatus huius sacræ conuersionis est substantia corporis Christi, & eadem substantia ità attingitur, vt dici possit effici; non quidem secundùm suum esse intrinsecum, vel substantiale, sed in ratione contenti sub accidentibus panis, & in ratione substantis ijsdem accidentibus; & hìc aduerte in hac sacra conuersione diuersam esse rationē termini à quo, & termini ad quem; nam ex ipso conceptu conuersionis substantialis importatur desitio substantiæ conuersæ: est enim hæc sacra conuersio transitus, siue desitio substantiæ in substantiam; non verò importatur productio termini ad quem, aut conseruatio eius secundùm esse substantiale, & solùm de conceptu huius sacræ conuersionis est, vt terminus ad quem succedat in locum, & munus substantiæ cōuersæ. Vide quæ habet Eminentiss. Cardinalis de Lugo disp. 7. de Eucharistia sect. 9. nu. 159. & 160. Cardin. de Lugo.

3. Obiectio Dices tertiò, verba Sacramentalia ex Florentino, & Tridentino efficiunt quod significant, significant autem substantiā corporis Christi sub speciebus, ergò illud efficiunt.

Responsio. Respondeo illud efficere verificari, dum verba attingunt Christi corpus eo modo, quo nuper declarauimus.

4. Obiectio. Dices quartò, vnaquæque res petit cōseruari actione proportionata modo essendi, sub qua constituitur, sed corpus Christi constituitur sub speciebus modo naturali à diuerso modo essendi naturali, sub quo est in cælo, ergò petit conseruari actione supernaturali distincta ab actione, qua conseruatur in cælo. Maior probatur; nam ideò accidens postulat conseruari diuina actione extrà, atque in subiecto, quia constituitur sub modo essendi diuerso in subiecto, atque extrà subiectum.

Responsio. Respondeo veram esse maiorem, quādò modus essendi supernaturalis mutat rem substantialem intrinsecè, quia tunc sicut variatur esse substantiale intrinsecum, ita & variari debet actio, qua conseruetur modo proportionato, at corpus Christi, prout constituitur in hoc Sacramento, non variatur quoad esse substantiale intrinsecum, sed solùm quoad modum accidentalem, nimirùm in ordine ad nouum munus, & officium sustentandi accidentia, vndè sufficit, vt superaddatur alia actio miraculosa, quā mediāte babeat, & conseruet modum supernaturalem existendi in hoc Sacramento.

Ad probationem maioris dico, ideò accidens extra subiectum postulare conseruari sub diuersa actione, quia supplendus est concursus sustentatiuus subiecti, qui terminabatur ad esse ipsius accidentis, & in corpore Christi existente sub accidentibus nullus concursus supplendus est, vt spectans ad eius esse substantiale, sed tantùm, vt diximus, superaddenda est alia actio, quā mediante habeat, & conseruet modum supernaturalem existendi in hoc Sacramento.

5. Obiectio Dices quintò, in alijs conuersionibus supernaturalibus rectè colligimus substantialem productionem termini ad quem, vt ex conuersione aquæ in vinum substantialem productionem vini, ex cōuersione vxoris Lot in salē, substantialē productionem salis, ergò ex conuersione panis in corpus Christi debemus arguere substantialē productionē corporis Xpi, alioqui

alioqui omnia saluari possent per solam A translocationem termini.

Responsio. Respondeo negando consequentiam, quoniam aliæ conuersiones sunt transformales, in quibus subiectum mutatur ex vna forma substantiali in aliam, non potest autem connaturaliter forma materialis ex vna materia in aliam träsferri, tùm propter dependentiam à propria, tùm ne materia, ex qua forma migrat, maneat priuata omni forma. In hac autem tota substantia conuertitur in aliam substantiam integram, quæ connaturalius adducitur, quam producitur sub accidentibus prioris substantiæ.

2 Cõclusio. Per cõuersionẽ Sacramẽtalẽ nullus modus substãtialis producitur in Christi corpore. Dico secundò per cõuersionem Sacramentalem nullum modum substantialẽ B produci in Christi corpore.

Bellarmin. Cardin. de Lugo. Pro hac conclusione est Eminentiss. Bellarminus lib. 3 de Eucharistia cap. 18. Eminentiss. Cardinalis de Lugo disp. 7. de Eucharistia sect. 5. Probatur primò, continentia passiua sub accidentibus panis, & vini, quam solam Christi corpus habet per sacram conuersionem, non perficit in ratione substantiæ, ergò non potest esse modus substantialis. Antecedens probatur, quia prædicta continentia nihil est aliud, quàm substare accidẽtibus, vel habere accidentia, sed hoc nõ est perfectio substantialis, alioquin dici posset, quòd esset perfectio substantialis C habere quantitatem, vel colorem, aut albedinem.

Probatur secundò, quia si per sacram conuersionem Christi corpus reciperet aliquem modum substantialem, sequeretur, quòd idem Christi corpus non haberet omnia substantialia in hoc Sacramẽto, quæ habet in cælo; etenim in cælo nõ habet hunc modum substantialem, quem dicunt aduersarij acquirere per conuersionem Sacramentalem; sequeretur etiã quòd Christi corpus non haberet omnia substantialia in hac numero hostia, vel eius parte, quæ habet in reliquis partibus eiusdem hostiæ, vel alijs hostijs. Præterea sequeretur Christi corpus substantia- D liter mutari, cùm definit esse sub speciebus, quod tamen est contra communem sensum, & repugnare etiam apertè videtur Catechismo iussu Concil. Trident. & Pij V. edito, vbi parte 2. cap. 4 §. 34. docet substantiam panis connerti in Christi corpus absque vlla Domini nostri mutatione. Sed

Catechism. Pij V.

Obiectio. Dices, si res ità se habet, cur ergò Cõcilium Tridentinum sess. 13. cap. 1. & canon. 1, definit Christi corpus sub speciebus Sacramentalibus contineri verè, & realiter? videtur enim, quòd hæc verba non verificentur, nisi Christi corpus sit sub ijsdem accidentibus per aliquẽ modum substantialem.

Solutio. Respondeo verba Concilij optimè verificari, secluso dicto modo substantiali; Concilium enim ibi intendit definire cõtrà Caluinistas, quòd Christi corpus nõ solùm secundùm significatum, sed etiam secundùm suam substantiam sit verè, & realiter præsens in hoc Sacramẽto, quod verissimum est, etiam si non sit præsens per aliquem modum substantialem, sed tantùm per aliquem modum accidentalem, sicut etiam Angelus potest esse præsens alicui toti corpori absque vllo modo substantiali superaddito.

3. Cõclusio. Dico tertiò, in conuersione Sacramentali nullam qualitatem produci in speciebus, siue virtutem motiuam corporis Christi, similem virtuti magneticæ. Ratio est, quia difficilè, admissa hac virtute sola producta in speciebus, saluari potest, quomodo transubstantiatio, quæ formaliter est conuersio substantiæ in substantiam, fiat per sacram conuersionem, illa enim virtus solùm ponitur in accidentibus. Quarè videtur, quòd terminus solus sacræ conuersionis sit quid totum accidentale. Præterea corporis Christi continentia sub sacris accidentibus debet poni, quantum fieri potest, similis cõtinentiæ substantiæ panis subiectæ accidentibus suis, vt colligitur ex Catechismo, & communi sensu Catholicorum, sed quamuis continentia panis sub suis accidentibus inuolueret talem connexionẽ panis cum eius accidentibus, vt ijs motis necessariò moueretur substãtia panis, non tñ ipsa accidentia habebant in se vllã virtutem trahendi secum panis substantiam, ergò non benè in continentia corporis Christi sub accidentibus panis asseritur contineri virtutem motiuam superadditam accidentibus Sacramentalibus similem virtuti magneticæ.

4 Cõclusio. Dico quartò, in conuersione Sacramẽtali inuolui productionem modi accidẽtalis in Christi corpore, ratione cuius modi idem corpus connectitur cum speciebus Sacramentalibus, sicut priùs cum ijsdem accidentibus connectebatur substantia panis (excepta tamen inhærentia, nam accidentia panis, & vini non inhærent corpori Christi) & ratione huiusmodi sit, vt vbicunque sunt eædem species, ibi etiam debeat esse idem Christi corpus, ità vt Christi corpus cum speciebus constituat vnum in ratione mobilis. Huic conclusioni suffragantur Sotus in 4. dist. 11. quæst. 2. art. 6. Bellarminus lib. 3. de Eucharistia cap. 18. præsertim §. *Ex his colligitur*, & multi alij Recentiores. Fundamentum huius cõ- Sotus. Bellarmin.

clusionis est, quia talis modus optimè saluat, qua ratione per consecrationem ità connectatur Christi corpus cum accidentibus panis, vt, qui mouet eadem accidentia, verè etiam moueat Christi corpus, quod explicatur, & probatur simul propter vnionem receptam in corpore humano, & terminatam ad animam rationalem, eadem anima, vt traditur in Philosophia, ità alligatur corpori, vt ad motum corporis ipsa etiam moueatur, & propter modum inhærentiæ receptum in materia, & terminatum ad quantitatem, ità materia cum quantitate colligatur, vt ad motum quantitatis moueatur etiam materia; sic in re nostra dicimus dari modum aliquem accidētalem in Christi corpore inhærentem, & adhærentem speciebus sacris, qui modus in hoc præcisè æquiualet vnioni corporis humani cum anima, & modo, quo materia vnitur cū quantitate, & alijs similibus modis, & sicut ij modi sunt nexus, & vnio duorum, ratione cuius vno eorum moto moueatur & alterum, licèt in vno tantùm inhæreat, vel cum eo identificetur, & alteri adhæreat, ità ratione prædicti modi inhærentis in Christi corpore, & adhærentis speciebus Sacramentalibus, idem corpus cū ijsdem speciebus adeò indissolubiliter necti potest, vt ad motum specierum necessariò moueatur Christi corpus, neque easdem species manentes in ratione dispositionis sufficientis ad formam panis possit vlla causa naturalis separare à Christi corpore.

Pro solutione multorum, quæ obijci possunt contra prædictam conclusionem, sunt aliqua aduertenda, quæ hic subijcium.

Aduertendum primò, posse dari vnionem physicam supernaturalem, & accidentalem, etiam si in altero extremo per ipsam vnito nullum sit incomplementum physicum, siue naturale; patet expressè in exemplo Angeli gratia habituali præditi, vnio enim physica, & supernaturalis inter ipsum, & gratiam reperitur, & tamen Angelus nullum incomplementū physicum, vel naturale in ordine ad effectum formalem eiusdem vnionis, vel gratiæ habet, etenim quamuis Angelus capax sit effectus formalis habitualis gratiæ, qui est constituere filium adoptiuum Dei, non tamen eum ex natura sua postulat, cùm idem effectus formalis, sicut & gratia habitualis, sit supernaturalis etiā in Angelo, & propterea Angelus respectu gratiæ habitualis, vel eius effectus formalis non est incompletus physicè, vel naturaliter, quamuis sit eius capax, & ideò impropriè tantùm dici possit habere

A incomplementum respectu gratiæ, vel vnionis cum ipsa; similiter dicimus in Christi corpore dari modum supernaturalem accidentalem, per quem ità idem corpus cōnectitur cum accidentibus panis, & vini, vt cum ipsis constituat vnum mobile ea ratione, qua explicauimus in conclusione; & quamuis in ordine ad talem modum, neque corpus, neq; accidentia panis, & vini sint incompleta physicè, & naturaliter, simpliciter, & propriè loquendo; dici tamen possunt incōpleta secundùm quid, respectu talis modi, quatenùs ab eo talem effectum formalem, quem naturaliter, & physicè non exigunt, vt complementum, possunt re-
B cipere: quare admittendum quidem est Christi corpus per eundem modum supernaturalem vnionis in se receptum perfici in ratione mobilis, non tamen ità vt illo mediante informetur ab ijsdem accidentibus panis, vel vini, vel ab his accipiat esse calidum, vel album, quia effectus formalis huiusmodi est tantùm facere, vt ex Christi corpore, & accidētibus panis supernaturaliter constituatur in ratione mobilis vnum taliter, vt motis accidentibus moueatur & corpus: similiter verum est, vnum Angelum non posse vniri substantialiter cum alio Angelo, nec vnā animā rationalē cū alia; quia nimirùm sunt substantiæ completæ;
C ad vnionem enim substantialem prærequiritur in altero saltem extremo incōplementum substantiale, quod auferri possit per alterum vnitum; si verò loquamur de vnione accidentali supernaturali nulla implicantia est, cur non possit vniri vnus Angelus cum alio, vel vna anima rationalis cum alia, si modus supernaturalis producatur à Deo in vno Angelo, vel anima rationali, per quem colligetur vnus Angelus cum alio, vel vna anima rationalis cum alia in ratione vnius mobilis.

Aduertendum secundò ex Verbo vnito naturæ humanæ, quæ supponebatur incompleta in ordine ad substantiam,
D probari illam vnionem esse substantialē, & personalem, quia persona diuina Verbi expleuit illam incompletibilitatē, quod nihil facit contra dictum nostrum, quo asseritur posse esse vnionem supernaturalem accidentalem, etsi alterum vnitorum non sit physicè, vel naturaliter incompletum, sed sufficit, quòd sit capax modi supernaturalis, per quem supernaturaliter fiat vnio.

Aduertendum tertiò, quòd si albedo tanquam forma vniretur cum Angelo, daret quidem subiecto aliquem effectum formalem innominatum, si autem vniretur

tur illi nō vt forma subiecto, sed præcisè per modum partis facientis cum illo vnū mobile totale, tunc albedo nullum effectum formalem daret Angelo, quia albedo non se haberet vt forma respectu Angeli, neq; Angelus esset subiectum respectu albedinis: vnio tamen inter Angelum, & albedinem talis esset, vt Angelo, & albedini hunc effectum formalem tribueret, nempè esse mobile ad motum alterius.

Aduertendum quartò, non omnem, & quamcunque vnionem etiam supernaturalem ità alligare vtrunque extremum, vt exigat, quòd vbicunque sit vnum extremum, sit etiam alterum; quarè vbi ex vi verborum ponitur corpus Christi, ponitur etiam per concomitantiam anima, sanguis, & cætera accidentia, quæ habet in cælo (exceptis tamen accidentibus localibus, quæ Christi corpus habet in cælo) quia ea omnia spectant ad naturalem perfectionem corporis Christi; ne ergò admittatur, quòd Christi corpus alicubi sit absque perfectione sibi naturaliter, seu connaturaliter debita, quando ponitur in Eucharistia ex vi verborū Christi corpus, ponitur vnitum cum anima, sanguine, & cæteris accidentibus, & illa vnio est naturaliter, seu connaturaliter debita corpori Christi, sed corpus Christi ratione vnionis Sacramentalis, quam habet cum accidentibus panis, non postulat, vt vbicunque sit, sint etiam eadem accidentia, quia Christi corpus non est vnitum per vnionem naturalem cum ijsdem accidentibus, tanquam cum aliquo sibi naturaliter debito, & ideò neque Christi corpus exigit, vt vbicunque ipsum est, sit & eadem vnio, vel prædicta accidentia.

Aduertendum quintò, sufficere, vt vnio sit inhæsiuè in corpore Christi, & adhæsiuè speciebus, ad quas terminatur, quod ex eo constare potest, quia conceptus vnionis realis non necessariò dicit, quòd sit habitio ex parte vtriusque extremi, sed vt vnio, & habitio afficiat vtrunque extremum, nam vnum extremum realiter potest habere aliud, quantum est ex vi suæ habitionis, præscindendo, quòd aliud extremum habeat consimilem habitionem; ex quo patet, quòd de conceptu vnionis vt sic, non est afficere vtrunque vnibile; & Theologi communiter 3 p. & in 3. sent. docent verè, & realiter naturam Christi esse vnitam Verbo, quæ vnio non potest afficere Diuinum Verbum, quia de fide est, diuinum Verbum mutari non posse, aut aliquid de nouo in se recipere iuxta illud; *Ego Deus, & non mutor*, quia diceret perfectibilitatem sine

A intrinseco complemento, & hinc elucet attributū immutabilitatis diuinæ: philosophica ratione constare etiam potest, quòd vnio vt sic, non afficiat vtrunque extremum; nam aliqua sunt connexa, etiam si solùm vnum alteri sit vnitum, reali scilicet vnione solum in vno, ex. gr. supponatur materia semper vnita formæ vnione trahente materiā semper ad formam, nunquam forma disiuncta erit à materia, sed hic est sufficiens conceptus vnionis, qui tollit vnibilium disiunctionem, ergò vnio non debet afficere vtrunque vnibile. Nota etiam, quòd species habent esse motiuum corporis Christi in ipsa vnione, non per aliquid intrinsecè
B receptum, sed per extrinsecam denominationem, eo quòd verè sint terminus illius modi, seu vnionis, quæ est inhæsiuè in corpore.

Aduertendum sextò, vt aliquid supernaturale connexum cum aliquo naturali moueatur ad huiusmodi motum, non requiri vllam virtutem motiuam superadditam ipsi rei naturali, vel ipsi motori, vt patet ex eo, quòd dum equus v. g. vehit hominem Deo gratum, simul etiam mouet & gratiam existentem in eodem homine, nec tamen ad gratiam mouendam superadditur equo, vel corpori hominis ab eo moti vlla virtus supernaturalis motiua gratiæ. Prætereà ad hoc, vt Christi
C corpus moueatur ad motum specierum, sufficit vnio corporis Christi cum speciebus, quæ inhæsiuè sit in corpore, & adhæsiuè in speciebus, sine vlla virtute supernaturali superaddita speciebus motiua corporis Christi, quia vnio corporis humani cum anima rationali, licèt ea sit spiritualis, sufficit, vt ad motum corporis moueatur anima absque vlla virtute motiua superaddita corpori, quamuis ponatur animam rationalem moueri motu distincto à motu corporis, ergò similiter possumus philosophari de vnione corporis Christi cum speciebus Sacramentalibus; sicut enim moto corpore humano ex vnione recepta in eodem corpore, &
D terminata ad animam, consequitur motus spiritualis in anima rationali, ità motis speciebus Sacramentalibus, mouetur vnio supernaturalis corporis Christi cum speciebus, & ex eadem vnione mota potest consequi motus in Christi corpore; motus autem prædictæ vnionis debet effectiue procedere à mouente ipsius species, aut debet ex ipsa vnione quodammodo emanare, & resultare, posito motu specierum, tanquam conditione sine qua non, aut certè debet prouenire à solo Deo, qui moueat vnionem, eo quòd accidentia panis naturaliter exigant, nè impe-

impediantur, quominùs à causa naturali possint moueri, cui exigentiæ Deus vt satisfaciat, motis speciebus Sacramentalibus, mouet vnionem illam; quarè qui mouet hostiam, vel accidentia panis cōsecrata, dicitur mouere vnionem illam supernaturalem, & Christi corpus, quia ponit conditionem sine qua non moueretur vnio, ex qua cōditione posita Deus infallibiliter mouet eandem vnionem.

Quæres, an hic modus vnionis sit diuisibilis, vel indiuisibilis. Respōdeo esse diuisibilē, immò habet duplicem diuisibilitatem, vnam ratione subiecti, quatenùs secundùm vnam partem sui est in vna parte subiecti, idest corporis Christi, & secundùm alteram in altera parte subiecti; alteram verò diuisibilitatem habet respectu termini, siue ratione eiusdem, quatenùs Christi corpus per vnam partem prædicti modi vnitur, vel alligatur vni parti quantitatis hostiæ, & per alteram partem alteri parti eiusdem quantitatis.

5 Cōclusio. Dico quintò, actionem nouam, & supernaturalem, qua Christi corpus miraculosè sustentat accidentia panis in genere causæ efficientis, necessariò interuenire in conuersione Sacramentali. Fundamentum est, quia licèt corpus Christi esset ita connexum cum accidentibus panis, vt ijs motis necessariò moueretur ipsum, si tamen non sustentaret eadem accidentia in genere causæ efficientis, cùm illa non sustentet in genere causæ materialis, cùm hoc sit indecens; esset enim perfici, & pati, non suppleret circà illa munus substantiæ panis, vt per se patet, & per consequens eidem corpori non essent appropriata panis accidentia, ac proindè neque Christi corpus sub illis contineretur, vt substantia ipsorum, aut ijs substaret, atque ità non posset his mediantibus demonstrari.

Obiectio. Dices, potest asseri panis accidentia recipi subiectiuè, & inhærere in Christi corpore, atque ita continentia passiua corporis Christi sub accidentibus panis esset similior continentiæ passiuæ substantiæ panis sub ijsdem accidentibus, ergò malè asseritur Christi corpus sustentare accidentia panis in genere causæ efficientis.

Responsio. Respondeo falsam esse priorem partē antecedentis, siquidem constat non solùm ex communi sententia Patrum, & Conc. Cō-stantien. scholasticorum, sed etiam ex Concilio Constantiensi sess. 8. accidentia consecrata manere sine subiecto in hoc Sacramento. Pro solutione eorum, quæ obijci possent ... Aduertendum primò, non repugnare

A per vnam actionem moraliter fieri alteram, atque ità in re nostra, licèt verba consecrationis physicè causent, vt pluribus placet, modum vnionis, quo Christi corpus vnitur cum accidentibus panis, non est tamen necesse, vt causent physicè actionem, qua idem corpus sustentat accidentia, sed sufficit, quòd causent illam moraliter, hoc est, quòd Deus intuitu illorum eleuet Christi corpus ad eadem accidentia sustentanda, nempè vt verba illa verificentur.

Aduertendum secundò, Christi corpus, mediante accidēte physico supernaturali, eleuari ad præstandam prædictam sustentationem in genere causæ efficien-

B tis, quia sicut intellectus Beatorum eleuatur per lumen gloriæ ad eliciendum actum supernaturalem visionis beaticæ, & voluntas creata per habitus virtutum supernaturalium eleuatur ad operandū supernaturaliter, & Sacramenta iuxta communem sententiā per accidens physicum supernaturale superadditum eleuantur ad producendam gratiam, vt sic connaturaliùs operentur per principium sibi intrinsecum, ità admittendum est in Christi corpore aliquod accidens supernaturale, ratione cuius eleuetur ad exercendam actionem supernaturalem sustētandi accidentia consecrata.

C Dico sextò, terminum ad quem vltimatum conuersionis Sacramentalis esse corpus Christi, aut sanguinem, vt contentum sub sacratis accidentibus: quarè optimè hæc sacra conuersio etiā ex parte termini ad quem verè dicitur substantialis, & transubstantiatio. Ratio est, quia quod in conuersione principaliter attenditur, est terminus vltimatus; nam ille est, in quem conuertitur terminus à quo; vndè si ille est substantia, & succedit in munus substantiæ, conuersio erit substātialis, sed corpus, & sanguis Christi est substantia, & succedit in munus substantiæ, sustentando in genere causæ efficientis accidentia panis, & vini; ergò etiam 6. Cōclusio.

D si modus accidentalis sit in Christi corpore, ratione cuius idem corpus, & sanguis connectitur cum sacris speciebus, vt supra declarauimus, conuersio tamen erit substantialis. Confirmatur, quia terminus à quo dicitur substantialis non ratione termini immediati, qui est vnio accidentium cum pane, quæ expellitur immediatè ab vnione eorundem cum corpore Christi, sed ratione termini mediati, qui est ipsa substantia panis, quæ formaliter expellitur à substantia corporis Christi, ergò etiam terminus ad quē erit substantialis, non ratione termini immediati, qui est modus ille in Christi cor-

corpore productus, sed ratione termini A mediati, seu vltimati, qui est corpus Christi, aut sanguis succedens in locum substantiæ conuersæ.

Ex dictis collige, conuersionem Sacramentalem posse appellari adductiuam, si videlicet per hoc nihil aliud significetur, nisi quòd hæc conuersio faciat Christi corpus, & sanguinem succedere in munus, & officium substantiæ conuersæ panis, & vini, modo supra explicato; si verò consecratio adductiua ità sumatur, vt importet motum localem, vel ità, vt eius terminus primarius sit locus, vel ambiens extrinsecum, dicendum est, non esse adductiuam, ac proinde meliùs, & simpliciter loquendo, dici potest conuersio introductiua, seu constitutiua corporis, & sanguinis Christi sub sacris accidentibus.

DISQVISITIO IV.

An panis, & vini substantia in sacra conuersione annihiletur.

Quoniam per conuersionẽ Sacramentalem tota substantia panis, & vini ità mutatur, vt desinat esse, ideò in quæstionem vocatur, an panis, & vinum in conuersione Sacramẽtali desinat per annihilationem.

Ocham. Scotus. Affirmat Ocham in 4. dist. 11. quæst. 6. art. 7. tribuitur etiam Scoto in 4. dist. 11. qu. 4. § *Ad quæstionem dico*, & quodlibeto 10. art. 3. & alijs multis, quos refert Vasquez tom. 3. in 3. p. disp. 183. c. 1. eorum tamen multos ipse ostendit nõ in hac fuisse sententia.

D. Thomas. Ferrarien. Paludan. Suarez. Vasquez. Cardin. de Lugo. Communis opinio negat in sacra conuersione panem, & vinum annihilari. S. Thomas 3. p. q. 75. ar. 3. & lib. 4. cõtra gentes cap. 63. ibique Ferrariens. Paludanus in 4. q. 3. a. 2. n. 25. Suarez to. 3. in 3. p. disp. 50. sect. 7. Vasquez cit. disp. c. 1. Card. de Lugo disp. 7. de Euchar. sect. 12.

Difficultas tamen est in assignanda ratione, cur non sit annihilatio, quia cùm nihil substantiæ panis, aut vini in se, vel in alio maneat post consecrationem, videtur quòd sit annihilatio, annihilatio enim est defictio rei abeuntis in nihilum.

Paludan. Capreol. Aliqui, vt Paludanus in 4. dist. 11. qu. 3. art. 2. Capreolus quæst. 1. art. 3. ad primam confirmationem primæ rationis Scoti contrà secundam conclusionem, dicunt ideò substantiam panis non annihilari, quia manet in potentia tum naturali informatiua accidentiũ ad eã naturam informandam, tum obedientiali conuertibili corporis Christi, sicut enim forma non annihilatur ex eo, quòd manet in potentia materiæ, ità neq; panis, eo quòd maneat in potentia tum informatiua accidentium, tum conuertibili corporis Christi.

Impugnatur Scotus. Sed contra est, quia vt rectè Scotus in 4. dist. 11. quæst. 4. §. *Hic dicitur*, ex hoc sequeretur nullum corpus posse annihilari, nisi annihilata tota substantia corporea, eo quòd nulla est substantia corporea, quæ non contineatur in potentia obedientiali alterius substantiæ corporeæ B conuertibilis in ipsum; tum quia sicut potentia imperfecta accidentium nõ impediret, quin substantia panis verè crearetur, si sub illis ex nihilo sui reproduceretur, ita nec impediret, quin verè annihilaretur, si in aliam substantiam conuerteretur. Præterea sequeretur, nullam formam materialem, licet à Deo cõseruatam miraculosè absq; subiecto, posse annihilari à Deo, nisi annihilata omni materia, de cuius potentia possit illa extrahi, quia licèt à Deo destruatur huiusmodi forma, adhùc ea remanet in potẽtia obedientiali, imò iuxtà multos & in potentia naturali eiusdẽ materiæ, nisi ipsa annihilata sit; sic etiam sequeretur C manente Christi corpore in cælo, non posse panem annihilari à Deo, siquidem eadem ratione, aut certè simili panis post consecrationem continetur in potentiâ obedientiali corporis Christi: cõtinetur etiam in potentia obedientiali eiusdem corporis existentis in cęlo, nulla supposita consecratione.

Ledesma. Alij, vt Ledesma 1. p. quæst. 16. art. 4. existimant ideò panem, & vinum non annihilari, quia manent eorum accidentia post Sacramentalem conuersionem.

Sed contrà hanc existimationem est, quia ex ea sequitur, quòd si Deus desinat materiam primam ligni v. g. conseruare D per solam suspensionem influxus, manente ligni forma, prædicta materia non annihilaretur; forma enim remanens est aliquid materiæ ligni; consequens autẽ communiter falsum censetur; similiter si Deus conseruare desinat rationalem animam, corpore, quod informabat, remanente, vel desinat conseruare totã ignis substantiam, manente calore in aqua producto ab ipso igne, neque anima rationalis annihilaretur, quia remaneret corpus, quod est aliquid eiusdem animæ, neque annihilaretur ignis substantia, quia remaneret in aqua calor, qui est effectus eiusdem ignis.

Alij,

Suarez. Alij, vt Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 50. sect. 7. autumant, ideò substantiam panis, & vini non annihilari, quia non definit per meram subtractionem concursus, sed ex vi actionis positiuæ separantis, & conseruantis accidentia extra subiectum, & quia omnis actio necessariò terminatur ad aliquod positiuum, vel per modum termini permanentis, vel per modum subiecti, in quo recipitur, nulla autem actio potest destruere aut terminum, quem attingit, aut subiectum, in quo recipitur, nequit ex vi talis actionis destrui totum, quod supponitur, sed panis tantùm, nempè substantia, vt pars est compositi ex substantia, & accidentibus, manentibus accidentibus, vt subiecto talis actionis, annihilatio verò, quia est vnica suspensio concursus, destruit totū.

Refellitur. Sed contra est, nam esto desitio substantię ex vi actionis positiuæ separantis, & conseruantis accidentia extra subiectum non sit annihilatio, quia non est per propriam subtractionem concursus, sed per incompossibilitatem termini ad quē, tamen non est admittendum de facto substantiam panis, & vini formaliter definere ex vi actionis separātis, & conseruantis accidentia extra subiectum, sed potiùs ex vi corporis Christi per se ipsum sustentantis accidentia. Præterea ille est terminus formalis sacræ conuersionis, quem verba consecrationis per se significant, sed verba non significant per se modum, quo accidentia panis, & vini à proprio subiecto separantur, sed corpus, & sanguinem Christi sub accidentibus contentum.

Maior. Gabriel. Vasquez. Alij demùm, vt Maior, Gabriel in 4. dist. 11. quæst. 1. art. 3. dub. 2. Vasquez tom. 3. in 3. p. disp. 43. cap. 3. opinantur ideò substantiam panis, & vini non annihilari, quia eius desitio ex intentione Dei ordinatur ad terminum positiuum, nempè ad corpus, & sanguinem Christi. Fundamentum est, quia mutatio specificatur à termino vltimato ad quem, qui in hac mutatione non est non esse panis, sed esse corporis, ad quod non esse panis ordinatur, vt dispositio ex intentione Dei.

Reijcitur. Sed contrà, nam sola extrinseca voluntas Dei non variat intrinsecè rem, ergò si re ipsa hæc mutatio esr annihilatio, non variabitur ex sola voluntate Dei extrinsecè illam ordinantis ad terminum positiuum: vndè si Deus destrueret hunc Solem, & alium crearet, eumq; loco destructi reponeret, nihilominùs secundùm omnes talis destinctio esset annihilatio, ergò intentio, & voluntas extrinseca Dei ordinantis desitionem panis ad ponen-

A dum Christi corpus sub accidentibus eiusdem panis, non potest per se impediri, quo minùs desitio panis sit annihilatio, si cætera requisita non desint.

Conclusio. Panis, & vini desitio in hac sacra conuersione non est annihilatio. Dico, satis optimam esse rationē, quæ à nonnullis Recentioribus assignatur, nimirùm panis, & uini desitionem in hac sacra conuersione non esse annihilationē, quia illa essentialiter connotat corpus, & sanguinē Christi, ut terminū ad quem; ad introductionem .n. corporis, & sanguinis Xpi sub speciebus sacris substantia panis & uini desinit per physicā incompossibilitatem cum illa. Explicatur, & probatur: natura mutationis non solùm attendi debet penes terminum ad quem,

B sed penes modum, quo ad illum tendit: quare, cùm in hac sacra conuersione panis, & uinum non desinant ex mera suspensione concursus conseruatiui, sed ex repugnantia, & incōpossibilitate corporis, & sanguinis Christi sub speciebus sacris, ad quā positionē Deus lege cōnaturalitatis tenetur substantiam panis, & vini non conseruare, non erit talis desitio, annihilatio, quia cum annihilatio sit opposita creationi, sicut creatio fit ex puro nihilo, ita annihilatio tendit ad purum nihilum, non potest autem illa mutatio tendere ad purum nihilum, quæ ex natura sua connexionem habet cum positiuo termino ad quem, quia

C tunc ex ui talis connexionis præter destructionem rei, quæ corrumpitur, essentialiter connotatur principalis terminus ad quem, ui cuius illa corrumpitur, talis est desitio panis, & uini in hac Sacramentali mutatione, quæ eam habet cum existentia corporis, & sanguinis Christi sub speciebus sacris connexionem, ut ex ui modi, quo fit, essentialiter connotet illam, ut terminum ad quem naturaliter incompossibilem, ac proindè illa non est uera suspensio creatiui influxus, sed desitio substantiæ ex lege connaturalitatis ob incompossibilitatem corporis, & sanguinis Christi sub speciebus constituti cum substantia panis, & uini. Confir-

D matur, quia si panis desineret ui solius suspensionis conseruatiui influxus, ipsum non esse panis esset adæquatus terminus ad quem talis mutationis, at quandò definit ex vi positionis corporis, idem non esse panis fit inadæquatus, & minùs principalis terminus mutationis, quia tunc ex ui physicæ incompossibilitatis panis cum corpore, ipsum non esse panis facit unum adæquatum terminum ad quem cum ipso corpore incompossibiliter succedente, & consequenter non potest tunc esse principalis, & adæquatus terminus mutationis. Hanc rationem innuit

D.Thomas Aureol. innuit D.Thomas in 4. dist. 11. quæst. 1. art. 2. Aureolus in 4. dist. 11. qu. 3. prop. 3. Annihilatio, inquit, non est mutatio, quæ sit sequela alterius mutationis, sed est præcisè sola subtractio manutenentiæ Dei, sed desitio panis est sequela mutationis alterius. Ex his deducitur, desitionem panis esse effectum secundarium actionis, qua corpus Christi constituitur sub speciebus, non quidem formaliter, sed causatum eo modo, quo generatio dicitur causa corruptionis; ratio est, quia panis desinit per incompossibilitatem corporis, ergò corpus est causa, cur desinat panis. Sed

1. Obiectio. Obijcies primò, si sub ijsdem accidentibus, sub quibus nunc est corpus Christi, rediret substantia panis, verè crearetur, quia fieret ex nihilo, ergò si posito Christi corpore sub accidentibus sacris, nihil de substantia panis remanet, verè dicetur annihilata substantia panis, quia ità se habet terminus ad quem annihilationis, sicut terminus à quo creationis; ergò si existentia corporis Christi non impediret, quin reproductio panis esset creatio, neque præexistentia eiusdem impediret, quin desitio panis sit annihilatio.

Responsio. Respondeo negando consequentiam, quoniam per actionem purè creatiuam substantia panis rediret sub eisdem accidentibus, at non per actionem purè annihilatiuam desinit in corpus Christi; C cuius ratio à priori est, quia actio, quà reproduceretur substantia panis, esset independenter ab actione, qua eadem substantia uniretur cum accidentibus, quia esset prior, utpotè terminata ad esse ipsius: contrà verò mutatio, qua panis substantia desinit sub speciebus, & accidentibus, est dependens ab actione, qua corpus Christi sub ijsdem accidentibus unitur, quippè ex unione corporis Christi cum accidentibus desinit substantia panis. Vndè non est idem terminus ad quem desitionis, & à quo productionis, quoniam in dicto casu substantia panis D reproduceretur ex nihilo subiecti, & positiui termini à quo, substantia autem panis in sacra conuersione non desinit in nihilum simpliciter, sed in terminũ positiuum ad quem, scilicet in corpus Xpi.

2. Obiectio. Obijcies secundò, anima rationalis verè creatur, & tamen supponit embrionem, ergò & desitio substantiæ panis erit annihilatio in sacra conuersione, etiam si connotet terminum positiuum ad quem, scilicet corpus, & sanguinem Christi.

Responsio. Respondeo negando paritatem, nam ideò anima rationalis non incipit nisi per creationem, quia non incipit ut ter- A minus incompossibilis cum alia forma; quia licèt ut unibilis sit incompossibilis cum forma embrionis, ac proindè ut sic, sit terminus conuersionis, non tamen ut creabilis, quia ut sic, non opponitur illi, panis autem substantia desinit in sacra conuersione per incompossibilitatẽ termini ad quem.

3. Obiectio. Obijcies tertiò, mutatio attenditur penes terminos p se, nõ penes terminos per accidens, sed termini per se in desitione panis, non est corpus Christi, quod per accidens coniungitur cum non esse panis, sed esse panis, & non esse panis, ille ut terminus à quo, hic ut terminus ad quem, ergò penes terminos per se de- B sitio panis est annihilatio, quoniam hæc per se versatur inter esse, & non esse rei. Maior constat, nam mutatio attenditur penes terminos, à quibus specificatur; hi autem sunt termini per se, non termini per accidens, qui tantùm connotantur, & variari possunt ex sola voluntate agentis. Minor probatur, nam termini per se essentialiter concurrunt ad mutationẽ, implicat enim esse mutationẽ sine suis terminis per se; corpus autem Christi non concurrit essentialiter ad desitionem panis, cùm eadem desitio panis esse possit sine corpore Christi hic præsente.

Responsio. Respondeo duplicem esse terminum per se mutationis: alterum intrinsecum, & formalem, ad quem mutatio formaliter terminatur; ut esse rei est terminus intrinsecus, & formalis actionis, per quẽ res accipit esse; sicut non esse rei, est terminus intrinsecus, & formalis, in quem res formaliter desinit: alterum veluti causalem, à quo res, quæ incipit, vel desinit, aliquo modo causatur, ceu corruptio vnius causatur ex generatione alterius, ac proindè terminatur ad illam non formaliter, sed causaliter, vterque est terminus per se mutationis, quia vterq; per se, & non per accidens est illi annexus, licèt prior formaliter, posterior causaliter; vndè neganda est minor, ad cuius probationẽ, nego corpus Christi in hac sacra mutatione non cõcurrere essentialiter causaliter, licèt non essentialiter formaliter; nec obstat, quòd corpus Christi solùm connotetur, non autem desitio panis, nam cùm hæc connotatio fundetur in reali, & physica incompossibilitatẽ, in sacra mutatione desitionem prædictam panis à parte rei distinguit ab annihilatione.

DIS-

DISQVISITIO V.

Quænam ſint verba ad conſe-crationem eſſentialiter requiſita.

1. Cōcluſio Hęc verba, Hoc eſt corpus meum, eſſentialiter requiruntur ad conſecrationē panis D.Thom.

DICO primò, quòd hæc quatuor verba, *Hoc eſt corpus meum*, eſſentialiter requiruntur ad conſecrationem panis, & ſufficiūt. Eſt communis Theologorum cum D.Thoma 3. p. quæſt. 78. art. 1. ad 4. Probatur noſtra concluſio ex traditione, & vſu Eccleſiæ, in qua prædicta verba ſemper habita ſunt, vt neceſſaria, & ſufficientia ad conſecrationem panis; de qua re plura vide apud Fagundez lib. 4. præcept. 3. cap. 6. nu. 6. (Fagundez.) Secundò probatur, & primò quoad primam partem, quæ aſſerit neceſſitatem prædictorum verborū; quia illa quatuor verba ſunt neceſſaria ad ſignificandū conuerſionem panis in Chriſti corpus, quæ conuerſio eſt effectus verborum conſecrationis, ergò illa verba ſunt neceſſaria ad conſecrationem panis, & ideò ab omnibus Euangeliſtis, qui enarrant inſtitutionem huius Sacramenti, & à D. Paulo 1. ad Corinth. 11. eadem verba magna diligentia obſeruata ſunt abſque vlla varietate; quod etiam fit in omnibus Liturgijs, & in Canone Miſſæ. Secūda pars concluſionis, quæ aſſerit prędicta verba ſufficere, probatur, quia per illa verba ſufficiēter ſignificatur id, quod efficitur in Sacramento corporis Chriſti, ideſt conuerſio panis in Chriſti corpus, vt patet, ergò illa verba ſufficiunt ad panis conſecrationem. Confirmatur, quia ſi prædicta verba non ſufficerent ad formam conſecrationis, eſſet, quia vel alia Chriſti verba antecedentia, vel conſequentia neceſſariò requirerētur, vel quia particula illa, *enim*, eſſet neceſſaria, quæ in conſecratione adhibetur poſt vocem, *eſt*; aut quia conſecratio non perficitur, niſi adiungatur aliqua deprecatio, ergò &c. Maior liquet, quid enim aliud fingi poteſt, quod ad ſufficientiam formæ conſecrationis panis neceſſarium ſit? Minor probatur, quia antecedentia illa verba, *Accipite, & manducate*, non attinent, vt patet, ad ſignificandum id, quod in hoc Sacramento peragitur, ſed ſpectāt tantùm ad vſum, in quo hoc Sacramentum non conſiſtit, neq; verba illa Chriſti Domini, *quod pro vobis tradetur*; vel alia, ſi quæ ſint, neceſſaria eſſe poſſunt, cùm ea Romana Eccleſia omittat, quæ

A errare non poteſt, quoad doctrinam Sacramentorum, vt dicitur in cap. Ad abolendam de hæreticis, quam in his errare nullus affirmare poteſt; & ſi quis affirmare auderet, pœnam excommunicationis incurreret, vt ex cap. 9. de hæreſibus cōſtat. Similiter particula, *enim*, refertur ad illa antecedentia, *Accipite, & manducate*, & pertinet ad vſum. Accedit, quòd nullus Euangeliſta huius Sacramenti inſtitutionem enarrans, nec Apoſtolus Paulus, neq; in textu latino, neq; in Græco, neq; in Chaldæo, neq; in Syriaco habet particulam, *enim*, in forma conſecrationis panis. Quarè D. Thomas 3. p. qu. 87. ar. 2. ad 4. docet illam ſolùm addi (D.Thomas)

B ab Eccleſia Romana ex conſuetudine à S. Petro deriuata. Denìq; quòd deprecatio illa non ſit neceſſaria, ex eo cōſtat, quòd neque è ſcriptura, neq; ex traditione habemus illam adhibitam eſſe à Chriſto, cum tamen tota, & integra cōſecratio citra dubium ſit peracta à Chriſto, & conſtat ex illis verbis: *Hoc facite in meam commemorationem*.

Obiectio. Dices, illa uerba antecedentia; *Qui pridie, quā pateretur*, ſunt neceſſaria, ut forma ſignificare poſſit, proferri in perſona Chriſti, quia niſi Sacerdos uerba illa præmittat, non ſatis apparet, an in perſona propria, uel aliena loquatur, ergò etiam illa uerba ſunt neceſſaria ad peragendam conſecrationem panis.

C Reſponſio. Reſpondeo negando antecedens, ad hoc enim, ut loquatur Sacerdos in perſona Chriſti, & uerbis illis, *Hoc eſt corpus meum*, denotetur corpus non ipſius Sacerdotis, ſed Chriſti, ſatis eſſe, ſi non proprio nomine, ſed Chriſti nomine proferat, ad quod non eſt neceſſarium alia uerba de ipſo Chriſto proferre, ſed ſatis eſt, ſi ſacerdos ſua intentione tenendo perſonam Chriſti uerba conſecrationis proferat, proinde ac ſi Chriſtus præſens illa proferret; hoc autem, ut rectè adnotat Vaſquez tom. 3. in 3. p. diſp. 197. cap. 1. quicunq; Sacerdos efficit hoc ipſo, quòd iuxta intentionem Eccleſiæ illa (Vaſquez)

D proferat, nam & Angelus, qui Dei perſonam induens Hebræis loquebatur, nullis alijs præmiſſis uerbis in perſona Dei loquebatur, dum dicebat, Ego ſum Deus.

Aduerte, quòd aliquandò Patres aliqui docere uidentur hoc Sacramentum confici precibus, ſed nomine precum intelligunt ipſam conſecrationem, aut certè tantùm uolunt, quòd precibus conficiatur hoc Sacramentum; ita ut in illius confectione preces adhibeantur, non quidem ut neceſſariæ, ſed ut præparatoriæ.

Aduer-

Aduerte similiter Græcos in suis Liturgijs post illa uerba: *Hoc est corpus meum*, petere, vt Deus faciat panem, corpus Christi, ità habet Liturgia Chrysostomi; circà autem hanc deprecationem multæ sunt expositiones, quæ videri possunt apud Bellarminum lib. 4. de Eucharistia cap. 3. hæc mihi satisfacit, nimirùm, quòd deprecatione prædicta tantùm exoretur Deus, vt consecratio, & corpus sint vtilia suscipientibus, atque hoc petit, quasi nondum esset facta consecratio, nimirùm per repræsentationem temporis consecrationem antecedentis; sicut etiam Ecclesia tempore Aduentus orat, vt nubes pluant iustum, per repræsentationem illius temporis, quo Christus nondum aduenerat, quod facilè patebit attentè legenti Liturgiam Basilij. (Bellarmin.)

Colliges nô esse admittendam opinionem Scoti in 4. dist. 8. quæst. 2. att. 2. dubitantis, an omnia verba Canonis incipiêtia ab ijs, *Qui pridiè, quàm pateretur*, sint necessaria, cuius fundamentum est, quia præcisis illis, quomodo loquatur Sacerdos in persona Christi, non apparet, at indè patet propositionem esse falsam; sed hoc facilè diluitur, tùm quia illa verba sunt necessaria, quæ fuerunt prolata à Christo; at illa, *qui pridiè &c.* non sunt Christi, sed Euangelistarum verba Christi factum narrantia; tùm quia non apparet, quomodo ex illis verbis significetur Sacerdotem induere personam Christi, nam id non pendet ex verbis antecedentibus, sed ex intentione proferentis posita institutione Christi; ità enim in veteri scriptura sæpè Angeli loquebantur in persona Dei.

(2. Côclusio in côsecratione sâgui nis sunt necessaria hæc verba, Hic est calix sâguinis mei.) Dico secundò, in consecratione sanguinis esse necessaria hæc verba, *Hic est calix sanguinis mei*, vel *Hic est sanguis meus*; verba verò sequentia, q̃ Romana Ecclesia addit, *noui, et æterni testamêti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorũ*, non esse de necessitate Sacramêti. Prima pars conclusionis patet, quia illa verba sunt necessaria ad sanguinis consecrationem, quibus significatur conuersio vini in sanguinem, sed huiusmodi sunt prædicta verba, ergò &c. Secunda pars conclusionis est communis Doctorum in 4. dist. 8. & Recentiorum, quorum multi citantur à Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 78. sect. 1. & Vasquez tom. 3. in 3. p. disp. 198. cap. 3. & suffragantur Damascenus lib. 4. de fide orthodoxa cap. 14. Ambrosius lib. 4. de Sacramentis cap. 5. & alij Patres, qui assignant verba à nobis in conclusione posita pro forma consecrationis sanguinis nullis alijs adiunctis. Probatur, nam illa verba, quibus vnitur (Suarez. Vasquez. Damascen. Ambros.)

A salis Ecclesia non vtitur in consecratione calicis, non sunt de necessitate Sacramenti, sed verbis, *Noui, & æterni testamenti &c.* non vtitur vniuersalis Ecclesia, ergò &c. Patet, nam si aliqua Ecclesia, præsertim Græca habuisset mutilam formam, tunc Ecclesia Romana illam reprehendisset; nam non permisisset tam grauem errorem in magna parte Ecclesiæ, & multò minus illum approbasset; at constat Liturgias Græcorum fuisse approbatas sexta Synodo, & in Florentino, vbi supponitur Græcos ritè conficere. Minor patet, quia non omnes Ecclesiæ approbatæ vtuntur omnibus illis verbis; nam in Liturgijs omnibus Græcorum B omittitur, *æterni testamenti, mysterium fidei*. In Missa Aethiopum, quæ illis tradita fuit à D. Matthæo, omittitur etiam ly, *noui testamenti*. Cætera verò, *pro vobis, & pro multis effundetur &c.* non esse necessaria, patet, tùm quia Patres dum referunt verba, quorum vi fit conuersio, illa omittunt, vt Ambrosius, Cyprianus, Emissenus, & Iustinus, tum quia eodem modo à Christo addita est hæc determinatio formæ sanguinis, sicut formæ corporis additur; *quod pro vobis tradetur*, ergò sicut hæc nô sunt de necessitate formæ corporis, vt diximus in prima côclusione, ità nec prædicta verba sunt necessaria ad consecrationem sanguinis. Similiter patet neq; debere addi, vt essentiaC lia, *qui pro vobis*, quia non omnes Liturgiæ illa habent, nec referuntur ab omnibus Euangelistis. Sed (Ambros. Cyprian. Emissen. Iustin.)

Obijcies ex grauissimis Auctoribus verba illa, *qui pro vobis &c.* ex parte prædicati efficiunt vnam propositionem cum verbis præcedentibus, quia sunt determinationes prædicati; nec valet dicere esse determinationes prædicati nô necessarias ad rationem essentialem Sacramenti, nam per illa verba tota propositio determinatur ad significationem Sacramentalem, vt scilicet repræsentetur passio Christi, in qua ipsius sanguis effusus est. Confirmatur primò ex vsu Ecclesiæ Latinæ, nam omnia illa verba profert super calicem eodem tenore, & scribuntur in Canone ijsdem characteribus. Confirmatur secundò, nam Concilium Coloniense part. 4. cap. 14. omnia illa refert, vt formã consecrationis, & Innocentius III. in cap. *cùm Marthæ* de celebratione Missarum, affert formã consecrationis calicis, sicut reperitur in Canone Missæ accepisse Apostolos à Christo, & Ecclesiam ab Apostolis, licèt non omnia illa verba referantur in Euangelio, at ex Florentino forma sunt verba Saluatoris, quibus hoc Sacramentum côfici- (Obiectio. Conc. Colon.)

ficitur, & Catechismus recitatis his verbis dicit, illis comprehendi formam calicis.

Responsio. Respondeo primò afferendo instantiā formæ corporis, nam etiam ly, *quod tradetur*, est determinatio prædicati. Secundò non omnem additionem ad prædicatum suspendere sensum propositionis, quia additio potest pertinere ad explicationem quandam, & non ad integritatem præcedentis propositionis; duplex enim potest esse ratio composita, vna, cuius pars variatur ex additione alteriùs, vt si quis diceret, omnis discipulus, qui frequentat scholam, euadet doctus, & ità non est in casu nostro; nam si talis esset, tunc omnia verba essent necessaria, quia prima pars propositionis non retineret determinatum sensum sine alia comparte; altera, cuius pars semper retinet eundem sensum, siue addatur alia pars, siue non, vt si quis diceret, Deus qui natus est ex Virgine, creauit mundum; & ità est in casu nostro; vndè illa propositio æquiualet hypoteticæ, vt v.g. hic est sanguis meus, & hic pro vobis effundetur, & licèt, si additum esset falsū, tota propositio esset falsa, tamen id non esset ratione præcedentis propositionis, sed ratione additæ propositionis, & copulæ; vndè hinc non fit debere addi illā determinationem, alioquin deberet etiā dici, hic est sanguis meus vnitus hypostaticè, nam si diceretur non esse vnitus, esset falsa propositio; neque est necessarium repræsentari explicitè passionem, sed satis est repræsentari implicitè. Ad primam confirmationem respondeo esse de necessitate præcepti, nam illa verba non solùm proferuntur significatiuè, sed etiam aliquo modo recitatiuè, vt explicabimus in sequenti disquisitione. Ad secundam confirmationem, omnia illa verba dicuntur forma, non quia omnia essentialiter requirantur, sed quia omnia illa dicta sunt à Christo; colligitur ex canone Missæ, & proferuntur in gratiam consecrationis; vndè ad formam dicuntur pertinere etiam illa verba, *Et eleuatis oculis &c.* neque Catechismus ait omnia illa verba esse formam, sed illis verbis comprehendi formam. Plura de hac re videri possunt apud Bellarminum, Suarez, Vasquez locis suprà citatis Beccanum tract. 2. cap. 20. de Sacramentis in specie quæst. 2.

Bellarmin. Suarez. Vasquez. Beccan.

DISQVISITIO VI.

An consecrationis verba dicantur historicè, seù recitatiuè, an verò significatiuè.

Historicè, siue narratiuè, aut recitatiuè illa verba proferuntur, per quæ nihil intendimus significare, vel affirmare, aut negare, sed tantùm narrare, & recitare, seu referre, quod alius dixerit; vt si dicas, Arius dixit Verbum non esse consubstantiale Patri, tunc enim non asseris Verbum nō esse consubstantiale Patri, sed tantùm refers Arium id dixisse; verba verò illa dicuntur proferri significatiuè, seu affirmatiuè, per quæ intendimus aliquid affirmare; quærimus itaque hic, an Sacerdos per verba consecrationis intendat aliquid affirmare, nempe in persona Christi, an verò tantùm referre id, quod Christus dixit.

Dico primò, ad rationem consecrationis non esse necessarium proferre verba recitatiuè, nam si quis intenderet per illa verba efficere, quod Christus instituit, etiam si nolit recitare, etiam conficeretur Sacramentū, vnde satis est ad rationē consecrationis vti verbis significatiuè. — 1. Cōclusio Ad rationē consecrationis non est necesse proferre verba recitatiuè.

Dico secundò, verba consecrationis à Sacerdote de facto proferri significatiuè, & affirmatiuè, & etiam aliquo modo recitatiuè, siue repræsentatiuè. Suffragātur huic conclusioni Sotus in 4. dist. 2. quæst. 1. art. 1. post secundam conclusionem, Coninch. in art. 1. quæst. 74. 3. p. D. Thomæ dub. 1. Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 74. sect. 4. — 2. Cōclusio Verba consecrationis à Sacerdote proferūtur significatiuè, & aliquo modo recitatiuè. Sotus. Coninch. Suarez.

Probatur quoad primam partem, quia formæ Sacramentorum significant id, quod efficiunt, ideò enim dicuntur esse signa practica, ergò verba illa affirmatiuè proferuntur à Sacerdote, alioquin, sicut nihil significarent, ità nihil efficerēt. Confirmatur, quia ex Tridentino sess. 13. capite 3. sub singulis speciebus Sacramentalibus quædam sunt ex vi verborū; quæ scilicet per verba formæ significantur ibi adesse; hoc autem esset falsum, si verba consecrationis non proferrentur significatiuè, & affirmatiuè. Secunda pars conclusionis, quòd scilicet verba consecrationis proferantur aliquo modo recitatiuè, seu repræsentatiuè, quatenùs Christus, dum illa per Sacerdotem profert, repræsentat se ipsum in propria persona loquentem in vltima cœna, probatur, — Trident.

batur, quia Sacerdos verba consecrationis profert ea ratione, qua profert illa, *qui pro vobis effundetur*, vt per se constat; sed dum hæc verba profert, repræsentat Christum in vltima nocte loquentem de effusione propria sui sanguinis facienda sequenti die; hoc autem patet, quia si huiusmodi verba non significarent repræsentatiuè effusionem illam sanguinis faciendam, deberent significare effusionem impropriam, quæ fit in Sacramento, vbi verè, & propriè sanguis non effunditur, cum re ipsa non separetur à corpore. Atqui Chrysostomus hom. 83. in Matth. prædicta verba refert ad passionem Christi, quod etiam optimè pluribus probat Vasquez tom. 3. in 3. p. disp. 190. cap. 1. & 2. vbi aduertit, quòd si verbum, *effundetur*, de effusione impropria, & Sacramentali exponi posset, ansam præberet hæreticis exponendi vocem corporis, & sanguinis eodem modo; ità vt per eā non corpus, aut sanguis propriè, sed figura corporis, aut sanguinis significetur, vt explicat Caluinus. Pro solutione multorum, quæ obijci possunt.

Chrysost.

Vasquez.

Aduerte primò, non repugnare quòd eadem verba simul ab eadem persona historicè, & significatiuè proferantur. Exemplum sit, si quis me interroget cur quidam adolescentuli aleis ludant, alij pila, alij trocho, rectè dicere possum, sic Poeta respondet. *Trahit sua quemque voluptas*; his autem verbis non modò significo, quid ego de quæsito facto sentiam, sed etiam Poetam referre intendo loquentem, quod est loqui significatiuè, & recitatiuè simul: ità sanè Sacerdos cōsecrationis verba duplici posset intentione proferre, referendi nimirùm quod Christus fecerit, siue repetendi eius verba, & simul intentione significandi id, quod fit in hoc Sacramento.

Aduerte secundò, quòd Sacerdos per illud participium, *dicens*, paulò ante cōsecrationem prolatum, nos admonet, se verba sequentia proferre nomine ipsius Christi: vndè cùm Sacerdos in Christi persona proferat etiam illa verba, *Accipite, & manducate, Accipite, & bibite*, particula illa, *enim*, rectè subnectitur, siquidem per illam assignatur causa, cur Apostoli deberent manducare, aut bibere ex eo, quòd Christus ipsis offerebat.

Vasquez.

Aduerte tertiò cum Vasquez tom. 3. in 3. p. disp. 200. cap. 3. hoc Sacramentum ità esse à Christo institutum, vt ipse voluerit in illo non solùm verè fieri nomine sui per Sacerdotem totum id, quod ipse fecit per consecrationem in nocte cœnæ; nempè conuersionē panis in proprium corpus, & conuersionem vini in proprium sanguinem, sed etiam totum id, quod ipse fecit immediatè eadem nocte, dum consecraret, quasi in tragœdia repræsentari per ipsum Sacerdotem, vt per suum ministrum; ità vt materia, quæ à Sacerdote consecratur, repræsentet materiam à Christo consecratam, verba à Sacerdote nomine Christi prolata, repræsentent verba ab ipso Christo immediatè prolata, tempus, quo Sacerdos cōsecrat, repræsentet illud tempus nocturnum, quo Christus consecrauit, & sic deinceps. Quòd autem Christus voluerit prædicta ratione fieri à Sacerdote totum id, quod ipse tunc fecit, colligitur ex illis ipsius Christi verbis apud Lucam cap. 22. post consecrationem relatis. *Hoc facite in meam commemorationem*. Ex his autem patet, quòd ratione prædictæ repræsentationis Sacerdos verè dicit, *qui pro vobis effundetur*, nempè repræsentans Christum loquentem ea nocte, qua tradendus, & posteà illius sanguis effundendus erat.

Luc. 22.

DISQVISITIO VII.

An verba consecrationis sint causa conuersionis Sacramētalis, vt vera sunt, an vt significatiua.

RATIO difficultatis est, quia cùm causa effectiua sit prior natura suo effectu, verba consecrationis necessariò operantur, & efficiunt, vt prius natura suo effectu, scilicet præsentia Christi sub speciebus, ergò operantur, & efficiunt conuersionem Sacramentalem, priusquam corpus Christi sit præsens, ergò priùs natura operantur, & efficiunt, quòd sint vera, quia non sunt vera, nisi corpus Christi sit præsens; nam ad veritatem propositionis requiritur conformitas propositionis in re significata. In contrarium verò est, quia si illa verba non efficiunt conuersionem Sacramentalem, quatenùs vera sunt, ergò efficiunt, quatenùs falsa sunt, sed hoc est absurdum, & contra Concilia, quæ ex veritate verborum colligunt præsentiam corporis Christi, ergò &c. Sequela maioris probatur, quia operantur, & efficiunt, quatenùs significant, ergò quatenùs verè, vel falsò significant, ergò si non operantur, & efficiunt, quatenùs verè significant, vt suprà videtur probatū

esse, efficiunt, & operantur, quatenùs falsò significant.

Sotus; Valent. Sotus in 4. dist. 2. quæst. 1. art. 5. Valentia in 3. p. disp. 6. qu. 6. verba consecrationis dicunt efficere conuersionem Sacramentalem, vt vera. Fundamentum est, quia propositio non efficit, nisi significando ibi esse corpus Christi, ergò efficit vt vera, quia non significat corpus Christi falsò, & repugnat propositionem in aliquo priori significare, & non esse veram, vel falsam, & licèt priùs natura fit propositio, quàm sit ibi corpus Christi in genere causæ efficientis, tamen in genere causæ formalis, vel, vt loquitur Valentia, in genere causæ finalis priùs est ibi corpus Christi, quàm propositio; vtrunque tamen est simul in eodem instanti, sicut ingressus aëris est simul cum apertione fenestræ, & tamen ingressus est priùs in genere causæ efficientis, & apertio est prior in genere causæ materialis. Hanc opinionem improbat Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 58. sect. 6. tum quia exemplum est falsum, nam non ipse ingressus, sed impulsus est causa efficiens apertionis fenestræ; tum quia etiam si esset verum, non rectè accommodaretur ad nostrum propositum; nam cùm veritas sit adæquatio intellectus ad rem, cõsequenter supponit rem existere, sicut relatio supponit suum terminum, neque id soluitur ex eo, quòd veritas sit relatio rationis; nam quidquid sit de alijs relationibus rationis, id dici non potest in relatione, quæ exigit terminum existentem, cuiusmodi est hæc relatio: neque placet eidem Suarez, quod respondet Capreolus, propositionem vt veram in nullo genere causæ pendere à re significata; nam illi repugnat auctoritas Aristotelis dicentis propositionem verã, vel falsam ex eo, quòd res est, vel non est; tum quia veritas habet necessariam connexionem cum existentia obiecti, at hæc necessaria connexio non est nisi ex habitudine in aliquo genere causæ.

Caietan. Caietanus in art. 5. quæst. 78. 3. p. ait, verba secundùm veritatem practicã esse priora, & efficere præsentiam Christi, secundùm verò speculatiuam esse posteriora. Hæc etiam opinio non placet eidem Suarez loco cit. & confutatur etiam à Vasquez tom. 3. in 3. p. disp. 202. cap. 2. & sanè non apparet, quomodò verba illa habeant veritatem practicam, nam veritas practica conuenit propositioni practicæ; propositio autem practica secundùm communem modum loquendi dicitur, quæ dictat de opere faciendo, & ex vi suæ significationis eandem vim habet in ore cuiuscunque. Neque dicas ap-

Suarez; Vasquez.

A pellari veritatem practicam, quia sicut cognitio practica est principium efficiẽdi obiectum, ità illa verba sunt principiũ efficiendi præsentiam Christi, quia diuerso modo efficiunt; cognitio enim practica causans efficit, quatenùs dictando de opere faciendo mouet, & regulat appetitum, à quo applicatur potentiæ executiuæ, & verba Sacramentalia efficiunt vt instrumenta physica, ad eum modum, quo calor producit substantiam. Confirmatur, quia verba efficiunt secundùm significationem, quam habent ex primitiua institutione, atque adeò secundùm significationem speculatiuam: tùm deinum; nam cùm veritas practica consistat, vel cum adæquatione cum obiecto, vel cum appetitu, non ostendit Caietanus, cum quo hæc veritas habeat cõformitatem.

B Sunt & aliæ opiniones in hac re, quæ videri possunt apud Vasquez, & Suarez locis citatis, eas enim breuitatis causa omitto, maximè cùm ex dicendis infrà constabit, quid in hac controuersia probabilius sit.

Sed antequam ad hoc deueniamus, operæ pretium existimo, nonnulla breuiter consideranda proponere, vt constet, quomodò verba consecrationis significatiua sint.

C Primum: quælibet propositio in instãti terminatiuo suæ prolationis est significatiua, quamuis enim sonus propositionis, neque eiusdem soni species, in eodem instanti ad audientis aures perueniant; docet enim experientia priùs sonum percipi à vicinioribus, quàm à remotioribus: quælibet tamen propositio in instãti terminatiuo suæ prolationis, cùm omnia requisita habeat ex parte sua, est significatiua in eo instanti.

Secundum: licèt propositio de secundo adiacente pro eo instanti, in quo primò prolatum sit verbum, *est*, contineat perfectum sensum, si nimirùm ipsum post subiectum sit prolatum; in propositionibus tamen tertij adiacentis, affirmatio,

D siue negatio copulæ communiter refertur ad instans, in quo primò incipit esse prolata vltima syllaba prædicati; patet ex eo, quòd si quis volens dicere, *Sol est eclipsatus*, dicat, *Sol est*, & immediatè post aduertens Solem non esse eclipsatum, relinquat illam vocem, *eclipsatus*, in tali casu non dicetur dixisse falsum.

Tertium: prædicata, quæ ponuntur in propositione tertij adiacentis, sunt in duplici differentia; quædam enim sunt, quæ si ponantur post aliud prædicatum, hoc est, ratione ipsius totam propositionem distrahunt, siue determinant ad aliũ sensum,

sensum; quem alioqnin propositio non habuisset, si prædicatum illud non fuisset adinnctum: etenim ratione talis determinationis vis, & significatio copulæ in huiusmodi casu refertur ad vltimum prolationis instans prædicati distrahentis, & determinantis; vt v. g. si qnis dicat, *Hoc est corpus meum aneum*, determinat, & trahit prædicatum præcedens, *corpus meum*, ad alium sensum, atque ita propositio huiusmodi non existimatut habere sensum completum, nisi cùm primò incipit esse prolata vltima syllaba vocis, *aneum*: alia verò sunt prædicata, quæ in propositione post aliud prædicatum posita non trahunt illud ad alium sensum, sed habent rationem prædicati omninò distincti, qnod videlicet virtualiter constituit nouam propositionem, atque in hoc casu, nisi ante prolationem copulæ adsit intentio suspendendi vim, & significarionem eiusdem copulæ vsque ad absolutionem posterioris prædicati, siue per posterius prædicatum determinandi primum, vis, & significatio copulæ ità refertur ad primum prædicatum, vt si propositio sit practica in instāti terminatiuo vltimæ syllabæ eiusdem primi prædicati, eadem propositio habear suā vim, & effectum, atque ita sit vera independenter à prolatione posterioris prædicati. Quoniam autem in forma consecrationis calicis, verba illa, *noui, & æterni &c.* sunt prædicata huius secundi generis, ideò vis copulæ eiusdem formæ refertur ad illnd prædicatum, *sanguinis mei*, omninò independenter à sequentibus verbis, & quidem ex institutione Christi, vt satis constat etiam ex eo, quòd in forma consecrationis panis, vis, & significatio verbi refertur ad illnd prædicatum, *corpus meum*, independenter ab illis verbis, *quod pro vobis tradetur*, ab ipso Christo additis; atque hoc patet ex ipso vsu Ecclesiæ Romanæ, quæ in consecratione panis omittit illa verba, *quod pro vobis tradetur*, quam errare minimè suspicari licet, vt supra diximus.

Quartum: quamuis post vltimam vocem, tum consecrationis panis, tum vini, posset addi aliqnod aliud prædicatū distrahens, vel determinatiuum propositionis ad alium sensum longè diuersū; vt si diceres, *Hoc est corpus meum aneum*, tamen verba consecrationis sunt sufficienter significatiua; & de facto constat nullum aliud prædicatum distrahens addi, quia saltem ratione circumstantiarū, in quibus verba consecrationis proferuntur à Sacerdote volente consecrare, sufficienter in instanti terminatino prolationis verborum intelligitur, nullum aliud prædicatum distrahens sensum propositionis addendum esse post illud instans.

Quintum: propositio priùs natura significat, quàm sit vera, vel falsa, nam significatio conuenit illi ex vi terminorū, quibus constat, & termini eandem habēt significationem, siue propositio sit vera, siue falsa; vndè propositio significans existentiam rei, non pendet ab existentia rei, vt exercita, atque adeò non est posterior natura existentia rei, vt exercita, nam alioquin non posset eadē propositio esse vera, vel falsa, at veritas pendet ab existentia rei, vt exercita. Quòd si dicas, significatio terminatur ad obiectum, cum quo vel habet deformitatem, vel conformitatem, ergò non potest abstrahere à veritate, vel falsitate. Respōdeo rectè hinc probari, non dari in aliquo instanti reali propositionem significatiuam, quæ non sit vera, vel falsa; non tamen probari, quòd non abstrahat, vt patet in conceptu vniuersalis; imò propositio etiam in particulari potest priùs natura esse significatiua, quàm vera, vel falsa, quia secundùm communiorem sententiam eadem numero propositio potest mutari ex vera in falsam; & licèt nō detur propositio in particulari, quæ non habeat adiunctam veritatem, vel falsitatem, non tamen sequitur secundùm se non abstrahere, vt patet in hac numero quantitate, quæ abstrahit ab hac, vel illa figura, etiam si non possit carere omni figura; quocirca in hac re semper considerandum est, quod in philosophia traditur, duplicem esse prioritatem, naturæ scilicet, & secundùm subsistendi consequentiam, easque prioritates posse esse separatas, ità vt nonnulla, quorum vnum est prius natura altero, sit simul cū altero secundùm subsistendi consequentiam, quæ rectè appellari potest simultas inseparabilitatis. his positis

Obiectio.

Solutio.

Dico primò, probabiliori modo asseri posse, esse causam conuersionis Sacramentalis, non quatenùs sunt vera, sed quatenùs sunt significatiua, ita vt priùs intelligantur esse significatiua, quàm vera. Suffragantur huic assertioni S. Thomas 3. p. quæst. 68. art. 5. ad 3. vbi dicit, significationem formæ præintelligi rei significatæ ordine naturæ. Vasquez tom. 3. in 3. p. disp. 202. cap. 2. & Scotus in 4. dist. 8. quæst. 2. §. *Illo aliter ergò*. Probatur, quia verba Sacramentalia, cùm sint signa practica, ideò efficiunt conuersionem Sacramentalem, quia eam significant, ergò ratione significationis efficiunt eandem conuersionem, non autem ratione veritatis, cùm hanc ab ipsa conuer-

1. Cōclusio.

D. Thomas.

Vasquez.

Scotus.

nerſionis exiſtentia habeant; ſiquidem omnis propoſitio ideò eſt vera, vel falſa, quia res eſt, vel non eſt, atq; ità cùm veritas ſit conformitas propoſitionis cũ obiecto, & huiuſmodi conformitas neceſſariò præſupponat obiectum, nec vlla ratione ab eo præſupponatur, ſequitur veritatem nullo modo poſſe eſse natura priorem obiecto propoſitionis, cuius ipſa eſt veritas, ſed tantùm natura poſteriorem, & quaſi effectum.

Obiectio. Dices, ſi verba Sacramentalia connerſionis ſunt cauſa, non ratione veritatis, ſed tantùm ratione ſignificationis, ſequitur ea eſſe falſa, quod probatur, quia ſequitur illa eſſe in aliquo priori naturæ ſignificatiua, ſed in eo priori non exiſtit obiectum, quod per ipſa ſignificatur exiſtere; ergò in eodem priori naturæ ſunt falſa.

Reſponſio. Reſpondeo ex doctrina quam nuper adnotauimus, verba Sacramentalia in quodam priori naturæ eſſe ſignificatiua, in quo nondum intelliguntur eſſe vera, quia cùm in eo priori non exiſtat ipſorũ obiectum, cuius exiſtentia eſt de ratione veritatis eorundem verborum, neq; pro eo priori poteſt eſſe veritas in ijſdem propoſitionibus, igitur pro illo priori ſigno verba Sacramentalia, ſeu propoſitiones Sacramentales abſtrahunt à veritate, non autem pro eodem ſigno veritatem excludunt, ac proindè non ſunt falſæ in eo ſigno.

2. Cõcluſio Dico ſecundò, probabiliter etiam aſſeri poſſe, verba conſecrationis, ſeu propoſitiones Sacramentales eſſe operatiuas ratione veritatis, & primò in eo ſenſu, in quo loquitur D. Thomas 3. p. qu. 78. art. 5. nimirùm verba conſecrationis effectum ſuum operari ratione veritatis radicalis, ſiue eo quòd ſint verba primæ veritatis, ſiue Chriſti, & ideò determinata ad veritatem formalem pro alio ſigno naturæ poſteriorem, atque hoc modo Coninch. in 3. p. ad art. 5. quæſt. 78. defendit formas Sacramentales ratione veritatis operari effectum ſuum. Secundò verba conſecrationis vt vera efficere Chriſti præſentiam, dicere quis poteſt, quia veritas non pendet ab obiecti exiſtentia, vt exercita in illo priori naturæ, ſecundùm quod dicitur propoſitio cauſare, ſed in poſteriori naturæ, pro quo ſignificatur exiſtere, ſicut veritas propoſitionis de futuro, conuenit propoſitioni nunc probatæ, etiam ſi obiectum nunc non exiſtat, nam ad veritatem ſufficit, ſi res enunciata ſit, quandò ſignificatur eſſe à propoſitione; vndè in propoſito noſtro, dum dicitur, *Hoc eſt corpus meum*, in eodem inſtanti temporis, quo abſoluitur propoſitio, exiſtit Chriſtus ſub ſpeciebus, & quia propoſitio cauſat præſentiam Chriſti, ſignificat illã præſentiam, prout cauſatur à propoſitione, atque adeò in poſteriori naturæ, quàm ſit propoſitio.

(Margin: D. Thomas; Coninch.)

Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum.

NOTVLA II.

Amantiſſimus Ieſus ambit ſummoperè nobiſcum eſſe ſub ſacris ſpeciebus.

Caprea montana, ſeu rupicapra velociſſima, & mirabiliter agilis, in apricis montibus, quorum iuga dum citiſſimè ſcandit, ità pendula cõſpicitur, ut delapſura exiſtimetur, undè Martialis cecinit:

Pendentẽ ſumma capreã de rupe videbis,
Caſuram ſperes, decipit illa canes.

& ex cacumine in aliud longè diſtans ſaltu ferri narrat Aelianus lib. 14. cap. 15. & Marcus Varro de re ruſtica lib. 2. cap. 3. *In Sauracti Fiſcello* (ait) *capra feræ ſunt, quæ ſaliunt è ſaxo pedes plus ſexagenos.* Ceruorum etiam celeritas nota ſatis eſt, in latis campis, & pratis adeò citi ſunt in curſu cerui, ut fruſtrà eos inſectentur canes uelocitate longè inferiores; hinc alipes, alatuſque ceruus à Poetis nuncupatur, quam pedum uelocitatẽ priſci in Achille fuiſſe tradunt, fingentes in infantia ſub Chirone fuiſſe ceruorum medullis enutritum; undè & ceruino lacte canes ali iubet Oppianus, ut velociores euadant: de Achille autem Catulli Muſa ſic pangit:

(Margin: Aelian. M. Varro. Capreæ ſaliunt vnico ſaltu ſexagenos pedes)

Naſcetur vobis expers terroris Achilles,
Qui perſæpè vago victor certamine curſus
Flammea præuertet celeris veſtigia ceruæ.

(Margin: Catull.)

Ceruus præterea iuuenculus magis habilis eſt ad curſum, quàm ætate grandæui, qui obeſi fiunt, & ſic pinguedine, & cornuum pondere eorum curſus aliquantulùm retardari poteſt, qui gemino grauamine liberi, velociores redduntur hinnuli in currendo. Quarè dum huius ſacri Epithalamij ſponſa cõparat dilectum ſuum capreæ, hinnuloq; ceruorum, innuit tum eam admirandam celeritatem, qua Chriſtus accurrit, dum proferuntur à Sacerdote verba conſecrationis, ità ut eo momento ſub ſpecie-

bus

bus Sacramentalibus adsit, quo terminatur sacra prolatio; quod etiam notat Ghislerius expositione secunda subsequentis uersiculi; *En ipse stat &c.* tum etiam summam propensionem ueniendi ad nos sub Sacramentalibus accidentibus.

Ghisler.

Paschalis agnus, Domino sic iubente, non aqua coquebatur, sed igne assabatur, qua in re plura adumbrantur mysteria, ad quæ mentem dirigens Guillelmus Peppious in cap. 12. Exod. claus. 1. in hanc cogitationem uenit; *Edent carnes*; inquit, *nocte illa assas igni. Sic autē Dominus iussit eas debere parari, tum propter figuram Christi, qui fuit assatus in cruce igne doloris, & charitatis, tum quia talis modus parandi carnes est facilior, & expeditior.* Huic postremæ rationi cohærent, quæ scribit Abulensis in cap. 26. Matth. qu. 18. *Quia*, ait, *maioris moræ est apparatus coquendi cibos, quàm assandi; Deus autem volebat, quòd citò facerent. quia omnes cæremoniæ huius agni ostendebant quandam festinationem, cùm dicatur Exod. 12. & comedetis festinanter, ideò potius debuit assari, quàm coqui. Quintò propter tarditatem in comedendo, & istud adhuc est verisimilius; nam poterat citò coqui adhibita diligentia, sed non citò comeditur, quia qui coctam rem manducat, duas epulas habet; scilicet carnes, & brodia carnium, & ideò tardiùs explentur epulæ illæ, quàm cùm carnes assatæ comeduntur, quia vnus tantùm cibus est.* Sed quò tendebat hæc summa celeritas tam in apparatu, quàm in esu agni? Equidem ad præmonstrandum, quàm ingenti promptitudine, & ardenti cupiditate Eucharistici cibi, cuius agnus ille fuit typus, nobis suppeditandi ardeat Seruator noster. Mirari quis poterit, quamobrem panis azymus cum præmemorato agno manducandus esset; hic enim minùs digestibilis est, quàm panis fermentatus, vt benè notat Abulensis in illud Exod. 12. *Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes. Sunt enim*, inquit, *isti panes valdè nociui stomacho, & graues; fermentum namque ex sua acutie subtiliat, & digerit ponderositatem, & humiditatem commixtæ farinæ cum aqua; cùm autem non commiscetur fermentum, valdè ponderosus panis est, & malè digestibilis, ideò vocatur panis afflictionis. Deuter. cap. 16.* Lyranus in citatum locum panem azymum manducandum esse cum agno ad celeritatem indicandam exponit. *Quia*, ait, *panis azymus potest fieri ex commixtione aquæ, & farinæ.* Nec dissonat memoratus Abulensis, cuius hæc sūt verba. *Panes azymi immediatè, vt farina commiscetur aquæ, fiunt, & sine alia expe-*

Guillel. Peppin.

Abulens.

Xps Seruator noster ingenti cupiditate ardet nobis suppeditādi Eucharistiæ cibi.

Abulens.

Lyran.

Abulens.

A *ctatione coqui possunt, quod non fit in panibus fermentatis, quia illi postquam facti sunt, aliquo spatio satis magno tenentur, vt fermentum digerat, & subtiliet materiam panis; ideò Abraham, quandò voluit inuitare Angelos in specie virorum, vt citò pararetur cibus, mandauit Saræ, quòd commisceret citò tria sata, idest acciperet citò tres mensuras farinæ, ac faceret citò tres subcinericios panes, vt patet Gen. 18.* Pane illo azymo, panis, qui ad consecrationem adhibetur, vt peruulgatum est, præsignabatur; undè & Ecclesia latina Sacramentum Altaris conficit pane azymo. Characterem igitur summi affectus, quo Dominus noster properat ad nos, Do-

B minico suo corpore, & sanguine reficiendos contemplari possumus. Sed adhùc exquires, cur pane digestu difficili supercælestem dapem prænotari voluit? O ineffabilem Seruatoris nostri amorem, qui, cùm pro suo delicio habeat esse cum filijs hominum, sicut rapitur ad celeriter veniendum ad nos, ità diù, & tenaciter detineri in nobis exæstuat.

Summo affectu Christus properat ad nos suo corpore, & sanguine reficiendos.

Xps exæstuat diù, & tenaciter detineri in nobis.

Oraculū illud regij Vatis, *Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus.* Psalm. 37. de summo desiderio, quo Christus tenebatur communicandi nobis Dominici corporis, & sanguinis sui ferculum, exponit D. Chrysostomus hom. 67. in Gen. *Domi-*

Psal. 37.

D. Chrysost.

C *ne*, inquit, *ante te omne desiderium meū, & gemitus meus à te non est absconditus. Et quodnam est Christi desiderium? Pascha pro nobis agere, & ideò dicebat Apostolus. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar.* Perpendo illa ultima uerba prolata à Propheta in persona Christi, *& gemitus meus à te non est absconditus*; sanè gemitus emitti solet ab ijs, qui ingenti uoto frustrantur: undè uidemus pupulos, si ijs, quæ ualdè affectant, non potiantur, in lacrymas effundi, in uoces querulas erumpere: dum ergò amantissimus Dominus, postquam indicauit uota sua cò potissimum directa

D fuisse, vt cum fidelibus in Eucharistica mensa manducaret; *Domine ante te omne desideriummeū*, subdens, *& gemitus meus à te non est absconditus*, insinuare voluit, quàm ægrè ferat priuari exoptatis conuiuijs.

Ægrè fert Xps priuari exoptatis conuiuijs in Eucharistia

Hin-

Hinnuloque ceruorum.

NOTVLA III.

Eucharistici conuiuij intuitu iustitiæ rigore compresso Christus maximè mitescit.

CERVVS, si ad pugnam prouocetur, in certamen descendit, cornibusque præliatur, undè Seneca in Hyppolito actu 1.

Si coniugio timuere suo
Poscunt timidi prælia cerui,
Et mugitus dant, concepti
Signa furoris.

Siquãdo verò illis accidat cornua amittere, in cauçis, aut abditis locis delitescunt, donec renascentibus cornibus ad dimicandum habiles iterùm reddantur: Ælian. Aelianus lib. 6. de animal. cap. 5. *In latebras, ait, & condensa fruticum amissis cornibus sese cerui abdunt, hoc diligentiùs ab hostibus sibi cauentes, quòd à cornibus tam inopes, tùm à pristino robore, tum ab armis se nudos existimant.* Consona habent Aristoteles lib. 9. de hist. animal. c. 5. Plinius lib. 8. c. 32. (Aristot. Plinius.) hinnulus ergò ceruorum cornibus destitutus ad pugnam omninò inidoneus est, sed totus lenis, & blandulus; quarè singularis clementiæ imaginem præfefert. Sponsa igitur huius sacri Epithalamij æquans hinnulo ceruorum diuum amatorem, verbis consecrationis statim prolatis, sub sacris accidentibus existentem, venustè admodùm furore iræ omni ablegato, quàm benignè, & perhumaniter nobiscum agat, insinuauit.

Agnus anniculus immolandus erat iuxtà priscæ legis ritum; huius victimæ diuersas affert rationes Abulensis in 26. Matth. quæ apud ipsum videri possunt; (Abulens.) potissima hæc mihi videtur; quòd sicut Agno illo Altaris Sacramentum præsignabatur, ità quàm blandus, & mitis futurus esset Christus Sacramentatus, præmonstraretur; nihil enim in Agno asperum, nihil durum, nihil, quod iracundiam denotet, reperitur. Hùc respexisse videtur Lyranus; (Lyran.) *Anniculus*, inquit, *idest vnius anni; & sic patet, quòd erat adhuc tenellus, & per hoc significatur in Christo pietatis teneritudo.* Luculentiùs verò pro instituto nostro loquitur Guillelmus Peppinus in cit. cap. 12. Exod. (Guillelm. Peppin.) *Res immolanda est agnus, in quo notatur Christi mansuetudo.*

Viribus roboratis Elias ab offa illa, quam Angelus suppeditarat, perrexit, & in speluncam ingressus, Dominum comiter sibi sic loquentem audiuit, *Quid hic agis Elia?* Reg. 3. cap. 19. (3. Reg. 19.) Admonetur, vt à cauea egrediatur, & montem scandat, per quem transiturus erat Dominus. *Egredere, & sta in monte coram Domino.* Sed videamus, quali insigni Dominus innotuerit; insufflant venti, horrisono impetu montem verberant, saxa confringunt. Numquid in hac vehementi commotione Dominus? non equidem; post commotionem flammæ accenduntur, conflagrationes succrescunt, grassantur incendia: An in igne deuastante Dominus? Minimè verò; his eliminatis furoris indicibus, strepitu omni cessante, tranquilla fiunt omnia; spirat lenis aura suaui demulcens susurro, & ecce supremũ Numen. *Et spiritus grandis, & fortis subuertens montes, & conterens petras ante Dominum: non in spiritu Dominus, & post spiritum commotio: non in commotione Dominus, & post commotionem ignis: non in igne Dominus; & post ignem sibilus auræ tenuis. Quod cùm audisset Elias, operuit vultum suum pallio, & egressus stetit in ostio speluncæ; & ecce vox ad eum &c.* (Ibid.) Sed quamobrem Dominus post transactam omnem ventorum, & flammarum violentiam dulci auræ blandimento comitatus leniter Eliam alloquitur? Equidem in memoriam reuocandum est, Eliam pane illo peruulgato Eucharistiæ symbolo refectum priùs fuisse ab Angelo: quare Elias hominis sacra alimonia pasti speciem referebat; Dominus ergò, vt significaret, quàm benignus, & clemens futurus esset ob Eucharisticum Sacramentum, nihil de tumultu, nihil de ijs, quæ irati Numinis argumentum præbere possent, dum cum Elia loquitur, admittit.

Stabat ad mensã Redemptor noster, in qua ipse, & discipuli eius pasti fuerant, & inter sermonem, quem cum illis habebat, subdit; *qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium.* Luc. 22. (Luc. 22.) *Eccè duo gladij hic*, responderunt Apostoli; clementissimus verò Dominus, *satis est*, inquit; Mirum videtur, quòd qui tanta cum emphasi hortatus fuerat discipulos, vt singuli gladios pararent, duobus demonstratis, statim quiescat; & quænam quæso acies armata duobus gladijs ad subiugandos, vel deterrendos hostes aptè instrui potest? Mysticum arcanum discamus. Christus, vt præmisimus, corporis, & sanguinis sui sacrosancti pabulum sumpserat, quo ità mansuetus euaserat, vt licèt iusta subesset causa tunc distrin-

(Christus post sumptionẽ corporis, & sãguinis sui quã mansuetus euaserit.)

ſtringendi, & rotandi plures enſes in vltionem ſacrilegi proditoris, & Hebræorum malignè conſpirantium in ſui Domini necem, nihilominùs ſola duorum gladiorum demonſtratione contentus fit, imò nec vnum ex illis velit vagina educi; vndè paulò poſt Petro, qui euaginato gladio abſcidit auriculam Malcho, ſic iniunxit. *Conuerte gladium tuum in locum ſuum*. Matth. 26. (Matth. 26.)

Mel in ore leonis demortui repertum à Samſone Euchariſticam alimoniam ſupercæleſti dulcedine mellitam adumbrabat; ſed cur in leone vita functo? vt nimirùm conciperemus, quantum hoc Sacramentum diuinæ iræ furorem compreſſerit, non enim poſt illud conditum, B vt leo viuus ſæuit, ſed demortui, & iacentis leonis ſpeciem refert, dum miti affectu peccata hominum diſſimulat propter pœnitentiam.

Mater infantulum, cui vbera exugenda præbet, omni etiam vel leuiſſimæ ſeueritatis indicio ablegato, hilari fronte, leni vultu, blandulis oculis reſpicit, mirifique tenerrimi affectus modis demulcet; ſimili lenitate agit Chriſtus cū fidelibus, quos inſtar indulgentiſſimæ matris filiolum lactantis alit. Ad hoc ſatis alludunt plura Patrum effata, quæ attulimus ſuprà ad verſiculum, *Meliora ſunt vbera tua vino*; non repeto, quia ibi videri poſſunt. C

(Iuſtitiā ſuā quantò cohibeat Chriſtus in ſacra Synaxi. Tilmann.) Quantum iuſtitiā ſuam cohibeat Chriſtus in ſacra Synaxi, declarauit aliquandò B. Gertrudi, vt lib. 3. c. 18. inſinuationū diuinę pietatis refert Tilmannus, cuius hæc ſunt verba. *Item cùm die quadam in prædicatione ſermo de diuina iuſtitia protenderetur, illa eo modo intendebat, quòd expaueſcens trepidaret accedere ad diuina Sacramenta, vndè à benignitate Dei his verbis eſt animata: Si negligis interioribus oculis benignitatem meam attendere tibi multiplicibus modis exhibitam, reſpice ſaltem corporalibus oculis, intuere quàm parua pyxide concluſus tibi obuiam procedo, & ſcito pro certo, quòd vigor iuſtitiæ meæ ità plenè circumcluſus eſt manſuetudine miſericordiæ meæ, quam in exhibitione huius Sacramenti ergà genus humanum dignanter prætendo.*

(Benignitas Chriſti in Euchariſtia allicit nos ad ſui amorem.) Quò autem tendit adeò eximia Seruatoris noſtri benignitas in ſacroſancta Euchariſtia? Certè ad alliciendum nos in ſui amorem; nihil enim magis ad redamandum prouocare poteſt, quā blandientis amoris lenitas. Vndè Chryſoſtomus hom. 58. in Gen. *Nihil manſuetudine violentius*. (Chryſoſt.)

A *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.*

NOTVLA IV.

Chriſti præſentia in Euchariſtia miris quandoquè modis fideli animæ innoteſcit.

EN *ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos*. Ghiſlerius in (Ghiſler.) expoſitione ſecunda huius verſiculi per parietem noſtrum intelligit carnem Chriſti, quia intrà illam æquè ac intrà parietem quodammodo, & poſt parietem ſtat Verbum diuinum, ità vt à nobis videri nequeat, ſicut nec poſt parietem ſe occultans; clauſulam verò illam, *reſpicientem per feneſtras, proſpicientem per cancellos*, interpretatur de Chriſto, per externas videlicet panis, & vini ſpecies ſeſe nobis proſpiciendum exhibente; etenim ſicut qui poſt cancellos proſpicit, licèt parcè ſe intuendum concedat, ità vt à tranſeuntibus per viā, vel à non attendentibus non conſpiciatur, ex paucis tamen, quæ tranſparent per foramina, lineamentis diſcerni poteſt ab attentè in cancellos oculorum aciem collineantibus; ità Chriſtus poſt parietem humanæ carnis ſtans, per cancellos ſacrorum accidentium ſe cognoſcendum præbet fidei oculos in illum conijcientibus; non autem ijs, qui per fidem ad ſacras ſpecies non attendunt. His cognata habet Ludouicus de Ponte lib. 5. in Cant. exhort. 10. §. 4. *Sed quoniam, inquit, diſtantiſſimus eſt à nobis* (Ludouic. de Ponte.) *paries iſte calorum, alium ſibi parietem propinquiorem elegit in terra, poſt quem ſtaret, nempè ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum;* D *nam ſicut Verbum diuinum ſtetit occultum poſt parietem carnis aſſumpta, ſic totus Chriſtus, & homo peracta conſecratione panis, & vini ſtat poſt accidentia illorum incluſus, ità vt certiſſima fide dicat Eccleſia, en ipſe ſtat poſt parietem noſtrum*. Perpendenda pro noſtro ſcopo eſt particula demonſtratiua, *en*; illa enim denotatur Chriſti præſentia, quam pia anima percipit mirabili quodam, & ineffabili indicio. *En ipſe ſtat*; quaſi dicat Euchariſtici conuiuij ſponſa; Non fallor, veriſſimè agnoſco, quem vnicè diligo, adeſſe. Venuſtè Cyprianus ſerm. de cœna Domini. (Cyprian.)

mini. *Consumpto (ait) agno, quem antiqua traditio proponebat, inconsumptibilem cibum Magister apponit discipulis, nec iam ad elaborata impensis; & arte conuiuia populi incitantur, sed immortalitatis alimonia datur à communibus cibis differens, corporalis substantiæ retinens speciem, sed virtutis diuinæ inuisibili efficientia probat adesse præsentiam.*

Nato Seruatore nostro coruscantis stellæ iubare Magi Reges commoti iter ad Incarnatum Verbum reperiendũ aggrediuntur, præuium sydus aspiciunt, illiusque ductum felicissimè insequuntur, Bethleem attingunt; & ecce luminosa fax hæret, indicans ibi adesse, quẽ quærebant, diuinum Pusionem, stabulum B Bethleemiticum penetrant, Pupulum cælestem agnoscunt, quem statim poplite flexo venerabundi adorant. Matth. 2. Bethleem panis domum sonans nobilem Eucharistiæ typum refert. Cohærent quæ habet S. Zeno Martyr de natiuitate Christi cap. 3. *In stabuli præsepe ponitur, pabulorum pastorem, pabulumque se esse contestans.* Stella verò illa fulgentissima supra Bethleem firmata Iesum ibi delitescentem Magis demonstrante, peculiares irradiationes aptissimè prænotatæ fuerunt, quibus deuotè accedentes ad domum panis Eucharistici ita diuinitùs illustrantur, vt mirifico modo persentiant Christi præsentiam in Altaris Sacramento.

S. Zeno Martyr.

Ad Eucharistiã deuotè accedentes ita diuinitus illustrãtur peculiarib⁹ irradiationibus, vt Xpi præsentiam præsentiãt.

Differente Seruatore apud Iudeos de sacrosancta sui corporis, & sanguinis alimonia, illi nouitate tanti miraculi stupefacti, quanam ratione fieri posset, altercabantur. *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergò Iudæi ad inuicem dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Respondit eis Dominus: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitã in vobis.* Responsum hoc videri forsan alicui poterit indecisam reliquisse controuersiam, quæ erat, an Christus sub cibo existere posset? Sed ò magni misterij documentum, insinuans ab ipso experimento, tanquam à magistro optimo discendum esse verè Dominum vitæ spiritualis largitorem, & altorem in sacra Synaxi adesse. *Nisi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis vitam in vobis*; quibus verbis incredulos illos sapientissimus præceptor sic alloqui videtur. Credite, & manducate quem proponam vobis cibum, & haurite quem propinabo potum, & simul tali vitæ spiritu donabimini, vt intelligere facile valueritis me illi coniunctum esse, qui sum vera vita.

Ioan. 6.

Indices Christum in Eucharistia præsentem declarantes experiuntur deuotè communicantes. Audiendus hic B. Laurentius Iustinianus de discipl. Monast. conuers. c. 19. *Pia etenim mens, inquit, tanti sponsi lætificata præsentia, venerando hoc mediante Sacramento, repletur gaudio, exultatione perfunditur, humilitate deijcitur, lumine irradiatur, pace satiatur, roboratur fide, deuotione saginatur, atq; indissolubili amoris vinculo Redemptori intetius copulatur, ex quo feruentior in dilectione, fortior in labore, promptior in opere, in tentatione prudentior, sollicitior in virtute, in administratione alacrior, necnon & in ipsius frequentatione efficitur ardentior.* Consonant quæ citatus Auctor habet de casto connubio cap. 22. *Quomodo non exultet anima, quæ se sentit dignam effectam Verbi præsentia? Si præcursor in vtero positus exultauit ad aduentum Verbi; quarè non magis sponsa in amplexibus sponsi? non ad insipientiam sibi exultat sponsa in cordis thalamo sponsum adesse cognoscens.*

B. Laurent. Iustin.

Idem.

S. Teresia, vt refert in eius vita Didacus Vyepes lib. 3. cap. 20. admirabiles diuinam Christi præsentiam effectus testantes in sacra communione percipiebat; sic enim hoc augustissimum Sacramentum in illius anima operabatur, vt quemadmodum splendidus Sol primos eiibrans radios tenebras fugat, nebulas dissoluit, ità ad Dominici corporis sumptionem Dæmonis tentamenta, mœrores, caligines, & pericula, quæ in perfectionis studio illi occurrebant, procul amandarentur, & tunc temporis in illa nihil; quod fœminam delinearet, remanebat, nisi illa sola fœminæ figura, quam olim corpori natura impressisset, quia totus eius animus, potentiæ, desideria, affectus, & omnia, quæ in ea erant, rapiebantur ad ipsam cum Deo coniungendam, & transformandam, vndè à sensibus alienabatur, & ipsius corpus cum animà à terra eleuatum, quasi & ipsum ab hoc mundano exilio egredi vellet.

In vita S. Teresiæ.

Alij non pauci modis stupendis, & singulari Dei dono Christum in Eucharistia præsentem dignoscebant. B. Franciscus Borgia non vulgari vitæ sanctimonia conspicuus præsentiam Domini nostri, vel absentiam in pyxide sub sacris accidentibus mirificè cognoscebat; factum enim est aliquandò, vt lampas ipsa ante tabernaculum arderet, ille verò Altaris Sacramentum ibi non adesse indubitanter asseuerabat; aliàs lumine deficiente, omnique alio signo, seriò, & constan-

In vita B. Francisci Borgiæ.

ter affirmabat ibi Eucharistiam delitescere. Asserti veritas re ipsa semper comprobabatur. Ita in gestis huius integerrimi viri posteritati traditis à P. Virgilio Cepario Societatis Iesu.

[In vita Hugonis Victorini] In vita Hugonis de S. Victore breuiter à D. Thoma Garzonio Canonicorum A Regularium Lateranensium Theologo descripta refertur, quòd in extremo senio, dum morti foret proximus, & infirmitatis stimulo summoperè grauatus, stomachi nauseam pateretur, sacratissimi corporis Dñi nostri communionem instãter, & feruenti deuotione petijt, quã cùm nonnulli parum sapienter consulerent ob nauseæ periculum fictè præparari, & simulatam hostiam à Sacerdote minimè consecratam ægroto offerrent, Spiritus Sancti illuminatione ipsam dignouit, & fortiter exclamauit, illud non esse corpus Domini Dei sui, cui verus, & Catholicus Christianus vnione Sacramentali iungeretur: cùmque tandem simulatione detecta Sacramentalis hostia deferretur, nec propter stomachi indignationem desumere posse tutò videretur, illud verbum deuotissi nu quodam necessitatis impulsu protulit; Ascendat filius ad patrem, & seruus ad Dominum suum.

[Cæsarius.] Ex eodem Cæsario hæc subijcio. *Contigit cuidam infantulo, sicut Fratres eius carnales Ludolphus, & Henricus Monachi nostri mihi narrauerunt, qui, cùm infirmaretur, Spiritu Sancto afflatus Christi corpus sibi dari petiuit, cùmque eum parentes compescerent, ille fortiter clamauit; date mihi corpus Domini. Delatum est verbum ad Sacerdotem, qui cùm diceret, non est secundum tali puero, qui non intelligit, quid sit dare corpus Domini, hostiam ei detulit non benedictam, quam cùm ei porrigere vellet, & diceret, ecce hic est corpus Domini, vt Dominus ex ore infantis perficeret laudes, & destrueret perfidiam multorum, qui de eodem Sacramento malè sentiunt, inspirauit puero, vt responderet. Quare me vultis decipere? non est corpus Domini, quod mihi offertis; ad quod verbum Sacerdos admirans sacram ei communionem detulit, quam ille deuotè satis suscepit.* Ità citatus Auctor.

[B. Thomas de Villanoua.] Quidam præterea Augustinianæ familiæ, ac Religionis, vt refert B. Thomas de Villanoua conc. 2. in festo corporis Chri, Frater Ioannes à S. Facũdo, qui eo tẽpore miro populi Salmanticensis studio, egregiaq; pietate, ob innumera, quę continenter ab eo edũtur miracula, colitur, licèt nondum in diuinorum canonem sit relatus. Is igitur cùm quotidianum Missæ sacrificium paulò prolixiùs perficeret, morareturq; in eo spa-

A tiosiùs, tædioq; proinde circumstantes affecti, id ægrè ferrent, factum est, vt à Prælato suo virtute obedientiæ Missam absoluere maturiùs præciperetur, de quo sæpiùs ab eodem, licet blandius, consilio præmonitus fuerat, cui frater prædictus, quia obedientiam præterire non poterat, omne secretum patefecit, dicens; Ignosce, obsecro, mi pater, nam aliud facere vtiq; non possum, vt qui quotidiè Dominum nostrum Iesum Christũ in hostia fulgentem istis oculis peccator inspicio; quibus dictis perterritus Prælatus solò prostratus de inflicta molestia veniam petijt, eiq; prout vellet, immorandi facultatem amplissimam de-B dit.

Geretinus Conuersus Aluastræ Monasterij apud Auctorem vitæ S. Birgittæ pro hostia puerulum vidit; Et idem contigit Vvedekindo Saxonum Duci apud Albertum Grantzium lib. 1. cap. 9. hist. Ecclesiasticæ.

B. Elisabeth Sconaugiensis lib. 2. vision. cap. 9. *In cæna Domini*, inquit, *ad Missam vidi omnia, quæ circa Altare gerebantur, & dum Sacerdos Canonem diceret, & calicem in conspectu Dei exultaret, vidi supra calicem Dominum Iesum, quasi in cruce pendentem, & de latere eius, & pedibus sanguis in calicem defluere videbatur.* [In vita B. Elisabeth Sconaugiensis.]

B. Catharinæ Senensi Christus in ve-C nerabili Eucharistia in figura infantis, & grandioris pueri, imò & fornacis apparuit, vt testatur Thomas Capuanus.

S. Hugo Episcopus Lincolniensis ex Monacho Carthusiano ergà sacrolanctã Eucharistiam tanta fuit deuotione, vt crebrò pius Dominus in forma speciosissimi pueruli illi sacrificium offerenti visibiliter apparere dignatus fuerit: cũ enim vno dierum, vt quotidiè solebat, Missam Hugo celebraret, quidam è Clericis, qui tum aderat, cui & cordis oculos Deus aperuerat, vidit inter castissimos Hugonis digitos speciosum forma præ filijs hominum in specie paruuli infantis, & suo Pontifici arridentis conti-D neri; erat verò idem puer permodicus, sed diuino quodam splendore, atque candore super Sole longè serenissimus. Rursum autem, vbi hostiam Præsul super calicem leuasset, vt frangeret, sub eadem, qua priùs, imagine natum de Virgine Iesum Dei filium felicibus oculis meruit contueri. Ità Surius in eius vita. Plura alia huius rei exẽpla apud probatos Auctores passim habentur. [Surius in vita S. Hugonis Episcop. Lincolniensis.]

En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.

NOTVLA V.

Chriſtus ad amoris noſtri igniculos accendendos, præſentiæ ſuæ indicia in ſacra menſa modò occultat, modò prodit.

IN cortice litteræ huius verſiculi, *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos*, morẽ amantis innui ſignificauimus, qui ludificationibus quibuſdam nunc ſe occultat, nunc auarè ſe intuendum concedit, nunc ſui copiam facit apertam, idque vt amoris flamma magis ſuccreſcat; tritum enim eſt illud Auguſtini lib. 10. de Trinit. quòd *amor plus ſentitur, quem prodit indigentia*, & Dido abſente, quem vnicè diligebat, Aenea, ità in eum vehementiori amore rapiebatur, vt de ea ſic cecinerit Maronis Muſa.

Amor plus ſẽtitur, quẽ prodit indigentia.

Virgil.

—— *Illum abſens abſentem auditq; videtq;*

quòd ſi cui ex profano Poeta deſumptum exemplum non placet, ex ſacris paginis in memoriam reuocet vxorem Tobiæ, in qua quantum inualebat dilectio in abſentem filium, teſtantur querulæ illæ voces, & gemitus. *Flebat igitur mater eius irremediabilibus lacrymis, atque dicebat: Heu me fili mi, vt quid te miſimus peregrinari, lumen oculorum noſtrorum, baculum ſenectutis noſtræ, ſolatium vitæ noſtræ ſpem*

Tob. 10. *poſteritatis noſtræ?* Similì amoris luſitatione vtitur Chriſtus cum anima pia, cui ſe ſub ſacris ſpeciebus communicat; interdũ enim ſub Sacramentaliũ accidentiũ velo omninò latitat, interdũ ex illis D veluti emergens, modis planè mirificis ſe adeſſe indicat, idque ad dilectionem in fideli anima magis, ac magis augendam. Sponſa igitur huius cæleſtis Epithalamij his verbis: *En ipſe ſtat &c.* hunc exprimere ſenſum videtur. Diuus amator meus ſub ſacris ſpeciebus aliquandò mihi prorſus deliteſcit, aliquandò pauca ſuæ præſentiæ lineamenta, plura quandoque demonſtrat, ità vt non diſſimilis appareat ſponſo nouello cum ſponſa colludenti, qui, vt in ea amorem excitet ardentiorem, retrò parietem ſe abdit,

A paulò poſt ad cancellos conuolans, & per exigua eorum foramina reſpiciens, maxima ſui parte latet, modò palam in feneſtris ſe diſcernendum exhibet. Huic expoſitioni fauet Auguſtinus lib. 13. cõfeſſ. cap. 15. *Aſcendit*, ſcilicet ſacer ſpõſus, *per retia carnis, & blanditus eſt, & inflammauit.* Sed luculentiùs Ambroſius ſermone 6. in pſal. 118. *Deindè, ait, tanquam laſciuienti ludens amore, quia vult pertentare ſenſus amantis, ſæpè egreſſus, vt quæreretur à ſponſa, ſæpè regreſſus, vt inuitaretur ad oſcula, adſtiterit poſt parietem, proſpexerit per feneſtras, eminens ſuper retia, vt non totus abeſſet, nec quaſi totus intraret, & ipſe ad ſe ſponſam vocaret,*

D. Auguſt.

Ambroſ.

B *vt venienti ad ſe inuicem fierent gratiora commercia, amoriſque vim mutuis adolerent ſermonibus.*

Pauerat Seruator noſter in loco campeſtri diſcipulos, atque turbam ingentem, aucta diuinitùs quinque panũ ſubſtantia: peracto prandio diſcipulos Bethſaidam versùs nauigationem ſumere iuſſit. *Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcẽdere nauim, vt præcederent eum trans fretum ad Bethſaidam, dum ipſe dimitteret populum. Et cùm dimiſiſſet eos, abijt in montem orare. Et cum ſerò eſſet, erat nauis in medio mari, & ipſe ſolus in terra. Et videns eos laborantes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) & circà quartam vi-*

C *giliam noctis venit ad eos ambulans ſupra mare, & volebat præterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantem ſupra mare, putauerunt phantaſma eſſe, & exclamauerunt. Omnes enim viderunt eum.* Marc. 6. historia hæc diſquirendi anſam dat, cur

Marc. 6.

poſt refectionem benigniſſimus Redemptor coegerit ſtatim à ſe diſcedere diſcipulos; cur illis obuius ſuper aquas inambulans non primo aſpectu ſe dignoſcendum præbuerit? cur illos præterire volebat? equidem ſicut diſcipuli alimonia illa paſti, fideles Euchariſtico reficiendos cibo præſignabant, ità cum his qua ratione acturus eſſet Dominus noſter, præadumbratum fuit; quòd nimirùm hic

D quandoque ſuam præſentiam prorſus ſub ſacris accidentibus obuelaturus foret, quandoq; verò illius notas non obſcuras manifeſtaturus ad morem amantis, qui quandoq; repentè recedit, & ex inopinato redit, quandoq; alieno habitu tegitur, & mox diſcooperitur, vt hac geſticulatione alliciat dilectam ad ardentiùs redamandum.

Pergentibus è cœtu diſcipulorũ duobus in Emmaunticum oppidum ſub peregrini forma, comitem ſe adiunxit Chriſtus rediuiuus: attingentes locum, vbi immorandi diſcipulorum erat animus,

vlte-

ulteriùs se velle progredi significabat Seruator, hospitio verò perhumaniter inuitatus ad mensam sedens panem benedictum, ac fractum dum eis distribuit, statim cognoscitur. *Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum.* Luc. 24. Panem illum fuisse à Christo consecratum pluribus adductis Patrum testimonijs probat Maldonatus in citatum caput Lucæ. O viuam argumenti, quod prosequimur hic, delineatam imaginem. Ecce enim Christus sacræ mensæ conuiuis modò occultus, modò recessum simulans, & tandem apertè cognitus.

Luc. 24.

Maldonat.

Christus sacræ mensæ cóuiuis modò occultus, modò apertè cognitus.

Festinda Magdalena sub mane ad Domini tumulum properauit; & ecce hic, qui iam à mortuis surrexerat, hortulani specie indutus, obuius ei factus est. *Hæc cùm dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem: & non sciebat, quia Iesus est. Dicit ei Iesus: Mulier quid ploras? quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei &c.* Sed quam ob rem ita abscondit tur clementissimus Iesus mulieri, à qua tanto studio exquiritur? Cur mœrentem non statim recreat suo hilari vultu? Nonnè hæc est illa Magdalena, quam adeò obsequiosam, adeò in passione fidelem est expertus? cur ergò non omni sublata mora, se illi detegit? O ingeniosum amorem: Amantissimus Dominus se tantisper Magdalenam celat, vt addita noua flammula in ea magis exæstuet dilectio; sed si sepulchrum Christi Altaris mensam repræsentat, D. Thoma interprete opusculo de eodem Sacramento, cuius verba excipe. *Hinc Maria Magdalena, & aliæ deuotæ mulieres portabant aromata, quæ quærebant corpus Domini. Lucæ 23. Sic vobis accessuris ad corpus Domini prælibanda est oratio is deuotio*; & consonat Beda citatus notula 1. ad versiculum, *Dum esset Rex*, cap. 1. Certè dum Christus non statim se patefacit Magdalenæ, vt amorem illius vehementiùs exacuat, qualis nobis futurus esset, indicare voluit, scilicet aliquandò omninò contectus sub sacris accidétibus, nullis suæ præsentiæ signis datis, interdum verò illis ineffabili modo exhibitis.

Ioan. 20.

D. Thomas

En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.

HAEC verba, vt suprà vidimus, Christum præsentem in Eucharistia indicant: quarè argumentum præbent disquirendi de aliquibus ad scholasticam Theologiam spectantibus. Sic ergò

PVNCTVM THEOLOGICVM

De Christo sub sacris speciebus existente.

DISQVISITIO I.

An totus Christus sit sub singulis speciebus Eucharisticis.

VARIOS hæreticorum errores hac in re breuiter recenset Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 51. sect. 1. in principio, qui omnes ex dicendis infrà efficaciter refelluntur. Suarez.

Dico, totam substantiam Christi, hoc est, totum constitutum ex supposito diuini Verbi, & humana natura esse sub speciebus panis, & sub speciebus vini. Hæc conclusio est certa de fide. Probatur primò ex illo Io. 6. *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi*; dicitur, *panis viuus*, quia caro Christi in Eucharistia non datur mortua, sed viua; dicitur descendisse de cælo, ob suppositum diuinū; similiter eodem cap. *qui manducat me, viuet propter me*; perpende ly, *me*, quod dicit totum Christum, scilicet constitutū ex natura humana, & supposito diuini Verbi; & perpende ly, *viuet propter me*, nam virtus viuificatiua spiritualiter, quā exercet Christus in Eucharistia, non illam exercet per naturam humanam præcisè, sed vt vnitam Verbo diuino; ergò benè colligitur ex citatis verbis Ioannis in Eucharistia esse humanam Christi naturam vnitam Verbo diuino. Probatur secundò ex Concilio Constantiensi sess. 13. Florentino in decreto Eugenij IV. Tridentino sess. 13. can. 1. & 3. & sess. 21. cap. 4. & can. 3. Cohærent cap. *Qui manducat*, cap. *Singuli*, cap. *Vbi pars* de consecratione dist. 1. Probatur tertiò ex vnanimi Patrū consensu ab ipsis Apostolis emanato, & ab Ecclesia recepto, quorū Patrum dicta videri possunt apud Vasquez tom. 3. in 3. p. disp. 185. cap. 1. Probatur quartò ratione, quia licèt non omnia, ex quibus Christus constituitur, sed tantùm eius corpus, & sanguis in hoc Sacra-

Conclusio. Tota substantia Xp̄i est sub speciebus panis, & vini. Ioan. 6.

Conc. Constantien. Florentin. Trident.

Vasquez.

Sacrameoto ponantur ex vi verborum, A corpus quidem sub speciebus panis ex vi horum verborum, *Hoc est corpus meum*; sanguis verò sub specirbus vini ex vi horum verborum, *Hic est sanguis meus*, de qua re agemus infra in explicatione versiculi, *Mel, & lac sub lingua tuâ*, cap. 4. cùm tameu Christi corpus habeat naturalem connexionem cum anima rationali, & cum sanguine, & hypostaticam vnionem cum supposito Verbi, ratione huiusmodi connrxiouis, omnia, quibus Christus constituitur, debent poni in hoc Sacramento, & per consrquens totus Christus est in eodem Sacramento, alloquin, si Christi corpus esset in Eucharistia sine anima, esset ibi mortuum, B si non haberet sanguinem adiunctum, carerer aliquo requisito ad suam integritatem, & perfectionem; uam licèt sanguis noo vniatur physicè corpori Christi, nec iuformetur animæ rationali iuxtà senteutlam multorum Philosophorū, quam ego puto veram, nihilominùs est pars hominis, quæ vnà cum carne componit intrinsecè vnam humauitatem; & sanguis necessarius est ad operationes vitales naturæ humanæ; quarè iuxta statum counaturalem caro postulat esse in homine viuo cum sanguine. Denique si esset absque vnione hypostatica cū Verbo, non posset hoc Sacramentum habere vim viuificandi spiritualiter homines; C haoc enim habet caro Christi ex vnioue ad Verbum. Sed

Obiectio. Dices: Verbum diuinum est vnitum cum humanitate Christi, & tamen non vbicunque est Verbum, est etiam humanitas Christi, ergò vnio inter Christi corpus, & reliquas totius Christi partes nō sufficit, vt in Sacramento, vbi est Christi corpus, sint reliqua omnia, ex quibus Christus constituitur.

Responsio. Respondeo uegando consequeutiam, & assigno rationem discrimiuis, quia quandò duo sunt counexa, vt se mutuò perficieutia, vel quorum vnum pertinet ad perfectionem alterius, & è contrà, D vbicunque est vnum, ibi ratione talis cōnexionis debet etiam esse alterum, quia vtrunque naturaliter exigit consortium alteriùs; cùm igitur partes humauitatis Christi ità sint connexæ, vel vnitæ inter se, vt vua pertiueat ad integritatem, & perfectiouem alteriùs, & è cootra ideò vbi est vna, debet etiam esse altera; contra verò, licèt, vbicunque est humanitas Christi, debeat esse vnita Verbo, quia per Verbum perficitur, & huiusmodi perfectionē exigit, supposito quòd Deus velit eandem humanitatem conseruare absque propria subsistentia, non tamen vbicunque est Verbum, debet etiam esse Christi humanitas, quia Verbum non perficitur per humanitatem, neque humaoitas pertinet ad Verbi perfectionē. Aliter prædictæ obiectioni conatur satisfacere Cardinalis de Lugo de Sacramento Eucharistiæ disp. 8 sect. 1. vbi plura ad hanc rem spectantia affert, quæ apud ipsum videri poterunt. Cardin. de Lugo.

DISQVISITIO II.

An Christus in Eucharistia sit cum quantitate, & cæteris suis accidentibus.

IN hac quæstione variæ sunt opiniones circa quātitatem Christi in Eucharistia, quæ videri possunt apud Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 51. sect. 2. Suarez.

Notandū breuiter, accidentia Christi esse in duplici differentia; quædam dici possuut nou localia, seu absoluta, & iodependentia à loco, eo quòd à loco uon peodeant, neq; à motu locali, cuiusmodi sunt illa omnia, quæ eadem numero possunt trausferri de vno loco in alium, vt sunt qualitates, quaotitas &c. alia verò suot accidentia localia, quæ pendent à loco, vt determinato, vt est motus localis, situs, propinquitas, distautia, & alia huiusmodi, si quæ sunt, quę nō possint transferri de loco iu locū.

Dico primò, corpus Christi esse in Sacramento Eucharistiæ cum tota sua quātitate, cæterisque accideutibus nou localibus, siue absolutis, & à loco iudependentibus, quæ in se habet existens in cælo. Est communis sententia, & deducitur primò ex Trideutino sess. 13 cap. 3. affirmante totum, atque integrum Christum esse sub quauis specie vi naturalis connexionis, qua partes Christi copulantur inter se, sed nou minùs copulantur cum Christo partes accideutales, quàm substantiales. 1. Cōclusio Corp. Xp̄i est in Sacramento Euchar. stię cū tota sua quātitate, cæterisque accidentibus. Trident.

Confirmatur, quia corpus humanum non potest naturaliter existere sine quātitate, cæterisque accidentibus ad humanum temperamentum, & orgauizatiouem concurrentibus; nam nec forma nàturaliter informat, nec materia informatur, nisi præuia dispositione, & temperameoto uaturaliter requisito, sed corpus Christi existit hic cum suis naturalibus dispositionibus, & accidentibus, alioquin nimis imperfectè, & monstruosè existeret.

Dices:

Obiectio. Dices: saluatur integrum significatū corporis in sola integritate partium substantialium, ergò saluatur integritas corporis humani sine quantitate, cæterisque accidentibus.

Responsio. Respondeo saluari integrum significatum corporis in sola integritate partium substantialium, quia tunc nequit integrū corpus realiter consistere sine integritate accidentalium dispositionum simul cum integritate substantiali, fit vi realis connexionis etiam integritas accidentalis, quia ex Concilio fit corpus cum omnibus suis partibus, cum quibus realiter connectitur, & à quibus naturaliter pendet. Ex hac conclusione

Christus in Sacramēto Eucharistiæ habet omnia accidētia spectantia ad ipsius naturalē, & debitā perfectionem, quæq; habet in cælo. Collige, Christum in Sacramento Eucharistiæ habere omnia accidentia, quæ spectant ad ipsius connaturalem, & debitam perfectionem, quæq; habet in cælo; nomine autem perfectionis connaturalis comprehenduntur ea, quæ illi conueniunt non solùm ratione humanæ naturæ secundùm se consideratæ, sed etiam ratione beatitudinis, & ratione vnionis hypostaticæ cū Verbo; ac proindè Christus in Sacramento Eucharistiæ habet omnia illa accidentia tàm corporalia, tam naturalia, quàm supernaturalia, quæ habet in cælo, nempè independenter à loco; & inter alia nemini dubium esse debet, quòd habeat signa, seu cicatrices vulnerum.

2. Cōclusio Christus in Sacramēto Eucharistiæ non habet accidentia localia, quę habet in cęlo. Dico secundò, Christum in Eucharistiæ Sacramento non habere accidentia localia, quæ habet in cælo. Probatur, quia accidentia localia, quæ Christus habet in cælo, sunt accidentia immobilia, & constituuntur in suo esse per actualem respectum, seu habitudinem ad talem locum, vt talis est, & ideò extrà talem locum reperiri non possunt, neq; sunt capacia existentiæ in alio loco.

3. Cōclusio Corpus Christi in Eucharistia est quantū, & extensū in ordine ad se, non autē in ordine ad locum. Dico tertiò, corpus Christi in Sacramento esse quantum, & extensum in ordine ad se, non autem in ordine ad locum. Fundamentum, quia implicat formam inhærere subiecto, & non conferre illi suum effectum formalem, sed quantitas inhæret corpori Christi existenti in Sacramento, vt probatum est in prima conclusione, ergò confert illi effectū suum formalem; atqui formalis effectus quantitatis est reddere subiectum quantum, & extensum in ordine ad se, non autem in ordine ad locum; maior patet, quia effectus formalis est ipsa forma inhærens subiecto, ergò implicat formam inhærere subiecto, & nō cōferre illi effectum formalem, sicut agens agere, & effectum non producere; & vniuersaliter causam causare, & causatum non causa-

A ri, cuius ratio est, quia causalitas, & causatum sunt idem realiter, ergò implicat esse vnum sine alio. Minor sublumpta, scilicet quòd effectus formalis quantitatis sit reddere subiectum quantum, & extensum in ordine ad se, non autem in ordine ad locum, in qua præcipua controuersia versatur; probatur diuersimodè ab aliquibus, quorum probationes, vtpotè non efficaces omitto; probatur verò communiter distinguendo duplicē extensionem in quantitate, alteram in ordine ad totum, alteram in ordine ad locum: prior consistit in continuatione, & extraneitate partium in se, vt vna immediatè continuetur vni, & mediatè cæ-

B teris; caput enim immediatè continuatur collo, eoq; mediante pectori, cæterisque corporis partibus: posterior in situatione, & extensione partium in ordine ad spatium, vt vna pars corporis respōdeat vni, alia alteri parti spatij: prior est essentialis, & inseparabilis à quantitate, & in eodem prædicamento cum quantitate: posterior accidentalis, & separabilis, & in prædicamento situs; illa est principium, & radix huius; hæc effectus, & passio illius, modaliter tamen distincta: quo fit, vt possit illa esse sine hac, non autem hæc sine illa; potuit igi-

C tur à quantitate corporis Christi separari posterior, manente priori, & consequenter manere effectus formalis prioris extensionis absque effectu formali posterioris extensionis, & hoc est, quod communiter dicitur, Christum figuram organicam, quam habet in cælo, habere etiam in Eucharistia, non autem figuram situalem. Est autem figura organica talis vnio talium partium inter se, ratione cuius inter istam, & illam partem mediant plures, vel pauciores, & ratione cuius pupilla oculi v.g. licèt in Eucharistia non occupet spatium rotundum, taliter tamen habet partes vnitas, & dispositas inter se, vt exigat talem positionem in ordine ad locum, scilicet extensionem

D localem circularem; nam licèt omnes partes Christi correspōdeant eidem spatio, non tamen vniuntur omnes immediatè inter se, sed manus vnitur cum brachio, non cum capite, & caput cum collo, & non pede. Figura verò situalis est talis dispositio partium in ordine ad locum, qua scilicet caput est sursum, pedes verò deorsùm, manus ad latera, & sic de alijs.

Hæc doctrina, quæ aptissima est ad hoc mysterium explicandum, confirmatur, & primò, non minùs de ratione quantitatis est reddere subiectum impenetrabile cum alio corpore, quàm loco

exten-

extensum, sed potest priuari quantitas impenetrabilitate, vt constat de Christo, qui ingressus est ad discipulos ianuis clausis, ergò &c. Secundò potest Deus tollere omnem correspondentiam ad tēpus à partibus motus qualitatis, ergò & omnem correspondentiā ad locum à partibus quantitatis. Consequentia probatur, quia ita se habet extensio partium motus ad tempus, sicut extensio partiū quantitatis ad locum, ergò si potest tolli vna, potest tolli & altera. Antecedens constat, nam potest Deus in instanti reproducere omnes partes caloris, quas ignis producit in tempore, ergò potest tollere à partibus motus caloris omnem correspondentiam ad tempus. Tertiò potest variari extensio in loco, inuariata extensione in toto, ergò vna distinguitur ab alia; antecedens probatur, quia quandò sto, vel sedeo, variatur in corpore extensio in loco, inuariata extensione in toto, nam manet eadem vnio, & continuatio capitis cum collo, colli cum pectore, pectoris cum ventre, cæterisque membris, variata tamen figura, & situatione partium ad locum. Quartò potest substantia indiuisibilis eo extendi spatio diuisibili, ergò & substantia diuisibilis spatio indiuisibili. Quintò à priori, quodlibet ens priùs natura constituitur in se, quàm per respectum ad extrinsecum, cùm omnis respectus ad extrinsecum supponat rem constitutam in se, sed situatio partium in loco est quid extrinsecum supponens continuationem partium in se, ergò potest separari absque destructione prioris.

1. Obiectio. Obijcies primò, nequit corpus maius commensurari minori, nisi eius partes penetrentur, vel addensentur, ergò nequit corpus Christi commensurari hostiæ, nisi eius partes penetrentur, vel addensentur.

Responsio. Respondeo, distinguo duplicem commensurationem, alteram per adæquationem situalem partis ad partem, & totius ad totum, & hæc esse non potest, nisi inter æqualia, & extensa localia; alteram per simplicem præsentiam vnius ad aliud, & hæc potest esse etiam inter inæqualia, & inextensa localia per ablationem extensionis localis, sic corpus Christi inæquale hostiæ quoad extensionem partium in toto, æquatur illi per simplicem dumtaxat præsentiam.

2. Obiectio. Obijcies secundò, repugnat esse quātitatem sine figura, sed figura concipi nequit sine ordine partium in loco, ergò repugnat esse quantitatem sine extensione partium in loco.

Responsio. Respondeo duplicem esse figuram, alteram, quæ consurgit ex diuersa situatione partium in loco, vt figura stantis, sedentis, crucifixi, & quæcunque acquiri, vel deperdi motu locali; alteram, quæ consurgit ex constitutione partium in toto, vt figura sphærica in oculo, cuius partes à centro ad circumferētiam semper æquè distant, siue situetur in loco, siue non, neque variatur per solum motum localem, & hæc est de essentia quātitatis, quam habet corpus Christi etiam Sacramentaliter existens, non autem prior.

3. Obiectio. Obijcies tertiò, sublata extensione ad locum tollitur densitas, & raritas, quæ concipi nequit sine ordine partium in loco, inuariato enim ordine partium in toto, variato tantùm ordine partium in loco, corpus ex denso fit rarum, & ex raro densum, ergò careret corpus Christi in hoc Sacramento densitate, & raritate sibi debita.

Responsio. Respondeo distinguendam esse duplicem densitatem, & raritatem, alterā organicam consistentem in vnione plurium, vel pauciorum partium substantiæ sub parua, vel magna quantitate cum certo temperamento primarum qualitatum; alteram situalem consistentem in vnione plurium, vel pauciorum partium quantitatis sub parua, vel magna extensione locali; vt enim plures, paucioresuè partes substantiæ sub parua, aut magna quantitate faciunt densitatem, aut raritatem organicam, ità plures, paucioresuè partes quantitatis sub parua, aut magna extensione locali faciunt densitatē, aut raritatem situalem; prior densitas, & raritas non variatur ad variationem extensionis localis, sed tantùm posterior, quia licèt addensetur caro occupando minorem locum, vel rarefiat os maius spatium acquirendo, semper conseruatur eadem figura organica, quia nec per deperditionem maioris extensionis localis vniuntur plures partes substantiæ sub maiori quantitate carnis, nec per acquisitionem maioris extensionis localis fiunt pauciores partes substantiæ sub minori quantitate ossis.

Instantia. Dices, ergò posset corpus Christi fieri in hoc Sacramento per condensationem partium quantitatiuarum sub minori, & minori extensione locali, absq; condensatione partium substantialium sub minori, & minori quantitate, & consequēter sine deperditione dēsitatis, & raritatis organicæ, quod supra negatum est.

Solutio. Respondeo, nego consequentiā, quia licèt non varietur densitas, vel raritas substantialis consurgens ex vnione plurium, pauciorumuè partium substantiæ sub

sub pauciotibus, plutibusque partibus quantitatis, variaretur tamen eadem densitas, vel raritas substantialis, quoad naturalem exigentiam maioris, vel minoris extensionis localis, quia sicut per condensationem fit exigentia minoris, ita per rarefactionem fit exigentia maioris extensionis localis, & consequenter non foret corpus cum ea exigentia naturali localis extensionis, cum qua est in cælo.

4. Obiectio. Obijcies quartò, non potest intelligi quantitas sine distantia partium; vbi autem est distantia partium, motus localis esse potest, ergò à capite ad pedes Christi Sacramentaliter existentis potest esse motus localis, sed hic nequit etiam sine extensione partium in loco.

Responsio. Respondeo concedendam esse maiorē de distantia entitatiua, & integrali, secundùm quam vna pars est extra aliam in ordine ad se; negandam de situali, secundùm quam vna pars fit extrà aliam in ordine ad locum; motus verò localis fieri potest solùm suprà distantiam situalē, cum essentialiter sit successiua acquisitio spatij.

5. Obiectio. Obijcies quintò, sequeretur caput, & pedes distare, & nō distare inter se; distaret, quia vnū est extrà aliud in ordine ad se; non distaret, quia ambo responderent eidem puncto indiuisibili specierum.

Responsio. Respondeo concedendo partes corporis Christi non distare situ, & loco, quia omnes responderent eidem loco; distare tamen entitatiuè, & in ordine ad se, quia vna non est intrà, sed extrà aliā, vt membra corporis humani non distant ab anima, cui omnia vniuntur, distant tamen inter se, quia vnū est extra aliud.

6. Obiectio. Obijcies sextò, implicat motum non mensurari tempori, cui coexistit, ergò & quantitatem loco, cui correspondet; sed corpus Christi correspondet speciebus, ergò implicat illis non commensurari; atqui commensuratio fieri nequit sine extensione partium in loco.

Responsio. Respondeo negando consequentiam, quādò motus inuoluit essentialiter correspondentiam ad tempus, est enim successiua correspondentia partium, quæ fiunt ad tempus, cui correspondet. At quantitas non est essentialiter extensio ad locum; vndè retorqueo argumentum, nam sicut possunt partes, quæ substant motui, separari ab omni correspondentia ad tempus, & fieri in instanti, ità partes, quæ subsunt extensioni locali, separati ab omni correspondentia ad locum, & constitui in puncto, licèt nequeat ipsa localis extensio, quæ essentialiter est correspondentia diuersarum partiū quantitatis ad diuersas partes loci, fieri in puncto.

7. Obiectio. Obijcies septimò, sequeretur continuum posse diuidi in omnem sui partem, quia cùm omnes corporis partes sint sub quolibet puncto specierum, posset Deus illas diuidere per illud punctum; sed nō est maior ratio, cur potiùs vnam diuideret, quàm aliam, ergò omnes.

Responsio. Respondeo negando sequelam, quia diuisio supponit situationem partium, vndè ad diuisionem hostiæ non diuiditur Christi corpus, quia non est situaliter in illa.

8. Obiectio. Obijcies octauò, omne quantum est longum, aut latum, aut profundum, sed hæc intelligi nequeunt sine locali extensione.

Responsio. Respondeo concedendo quantum essentialiter esse aut longum, aut latum, aut profundum in ordine ad se, non autem in ordine ad locum.

Dubium. Sed quæres, vtrùm partes corporis Christi existentis in Eucharistia inter se penetrentur?

Solutio. Respondeo aliquos per penetrationē partium saluare corpus Christi esse quātum in Eucharistia, & ideò non occupare locum, cui opinioni fauet Ioannes Cardinalis de Lugo de Eucharistia disp. 8. sect. 2. num. 36. dicens: *Nam figura organica est talis vnio partium inter se, ratione cuius exigit talem positionem in ordine ad locum: ex eo enim, quòd partes pupillæ v. g. taliter inter se vniuntur, exigunt talem positionem in spatio rotundo cum tali distantia partium à centro, &c. quam exigentiam, & rotunditatem organicam habet pupilla in Eucharistia; non tamen habet ibi rotunditatem, & figuram situalem, quia non occupat ibi spatium rotundum, sed omnes partes pupillæ penetrantur inter se.* (Cardin. de Lugo.)

Hæc opinio non videtur satisfacere, quia non possent omnes partes corporis redigi, nisi sub certa quantitate, at corpus Christi existit sub qualibet minima quantitate specierum, tum quia hæc opinio non solùm tollit positionem partium in loco, sed etiam in toto, quia ponendo vnam partem intra aliam tollit continuationem, & extraneitatem vnius ab alio, & consequenter figuram, & organizationem ex tali positione consurgentem.

Obiectio. Dices, si duo corpora se penetrent, non amittunt extensionem partium in toto, ergò nec si duæ partes eiusdem corporis se inuicem penetrabunt.

Responsio. Respondeo negando consequentiam, quoniam extensio partium in toto formaliter consistit in continuatione partium,

tium, quibus ipſum corpus integratur; quam continuationem non amittunt corpora per mutuam penetrationem, ſicut amittunt per mutuam penetrationē partium, quibus corpora ipſa integrantur. Ex dictis præcipuè in ſecunda concluſione

Chriſtus vt exiſtēs ſub vna hoſtia non habet motum localem, quo mouetur, vel eleuatur vt contentus ſub alia hoſtia, vel eius parte.

. Collige, Chriſtum vt exiſtentem ſub vna hoſtia non habere motum localem, quo mouetur, vel eleuatur, vt contentus ſub alia hoſtia, vel eius parte, neq; habere continentiam paſſiuam, vel præſentiam Sacramentalem, qua continetur ſub alia hoſtia, vel eius parte, quæ præſentia Sacramentalis, ſiuè connexio corporis Chriſti cum accidentibus, licèt ſit mobilis de vno loco in alium, ad motum ipſorum accidentium; ſine his tamen transferri non poteſt in alium locum; cùmq; vna hoſtia non ſit intra aliā, neq; pars vnius hoſtiæ intrā aliam partem eiuſdem hoſtiæ, non poteſt Chriſtus habere Sacramentalem præſentiam in vna hoſtia, quam habet in alia parte eiuſdem.

B

DISQVISITIO III.

An totus Chriſtus ſit ſub quauis parte ſpecierum Sacramētalium etiam antè fractionem, ſeu diuiſionē ſpecierum.

Poſt diuiſionē ſpecierū totus Chriſtus eſt ſub quauis parte diuiſa, modò sēſibilis ſit, & eſt de fide.

Conc. Florenc. Trident. Luc. 22.

CERTVM eſt de fide poſt diuiſionem, ſeu fractionem ſpecierum totū Chriſtum eſſe ſub quauis parte fracta, modò ſenſibilis ſit. Conſtat ex Florentino in decreto de Euchariſtia, & Tridentino ſeſſ. 13. can. 3. & ex facto Chriſti, qui conſecrato calice, Lucæ 22. dedit diſcipulis ſuis dicens, *Accipite, & diuidite inter vos.* quod factum neceſſariò ſupponit in ſingulis ſpeciebus ſeparatis fuiſſe totum Chriſtum, alioqui ſinguli partem calicis ſumentes non ſumpſiſſent totum Chriſtum. Hoc fuiſſe præſignatū docet cap. *Vbi pars* de conſecratione diſt. 2. in manna, quod erat figura Euchariſtiæ, de quo refert ſcriptura, quod qui plus collegerat, non habuit amplius, nec qui parauerat minus, reperit minus; immò, vt notat Cardinalis de Lugo de Sacramento Euchariſtiæ diſp. 8. ſect. 3. ſemen coriandri, cuius ſimilitudinem præſeferebat manna (habetur apud Philonem

D

Cardin. de Lugo.

Philo.

A allegor. rerum poſt medium) quamuis in minutas partes diuiſum ſeminetur, tantundem excreſcit de qualibet particula, quantum de integro grano. Quod ergò hic in controuerſiam vocatur, eſt, an ſit totus Chriſtus ſub ſingulis partibus ſpecierum ante diuiſionem.

Altiſiodor. Alenſ.

Prima opinio, quæ tribuitur Altiſiodorenſi lib. 4. tract. 5. cap. 4. & alijs apud Alenſem in 4. qu. 10. num. 7. art. 3. §. 5. affirmat ita Chriſtum eſſe ſub tota hoſtia conſecrata, quòd ſub nulla parte ſit per ſe. Fundatur, quia intentio Sacerdotis eſt ad conſecrandam totam hoſtiam, & non aliquam partem per ſe; afferunt ſimilitudinem ſpeculi, in quo ante fractionem vna tantùm imago repræſentatur, poſt verò fractionē illius multiplicantur in ſingulis partibus fractis imagines; ità ante diuiſionem hoſtiæ aſſerunt ſemel eſſe totum Chriſtum, licèt poſt diuiſionem multiplicetur in ſingulis partibus diuiſis. Dixi, *tribuitur*, nam Altiſiodorenſem, & Albert. cui etiam ab aliquibus dicta ſententia tribuitur, Vaſquez tom. 3. in 3. p. diſp. 188. cap. 2. vendicat à tali exiſtimatione, quia apertè non dixerunt totum Chriſtum non eſſe ſub ſingulis partibus, ſed non eſſe in illis ante ſeparationem per plures præſentias, ſed per vnam.

Vaſquez.

Alenſ. Gabriel. Argent.

C Secunda opinio eſt Alenſis in fine §. citati, Gabriel. lect. 80. in Canon. Miſſæ littera T. Argent. in 4. diſt. 10. qu. 1. art. 3. concluſ. 2. ad 2. affirmantium eſſe quidem totum Chriſtum in quolibet minimo naturali ſpecierum, ſub quo ſubſtantia panis conſeruaretur, non autem in minore minimo, ſub quo panis ſubſtantia non conſeruatur. Rationem, in qua fundatur hæc ſententia, affert, & diluit Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 52. ſect. 2.

Suarez.

Tertia opinio eſt communis affirmans totum Chriſtum eſſe ſub quauis parte ſpecierum, etiam minore minima naturali. Auctores afferunt Suarez loc. cit. & Vaſquez tom. 3. in 3. p. diſp. 188.

Vaſquez.

Concluſio. Ante diuiſionem ſpecierū totus Chriſtus eſt ſub quauis parte ſpeciei Sacramentalis etiam ſub minore minimo naturali.

Trident.

D Dico, ante diuiſionem ſpecierum ſacratarum totum Chriſtum eſſe ſub quauis parte ſpeciei Sacramentalis etiam ſub minore minimo naturali. Prima pars concluſionis deducitur ex Trident. cit. docet enim in ſingulis partibus poſt diuiſionem eſſe totum Chriſtum, ergò etiā antè; conſequentia probatur, quoniam ſola diuiſio cùm fiat virtute naturali, non conſtituit Chriſtum, vbi anteà non erat, alioquin ſine noua conſecratione ſola virtute naturali Chriſtus fieret Sacramentaliter præſens, vbi anteà non erat; vndè id, quod Concilium can. 3. dixit, totum Chriſtum eſſe ſub ſingulis partibus ſepa-

separatione facta, cap. 3. absolutè dixerat totum Christum esse sub quauis panis, & vini speciei parte. Et quidem, quòd ante diuisionem sit totus Christus in singulis partibus, etiam ratione probari potest, ex doctrina Vasquez citata disp. cap. 3. num. 20. nam si in singulis partibus antè diuisionem non esset totus Christus, ergò vel pars, vel nihil Christi esset in singulis partibus. Nō potest dici, quòd nihil Christi sit in illis, alioqui cùm totum componatur ex partibus, si nihil Christi est in singulis partibus specierū, etiam in toto specierum nihil Christi esset. Si pars Christi corporis esset in parte specierum, aut eadem pars corporis Christi, v. g. caput responderet singulis partibus specierum, & sic sola pars corporis Christi, v. g. caput esset sub tota quantitate specierum, quia nequit plus esse sub toto, quàm sub singulis partibus collectiuè sumptis, aut vna pars corporis responderet vni, altera alteri parti specierum, & sic totus Christus esset situaliter, & circumscriptiuè, vel per condensationem partium corporis, vel per rarefactionem in hostia maiore, vtrumque autem tollit debitam dispositionem à corpore, estq; contra canon. de consecrat. dist. 2. cap. *Singuli*; & cap. *Vbi pars*, in quibus decretis traditur ibi esse totū Christum, vbi pars corporis Christi est, cuius rei optima est ratio, quam assignat S. Doctor, scilicet, quòd cùm conuersio fiat ex pane, & vino, quæ sunt substantiæ homogeneæ, non potiùs vna earum para postulat conuerti in vnam, quàm in aliā partem corporis, vel sanguinis Christi, igitur conformius est substātiæ homogeneæ, vt tota conuertatur in totum, & singulæ eius partes in totum Christi corpus, ac proindè ex vi talis conuersionis Christi corpus succedit totum toti, & singulis partibus substantiæ conuersæ. Secunda pars conclusionis, scilicet, quòd totus Christus ante diuisionem sit sub qualibet parte minore minimo naturali; probatur, quia sub ijs partibus est totus Christus, sub quibus fuit substantia panis, sed antè diuisionem sub qualibet parte minore minimo naturali fuit substantia panis, ergò &c. maior constat, quia quælibet pars panis conuertitur in totum Christum; minor probatur, quoniam antè diuisionem cuilibet parti quantitatis respōdet aliqua pars substantiæ; alioqui aliqua pars quantitatis esset sine proprio subiecto, & substantia ipsa non esset continuata; esto ergò, quòd dentur minima naturalia panis, & vini, sub quibus eorum substantia conseruari possit, sub minore non possit, ex hoc ad summum sequeretur, Christum non esse in partibus minoribus minimo seiunctis è continuo; non autem in partibus minoribus minimo cōiunctis continuo. Confirmari potest simili discursu ex doctrina Vasquez, quo nuper probauimus primam partem conclusionis. Sed

Vasquez. — D.Thom.

Dices ex prædicta conclusione sequi, quòd Christus sit infinitiès in hostia, quia infinitæ sunt partes, in quibus actu est totus.

Obiectio.

Respondet S. Thomas 3. p. quæst. 76. art. 3. ad 1. & in 4. dist. 10. quæst. 1. art. 3. quæstiunc. 3. ad 1. negando dictam consequentiam; nam nec anima rationalis dicitur esse infinitiès in forma, quàm in corpore. Ratio, quia sicut quantitas est vna per continuationem, ita & præsentia corporis Christi; dici tamen potest infinitiès in potentia, semel tantùm in actu, & sicut partes specierum communiter dicuntur infinitæ solùm synchategorematicè, sic etiam de partibus illius præsentiæ Christi dicendum est, cùm omninò commensurentur partibus spatij, & possunt dici plures præsentiæ partiales, & vna totalis, vndè in aliquo sensu Christus est semel in illo spatio, non itá, vt non sit totus in singulis partibus spatij, sed itá vt non sit per plures præsentias totalas, sed per plures partiales, atque ideò est semel totaliter, sed pluriès partialiter, non partialitate corporis, sed partialitate præsentiæ. Itá explicat Cardinalis de Lugo de Sacramento Eucharistiæ disp. 8. sect. 3. nu. 48. apud quem plura de hac re videri possunt.

Responsio. D.Thom. — Cardin. de Lugo.

Superest, vt respondeamus rationi, cui innititur prima opinio. Quarè esto quòd explicita intentio Sacerdotis non sit ad ponendum Christum in aliqua parte per se, hoc tamen sequitur ex intentione, quam habet ponendi Christum in tota hostia, in qua cùm ex vi consecrationis ponatur indiuisibiliter, ex vi talis intentionis necessariò ponitur totus sub qualibet parte per se.

Ad exemplum de speculo disparitas est, quia per fractionem fiunt nouæ productiones specierum in diuersis partibus speculi fracti, & consequenter nouæ reflexiones specierum ad oculum repræsentantur obiectum in diuersis partibus speculi fracti, at per fractionem hostiæ non fit noua productio præsentiæ corporis Christi in diuersis partibus hostiæ fractæ, quia hæc non producitur nisi ad prolationem verborum Sacramentaliū, ergò si ante fractionem non erat totus Christus in singulis partibus hostiæ, non poterit in ijs fieri ex vi fractionis.

DISQVISITIO IV.

An corpus Christi sit sub indiuisibilibus, & punctis specierum.

Capreol.

Sententiam affirmatiuam docent Capreolus in 4. dist. 10. quæst. 4. art. 3. ad 2. contrà primã conclusionem Scoti dist. 10. qu. 1. art. 3. §. *Tertiò arguitur*; & disp. 49. qu. 4. ar. 63. ad argumenta Durandi, Suarez disp. 52. sect. 3. Nugnus qu. 76. §. *His suppositis*, Albertin. tom. 3. in prædicam. Vbi coroll. 1. dub. 5. Fundamentũ, quia Christi præsentia est continua in hoc Sacramento, non secùs ac præsentia animæ in corpore, & Angeli in loco; non autem foret continua, si non corresponderet omnibus indiuisibilibus specierũ; interrumperetur enim per infinita indiuisibilia continuatiua, quia sequeretur illã fore diuisam in omnem sui partem, quod implicat. Confirmatur, non potest duratio Angeli esse continua, nisi correspondeat omnibus partibus, & momentis temporis, cui coexistit, ergò nec præsentia Christi, nisi correspondeat omnibus etiam indiuisibilibus specierum, quibus est præsens. Præterea, non magis repugnat totum Christum esse in spatio indiuisibili, quàm in spatio diuisibili exiguo, ergò cùm necesse sit concedere hoc secũdum, non est cur negetur primum; tandem quia si solum esset in spatio diuisibili, ergò si contingat hostiam diuidi per dimidium illius spatij, vel diuidetur Christus, vel incipiet esse totus in singulis partibus, vbi anteà non erat totus.

Suarez. Nugn. Albertin.

Sententiam verò negatiuam tuentur Scotus in 4. dist. 10. quæst. 9. §. *Hic dicitur*, Maior qu. 2. in fine, Richardus art. 6. qu. 2. Vasquez disp. 188. cap. 4. Probat primò Vasquez, quia sub indiuisibilibus specierum non erat substantia panis, & vini, ergò nec corpus, & sanguis Christi, quæ succedunt loco substantiæ. Antecedens probat, quia indiuisibile panis non est panis; alioqui posset Sacerdos solùm panis superficiem consecrare, & illam demõstrare posset pronomen *hoc*. Secundò sequeretur ad diuisionem specierum Christum de nouo fieri sub indiuisibilibus terminatiuis, quæ ex diuisione resultant, in ijsque desineret, cùm iterum species continuantur, & sub alio indiuisibili cõtinuatiuo ex vnione specierũ resultante de nouo fieri, quia sub eodem indiuisibili continuatiuo esset Christus, & substantia vini simul, vt si cum vino consecrato misceatur non consecratum, in superficie continente consecratum cum non consecrato, erit Christus cum substantia vini simul; cùm enim vna sit vtriusq; superficies, simul in ea erit Christus; quatenùs superficies est consecrati, & substantia vini, quatenùs superficies est non consecrati.

Scotus. Maior. Richard. Vasquez.

Hæc argumenta pro vtraque parte adducta tales inuoluunt difficultates, vt illas fieri satis nõ posse putet Ioannes Cardinalis de Lugo disp. 8. de Eucharistia sect. 3. num. 57.

Cardin. de Lugo.

Verùm si pedem sistere velimus in opinione satis probabili in philosophia, quæ non admittit indiuisibilia, siue continuatiua, siue terminatiua in continuo, ab omnibus prædictis difficultatibus liberi erimus. Quarè operæ pretium puto aliquid indicare in fauorem dictæ opinionis.

Notandum ergo, quòd quantitas trinè dimensa natura sua talis est, vt possit se ipsa præstare, quod præstaretur per huiusmodi indiuisibilia, si darentur, & ideò dici potest illa continere quasi virtualiter, aut eminenter, & quandò exercet munus alicuius illorum, v. g. superficiei, vel lineæ, appellatur superficies, vel linea; & illud, à quo determinatur ad hoc, vel illud munus exercendum, dicitur in illa designare hoc, vel illud indiuisibile, idest designare illam, prout habet rationem huius, vel illius indiuisibilis. Quam sententiam fusè explicat Gregorius in 2. dist. 2. qu. 2. art. 1. cõclus. 3. vbi ait, à parte rei nullam aliam reperiri quantitatem, nisi trinè dimensam; quæ propterea appellatur magnitudo, & moles corporea, & quia ipsius extensio, & ratio partium propter triplicem mensurabilitatem, quam habet, & triplicem rationem, qua coextenditur loco, censetur quodammodò esse triplex, & tanquam triplex solet explicari, secundùm longitudinem, secundùm latitudinem, & secundùm profunditatem; ideò si accipiatur per intellectum, vel aliquo alio modo realiter solum secundùm longitudinem, & prout exercet munus solius longitudinis, dicitur linea; si accipiatur solum secundùm latitudinem, dicitur superficies; & si accipiatur prout potest aliquandò exercere munus indiuisibilis, & nullas partes habentis, dicitur punctum. Quæ omnia realiter nihil sunt aliud, nisi ipsa quantitas trinè dimensa, prout accipitur hoc, vel illo modo. Et quidem, quòd ipsa per intellectũ potest accipi solùm vt longa, abstrahen-

Gregor.

do à latitudine, vel solùm vt lata, abstrahendo à profunditate, & potest ea ratione appellari linea, & superficies, non eget explicatione, cùm huiusmodi rationes verè in illa sint, & intellectus nihil tribuat longitudini, nisi abstractionem à latitudine, & huic abstractionem à profunditate, per quam abstractionem illa habet negationem latitudinis, & hæc negationem profunditatis, quæ negationes connotantur nominibus lineæ, & superficiei, & dum intellectus tribuit huiusmodi abstractiones longitudini, vel latitudini, quæ est in re, tribuit complementum, vt possit significari nomine lineæ, vel nomine superficiei. Quòd verò possit ea accipi, vt nullas habens partes, atque adeò vt habens rationem puncti, sic explico.

Quia cùm quantitas, prout habens partes secundùm longitudinem, ità illas habeat, vt hæc sit extra illam, & illa extra hanc, datur nobis necessarium fundamentum, vt concipiamus aliquid quasi medium inter vtranque, in quo neque sit pars prior, neque posterior, sed illa fuerit immediatè antè, & hæc sit futura immediatè post. Et quoniam in entitate quantitatis nihil est, nisi quantitas, illã ipsam concipimus, non quidem vt habentem rationem quantitatis, & partium, sed vt entitatem quandam indiuisibiliter se habentem, ad quem conceptũ formandum multum etiam iuuamur ex eo, quòd videmus circa illam accidere, quia non fieri potest, vt vna quantitas ità alteri applicetur, vt illi nullo modo commensuretur, neq; possit illam notificare prout habentem partes, sed ità se habeant respectu illius, ac si nullas haberet partes, indè occasionem sumimus cõcipiendi entitatem illam prout virtualiter, & quasi eminenter nullas habentem partes. Et potest illud præstare, quod præstaret entitas, quæ omninò esset nullarum partium, quod totum realiter accideret, si corpus perfectè sphæricum, vel pyramidale tangeret planum. Et ex illo intellectualiter, quo quantitas etiam realiter possit accipi, prout habens rationem indiuisibilis, & indiuisibilia etiã realiter possint designari in illa, non autem solùm per intellectum. Nam eadē ratione sicut corpus sphæricum tangeret planum absq; eo, quòd vllas illius partes mensuraret, & ideò diceretur tangere punctum, idest quantitatem habentem rationem puncti, ita etiam si eidem plano applicaretur corpus cylindricum, fieret contactus solus secundùm longitudinem, & quantitas cylindri solùm potest mensurare quantitatem planam, prout

A habentem partes secundùm longitudinem. Et deniq; si eidem plano applicaretur aliud planum, daretur contactus secundùm solam latitudinem, non autē secundùm profunditatem, & eodem modo partes plani, quæ tanguntur, solùm mensurarentur prout habentes latitudinem, neq; dicitur videri mirum, quòd res aliqua habeas partes possit in ordine ad aliquid aliud vel per intellectum, vel etiam realiter ità se habere, ac si non haberet partes. Atq; adeò quòd quantitas realis trinè dimensa possit habere rationem superficiei, lineæ, & puncti, cùm id videamus re ipsa accidere, & clarè colligamus talem esse ipsius naturam,

B eiusq; rei possint afferri similia exempla etiam in alijs.

Si enim anima rationalis, cùm sit indiuisibilis, potest esse præsens corpori diuisibili, & Angelus potest esse in loco diuisibili, & res quanta, & diuisibilis, qualis est locus, & corpus, potest habere secundùm omnes suas partes sibi correspondentem rem indiuisibilem, quarè nõ poterit etiam habere rem diuisibilem sibi correspondentem indiuisibiliter, & habentem rationem indiuisibilis? Immò etiam auctores, qui admittunt indiuisibilia actualia ex natura rei distincta, simile quid coguntur concedere. Nam

C cùm punctum v. g. sit terminus lineæ, debet immediatè in illa recipi, vt in subiecto, cùm modus non subiectetur nisi in re, cuius est modus. Quæro ergò quid sit in linea, per quod recipit, & subiectat punctum; nam cùm nihil in ipsa sit, nisi diuisibile, vel simpliciter nihil erit, quod possit subiectare punctum, vel certè aliquid diuisibile illud subiectabit indiuisibiliter. Hoc notato

Præcipuum fundamentum, quo asseritur in vniuersum nõ dari hæc indiuisibilia, scilicet superficies, lineas, & puncta, vt entitates distinctas in continuo, est, quia omnia illa, propter quæ videntur poni huiusmodi indiuisibilia, vt en-

D titates ex natura rei distinctæ inter se, & à quantitate trinè dimensa, optimè saluantur sine illis, ergò frustrà ponuntur distincta. Nam si qua esset necessitas ea ponendi distincta, vel esset propter contactum corporum, vel propter continuationem partium quantitatis, vel propter terminum earundem, vel denique vt illi tribuat suos effectus formales, idest linea longitudinem, & superficies latitudinem: Non primum, quia contactus corporum optimè saluantur, si ipsæ magnitudines dicantur esse simul inadæquatè, idest non secundùm omnem rationem partium, quam habent, sed secundùm

cundùm longitudinem, vel etiam ſecun- A
dùm latitudinem, & eo modo exerceant
munus iſtorum indiuiſibilium, quæ vir-
tualiter, vel eminenter in ſe ipſis conti-
nent. Neque ſecundum, quia ſi linea
v. g. eſſet vnio extremorum in ſuperficie,
ſequeretur quòd ipſa non eſſet longitu-
do; cùm enim vnio non debeat partici-
pare formaliter naturam eorum, inter
quæ eſt vnio, vt patet in vnione, quæ
ponitur ab aliquibus inter materiam, &
formam, neque tamen participat natu-
ram materiæ, neque formæ, etiam vnio
inter extrema ſuperficierum, ideſt inter
longitudines non participabit naturam
illarum, & ideò ſi dicatur eſſe longitu- B
do, propter aliquid aliud erit ponenda,
quàm vt ſolùm vniat, & continuet partes
ſuperficiei. Et idem eſt de ſuperficie, ſi
dicatur eſſe vnio partium corporis ſecũ-
dùm profunditatem; cùm enim huiuſ-
modi partes non vniantur niſi ſecundùm
extrema, ideſt ſecundùm ſuperficies, &
ſecundùm latitudinem, vnio, qua vniũ-
tur, non deberet participare naturam
ſuperficiei; & vniuerſaliter loquendo ad
hoc, vt partes quantitatis intelligantur
vnitæ, non eſt opus intelligere, quòd
vnio prout formaliter ab illa diſtincta
aliquam habeat rationem partium in eo-
dem genere quantitatis, ſed ſatis eſt, ſi
concipiatur poſſe vnire quidquid ſit de C
ratione partium, quomodo inhærentia,
qua vnitur quantitas ſubiecto, etiam ſi
ſit vnio rei habentis partes, ideſt quan-
titatis, non tamen concipitur formali-
ter habens partes in eodem genere quã-
titatis. Neque etiam huiuſmodi indi-
uiſibilia debent neceſſariò poni diſtincta
propter tertium, ideſt propter termina-
tionem quantitatis, quia hæc optimè
ſaluatur per negationem vlterioris ex-
tenſionis, vt diximus. Neque denique
propter quartum, vt ſcilicet tribuant
proprias rationes partium ſecundùm
longitudinem, vel latitudinem, quia om-
nes rationes partium habentur per ſolã
eſſentiam magnitudinis, quæ appella- D
tur corpus.

Et in particulari, quòd non dentur
indiuiſibilia continuatiua actu; proba-
tur primò ex dictis, nam vt partes ſe-
cundùm latitudinem vniantur, non eſt
opus linea, & longitudine, cùm poſſint
concipi inter ſe vnitæ, & facientes vnum
indiuiduum in ſua ſpecie, nihil cogitan-
do de longitudine, quæ eſt ratio partiũ
in alia ſpecie, & ſimiliter non poteſt aſ-
ſignari ſubiectum, in quo ſint, neq; eſſent
tot, quia eſſent plura, neq; plura eſſent
in quantitate maiori, quàm in minori.

Secundò, in media quantitate nulla
datur actu longitudo carens latitudine,
neque latitudo carens profunditate, er-
gò nulla datur actu linea, vel ſuperficies,
eo enim modo, quo longitudo poteſt
protendi in latitudinem, & latitudo in
profunditatem, de facto protenditur,
vt patet ad ſenſum.

Tertiò, quòd non dentur puncta con-
tinuatiua, ſic probatur; ſi dari poſſunt
hæc puncta, ſequitur vnum punctum cõ-
tinuare infinitas partes quantitatis, ſed
hoc implicat, ergò &c. ſequela probatur,
quia vnum punctum non poteſt inter ſe
continuare, & vnire partes indiuiſibiles,
alioquin continuum eſſet ex indiuiſibili-
bus, ergò neceſſariò vnit partes diuiſibi-
les, ac proindè compoſitas ex infinitis
particulis, ergò vnit partes infinitas;
minor verò probatur, tùm quia inter il-
las infinitas partes ſunt plurimæ inter ſe
continuatæ, vna totaliter extra aliam,
ergò neceſſariò vel idem numero punctũ
eſt ſæpiùs replicatum naturaliter ad il-
las continuandas, quod eſt abſurdum,
vel neceſſariò multæ partes continuã-
tur inter ſe abſq; puncto, & ſic dici de-
beret de omnibus partibus continuis,
atque adeò puncta continuatiua ſunt eſ-
ſentialiter ſuperflua, & implicantia.

Neq; dicas vnum punctum vnire tan-
tùm duas partes indeterminatas.

Nam contrà eſt, tum quia non dantur
partes indeterminatæ; tum quia eſto
dentur, & ſint quantumuis indetermi-
natæ, tamẽ ſunt eſſentialiter quantitas,
ergò eſſentialiter extenſio, ergò eſſentia-
liter conſtant ex infinitis partibus inde-
terminatis; ergò adhuc vnum punctum
vniret infinitas partes indeterminatas,
& non tamen duas; & ſimilis diſcurſus
fieri poteſt de lineis, & ſuperficiebus.

Quòd verò non dentur indiuiſibilia
terminatiua actu in fine continui; Pro-
batur, quia neq; etiam in fine datur lõ-
gitudo carens latitudine, vel latitudo
carens profunditate. Nam etſi ex hac
parte ex. gr. hæc longitudo non proten-
datur in latum, ſiquidem in illa finitur
continuum, neque hæc latitudo proten-
datur in profundum ſimpliciter, tamen
ex hac alia parte illa protenditur in la-
tum, & hæc in profundum; ac proindè
etiam ſi longitudo, vel latitudo extrema
magis accedat ad rationem lineæ, & ſu-
perficiei; quàm longitudo, vel latitudo
media; cùm ſaltem ex vna parte dicat
illa negationem latitudinis, & hæc ne-
gationem profunditatis, ſimpliciter ta-
men neq; illa eſt linea, cùm non careat
omni latitudine, neq; hæc eſt ſuperficies,
cùm non careat omni profunditate.
Quarè ſi quandoq; Ariſtoteles, & Peri-
pate-

A pateticì videntur diuersimodè loqui de indiuisibilibus terminatiuis, & de continuatiuis, & illa dicant esse actu, hæc autem solùm potentia, intelligendi sunt, vel quia cùm ex vna parte habeant negationem vlterioris extensionis, videntur perfectiùs reperiri in fine, quàm in medio, in quo ex nulla parte illam habent; vel certè intelligendi sunt iuxta communem sententiam Mathematicorum, qui lineam putabant fieri ex fluxu puncti; sicut enim punctum, dum est in fluxu, & motu aliquo, est continuum, & diuisibile, dum verò est in fine motus, habet perfectè suam indiuisibilitatem, ita peculiari ratione existimabatur esse actu in fine lineæ, quasi quiescens à fluxu, & motu.

B Probatur secundò: si darentur huiusmodi indiuisibilia, deberent subiectari in partibus diuisibilibus, sed implicat talia indiuisibilia subiectari in partibus diuisibilibus, ergò &c. maior probatur, quia omnis terminus est essentialiter modus rei terminatæ, ergò debet subiectari in re, quam terminat; sed terminat partes diuisibiles, quælibet enim pars quantitatis semper est diuisibilis, vt supponitur hic cum communiori sententia; ergò deberent subiectari in partibus diuisibilibus. Minor primi syllogismi probatur: si indiuisibilia subiectarentur in partibus diuisibilibus, essent tota in toto subiecto diuisibili, seu parte diuisibili, & tota in qualibet parte, seu particula illius partis diuisibilis; hæc autem esset replicatio, quæ non conuenit enti materiali naturaliter, cùm sit perfectio propria rei spiritualis; & solùm supernaturaliter tribui possit enti corporeo.

C Superest, vt respondeamus præcipuis argumentis, quibus innititur opinio admittens indiuisibilia actu, & formaliter in continuo.

Primum argumentum est; linea, & superficies sunt species quantitatis, ergò verè existunt distinctæ à se inuicem, & à continuo; si enim non existerent, essent omninò fictæ, & malè numerarentur vt species prædicamenti reales; & si non essent distinctæ, malè numerarentur vt species distinctæ.

D Confirmatur, quia alioqui à parte rei vna tantùm esset entitas specifica quantitatis, & cùm numerus non sit propriè vna quantitas, sed plura quanta, & plura vna, 3. physicorum tract. 68. cogemur asserere totum prædicamentum quantitatis componi ex vna tantùm specie, & non esset propriè genus.

Secundum, nisi actu existerent indiuisibilia actu terminantia, vel non potest dari contactus corporum, vel certè daretur penetratio. Nam si duo corpora tangant se, vel erunt simul secundùm sua extrema, vt v. g. secundùm superficies, vel secundùm se ipsa, idest secundùm profunditatem: si secundum, dabitur penetratio: si primum, dantur extrema, & superficies; & quia contactus fit secundùm illas, non autem secundùm profunditatem, erunt illæ omninò distinctæ inter se.

Confirmatur, quia ex eo probat Aristoteles 6. Physic. tract. 1. lineam non componi ex punctis, quia hæc cùm non habeant extrema, per quæ se tangant, sed necessariò debeant esse simul secundùm se tota; non possunt facere aliquid maius; quæ tamen ratio etiam valet in duobus corporibus, si dicantur carere extremis, vel illa non habere à se distincta; nam si ijs careant, non poterunt esse simul, nisi secundùm se ipsa: & si habeant ratione solùm distincta, cùm non fiat contactus secundùm distinctiones à nobis factas, sed solum secundùm aliquid, quod est in re, idem erit contactum fieri secundùm illa extrema, & fieri secundùm ipsa corpora; quod sine penetratione saluari non potest; qua de causa Aristoteles ibidem expresse ait, vltimum, vel extremum esse alterum quid ab eo, cuius est vltimum, vel extremum. Aristot.

Confirmatur secundò, quia locus est formaliter superficies 4. Physic. tract. 41. ergò cùm certum sit dari locum, certum etiam erit dari superficiem: Et hæc si dicamus esse idem cum quantitate trinè dimensa corporis locantis, incidemus in sententiam Antiquorum, quòd locus sit spatium trinè dimensum.

Tertium, quòd dentur indiuisibilia continuantia, probatur; quia alioqui nõ daretur continuum, hoc enim definitur esse illud, cuius partes copulantur termino communi.

Confirmatur, quia punctum habet positionem, & situm in continuo. 5. Metaph. tract. 12.

Confirmatur secundò, quia superficies existere in solidis immobilibus, & in corporibus mathematicis expresse docet Aristoteles 13. Metaph. sum. 1. cap. 2. corpora autem mathematica nihil sunt aliud, nisi ipsæ magnitudines physicæ ratione abstractæ à materia, & à qualitatibus sensibilibus; & instantia continuatiua esse in tempore expresse docet 6. Phys. tract. 24. & 29. quorum tamen est eadem ratio, atq; aliorum indiuisibilium in quantitate.

Deniq; id probatur argumento communis-

munissimo, & difficillimo de contactu sphæræ in plano, qui non est nisi in puncto, & impossibile est vt fit, si punctus non est.

Ad primum respondeo lineas, & superficies solùm dici species quantitatis, quia dicunt rationem aliquam partium, quæ quamuis in re sit ipsa quantitas trinè dimensa, ijs tamen nominibus non significat adæquatè, vt ratio partium secundùm omnem dimensionem, sed solùm inadæquatè, vt ratio partium secundùm longitudinem, vel secundùm latitudinem. Qui modus loquendi dici potest ortum duxisse à Mathematicis, qui dum considerant passiones, quæ conueniunt quantitati inadæquatè acceptæ ratione solius longitudinis, vel solius latitudinis, eas explicant solùm de linea vel superficie, vt ostendant formale principium, & causam illarum non esse quantitatem adæquatè acceptam secundùm omnem rationem partium, quam dicit, sed solùm acceptam inadæquatè, prout dicit talem rationem partium.

Ad confirmationem respondeo quantitatis continuæ vnam tantùm esse speciem, si abstrahamus à figuris, & situ partium, secundùm quem dicitur recta, circularis &c. Neque est absurdũ, quòd prædicamentum quantitatis solùm constituatur vnica specie, dummodò ex illa C desumantur variæ prædicationes, & denominationes: prædicamenta enim dicuntur genera, solùm quia sunt certa capita, ad quæ reducuntur denominationes, & prædicationes, quæ fiunt de substantia; siuè formæ, à quibus illæ sumuntur, verè sint diuersæ, siue solùm ex communi existimatione; qua etiam ratione cùm tempus secundùm omnes suas partes sit quid homogeneum, & eiusdem essentiæ; quia tamen aliæ, atque aliæ denominationes ab illo sumuntur, pront est præteritum, & prout est præsens, vel futurum, dicitur constituere prædicamentum Quando.

Ad secundum respondeo negando sequelam, quòd scilicet vel tollatur contactus corporum, vel detur penetratio; nam duo corpora, quæ se tangunt, etiam si sint simul secundùm se ipsa, non tamen sunt simul nisi inadæquatè, idest solùm secundùm latitudinem, quæ quia versus vnam partem habet negationem vlterioris extensionis, dicitur extremum, & terminus corporis; & contactus, qui fit secundùm illam, dicitur fieri secundùm extremum, addito præsertim vsu loquẽdi desumpto à Mathematicis, quia sicut corpora concipiunt fieri ex fluxu superficiei, ita illam concipiunt in initio cor- A poris, quando scilicet debet incipere motum, & in fine, quando debet finire.

Vndè etiam benè aliqui dicunt tangere se secundùm superficies terminatiuas negatiuas, quatenus scilicet illa corpora sunt lata, vt lata reduplicatiuè cum negatione vlterioris profunditatis, & in hoc etiam sensu dicitur corpus videri realiter secundùm superficiem, non quidem positiuam indiuisibilem, sed negatiuam, in quantum corpus videtur, non vt est profundum reduplicatiuè, sed vt profundum significatiuè; & hinc colligitur dari superficiem purè terminatiuam negatiuã in hoc sensu, quòd datur ipsum corpus B vt latum reduplicatiuè, & vt reduplicatiue fundans negationem vlterioris profũnditatis, & secundùm hanc superficiem corpus dicitur suscipere aliqua prædicata extrinseca, vt esse tactum, esse visum, &c.

Ad consequentiam respondeo eodem modo, si enim linea componeretur ex punctis, quia illa non possunt esse simul inadæquatè, omninò tolleretur contactus, & extensio, quæ tamen ratio non valet in corporibus, quæ cùm habeant diuersas rationes partium, possunt esse simul secundùm vnam rationem, & non secundùm aliam, & ideò neq; sequitur in ijs penetratio, neque tollitur magnitudo.

Quòd verò dicatur extremum esse alterum ab eo, cuius est extremum, satis intelligitur, si sit alterum secundùm rationem, & virtualiter, quia exerceat aliquod munus, quod non exercet res, cuius est extremum, prout est talis, & ab illo distincta.

Ad secundam confirmationem respõdeo locum dici superficiem, non quòd sit aliquid ex natura rei distinctum à magnitudine corporis locantis, sed quia est illa ipsa, prout habet rationem superficiei, & hanc solùm exercet circa locatum, quod dum est in loco, non est simul cum magnitudine corporis locantis nisi inadæquatè, idest solùm secundùm latitudinem. Neq; hac ratione incidimus in sententiam veterum de spatio trinè dimenso, quia veteres ità volebant illum esse locum, vt intimè penetraret locata, & hæc essent simul cum illo etiam adæquatè.

Ad tertium de indiuisibilibus continuantibus; Respondeo, continuitatem quantitatis potius tolli per actualem positionem indiuisibilium, quàm per ablationem, quia si huiusmodi indiuisibilia, quæ actu assignantur, diuidunt, & discontinuant quantitatem, vt patet ex

Ati-

Aristot. Aristotele 8. Phys. tract. 65. & 68. multò magis eam discontinuabunt, si ponantur actu; sicut enim si aliquod mobile in medio plano consistat, & motum interrumpendo assignet in illo aliquod indiuisibile, dicitur illud planum discontinuare, quia illud accipit, vt duo, non autem, vt vnum, vt loquitur Aristoteles, ità dicendum esset re ipsa accidere, si re ipsa darentur indiuisibilia, & in vnoquoque illorum discontinuaretur quantitas, & verè non esset vna, sed duplex, idest altera, quæ illo indiuisibili re ipsa terminaretur, & altera, quæ inchoaretur. Quarè desinitio illa continui, vel intelligitur de terminis in potentia modo explicato, vt sensus sit illud esse continuum, quod ità est vnum actu, vt sit multa in potentia, & ideò possit in qualibet parte illius assignari aliquid indiuisibile, per quod ostendatur, vt multa in potentia; vel certè intelligitur secundùm communem conceptum Mathematicorum, qui non nisi per ista indiuisibilia res suas explicant, & totam quantitatem concipiunt ex illis fieri. Et punctum fluens v.g. dum est in medio fluxu, dicunt continuare lineam, dum verò est in initio, vel fine fluxus, eam inchoare, vel terminare. Et quidem si illa expositio intelligatur primo modo, coincidet cum illa alia, quia continuum dicitur esse diuisibile in infinitum, vel in semper diuisibilia. 3. Phys. t. 1. & primo cæli t. 2. & alibi; Maximè tamen propria continuæ quantitatis descriptio videtur illa, quam affert Aristoteles 5. Phys. tract. 27. cùm ait, continuum in ijs reperiri, ex quibus fit vnum quid secundùm contactum, ità scilicet, vt taliter sint simul secundùm extrema, vt illa non remaneant amplius duo, sed fiant omninò vnum.

Ad confirmationem respondeo eodē modo punctum dici habere situm in cōtinuo secundùm locutiones Mathematicorum, qui in hoc distinguunt punctum, vt principium lineæ, ab vnitate, quæ est principium numeri; quòd vnitas nullam habeat positionem, vel situm in numero, neq; sit vlla necessitas, vt priùs numeretur hæc vnitas, quàm illa, cùm tamen punctum ita sit principium lineæ, vt possit in illa vbiq; concipi ad continuandas partes illius: & sicut partes habent sitū, positionem, & ordinem inter se, ità etiā cum eodem debent concipi puncta, quæ sunt inter illas. Quòd verò puncta non possint verè, & actualiter habere positionem, & situm in linea, ex eo colligitur, quia si omnia haberent ordinem, & positionem, sicut datur primum, ità etiā deberet dari secundum, & tertium, & sic deinceps, cùm nihil sit aliud puncta habere hunc ordinem, nisi vnumquodq; determinatè esse proximum alteri determinato; sicut è contrà puncta habere confusionem, nihil aliud est, nisi carere tali ordine: si verò concedatur inter puncta talis ordo, apertè sequitur, quòd sint sibi immediata, & quantitas componatur ex indiuisibilibus. Nam si dicatur inter hoc punctum, quod ponitur primum, & hoc aliud secundum, mediare quantitas, vel in illa non erunt puncta, & ideò neq; habebunt positionem vel certè punctum, quod assignatur secundum, non erit secundum, & proximum primo, cum habeat alia magis proxima illo.

Ad secundam confirmationem respōdeo eodem modo in solidis immobilibus, & corporibus mathematicis esse superficies, vel secundùm existimationē Mathematicorum, vel certè in potentia modo explicato, qua etiam ratione sunt instantia in tempore, quod solùm voluit Aristoteles 6. Phys. cit. licèt enim ibi distinguat duplex nunc, idest illud, quod dicitur per se, & primum, & illud, quod dicitur secundùm alterum, solùm tamen significat id, quod accipitur vt præsens de tempore dupliciter accipi; nimirùm cùm sit præsens secundùm se totum, quomodo se habet instans propriè dictum, & vt sit præsens secundùm aliquid sui, quomodo particulam temporis dicimus esse præsentem, etiam si verè sit successiua, solùm quia est præsens secundùm instans, & quod est præsens primo modo, appellat nunc per se, & primum, & quod est præsens secundo modo, appellar nunc secundùm alterum, quod totum optimè potest admitti, siue nunc, quod est per se, & primum, sit distinctum realiter à tempore, siue solùm ratione.

Ad vltimum de contactu sphæræ in plano, respondeo contactum esse omninò inadæquatum ex parte vtriusq; corporis, quia neutrum alteri applicatur secundùm aliquam rationem partium; ità vt eam exerceat notificando tanquam mensura partes, quæ sunt eiusdem rationis in alio corpore. Et ideò dicitur esse indiuisibilis, & per illum corpora extensa, & diuisibilia esse simul inextensè, & indiuisibiliter; idq; ex eo, quia quantitas continet potestate, & virtute, & quasi eminenter illa indiuisibilia, sicut numerus maior continet minorem, & quadratum continet triangulatum, & figura perfectior minùs perfectam, & anima sensitiua vegetatiuā, & vniuersaliter quod in perfectione alicuius generis se habet consequenter ad aliud, con-

tinet potestate illud aliud, vt docet Aristoteles 2. de anima, tract. 31. Et hinc etiam fit, vt respectu huius, vel illius eadem quantitas modò exerceat potestionem vnius indiuisibilis, & modò alterius. In contactu enim corporis sphærici, vel pyramidalis exercet munus puncti, in cōtactu cylindri munus lineæ, in contactu plani munus superficiei.

Aristot.

Obiectio.

Quòd si dicas adhuc manere difficultatem, vtrùm post vnum indiuisibile iam signatum, & quasi exercitatum per contactum sphæræ immediatè sequatur quātitas similiter prout se habens indiuisibiliter, ac proindè vtrùm puncta etiam potestate contenta sint in continuo sibi immediata; an verò sequatur quantitas prout se habens diuisibiliter.

Responsio.

Respondeo sequi quantitatem habentem se diuisibiliter, idest ad partem illā, quæ exercet rationem puncti, ità sequi quantitatem, vt semper secundùm alias, atq; alias sui partes sequatur immediatiùs.

Neq; cōtrà hoc vrget difficultas, quòd punctum iam assignatum, & exercitum assignet aliud punctum, quia cùm realitas, quæ exercet punctum, verè sit diuisibilis, nulla est ratio, quarè assignet indiuisibile. Quæ omnia satis intelligibiliter videntur dici, si illa corpora præcisè, & per se considerentur, prout quasi mathematicè sunt simul. Posset tamen aliquis adhuc vrgere in eo casu, in quo poneretur per diuinam potentiam corpus sphæricum relinquere in plano vestigium aliquod sui contactus, vtputa nigredinem aliquam, vel aliquid simile; tunc enim illa cùm omninò carerēt partibus, verè, & propriè essent punctus; & similiter si contactus eorum corporum ponatur fieri in aere, ità vt partes sphæræ vndequaq; ambiantur ab aere; vel inter sphæram, & planum intercipitur aer, vel non; primum non videtur posse dici, quia alioqui illa corpora non se tangerent; & prætereà ille aer, qui mediaret, deberet esse indiuisibilis; si verò dicatur inter illa corpora non intercipi aer, & partes aeris ambientis in puncto contactus discontinuari, hoc ipsum explicandum est, vtrùm discontinuentur solùm in indiuisibili, an verò in aliquo diuisibili.

Ad primum de vestigio sphæræ in plano, respondeo si casus admittatur esse possibilis, de quo non disputo, nigredinem illam fore in plano indiuisibiliter eadem ratione, qua posset poni in loco indiuisibili, si existeret per se, & qua nō ponuntur res non quantæ, vt anima rationalis, & Angelus. Neque maior esset

A difficultas in eo casu, quàm nunc de facto sit, quando Angelus dicitur esse præsens huic aeri v. g. indiuisibiliter. Immò sicut nigredo potest solùm recipi in superficie, non autem secundùm profunditatem, etiam si superficies sit ipsa quantitas trinè dimensa, accepta tamen inadæquatè vt diximus; ità etiam poterit esse solum in linea, & in puncto, & hoc nihil aliud erit, nisi esse in quantitate magis, vel minus inadæquatè accepta. In eo tamen casu nigredo illa relicta in plano indiuisibiliter, neq; posset terminare visionem, neque præstare quidquā aliud ex ijs, quæ requirunt modum aliquem extensionis.

B Ad illud verò de aere respondeo mediare aerem indiuisibiliter, atque ità tres quantitates indiuisibiliter esse simul, & se tangere, idest quantitatem plani, quātitatem sphæræ, & quantitatem aeris; neque vnam impedire contactum, & simultatem cum altera, quia non sunt simul nisi indiuisibiliter; & quemadmodū tria indiuisibilia, si essent simul, non se impedirent quoad illam simultatem; ità etiam quantitates, dum exercent potestatem eorum indiuisibilium, non se impedirent, quin sint simul concipiendæ, ergò concipiendi sunt omnes anguli cōtingentiæ, qui fiunt ex quolibet circulo
C dato in sphæra per punctum contactus, & ex qualibet recta linea ducta in plano per quodlibet punctum; concipiendi (inquam) sunt singuli desinentes in pūcto, & indiuisibiliter, & benè qui fiunt vtrinq; per vnam tangentem, & vnum semicirculum in puncto illo contactus continuari eo modo, quo possent continuari duo triangula, si applicarentur secundùm angulum, vel duæ pyramides, si applicarentur secundum punctum, in quo desinunt, vel duæ sphæræ si tangerent se; cùm enim illi anguli habeant punctum contactus commune, nulla est ratio, quarè nō possint continuari; cùm ergò spatia comprehensa duabus illis li-
D neis facientibus angulos in casu nostro, repleantur aere, etiam aer, qui ex hac parte replet hoc spatium, poterit continuari cum illo, qui replet aliud spatium ex alia parte, atque ità totus aer erit cōtinuus; ità tamen vt punctus, in quo se tangunt sphæra, & planum, non interrumpat, neque discontinuet partes aeris: quod clarè intelligetur, si etiam in ipso aere concipiamus superficiem quandam sphæricam concauam, qua ambitur corpus sphæricum, & quam Deus posset cōseruare vacuam, si intrà illam annihilaret sphæram contentam. Illa enim superficies cùm sit perfectè sphærica, non

potest

potest tangere planum nisi in puncto, & partes illius præcisè acceptæ semper magis, & magis eleuantur super planum; sicut eleuātur partes ipsius sphæræ, quam ambit; & solùm in hoc est discrimen, quod illa superficies aeris solùm ex parte interiori est sphærica, ex qua nimirùm ambit sphæram contentam, iam tamen ex partibus exterioribus continuatur cū toto aere, ac proinde etiam si ex parte, qua est sphærica, tangat planum indiuisibiliter, ex partibus tamen exterioribus, secundùm quas non est sphærica, tangit illud diuisibiliter.

Similiter à prædictis difficultatibus, quæ ex opinionibus initio disquisitionis adductis oriuntur, se expediunt ij, qui docent quantitatem componi ex solis indiuisibilibus, & negant diuisibilitatem illam partium in infinitum, vt benè notat Cardin. de Lugo loco supra cit. cōcedunt. n. corpus Christi esse sub singulis indiuisibilibus specierū, nec contra hos vrgent argumēnta proposita, quia in ea sententia per continuationem non resultant noua indiuisibilia continuatiua, nec per diuisionem noua terminatiua, sed illa, quę priùs erā cōtinuatiua, fiunt terminatiua, & è contrà, ablata solùm, vel posita eorum vnione inter se; & sicut sub singulis punctis quantitatis præerat aliquod indiuisibile substantiæ panis, sic loco illius ponitur post consecrationem totum corpus Christi per veram conuersionem; de prædicta verò opinione admittente continuum componi ex indiuisibilibus, quam defendunt hac nostra ætate multi Philosophi Salmanticenses, & alibi non pauci, & præcipuè in Castellana prouincia, & est valdè probabilis, videri potest Sebastianus Basso in sua philosophia naturali lib. de motu intensione 6.

Cardin. de Lugo.

Sebastian Basso.

Demùm restat, vt videamus, quid dicendum sit in opinione eorum, qui asserunt quantitatem componi ex partibus in infinitū diuisibilibus, & reperiri actu indiuisibilia, tam continuatiua, quàm terminatiua in continuo. Quarè stando in hac opinione

Dico, Christum existere ex vi consecrationis sub indiuisibilibus, quæ supponuntur antè consecrationem, non autem sub illis, quæ resultant post consecrationem. Fundamentum primi, præter assignatum in prima sententia, est, quia sub quolibet indiuisibili quantitatis est indiuisibile substantiæ, ne detur accidens sine proportionato subiecto, sed Christus vi consecrationis existit sub omni eo, sub quo præerat aliquid substantiæ panis; cùm illi adæquatè succedat. Fundamen-

Conclusio. Xps ex stit ex vi consecrationis sub indiuisibilib. quę supponūtur ante consecrationem, non aūt sub illis, quę resultant post consecrationem.

A tum secundi, quia sequeretur Christum de nouo fieri præsentem, vbi anteà non erat, sine noua consecratione; & quidem cùm hæc præsentia sit supernaturalis, quam Deus producit mediante forma consecratoria, non debet temerè ad alia agentia extendi.

Nec placet, quod huic difficultati respondet Suarez supra cit. ad 4. argumentum concedendo, quòd quando hostia diuiditur, & consequenter vna superficie pereunte duæ fiunt, Christum sub illis incipere esse de nouo absque vlla consecratione; quia quemadmodum, inquit, indiuisibilia quantitatis facta diuisione resultant absque noua actione eius, qui B quantitatem produxit, vel fecit diuisionem, ità etiam poterunt ad diuisionem potentiæ Sacramētalis resultare in Christi corpore indiuisibiles præsentiæ absq; noua consecratione, & sicut quantitatis indiuisibilia possunt dici fieri ab eo, qui produxit quantitatem, ità & indiuisibiles præsentiæ resultantes ad diuisionem præsentiæ Sacramentalis extensę possunt dici fieri ab eo, qui antè consecrauit; & Christum accidentibus, quæ posteà diuisa sunt, præsentem fecit; Non placet, inquam, quia similiter quis dicere poterit, Christum non esse sub qualibet parte specierum ante fractionem, sed post C fractionem solùm; nec vrgebitur ratione, quam suprà præcedenti puncto adduximus, quòd sola diuisio, cùm fiat virtute naturali, non constituit Christum, vbi anteà non erat; dicere enim poterit, quòd præsentiæ resultantes ad diuisionē specierum fient ab eo, qui ante consecrauit, & Christum accidentibus, quæ posteà diuisa sunt, præsentem fecit.

Suarez.

Similiter non placet, quod habet idē Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 52. sect. 3. vnum indiuisibile præcisè sumptum in materia consecrabili posse consecrari, si ad ipsum tantùm dirigatur intentio. Nō placet, inquam, quia si sermo sit de pūctis, certum mihi videtur, quòd non D possint per se puncta consecrari. Ratio est, quia cùm certum sit illa non posse vllo sensu externo (qui est potentia corporea, & diuisibilis, vel certè operatur per organum diuisibile corporeum) per se percipi, quod etiam infrà magis constabit, neque poterunt per vnum sensum externum in materia consecrabili distingui à partibus eiusdem materiæ, vel per se demonstrari per particulam *hoc*, vel *hic*, & per consequens neque poterunt per se consecrari.

Idem.

Idem censemus dicendum esse de lineis, nam lineæ non possunt vllo sensu externo in materia consecrabili distin-

gui à reliqua entitate materiæ, ergò non possunt per se demonstrari per particulã *hoc*, vel *hic*, & consequenter neque consecrari. Antecedens probatur, quia si daretur linea, non qualis à nobis describi solet, sed verè carens omni latitudine, non posset vllo sensu percipi, ergò non possunt lineæ in materia consecrabili vllo sensu distingui à reliqua entitate materiæ. Antecedens, in quo solo potest esse difficultas, probatur, quia certum est quamlibet potentiam sensitiuam hominis habere terminum suæ perfectionis, quem naturaliter excedere non potest; ex altera verò parte quodlibet obiectũ sensibile potest diuidi in partes minores, & minores in infinitum: cùm autem, quò minus est obiectum sensibile, eò perfectior potentia sensitiua ad illud percipiendum requiratur, sequitur aliquod obiectum sensibile posse saltem à Deo diuidi in duas partes æquales, quarum neutra sit naturaliter sensibilis ab vllo sensu externo humano, quod etiam colligi potest ex atomis, quæ vix in sole, & in vmbra vllo modo videntur; iam verò sic dicimus, si Deus alteram è prædictis partibus miraculosè extendat ad longitudinem certam, v. g. palmarem, vel etiam maiorem, profectò non poterit entitas illius partis ità extensa mouere vllum sensum; nam si ante extensionem à Deo factam non poterat mouere sensum; multò minus poterit mouere post illam, quando habet partes minùs vnitas, & consequenter minùs aptas ad agendum, & mouendum sensum, & tamen illa esset diuisibilis secundùm longitudinem, latitudinem, & profunditatem, ergò multò minùs linea poterit mouere sensum; siquidem linea cum illa parte obiecti externa habet proportionem solùm secundùm longitudinem, non autem secundùm latitudinem, & profunditatem, quæ non reperiuntur in linea, & multùm conferunt ad sensibilitatem, vt constat; ex his autem à fortiori colligitur non posse per se consecrari puncta in materia Eucharistiæ.

Superficiem verò solam quidam negant posse de facto videri, aut in corporibus posse visu distingui à profunditate, eo quòd putent omnia corpora, quamuis densissima, habere aliquid trãsparentiæ, vt videtur colligi ex tenuibus ligni segminibus, quæ constant esse lumini peruia; verùm dato quòd superficies non possit visu distingui à profunditate, saltem videtur posse tactu ab eadem profunditate distingui, ac proinde superficies, si non in vino, saltem in hostia videtur posse per se demonstrari, & consequenter per se consecrari; accedit etiam quod, vt suprà diximus, benè sustineri potest, quòd corpus videtur realiter secundùm superficiem non quidem positiuam indiuisibilem, sed negatiuam, in quantum scilicet corpus videtur, non vt est profundum reduplicatiuè, sed vt est latum reduplicatiuè, & vt reduplicatiuè fundans negationem vlterioris profunditatis.

DISQVISITIO V.

An Christi corpus sit in hoc Sacramento, vt in loco.

NOtandum, aliquid esse in alio, vt in loco, est ab eo contineri, & ambiri, & sic apertè cõstat, si Christi corpus comparetur ad species, non esse in illis, vt in loco, sicut nec substantia panis erat sub illis accidentibus tanquam in loco.

In quæstionem ergò solùm vocari potest, an Christi corpus consideratum nõ in ordine ad accidẽtia panis, & vini, sed ad locum eorundem accidentium, verè sit in eo, vt in loco; in qua re

1. Cõclusio. Dico primò, si corpus Christi comparetur ad locum accidentium non secundùm se, & immediatè, sed mediatè, seu vt denominatum coopertum, & vestitũ accidentibus panis, vel vini, à quibus tamen propriè non afficitur, nec informatur, posse aliqua ratione dici esse in loco accidentium, id est impropriè, & mediatè, seu secundùm quid, nempè ratione ipsorum accidentium, quæ propriè, & simpliciter sunt in loco. Ità Cardinalis de Lugo de Sacramẽto Eucharistiæ disp. 6. sect. 3. num. 52. & satis patet conclusio ex modo loquendi. *Cardin. de Lugo.*

2. Cõclusio. Dico secundò, Christi corpus secundùm se consideratum in ordine ad locũ accidentium Sacramentalium simpliciter, & propriè loquendo non esse in loco. Ità D. Thomas 3. p. quæst. 76. art. 5. & sequuntur communiter Theologi. *D. Thom.* Probatur, quia rem esse in loco propriè, seu circumscriptiuè, est rem per proprias dimensiones ità comparari ad continens extrinsecum, vt ipsa secundum se tota occupet totum locum, & secundùm sui partem occupet tantam partem eiusdem loci, quod non potest fieri absq; propria extensione in ordine ad locum, sed hoc non conuenit Christi corpori in ordine ad locum accidentium panis, vel vini; siquidem, vt suprà diximus, corpus Christi

sti

sti in Eucharistia habet quidem partes extrà partes in ordine ad se, non autem in ordine ad locum, ideò caret extensione in ordine ad locum, secundùm quam possit comparari ad continens extrinsecum.

DISQVISITIO VI.

An Christi corpus ità sit in loco specierum Sacramentalium, vt verè, ac propriè sit ibi definitiuè.

Suarez. Card. de Lugo.

De hoc puncto videri possunt, quæ habent Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 48. sect. 3. & Io. Cardinalis de Lugo de Sacramento Eucharistiæ disp. 6. sect. 3. num. 53. disp. 5. sect. 7. à num. 183. vsq; ad finem sectionis. Verùm vt rem hâc breuiter explicemus.

Notandum, quoad modum loquendi dupliciter accipi esse in loco definitiuè. Primò latè, & impropriè in loco, quandò nimirùm res est in hoc loco, vt non sit alibi. Secundò strictè, & propriè, quandò nimirùm ità res est in hoc loco, vt non nisi miraculosè possit esse in alio separato, & distincto, eo quòd præsentia rei in vno loco sit saltem naturaliter incompossibilis cum simili præsentia eiusdem rei in alio loco. Hoc notato

1. Cóclusio. Dico primò, certum omninò esse, si loquamur de primo modo, quo res latè, & impropriè dicitur esse definitiuè in loco, Christi corpus non esse in Eucharistia, vel eius loco. Patet, quia ità est in Eucharistiæ loco, vt sit etiam simul in cælo, imò nec in cælo est definitiuè hac ratione, cùm ità sit in cælo, vt etiam simul sit in Sacramento, vel eius loco.

2. Cóclusio. Dico secundò, si loquamur de modo, quo res propriè dicitur esse definitiuè in loco, Christi corpus non esse sub speciebus Sacramentalibus, vel in earum loco definitiuè. Fauet S. Thomas art. præcedenti, puncto cit. ad primum, vbi simpliciter negat, Christum esse in Eucharistia definitiuè, & est communior opinio. Probatur, quia præsentia corporis Christi in hac numero parte A, v.g. hostiæ post cõsecrationem diuisæ in duas partes non est ex natura sua incompossibilis cum præsentia naturali eiusdem corporis in cælo, neque cum præsentia Sacramentali eiusdem corporis in altera parte prædictæ hostiæ, ergò Christi corpus in parte A hostiæ non est definitiuè, (D.Thomas)

& per consequens simpliciter, & absolutè loquendo non est definitiuè in Eucharistia, cùm sit eadem ratio, vt patet, vnius partis hostiæ, & alterius, vnius hostiæ, & reliquorum omnium accidentiũ Sacramentaliũ. Antecedens patet, quia præsentia corporis Christi in hac numero parte A, v. g. hostiæ nõ facit, vt Christi corpus in cælo non retineat suam præsentiam naturaliter, & sine nouo miraculo; similiter & sine nouo miraculo Christus post diuisionem hostiæ consecratæ est præsens in vtraque parte hostiæ diuisæ.

Obiectio. Obijcies, si præsentia corporis Christi in Sacramento, & præsentia illius in cælo non sunt ex natura sua incompossibiles, sequitur Christi corpus non esse in cælo definitiuè, sed hoc est falsum, ergò &c.

Responsio. Respondeo, quòd quamuis naturalis præsentia corporis Christi in cælo non repugnet præsentiæ supernaturali, quam habet in hoc Sacramento, repugnat tamen cuicunque alteri præsentiæ naturali in alio loco, atque hoc sufficit, vt Christi corpus sit in cælo definitiuè, siquidem per huiusmodi præsentiam desinitur in tali loco circumscriptiuè, idest impeditur, ne possit esse naturaliter simul in alio huiusmodi loco.

Cæterùm in aliquo sensu dici posse Sacramentalem præsentiam definitiuam, quatenùs hæc ex se habet continere corpus Christi intrà aliquod spatium finitum, quodcunque illud sit, ità vt extra illud esse non possit, connaturaliter loquendo, affirmat Cardinalis de Lugo cit. disp. 5. sect. 7. *Nam licèt*, inquit, *hæc præsentia non taxet sibi determinatè tantum spatium, indeterminatè tamen, & vagè petit habere semper aliquod spatium finitum, extrà quod non possit connaturaliter esse idem corpus Christi; & in hoc sensu saltem indeterminatè definit corpus illud, quantum est ex se, vt non possit extrà illos terminos vagari.* Cardin. de Lugo.

DISQVISITIO VII.

Vtrùm accidentia remaneant sine subiecto in hoc Sacramento, & quæ.

Notandum primò, aliqua accidentia modaliter tãtùm à substantia panis, & vini distingui, vt v.g. est vnio, per quam ipsa accidentia vniuntur ei-

dem

dem ſubſtantiæ; alia verò ſunt accidentia, quæ à panis, & vini ſubſtantia diſtinguuntur, tanquam res ſeparabilis ab ipſa ſubſtantia, & hæc per miraculum poſſũt exiſtere ſeparata, vt ſunt v. g. quantitas, color, ſapor, & aliæ huiuſmodi qualitates.

Notandum ſecundò, quidquid alij dicant, accidentia realia ſeparabilia à ſubſtantia corporea eſſe omnia ſenſibilia, vel in ſe, vel certè in aliquo ſuo effectu, vt eſt v. g. vis innata vini ad calefaciendum, & ratio eſt, quia omnis qualitas ſubſtantiæ corporeæ, cùm eam perficiat in gradu corporeitatis, & conſequenter ſenſibilitatis, neceſſariò ordinata eſt ad aliquem effectum ſenſibilem. Porrò huiuſmodi accidentia panis, & vini, ſpecies appellari ſolent, vel quia à ſenſu per ſpecies expreſſas, ſiue etiam impreſſas percipi poſſunt, vel quia ſunt quaſi ſimulacrum repræſentatiuum ſubſtantiæ, in qua ſunt.

1. Cõcluſio. De fide eſt aliqua accidẽtia panis, & vini remanere in hoc Sacramento. Cõc. Later. Conc. Flor. Trident.

Dico primò, de fide certum eſſe aliqua accidentia panis, & vini remanere in hoc Sacramento. Conſtat ex Concilio Lateranen. relato in cap. *Firmiter*, § *Vna verò* de Summa Trinitate, vbi dicitur corpus, & ſanguinem Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini veraciter contineri, & ex decreto Eugenij IV. in Concilio Florẽtino §. *Tertium eſt*; & ex Concilio Tridentino ſeſſ. 13. can. 2.

2. Cõcluſio.

Dico ſecundò, certum eſſe, omnia accidentia realia ſeparabilia à ſubſtantia panis, & vini, & ſenſibilia vel in ſe, vel in aliquo effectu, vt declarauimus in ſecundo notando, manere abſque omni ſubiecto in hoc Sacramento Euchariſtico.

Conc. Conſtanc.

Conſtat primò ex Cõcilio Conſtantienſi ſeſſ. 8. vbi damnatur propoſitio hæc Ioãnis Vvicleſi: *Accidentia panis non manent ſine ſubiecto in hoc Sacramento*. Probatur ratione, quia non ſubiectantur in ſubſtantia panis, aut vini, cùm tota per conſecrationem deſinat, vt conſtat ex ſupradictis; neq; in Chriſti corpore, cùm repugnet ratione ſtatus glorioſi, & indecens ſit tale corpus alterari, & affici accidentibus, & qualitatibus ſubſtantiæ ſenſibilis panis, & vini, licèt non ſit inconueniens, vt in illo recipiatur aliquod accidens ſupernaturale, vt conſtat ex ſupradictis, non in aere circumſtante, quia eſt incapax talium accidentium, nec eſt in eodem ſpatio penetratiuè cum illis.

3. Cõcluſio.

Dico tertiò, accidentia modalia, quæ ſcilicet tantùm diſtinguuntur modaliter à ſubſtantia panis, & vini, non remanere in hoc Sacramento. Ratio eſt, quia repugnat modum eſſe ſine re, quam modificat.

Aduerte, primam, & ſecundam concluſionem intelligendam eſſe de ſubiecto ſimpliciter, ſiue vltimato, & ſubſtantiali, nam vtrùm omnia accidentia maneãt etiam ſine ſubiecto proximo, & non vltimo, ità vt omnia accidentia remanentia in hoc Sacramento ſint independentia à quocunque ſubiecto etiam non vltimo, declarabitur puncto ſequenti.

DISQVISITIO VIII.

Vtrùm accidentia remanentia in hoc Sacramento pẽdeant ſaltem ab aliquo alio accidente tanquam à ſubiecto.

Suppono cum communi, & vera ſententia, panis, & vini quantitatem remanentem in Euchariſtico Sacramento nõ dependere ab vllo accidẽte tanquam à ſubiecto. Ratio eſt, quia cùm quantitas ſit primũ omnium accidentium, & in hoc Sacramento ſe patetur à materia, in qua priùs erat, tanquam in ſubiecto, hinc neceſſariò ſit, vt illa careat omni ſubiecto; non enim dici poteſt, miraculosè à Deo per aliquod aliud accidens ſuſtentari, quia nullum eſt fundamẽtum fingendi huiuſmodi ſuſtentationem miraculoſam.

Quod in controuerſiam maximè vocari ſolet, eſt, vtrùm reliqua accidentia, panis, & vini in hoc Sacramento remanentia ſubiectentur in quantitate, an verò maneant æquè per ſe, & ſine ſubiecto mediato, vel immediato.

Solutio huius controuerſiæ pendet à diuerſis opinionibus philoſophicis; quarè iuxtà ſententiam eorum, qui tuentur omnia accidentia ſubiectari in materia naturaliter, non autem in quantitate, conſequenter dicendum eſt, panis, & vini accidentia remanentia in Sacramento nullum protsùs habere ſubiectum, ac proindè nullum effectum formalem ibi habere, & ità in Euchariſtia non dari album, ſapidum &c. ſed albedinem, ſaporem, odorem &c. Item qualitates illas non poſſe pro illo ſtatu naturaliter corrumpi, vel produci ab agentibus naturalibus, quia omnes conſeruantur concurſu creatiuo, Deum tamen ad præſentiam agentis creati illas deſtruere, vel producere, atque alia huiuſmodi plura miracula ſunt admittenda ſtando in prædicta

dicta sententia, quæ tamen non finguntur, sed asseruntur, supposita probabili opinione physica de subiecto immediato prædictorum accidentium. Quòd si quæratur, cur Deus tot in hoc Sacramẽto miracula faciat, nihil aliud responderi consequenter potest, nisi quòd ea faciat, vt tantũ mysterium occultet. Pro hac parte videri potest Lessius de perfect. diuin. lib. 12. num. 112. Hurtado disp. 6. Phys. sect. 6. Arriaga disp. 5. Phys. sect. 2. subsect. 5.

Lessius. Hurtado. Arriaga.

Conclusio. Omnia accidentia panis, & vini remanentia in hoc Sacramẽto habent quantitatem pro subiecto nõ vltimo, sed immediato.

Dico probabilius mihi videri, omnia accidentia panis, & vini remanentia in hoc Sacramento habere quantitatẽ pro subiecto non vltimo, sed immediato. Ità communis sententia, & pro hac parte facit primò, quia qualitates actiuæ, vt calor, frigus, se mutuò expellunt in hoc Sacramento; quod non posset fieri, nisi haberent in eo aliquod subiectum commune, hoc autem non potest esse aliud, quàm ipsa quantitas. Facit secundò, quòd si reliqua accidentia non reciperentur in quantitate, sequeretur, quòd ignis v. g. calefaciendo hostiam ageret miraculosè; siquidem crearet calorem, aut certè dicendum est, ignem non agere in hostiam, sed solùm Deum ad præsentiam ignis, ità vt si hostia combureretur, non ab igne procedat combustio, sed tantùm à Deo; hoc autem fidelium sensui repugnare videtur, putant enim fideles, si quandò cõtingeret talis actio, quòd à causa naturali procederet, & naturalis esset. Facit tertiò, quia per quãtitatem Sacramentalem reliqua omnia accidentia remanentia in hoc Sacramẽto videntur extendi, & ad eiusdẽ quantitatis diuisionem diuiduntur, sicut ad eius continuationem, & motum continuantur, & mouentur; pro quo argumento plura acutè perpendit Cardinalis de Lugo disp. 10. de Sacram. Euchar. à nu. 7. Demùm calor in hoc Sacramento videtur constituere calidum, albedo albũ, vt sensu videtur patere; hęc autẽ indicant in quantitate Sacramentali reliqua omnia accidentia panis, & vini subiectari.

Cardin. de Lugo.

DISQVISITIO IX.

Quandò, & quomodò accidentia Sacramentalia desinant continere Christi corpus, & sanguinem.

Conclusio.

DICO, quòd quandò prædicta accidentia ad eum alterationis gradũ perueniunt, vt incipiant non esse apta ad conseruationem formæ panis, & vini, tunc etiam desinunt continere Christi corpus, & sanguinem. Ratio est, quia sicut vi consecrationis prædicta accidentia continebant Christi corpus, & sanguinem, prout erant accidentia panis, vel vini, consequenter statim ac desinunt esse accidentia panis vel vini, & incipiunt esse accidentia alterius substantiæ, non possunt amplius continere Christi corpus, vel sanguinem, quæ proindè desinunt esse sub eisdem accidentibus, succedente alia substantia, quæ generatur.

Aduerte autem hic circà modum loquendi, quòd quandò dicimus nouam substantiam succedere Christi corpori, non esse sensum, quòd id fiat per conuersionem corporis Christi in eam substantiam, quæ generatur, quia re vera tunc non fit talis conuersio, siquidem Christi corpus non desinit esse sub rerum natura; ad conuersionem autem substantialem necessariò requiritur, quòd id, quod conuertitur in aliud, desinat esse in rerum natura.

1. Quæsitũ.

Sed quęres primò, quomodò ex speciebus consecratis generetur alia substantia, v. g. chilus, vel vermis, vel ignis. Suppono enim cum communi, & vera sententia, vt certum, generari aliquam substantiam, & nutriri hominem, qui species comedit. Ratio difficultatis est, quia Christi corpore desinenti esse sub accidentibus, quanam ratione posset alia substantia succedere per generationem, cùm nulla sub illis sit materia, quæ necessariò requiritur ad generationem?

Cardin. de Lugo. Satisfit.

Omissa responsione nonnullorum, quã benè confutat Io. Cardinalis de Lugo disp. 10. sect. 2. num. 30. Respondeo cũ communi sententia, quandò accidentia Sacramentalia ad eum alterationis gradum perueniunt, vt non ampliùs apta sint ad conseruandam formam panis, aut vini, tunc statim desinere esse sub illis corpus Christi, & sanguinem, vt suprà dixi.

diximus, & à Deo creari ibidem materiam primam, eique vniri quantitatem panis, aut vini cum qualitatibus, quæ tunc ipsis inhærent, per quas eadem materia vltimò fit dispofita ad receptionem formæ substantialis succedentis.

Dubium. Solutio. Sed quæres, a quo producatur illa forma substantialis? Respondeo illam formam in illo instanti, vel tempore, quo creatur materia, produci ab illo eodem agēte, quod eam produxisset, si ibi prius fuisset substantia panis, aut vini.

Dixi, *vel tempore*, quia quandò comburitur hostia, tunc sicuti forma ignis successiuè producitur, ità etiam materia eiusdem ignis successiuè creari debet. Sed

2. Quæsitũ. Quæres secùndò, an materia, quæ creatur, sit eadem numero cum illa, quæ per consecrationem fuit destructa?

Nonnullorum opinio affirmat, quam veriorem putat Io. Cardinalis de Lugo (Cardin. de Lugo.) cit. num. 31.

Satisfit. Respondeo probabilius mihi videri contrarium; & ratio est, quia non postulat natura reproductionem rei iam destructæ, vt patet ex eo, quòd nunquã forma destructa redit eadem numero.

Obiectio. Obijcies, eadem numero quantitas, & alia accidentia, quæ fuerunt in Sacramento, & in materia panis, perseuerant præsente Christi corpore, & exigunt idē numero subiectum, & non aliud, ergò iuxta eorum exigentiam debet reproduci eadem numero materia.

Solutio. Respondeo quantitatem, & alia accidentia separabilia à materia ex se esse indifferentia ad hanc, & illam numero materiam, ac proindè non magis exigunt illam numero, in qua prius erant, quàm aliam, & illis æquè bonum est, esse in hoc subiecto, atque in alio eiusdem omninò naturæ.

Deo magnoperè placet, vt in obsequium fidei intellectum subdamus circà hoc Sacramentum, quod antonomasticè mysterium fidei appellatur. Collige, quantum Deo placeat, vt in obsequium fidei intellectum nostrum subijciamus circà hoc venerabile Sacramentum, quod per antonomasiam mysterium fidei appellatur, cùm ad hoc occultandum Deus creet nouam materiã, quotiès species Sacramentales ad eum alterationis gradum perueniunt, vt non ampliùs sufficiant conseruare formam panis, & vini, vt supra dictum est. Etenim si accidentibus Sacramentalibus alteratis, vt suprà dictum est, non generaretur substantia, atq; noua materia à Deo non crearetur, intellectus vi sua naturali conijcere posset ibi præter consuetum naturæ ordinem ità contingere, atq; adeò, vel accidentia ibi sine substantia diuinitùs sustentari, vel mysterium aliquod ibi diuinitùs operari.

A 3. Quæsitũ. Quæres tertiò, quodnam agens vniat quantitatem, & reliqua accidentia Sacramentalia materiæ de nouo productæ?

Satisfit. Respondeo à solo Deo quantitatem poni in materia, quia agens naturale iuxta communem, & veram Philosophorum sententiam non habet vim productiuam quantitatis, nec habet vim efficiendi illam inhærentem in materia, quapropter assi. mandum est à solo Deo poni in materia quantitatem Sacramentalem, & ea mediante reliqua accidentia, quæ iuxtà opinionem, quam vt communiorem secuti sumus, ex natura sua inhærent quantitati.

B In ea verò sententia, quæ docet omnia accidentia ex sua natura immediatè inhærere in materia, dicendum est ea omnia à solo Deo introduci in materiam de nouo creatam, quia licèt agens naturale possit vnire accidens materiæ illud educendo de potentia passiua eiusdem, non habet tamen vim vniendi materiam accidenti iam producto, & existenti separato iam a materia, facta autem introductione accidentium in materia, eo ipso remanet materia ad formam substantialem dispofita, cuius dispositiones sunt eadem accidentia.

4. Quæsitũ. Quæres quartò, an per commixtionē specierum consecratarum cum alijs liquoribus, vt cum aqua, vel vino non C consecrato, Christi sanguis desinat esse sub speciebus?

Suppono vt certum, ex cap. 6. § *Quæsiuisti* de celebratione Missarum, quandò cum speciebus sacris liquor aliquis admiscetur, non permisceri hunc cum Christi sanguine; & ratio est, quia ea, quæ permiscentur, diuidi debent secundum minutissimas sui particulas, & secundùm eas confundi, hoc autem non potest conuenire Christi sanguini existenti sub speciebus vini, cùm totus sit sub qualibet, vel minima parte illarum.

Satisfit. Respōdeo, speciebus vini consecratis posse aliud vinum, vel aliquem liquo- D rem ità misceri, vt Christi sanguis saltem aliquo tempore adhuc remaneat sub ijsdem speciebus. Est ferè communis sententia. Vide Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 57. sect. 4. Vasquez item tom. 3. in 3. p. disp. 195. cap. 4. Cardinalem de Lugo de Sacramento Eucharistiæ disp. 10. sect. 3. à num. 41. Ratio est, quia non statim ac vinum non consecratum, aut liquor aliquis miscetur cum speciebus vini consecrati, species sacræ ità alterantur, vt non sufficiant ad conseruandum formam vini, si ibi adesset, ergò pro eo tempore, quo in tali statu perseuerant, vt aptæ sint ad

Suarez. Vasquez. Cardin. de Lugo.

ad conſeruandam ſubſtantiam vini, ſi ibi adeſſet, continent ſanguinem Chriſti, vt ex ſupradictis liquet. Pro hac parte vide plura apud cit. Cardinalē de Lugo.

Dixi, *ſaltem aliquo tempore*, quia ſi per mixtionem vini non conſecrati, vel alterius liquoris ſpecies vini conſecrati ità conuertantur phyſicè poſt aliquod tempus, vel in aliud vinum, vel in alium liquorem, vel ex tali mixtione reſultaret, ſeu produceretur aliud tertium phyſicè diuerſum, tunc Chriſti ſanguis deſineret ibi eſſe; patet ex dictis, quia deſtructis accidentibus neceſſarijs ad conſeruationem formæ vini, neceſſe eſt ſanguinem Chriſti deſinere.

5. Quæſitũ. Quæres quintò, an quandò in hoſtia conſecrata miraculosè apparet Chriſtus in figura pueri, vel in forma carnis, vel ſanguinis, adhuc ſpecies Sacramentales retineant ſuum temperamentum requiſitum ad formam panis, vel vini?

Satisfit. Reſpondeo cum communi ſententia Chriſti præſentiam Sacramentalem non deſinere per tales apparitiones. Ratio eſt, quia cùm illę fiant ad oſtenſionem veræ, & realis præſentiæ Chriſti, omninò veriſimile eſt nō tollere eiuſdem præſentiam; & licèt aliqua immutatio fiat in ſpeciebus quoad figuram, & colorem; talis tamen mutatio non deſtruit ſtatū, seu temperamentum ſpecierum neceſſariò requiſitum ad formam panis, vel vini.

6. Quæſitũ. Quæres ſextò, quanto tempore in ſtomacho ſpecies Sacramentales perſeuerent in tali temperamento, vt ſub illis maneat Chriſti corpus, & ſanguis?

Quamuis hæc res ſit ſatis obſcura, primò, quia virtus concoctrix non eſt in omnibus æqualis. Secundò, quia hoſtia conſecrata poteſt eſſe maior, vel minor. Similiter varietas ſæpè contingit in ſpeciebus vini conſecrati, non ſolùm quoad quantitatem, ſed etiam qualitatem, nihilominùs plurimum conducit aliquam regulam inueſtigare, tum pro obligatione præcauendi vomitum, & pro alijs accidentibus, in quibus ſemper attendendum eſt, vt dignitas Sacramenti præferatur vtilitati priuatæ; tum etiam, vt poſt ſumptionem Euchariſtiæ aliquantulum cum tanto hoſpite intrà nos recepto pijs affectibus, gratiarum actionibus, & colloquijs detineamur, eumq; etiam externis grati, & obſequentis animi ſignis veneremur eo tempore, quo veriſimile eſt; vt intra nos commoretur ſub ſpeciebus ſacris, vt ſic etiam vberiores è gratiarum fonte hauſtus attrahamus.

A In hac re multi putāt in Sacerdote, qui non ſolùm hoſtiam ſacram, ſed etiam vini ſpecies ſumpſit, in ſemiquadrante horæ ſpecies omnes ſacras ad eum alterationis gradum peruenire, vt non ampliùs Chriſti corpus, & ſanguinem contineant.

Satisfit. Reſpondeo mihi magis placere ſententiam eorum, qui ad quadrantem horæ extendunt durationem ſpecierum ſacrarum in ſtomacho Sacerdotis, qui & hoſtiam ſacram, & ſpecies vini conſecrati accepit; nam licèt Marſilius Cagnatus lib. 1. de ſanitate tuenda cap. 18. relatus à Cardinali de Lugo diſp. 10. de B Euchariſtia ſect. 3. ſub num. 54. probet ex vſu veterum, qui die vna 48. vncias cibi ſolidi ſumere ſolebant, à calore naturali ſingulis horis duas vncias dicti cibi poſſe concoqui; vndè iuxta hanc regulam pauciori tempore, quàm quadrantis horæ prædictæ ſpecies ſacras ità tranſmutari, vt non ampliùs contineant Chriſti corpus, & ſanguinem, aliquis prudenter exiſtimare poſſit: nihilominùs ob reuerentiam tanto Sacramento debitam in re valdè obſcura, & dubia, tutior pars videtur eligenda. Marſil. Cagnatus. Cardin. de Lugo.

Quoad particulam verò, quæ regulariter laicis ad communionem dari ſolet, in minuto horæ, hoc eſt in ſexageſima C horæ parte, ità virtute concoctrice in ſtomacho mediocri alterari, vt non ampliùs contineat Chriſti corpus, affirmat citatus Cardinalis de Lugo adhærens opinioni peritiſſimi cuiuſdā medici, quē in hac re conſuluit; quam opinionem ſaltem vt probabilem poteſt quilibet amplecti, ſed, vt dixi, pro reuerentia Sacramenti, maius tempus quoad praxim videtur aſſignandum in re adeò dubia, & obſcura.

DISQVISITIO X.

D Vtrùm Chriſtus, prout eſt in Euchariſtia, poſſit cognoſcere, & cognoſci.

DIXI, prout eſt in Euchariſtia. Nam certum eſt, quòd Chriſtus per concomitantiam ex dictis ſuprà puncto 2. habet omnes actus cognoſcendi, quos habet in cælo; ij enim ſunt independentes à loco.

Prætereà ſuppono punctum noſtrum procedere connaturaliter loquendo, nā citrà dubium eſt, quòd de potentia ab-

ſoluta benè poſſet Chriſtus, prout etiam A eſt in Euchariſtia, elicere quoſcunque actus cognitionis, & cognoſci etiam ab alijs ſaltem cognitione intellectuali.

Hoc ſuppoſito

1. Cōcluſio Xp̄s, prout eſt in Euchariſtia, nō poteſt connaturaliter elicere actū ſenſationis internū, vel externum.

Dico primò, Chriſtum, prout eſt in Euchariſtia, non poſſe connaturaliter elicere actum ſenſationis internum, vel externum, ac proindè non poſſe quidquam videre, audire, aut tangere. Ità communiter Theologi. Ratio eſt, quia huiuſmodi ſenſationes fiunt mediantibus qualitatibus, ſiue realibus, ſiue intentionalibus ab obiecto tranſmiſſis, ſiue productis in organo ſenſus quanto, & diuiſibili, vt ſupponimus ex philoſophia; B nullum autem agens naturale poteſt producere huiuſmodi qualitatem in organo ſenſus Chriſti, quia alioquin produceret illam totam in toto organo, & totam in qualibet parte, ac proindè produceret illam cum modo ſupernaturali exiſtendi in ſubiecto, & in ſpatio, quod agens naturale ſuis viribus præſtare non poteſt.

2. Cōcluſio Chriſtus, prout eſt in Euchariſtia poteſt elicere actus ſpiritales ſciētiæ infuſæ, per quā operatur independenter à phantaſmatibus. Vaſquez. Suarez. Card. Lugo

Dico ſecundò, Chriſtum, prout eſt in Euchariſtia, poſſe elicere actus ſpiritales ſcientiæ infuſæ, per quam operatur independenter à phantaſmatibus; nihil enim impedit, quòd iſti actus producantur primò, & per ſe diuiſibiliter in Euchariſtia.

An verò poſſint à Chriſto connatura- C liter elici, prout eſt in Euchariſtia, actus intellectus, qui dependent à phantaſia, Vide Vaſquez tom. 3. diſp. 191. num. 27. & 28. Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 53. ſect. 3. in fine, & Ioannem Cardin. de Lugo diſp. 9. ſect. 2. nu. 17. & 18.

3. Cōcluſio Chriſti corpus in Euchariſtia nō poteſt naturaliter videri oculo corporeo. Vaſquez.

Dico tertiò, corpus Chriſti in Euchariſtia non poſſe naturaliter videri oculo corporeo. Ità Vaſquez cit. diſp. cap. 1. cum communi Doctorum ſententia. Ratio præcipua eſt, quia corpus Chriſti in Euchariſtia exiſtit modo indiuiſibili, ac proindè caret extenſione quantitatis ad locum, vt ſuprà declarauimus diſquiſitione 2. extenſio autem quantitatis in ordine ad locum eſt neceſſaria conditio, D vt aliquod corpus operetur, & ex ſe ſpecies ſui, aut effectum aliquem tranſmittat, hinc eſt, vt in parua quantitate, quæ aliàs videretur, nequeat videri.

4. Cōcluſio Chriſtus exiſtens in Euchariſtia videri pōt ab oculo corporeo virtute ſupnaturali prędito. Cardin. de Lugo.

Dico quartò, probabiliorem eſſe ſententiam multorum, quos affert, & ſequitur Vaſquez cit. diſp. cap. 2. Chriſtum exiſtentem in Euchariſtia videri poſſe ab oculo corporeo non naturali, ſed ſupernaturali virtute prædito, & hàc partem tuetur etiam citatus Cardinalis de Lugo dicta ſect. 2. num. 20. Præcipuum fundamentum eſt, quia nulla ratio implicantiæ aſſignari poteſt; nam licèt illa A præſentia ſit ſupernaturalis, non excedit tamen limites obiecti viſibilis, quia ſicut lux ſupernaturalis, includitur etiam intra latitudinem lucis. Plura de hac re videri poſſunt apud citatos Auctores.

5. Cōcluſio Actualis exiſtentia præſentiæ corporis Chriſti in Euchariſtia naturali virtute ab Angelo cognoſci nō pōt. Suarez.

Dico quintò, actualem exiſtentiam præſentiæ corporis Chriſti in Euchariſtia naturali virtute ab Angelo cognoſci non poſſe. Eſt ſententia communis, licèt ſit contra Scotum, & alios, quos affert Suarez cit. diſp. 52. ſect. 5. Ratio eſt, quia illa præſentia eſt entitatiuè ſupernaturalis; quarè ſicut gratia, vnio hypoſtatica, & aliæ entitates ſupernaturales non ſunt naturaliter cognoſci- B biles ab Angelo, ſic illa præſentia.

Dixi, *naturali virtute*, quia certum eſt, quòd poteſt cognoſci dicta præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia ſcientia beata, vel infuſa, & etiam abſtractiuè lumine fidei.

Chriſtus in accedentibus ad ſacrū epulum exigit, vt oculos, cæteroſq; ſenſus cohibeant.

Collige ex dictis prima concluſione huius diſquiſitionis, Chriſtum tacitè nobis indicare, quòd inter alia, quæ in accedentibus ad ſacram menſam exigit, eſſe, vt ad ſui imitationem ita oculos, & cæteros ſenſus cohibeant, vt totus internus animi affectus ſit in cogitando, quàm magnum ſit hoc amoris argumentum, & quales illi gratiæ ſint agendæ. Adde, quòd non facilè explicari poteſt, C quantum accubantium ſacro conuiuio foueatur mutua deuotio, ſi omnes oculorum verecunda deiectione, maturo inceſſu, cæteriſque actionibus externis ad modeſtiæ regulam compoſitis ex parte declarent, qua reuerentia, quo timore excipiendus à nobis ſit in ſacro ferculo ille, qui eſt homo, & Deus, Dominus, & Rex cæli, & terræ, in cuius conſpectu ipſimet cæleſtes ſpiritus contremiſcunt.

Ex

En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.
Iam enim hyems transijt, imber abijt, & recessit;
Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit: vox turturis audita est in terra nostra.
Ficus protulit grossos suos, vineæ florentes dederunt odorem suũ. B
Vers. 10. 11. 12. 13.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

AGnouerat sponsus nouã nuptam ad amoris subleuandũ languorem, florum, & pomorum fragrantiam appetere; illius enim fuerunt illæ voces. *Fulcite me floribus, stipate me malis.* Quarè plurimùm fore recreandam ratus, si ad hortos omni florum venustate hilares, nec non ad C vineas suaueolentes eam secum peramanter inuitaret, & vt inuitamento stimulos nouos adijceret, opportunum ad omnem amœnitatem, & rurales delicias vernum tempus præsens proponeret. *Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Iam enim hyems transijt, imber abijt, & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, tẽpus putationis aduenit: vox turturis audita est in terra nostra. Ficus protulit grossos suos, vineæ florentes dederunt odorem suum.* Quasi hæc verba proferat: O vnica dilecta, cuius eximia pulchritudo cum præstantissimis dotibus est coniuncta, postquam dona ab hortis, & ab agris decerpta ad tui D amoris fulcimentum ambis, quid moraris? accelera, mecum perge ad mea vineta, ad meos agros, ibi mille florum figuris picturati campi, ibi vineæ iucundum teneræ prolis halitum diffundentes, tuis plenè satisfacient votis; iam rigida bruma exulat, iam placidissimum adest cælum, iam veris nuncius fidelis resonat turturis cantus, iam felicissima arborum germina intuẽtium oculos oblectant, iam læta cuncta rure animos exhilarant, & mirificè demulcent; hæc verò festiua sponsi blandimenta subsumit

A sponsa, vt, quàm singulari amore ab eo foueretur, deprædicaret.

En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

B Mens deuotè communicantis pluribus sanctis inspirationibus illustratur.

SPonsi vox, quam sentire se prodit Eucharistici sponsalitij dilecta, sunt cælestes inspirationes, quibus supremum Numen animam in Altaris mensa piè alloquitur, de altissimis mysterijs edocet, & ad præclara virtutum facinora allicit.

Quærit Rupertus lib. 2. in Exod. cap. 3. cur quatuor ante diebus agnus immolandus per domos, & familias, Deo ità præcipiente, detinendus esset à filijs Israel, Exod. 12. & in hanc existimationem, quam subijcio verbis ipsius expressis, venit. *Vt quid tandiù antè tollitis, tanto tempore seruaturi? videlicet vt, dum ille præsto est, causa quoque eius corda vestra sollicitet, ne sitis immemores, vel imparati, quia transeundum est, dum ille tot ante diebus de profectione paranda vos admonet, quotiès enim ille balatum emittit, toties quasi tubæ sonitus, exituras castrorũ acies excitet.* Verùm sicut agnus ille Eucharistici typus erat, ità illius ingeminati balatus in domibus Israelitarum præsignabant multiplices diui amatoris voces, quibus corda communicantium instruit cælesti doctrina, & promouet ad sublimiores virtutum gradus.

Abraham sedens in ostio tabernaculi sui in conualle Mambre tres viros transeuntes blandè exorat, vt aliqualem alimoniam sumere non dedignentur: annuunt roganti viatores; & eccè hic ad gregem accurrit, vitulum saginatum defert, Saram coniugem alloquitur, vt panes concoquat. *Fac subcinericios panes, ipse verò ad armentum cucurrit, & tulit indè vitulum tenerrimum, & optimum.*

Rupert.

Agni balatus in domibus Israelitarũ prænotabant diuinas voces, quibus corda communicantiũ illustrantur.

Gen. 18.

Gen. 18. aliaque ad recreandos hospites parat cibaria; Sed quis prandendi locus constituatur, videamus. An in aula aliqua, vel in cubiculo intra ædes? Non equidem; sed foris, sub vmbra nimirùm arboris. *Ipse stabat iuxtà eos sub arbore*. Cur hoc? deerant forsan commodæ, & ornatæ habitationes intra penetralia Abrahæ? Non equidem, quia illi plurima erat supellex; & greges, & armenta possidebat, vernaculos etiam plurimos alebat, è quibus in pugnam tercentum decem, & octo numerauit. Verùm nonne illi peregrini hospitio excepti fuere in feruore diei, scilicet quandò meridianus æstus vrit? antequam

Ibid. verò in dapes vitulus esset conditus: *Tulit quoque butyrum, & lac, & vitulum, quē coxerat, & posuit coram eis*. Gen. ibid. & panis ex farina compactus, & decoctus, vnius, aut alterius horæ spatium debuit pertransire. Quarè opportunum tempus aduenerat, quo suaues Zephyri perflare incipiunt, sicut colligitur etiam ex illo Gen. 1. vbi dicitur, mundi conditorem deambulasse ad auram post meridiem: Comedentes ergò hospites sub arboris tegumento plurimùm demulceri poterant à suaui ventorum flabello, quo symbolo præmonstratum egregiè fuit, quantum Eucharistico symposio per memoratum Abrahami conuiuium adumbrato, accumbentes supernarum inspirationum aura deliniantur.

Eucharistiçæ mēsæ accumbentes diuinarum inspirationū aura deliniuntur.

D. Macharius hom. 47. perpendens spiritalem progressum animæ post esum sacri pabuli præmonstratum in Israelitis, qui manducato agno paschali pergere cœperunt ad terram promissionis

D. Machar. sic loquitur. *Post celebratum Pascha filij Israel abeunt, proficit anima, quæ vitam Sancti Spiritus accepit, de agno gustauit, eius sanguine vncta est, & panem verum, verbum viuum manducauit*. Perpendamus hæc verba, *quæ vitam Sancti Spiritus accepit*. Sanè si Spiritus Sanctus est fons cælestium inspirationum, quid aliud erit animam accipere vitam Spiritus Sancti, quàm ab ipso fonte affluenter repleri pijs cogitationibus, & vitam transigere supernis illustrationibus enutritam?

Gaudentius Brixianus Episcopus tract. 2. premens illud Exod. *Si quid residuum fuerit, igne comburetis*, inquit. *Si quid autem superfuerit, etiam nunc in vniuscuiusque sensu, quod expositione itā non ceperit, ardore contremetur, quoniam Deus noster ignis consumens est, purgans, erudiens, & illuminans corda nostra, ad intelligentiam diuinorum mysteriorum, vt & ipsius à Christo institute sacrificij calestis causam, rationemque noscamus inenarrabili dono eius,*

Exod. 12. Gaudent. Brixian.

A *sine gratias relaturi*. Ad considerationis trutinam reducamus pro nostro scopo, quod in Eucharistia *Deus noster ignis consumens est, purgans, erudiens, & illuminans corda nostra ad intelligentiam diuinorum mysteriorum*. Equidem dum erudit, & illuminat corda nostra, interne Numinis voces, quibus altissima doctrina traditur mentibus nostris, indicantur.

S. Teresia insigni pietate, & sublimi deuotione repleta, quotiès Dominici corporis sacrosanctam alimoniam sumebat, à Christo Domino plurimis altissimarum visitationum, veritarumq; illustrationibus, & cælestium arcanorū cognitione irradiabatur, pleramque illud B temporis punctum expectando, quo singularibus illis donaretur fauoribus, non rarò intuita est in saciata hostia Christū ipsum Anastasi gloriosa insignem, aliàs in cruce pendentem, spinea corona aliàs redimitum, aliàs alio modo se videndū præbebat, huiusmodi tamen maiestatem præseferentem, vt timorem sanctum, & reuerentiam simul incuteret. In gestis huius Sanctæ cap. 20. habetur. In vita S. Teresia.

Surge, propera.

NOTVLA II.

C

In sacræ mensæ conuiuis diuini edulij desiderium ambit Christus.

DIVVS amator sub typo vernæ tempestatis, quandò tellus virenti amictu circūuestita ridet, quādò prata vario florum discrimine pinguntur, quandò horti, & vineæ suaues efflant odores, quandò sub mitiori cælo nouis germinibus gaudent plantæ, & gratos volucres attemD perant cantus, repræsentat omnia, quę eximiam afferunt hilaritatem, cumulatè reperiri in sacro symposio, ad quod alliciens dilectam animam, dum, vt accelerer, eam hortatur, insinuat, quàm ardenter cupiat, vt pabulum illud sacrosanctum magno cum desiderio sumat; ad ea enim quæ vehementer appetimus, velociter tendimus. *Surge propera*.

Occurrit hìc oraculum illud Isaiæ 55. Isaiæ 55.
Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite; venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac.

quo

quo D. Hieronymo interprete, fideles ad Eucharistiam inuitantur. Sed cur ad aquas, & non ad haustum vini? nonnè hoc magis congruum videbatur ad Altaris Sacramentum indicandum? vinum enim in sacra conuersione in Christi sanguinem transmutatur. Mysteriū inuestigemus. Equidem siti exardescētes non ad vinum, sed ad gelidos latices anhelant: sitis enim est frigidi, & humidi appetitus, hæ verò qualitates soli aquæ natura inditæ sunt; dum ergò sub aqua sitientium symbolo proponitur Eucharistica alimonia, vehementer illam exoptantibus præcipuè paratam esse rectè denotatur; vt autem intelligeretur sermonem esse de sacro cibo, subditur, *& comedite*, cùm aliis præfatis consonum magis videretur, *bibite*. Premamus cætera. Cur dicitur, *emite, qui non habetis argentum*? & cur subsumitur, *emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac*? Nonnè in emptionis contractu pretium intercedere debet? Sed ò egregiū pro instituti nostri scopo documentum? Pretium, quod exigitur hoc loco, est illud, *properate*, auiditas nimirùm spiritalis, & huius diuini cibi grandis appetitio. Aceinit peruenustè D. Gregorius Nazianzenus oratione 40. exponens præmemoratum Isaiæ locum. *Hoc bonum*, inquit, *solo voluntatis pretio emendum tibi proponitur, appetitionem ipsā Deus ingentis pretij loco habet.*

Pretium, quod exigitur in sacra mensa, est auiditas spiritalis, & grandis appetitio huius diuini pabuli.

Greg. Nazianz.

Inter mortales nato Seruatore nostro excitantur ab Angelo pastores, vt ad eum videndum pergant in Bethleem. Et ecce illi citissimo gressu accurrunt. *Et venerunt festinantes*. Luc. 2. *Et inuenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in præsepio*. Bethleem domum panis significans Eucharisticum panem ex vulgata Patrum declaratione, vt sæpiùs monuimus, præmonstrauit, quod etiam S. Zeno Martyr de Natiuitate Christi cap. 3. adnotauit, cuius verba dedimus supra notula 2. ad præced. versic. atque ita sine mora conuolantes pastores ad Bethleem, blandulum infantem Iesum inuenientes, præadumbrauere non segniter se ferentes ad Eucharistiam, qui valdè sibi indulgentem, & propitium Christum reperiunt.

S. Zeno Mart.

Non impiger fuit Zachęus in excipiēdo Christum hospitem: *festinans enim descendit, & excepit illum gaudens*. Luc. 19. Vt autem Seruator noster, quantum illi acceptum esset Zachæi votum celeritate, & gaudio expressum (gaudium enim est de re valdè concupita præsenti) declarauit fausta illa remuneratione. *Hodie huic domui salus à Deo facta est*, Hoc perpendens Ambrosius lib. de Cain, & Abel cap. 7. *Habes*, inquit, *in Euangelio dicentem Dominum Iesum: Zachæe festinans descende, & ille, cui imperauerat, quod volebat, vt Christum videret, & amplius imperauerat, vt videretur, & vocaretur à Christo, festinans descendit, & accepit illum gaudens, & ideò probauit Dominus eius affectum, vt eum celeri remuneratione donauit, dicens, quia hodie salus domui huic facta est*. Verùm nonnè exemplar feruenti desiderio communicantis expressit Zachæus? qui enim Christum sub sacris accidentibus intra se suscipit, veluti hospitem suscipit; rectè enim Hugo Carensis in cap. 6. Io. exponens illud Matth. 25. *Hospes eram, & non collegistis me. Verè*, ait, *hospes est sub speciebus istis, quasi sub veste peregrina*; Quarè qui sollicita deuotione, & cupido affectu tantum hospitem admittunt, celerem munerum cęlestium largitorem experiuntur.

Luc. 19.

D. Ambr.

Matth. 25.

Hugo.

Canibus illis, qui plagatas Lazari carnes lingebant, fideles prænotatos fuisse Christi vulnera pio affectu in sacra Synaxi meditantes, Augustini expositio est, lib. 2. quæstionum Euangelicarum. *Vlcera*, inquit, *passiones sunt Domini ex infirmitate carnis, quam pro nobis suscipere dignatus est; canes verò, qui ea lingebant, gentes sunt, quas homines peccatores, & immundos dicebant Iudæi; & tamen passiones Domini in Sacramentis corporis, & sanguinis eius per totum iam orbem suauitate lambunt deuotissima*. Sed perpendamus hic pro nostro argumento communicantes canibus assimilari, qui fame semper excruciari videntur; vndè eleganter Seneca epist. 74. *Solebat*, ait, *Attalus hac imagine vti; vidisti aliquando canem, missa à Domino frusta panis, aut carnis aperto ore captantem, quidquid excepit, protinus integrum deuorat, & semper ad spem futuri hiat*. Et accinit illud psal. *& famem patientur, vt canes*; quarè, qui instar canum nouam escam appetentium recentibus semper diuini corporis refectionibus inhiant, gratissimum Deo obsequium præstant.

D. August.

Seneca.

Placet hic, quod B. Thomas de Villanoua conc. 2. in festo corporis Christi de quadam moniali enarrauit, in medium proferre. Hæc corpus Domini, sicut ceruus fontem aquarum desiderabat sitiens, cui, vt videbatur, difficile erat à Sacramento vel vna sola die abstinere, tanta erat sumendi auiditas, tantus accedendi appetitus; si enim in loco, vbi degebat, interdicti, aut cessationis à diuinis impedimentum contigisset, quominùs communicare illa die posset,

B. Thomas de Villanoua.

possdet, aliorsum gratia communicandi A migrabat, ne vel vna dies sine spirituali hac refectione transiret; die ergò sancto Parasceue, cùm corpus Domini Ecclesiastico more in monumento reponitur, quia oblitus Sacerdos formam, quã illi daret, non reseruauit, eiulatibus, & clamoribus domum repleuit, vt filij vnigeniti sepulturam lugere videretur, neq; tamen eius desiderio subueniri poterat, ratione iam dicta: tandem cùm in fletibus, & lacrymis diù persisteret (mirabile dictu) duæ manus visibiliter ei cum Sacramento apparuerunt, ex quibus ipsum accepit, quo accepto omnis illa amaritudo in consolationem vberrimã mutata est. B

Surge, propera.

NOTVLA III.

Animam ad cælestem patriam celeri gressu contendentem Eucharistica mensa libenter admittit.

SACER sponsus fidelẽ animam ad Eucharisticum pabulum alliciens, C vt gressus acceleret, hortatur; sed quò? equidẽ ad Altaris mensam in præcedenti notula diximus. Sed nonnè etiam simul admonere videtur, vt ad supernam patriam affectu à mundanis rebus abdicato festinet? *Surge, propera.* Quasi diuus amator dilectam animam sic alloquatur: Ah caue, ne peritureis pedem infigas, ne terrenarum voluptatum irritamenta, aut blandientis sensus lenocinia, te aut retrahant, aut retardent ab incepto cursu ad æternitatem beatam, sed perge, perge velociùs semper instar peregrinantis ad cõcupitam patriam; talibus enim libentissimè diuinam meam alimoniam præbeo.

Paschalis Agni comestio ex diuino præscripto magna cum festinatione perficienda erat. *Comedetis festinanter.* Exod. 12. Sed cur festinationem requirebat Dominus in esu agni? certè vt intelligerent Israelitæ ab Aegypto ad felicissimam terram properandum illis esse, vt benè in cit. loc. Exod. aduertit Lyranus. *Per quod*, inquit, *designatur, quòd deberent ire expeditè, & velociter, non desidiosè.* Qua in re optimè instrui-

Exod. 12.
Agnus cur cum festinatione comedẽdus esset.
Lyranus.

A mur, Dominici corporis escam eo animi sensu manducandam esse, vt non firmũ hic habitaculum habere, sed ad empyreum nos anhelare recolamus. Audiamus hic B. Eligium homil. 14. *Nec prætereundum, ait, est negligenter quod dicitur, comedetis festinanter. Festinantes nãque Pascha comedimus, cùm nos hic non habere certam mansionem recolentes, quotidiè de festinantes, & iam iamque imminenti fine suspendimur, assiduè meditantes, quoniam incolæ super terram, & peregrini sumus.* Affinia his habet Chrysostom. siue alius Auctor imperfecti operis in Matth. homil. 52. *Sicut enim*, inquit, *qui obuiam vadit alicui, in via stat, & expectat eum quandiù veniat: ità qui credit in Christum,* B *sic debet viuere in hoc sæculo, quasi peregrinus: & non in suis, sed in transitu positus. Propterea, & Iudæi exituri de Aegypto, expediti, & præcincti agnum iussi sunt manducare: & ad exeundum parati, ostendentes nobis, quomodo quicunque nostri agni Eucharistiam manducant; ita semper debent esse expediti, quasi quotidiè exituri de mundo.*

B Eligius.
Chrysost.

Fugiens iratam Iezabelem Elias, vbi proximus fuit deserto, in quo nulla erãt humana ciborum, victusque adiumenta, comitantis famuli solatium non admittit, itinere fessus non sub molli gramine ad vmbram amœnæ, & frondosæ plantæ C recubat, sed sub arbore iuniperi, spinis, & aculeis rigidæ, demum & mortalem hanc vitam nauseans, mortis imagini, somno nimirùm se tradit. *Timuit ergò Elias, & surgens abijt quocunque eum ferebat voluntas: venitque in Bersabee Iuda, & dimisit ibi puerum suum, & perrexit in desertum, viam vnius diei. Cùmque venisset, & sederet subter vnam iuniperum, petiuit animæ suæ, vt moreretur.* Et eccè Angelus eum excitat, & porrectum illi panem manducare iubet. *Et eccè Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: Surge, & comede.* Ad mystica feramur. Vates cũcta mundi huius oblectamenta fastidiens, moriendi cupidus præclarum D exprimit exemplar, cui cùm tædio sint diuitiæ, voluptates, honorum, atque dignitatum tituli, ad celerem ab humanis discessum anhelat, vt supremo Numini in æuo felicissimo iungatur: hic autem in optima dispositione est Eucharisticũ panem pane illo Eliæ præsignatum recipiendi.

3. Reg. 19.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: hanc petendi formulam præscripsit Dominus. Panem hunc de Eucharistia frequenter Patres exponunt. Ità Tertullianus lib. de oratione cap. 6. D. Hieronymus in comment. in Matth. & lib. 3. aduer-

Tertullian.
D. Hieron.

D. Auguſt. D. Cyprian. D. Anſelm. S. Pet. Laodicen. Germ. Cõſtant. Chryſol. Caſſian.

aduerſùs Pelagianos, D. Auguſtinus ep. 121. D. Cyprianus lib. de oratione Dominica, D. Anſelmus in Matth. S. Petrus Laodicenſis, & Germanus Conſtant. in expoſitione orationis Dominicæ tom. 1. Bibliot. Chryſologus ſerm. 70. Caſſianus collat. 9. cap. 20. Sed ſi Dominici corporis refectio ad ſpiritalem vitam fouendam toto hoc tempore, quo hìc in terris degimus, neceſſaria eſt, quamobrem pro eo die, quo poſtulatur, tantùm poſtulatur? *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*. O magnum documentũ! pro præſenti tantùm die efflagitatur Altaris cibus, vt inſtruamur, eo affectu eum à nobis eſſe ſuſcipiendum, ac ſi dies illa B totam vitæ noſtræ periodum clauderet, atque ità animo penitùs à terrenarum rerum amore ſeiuncto.

Sacra alimonia eo affectu à nobis eſt ſuſcipiẽda, ac ſi dies illa vitæ noſtræ extrema eſſet.

Lauto ſympoſio parato, rex ille mandauit ſeruis, vt inuitatos aduocarent; venire renuunt ij. Iubet Rex, vt iterùm famuli egrediantur accerſiri, quos in ſemitarum confinibus inuenirent. *Tunc ait ſeruis ſuis: Nuptiæ quidem paratæ ſunt, ſed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergò ad exitus viarum, & quoſcumque inueneritis, vocate ad nuptias*. Matth. 22. Hoc geniali conuiuio communi Patrum calculo Altaris menſa repræſentata fuit, qua potiſſimùm digni redduntur, qui nullam ſibi in hoc mundo viam præfinientes C in vltimo vitæ termino ſe ſemper conſtitutos cogitant, ad ſolam æternitatem beatam aſpirant; hi enim per homines in exitu viarum repertos præſignati fuere.

Matth. 22.

Altaris eſca digni potiſſimùm redduntur, qui in vltimo vitæ termino ſe ſemp. conſtitutos cogitant.

Amica.

NOTVLA IV.

In ſacra menſa ità Chriſti amica euadit fidelis anima, vt cæleſtium arcanorum notitia decoretur.

D Ponſam ſacri conuiuij abſolutè amicam nominando Diuus amator apertè ſatis declarat cum ea perfectam contraxiſſe amicitiã; mutuo autem animorũ conſenſui ſecretorum communicatio cõuenit, quod eleganter monet Annæus Seneca epiſt. 3. *Diù cogita*, inquit, *an tibi in amicitiam aliquis recipiendus ſit. Cùm placuerit fieri, totum illum pectore admitte, tam audacter cum illo loquere, quàm tecum;*

Seneca.

A *tu quidem ità viue, vt nihil committas, niſi quod committere etiam inimico poſſis, ſed quia interueniunt quædam, quæ conſuetudo fecit arcana, cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas miſce*. Et Plinius iunior in fine epiſt. 5. lib. 1. *Hæc tibi ſcripſi*, ait, *quia æquum erat te pro amore mutuo non ſolùm omnia mea facta, dictaque, verùm etiam conſilia agnoſcere*. Et emblematum Bathyllus 84. amicitiam varijs notis delineans inter alia hæc canit:

Plinius.

Bathyll.

Cur tibi ſic latus eſt, ipsũq; ad pect' apertũ?
Ipſum animi nudo ſic penetrale meum.

cui conſonat Cauſinus in Polhyſtore ſymbol. lib. 2. num. 11. Iuuenem, qui amicitiæ ſpeciem exprimebat, refert haB buiſſe latus apertum vſque ad cor, & brachium inclinatum digito cor oſtendens. Quarè ex his liquet debitam fuiſſe animæ piæ arcanorum communicationẽ, vtpotè ſupremo Numini perfecto fœdere coniunctæ in ſacro ſympoſio, quod honorifico titulo amicæ hic tacitè reor indicatum.

Cauſinus.

Inter epulandum ænigmata proponere, & enodare priſca conſuetudo fuit: vndè Ioſephus lib. 12. Antiquit. cap. 2. de ſympoſio, quod ſeptuaginta duobus ſenioribus Ptolemæus Aegypti Rex parari iuſſit, ſic ſcribit. *Cùmque Rex ſiluiſſet, quantum ſatis viſum eſt, cœpit philoſophari proponens ſingulis quæſtionem aliquã C de natura ſubtili diſquiſitione dignam; illis verò diſertè ad quidlibet reſpondentibus delectatus eorum conſuetudine per duodecim dies inſtaurauit conuiuium; ſi quis autem cupit cognoſcere quæſtiones agitatas in eo conuiuio, legat Ariſtæi librum, quem de hoc argumento conſcripſit*. In qua hiſtoria relata tom. 1. Biblioth. Patrum Coloniæ impreſſæ enumerantur ſeptuaginta duę quæſtiones inter conuiuandum enucleatæ, de quo more plura eruditè collegit Salazar. in Prouerb. cap. 9. à num. 14. Verùm ſi in humanis epulis peritiſſimi magiſtri griphos, quæſtiones, & ſtrophas obſcuras ad naturalem cognitionẽ ſpectantes dilucidare ſolebant; equi-D dem auguſtæ Altaris menſæ diuina ſapientia præſidens deuotos conuiuas ſupernaturalia myſteria edocet. Hoc demonſtrarunt illa Salomonis verba. *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, miſcuit vinum, & propoſuit menſam*: hunc enim locum de Euchariſtiæ inſtitutione Patres frequenter interpretantur. Cyprianus in epiſt. ad Cæcilium de Sacramento Altaris, & lib. 2. teſtimoniorum contra Iudæos, Ambroſius lib. 4. de fide cap. 7. Chryſoſtomus homil. in pſalm. 22. D. Thomas in opuſc. de Sacramento, Beda, & Hugo

Inter conuiuia ænigmata proponere, & ſoluere vetus mos fuit Ioſeph.

Salazar.

Sacræ menſæ cõuiuas Chriſtus ſupernaturalia myſteria edocet. Prou. 9.

Cyprian. Ambroſ. Chryſoſt. D. Thomas Beda. Hugo.

in

in præmemoratum versiculum.

Dominus sub figura Angelorum ad destruendas illas ciuitates nefando scelere contaminatas pergens Patriarchæ Abrahæ, quem comitem habebat, occultum mentis propositum aperuit de incendio absumendis luxuriosis illis vrbibus. *Num*, inquit, *celare potero Abrahã, quæ gesturus sum?* Gen. 18. Sed quæ causa ita vrget supremum Numen ad decretum, quod mente detinebat, Abrahæ manifestandum? Sed nonnè Patriarcha eidem orbis conditori sub specie peregrinorũ paulò ante instruxerat opiparũ conuiuium? quod cùm Eucharisticam alimoniam significaret, vt pluriès monuimus, intelligere possumus illius intuitu, qualis futura esset cælestium mysteriorum reuelatio, dum Eucharistia solùm sub typo repræsentata Deum quodammodo impulerit ad cordis secretum Patriarchæ patefaciendum.

Gen. 18.

Eucharistiæ solus typus Deum quodammodo impulit ad cordis secretũ Abrahæ patefaciendum.

Sapientissimus præceptor Christus sermonem aliquandò instituit, in quo altissima arcana reuelauit discipulis, & indè subiecit eos amicorum nominibus deinceps vocandos esse, quia nimirùm secretorũ cõscij facti fuerant. *Iã*, inquit, *non dicam vos seruos: quia seruus nescit, quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Ioan. 15. Sed quãdò, quæso, facta fuit adeò completa diuinorum secretorum propalatio? nonnè peracta illa cœna, in qua amantissimus Seruator noster Dominici corporis sui esca, & sanguinis poculo Apostolos recrearat? Ità sanè ex historia præmemorati Euangelistæ cap. 13. & 14. colligitur apertissimè; quæ quàm luculenter nostrum comprobent argumentum, quilibet etiam vel elementaris animaduertere potest. Congruit huic themati, quod de S. Teresia retulimus notula 1. ad primam clausulam huius versiculi.

Ioan. 15.

A

Columba.

NOTVLA V.

Lenitate conspicuus debet esse sacræ mensæ conuiua.

COlumba ità mitis est, vt pro mansuetudinis typo habeatur. Hinc est illud adagium: *Mitior columba*, hanc quoq; auem felle carere asserũt Anomastici. Quarè ad sacrosan-

Columba typus mansuetudinis.

B ctum conuiuium cælestis Amator dilectã alliciens sub blando columbæ titulo eam lenitatis virtute communicantibus maximè congruente præditam esse insinuat.

Ex manna, quod ad refectionẽ Israelitarum cælo depluebat, contuso, oleati saporis offæ conficiebantur. *Erat autẽ Man, quasi semen coriandri, coloris bdellij. Circuibatq; populus, & colligens illud frangebat mola, siuè terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati.* Num. 11. Quid mysterij hìc edocemur? Oleum clementiæ symbolum est peruulgatum; vndè furentibus irati ponti fluctibus inspersum eos sedare scribit Rhodiginus lib. 25. antiqu. lect. cap.

Numer. 11.

Rhodigin.

C 16. quarè sapor oleatus præclarum mansuetudinis allectamentum sacro cibo in manna præsignato repræsentabat.

Duo Cherubim ex lignis oliuarum efformati in magnifici illius templi à Salomone constructi oraculo collocati erant. *Et fecit in oraculo duos Cherubim de lignis oliuarum decem cubitorum altitudinis.* Reg. 3. cap. 6. Certè ex ligno oliuæ statuas Deorum fabricatas refert Valerianus lib. 53. hieroglyph. quòd hominibus mansuetudinem maximè conuenire etiam cæca existimauit Gentilitas; Cherubim ergò ex oliua elaborati in oraculo arcam fœderis Eucharistiæ figuram continente positi typicè referebant, quales esse debeant sacræ mensæ

3. Reg. 6.

Valerian.

D participes, lenitate nimirùm insignes.

Lenitate insignes esse debent sacræ Synaxis participes.

Plena est admiratione illa Christi reprehensio, qua Petrum redarguit, dum Malcho aurem gladio, quem gestabat, euaginato abscidit. *Conuerte gladium tuũ in locum suum.* Matth. 26. quid enim criminis admisit Apostolus? nonnè iustè Domini sui defensioni operam nauabat fidelis seruus? nonnè effrænis illa barbaries sæuientium satellitum coercẽda meritò videbatur? nonnè omni nisu contendere pro salute magistri, cui nũquam digna satis rependi possunt, licet?

Matth. 26.

sed

sed nihil concitabit admirationis, si in memoriam reuocemus, quòd paulò ante Dominici corporis esca Petrus refectus fuerat; quarè rationi haud consentaneũ erat, vt iracundiæ, & vltionis munus exerceret, qui mansuetudinis ferculum sumpserat. Occurrit & hic perpendere gladium illum de mensa, super quam augustissimũ Altaris Sacramentum Christus Dominus condiderat, sublatum fuisse à Petro, quod satis innuere videtur sacra historia; cùm enim Dominus noster dixisset. *Qui non habet gladium, emat;* obiecit Petrus. *Domine ecce duo gladij hic*; vndè si diligenter particulam, *ecce*, premas, binos illos gladios in mensa appositos facilè intelliges, quorum vnum Petrus auditis illis verbis abstulerit, vt comunitus ad dilecti sui Domini tutamen incederet. Quarè mitissimus Magister, vt mentibus nostris altiùs imprimeret, quantum Eucharistia mansuetudinis affectum desideret, noluit vt ferrum, quod mensam illam, in qua fuerat instituta, attigerat, rigori quamuis iusto inseruiret.

Petrũ mansuetudinis ferculo pastũ dedecebat vltionis munus exercere.

Luc. 22.

Luculentũ est pro nostro argumento illud Chrysostomi pronunciatum hom. 27. in epist. ad Corinth. *Talis mensæ,* inquit, *fuisti particeps, vt cùm omnibus deberes esse mitior, & clementior, & par Angelis; & sanè nimium dedecet carne mitissimi illius Agni, de quo dicitur; Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, pastum irati vrsi indolem referre.*

Chrysost.

Formosa.

NOTVLA VI.

Anima decorata cælesti contemplatione, Altaris pabulo nutrienda est.

DIVVS Bernardus ser. 77. in Cant. pulchritudinem animæ, quam hic celebrat diuus Amator, eam esse dicit, quæ affectu, & consideratione diuinarum rerũ acquiritur. *Meritò quoque,* inquit, *formosa, quia cælesti desiderio fulgens superna contemplationis decorem se induit.* Hæc autem spiritalis venustas, quæ potissimùm in quadã assimilatione animæ cũ Deo cõsistit, fouẽda, & augenda est Dominici corporis esca. Indicauit hoc Paschasius lib. de corpore, & sanguine Domini cap. 20. cuius verba accipe: *Longè inferiùs vita ista temporalis, corporeo isto communi alitur cibo, & potu; longè verò excelsiùs, ac præeminentiùs vita illa, quæ absconsa est cum Deo, qua conformes illi configurati sumus, illo saginatur cibo, & potu, quem de scripturis, & de Altari accipimus, & transuehit nos ad spiritualia; vt ibi exindè viuamus, vbi vita nostra seruatur æterna.* Preme, *vita illa, quæ absconsa est cum Deo, qua conformes illi configurati sumus, illo saginatur cibo, & potu, quem de scripturis, & de Altari accipimus*; facilè enim percipies eandem esse vitam, qua conformamur Deo, & spiritalem elegantiam: quomodò enim anima nostra Deo veræ pulchritudinis fonti assimilari potest, nisi eiusdem pulchritudinis facta sit particeps? Quarè ad mentem præmemorati Paschasij, cùm diuinorum mysteriorum, quæ in scripturis continentur, consideratione, & Eucharistico cibo, ac potu vita illa spiritalis saginetur, simul & pulchritudo animæ feliciter educitur; quocircà dum cælestis sponsus iucundo formosæ titulo appellat sponsam, eam & per eleuationem mentis ad superna pulchram effectam deprædicat, & ita dignam, quæ alatur supercælesti ferculo.

D Bernard.

Paschas.

Nouati Eucharist. Amores. Tom. I.

Antequam felicissima illa frumenti, vini, & olei benedictione à genitore Isaac locupletaretur Iacob, videamus quæ fuerint potissima eius studia: equidem in tabernaculis versari solitũ fuisse sacer textus refert: *Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis.* Gen. 25. hæc autem tabernacula erant Academiæ, seu gymnasia, in quibus superexcelsæ sapientiæ dogmata tradebantur; vt ex traditione Hebræorum exponit Abulensis in eo. loc. *Vel,* inquit, *vt volunt Hebræi, tabernacula hîc vocantur scholarum loca; in quibus manebat Iacob addiscens sapientiam, & Dei timorem; erat autem vnum tabernaculum Melchisedech, qui erat sapiens, & Sacerdos Dei excelsi, & aliud tabernaculum Heber, qui Propheta erat, & docebat de rebus diuinis, vnde volunt Hebræi, quòd Iacob quatuordecim annis habitauit in tabernaculo Heber.* Cùm igitur tandiù sacrarum litterarũ palæstras frequentarit Iacob, mentem eius cælestium arcanorum cognitione imbutam fuisse nemo dubitabit: hinc benedictione illa insigni frumenti, vini, & olei dignatus fuit. Quæ mysticè hic doceamur, non difficilè animaduertes, si in memoriam reuocabis, benedictione præmemoratã, quã assecutus est Iacob, Altaris alimoniã præsignatã fuisse, ad quã diuinarum rerum contemplationi vacantes maximè disponuntur. Sed dum de hoc Patriarcha loquimur, perpendamus, quòd huic

Gen 25.

Abulens.

Contẽplationi diuinarum rerũ vacãtes maximè dispo nũtur ad sacram alimoniam.

aliquando dormienti superhumanæ demonstrata fuere. Gen. 28. *Viditque in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælum: Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ*, euigilans exclamat: *Verè locus iste sanctus est, & ego nesciebam*. & statim subijcit: *Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusque fuero prosperè ad domum Patris mei, erit mihi Dominus in Deum*. Sed quale sacramentum est, quòd post agnita cælestia mysteria Iacob panem postulat? equidem panem Eucharisticum petitum

Gen. 28.

Paschas. fuisse ab eo dicit Paschasius lib. de corpore, & sanguine Domini cap. 21. *Hunc itaque cibum, ait, Iacob Patriarcha esuriebat dicens: si fuerit Dominus mecum, & dederit mihi panem ad edendum, & vestimentum ad induendum; quotquot ergò in Christo baptizantur, Christum induunt, & panem Angelorum comedunt*. O egregia Idæa, qua repræsentatur anima per meditationem ad supernarum rerum cognitionem euecta, quàm bene parata sit pro Eucharistico pane sumendo.

Iuuat obseruare pro nostri discursus meta expositionem illius Matth. 24. *Vbicunque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ*, à D. Chrysostomo allatam homil. 24. in cap. 10. primæ ad Corinth.

D. Chrys. *Aquilas autem appellat, vt ostendat, ad alta eum oportere contendere, qui ad hoc corpus accedit, & nihil cum terra debere ei esse commune, neque ad inferiora trahi, & repere, sed ad superiora semper volare, & in solem iustitiæ intueri, mentisque oculum acutissimum habere*. Ab hoc enim aureo Doctore discere possumus, qualem Christi mensa exoptet, eum nimirùm, qui & cogitatione, & voluntate fertur ad superna.

Christi mensa eũ exoptet, qui & cogitatione & volũtate ad cælestia fertur.

Iam hyems transijt, imber abijt, & recessit.

NOTVLA VII.

Vberrima hilaritatum seges est in Dominica mensa.

OB lætitias, quibus Eucharistia abundat, aptè assimilatur vernæ tempestati, qua tellus sinum aperit, germinum, atq; florum fœcundissimos fœtus effundit, culta viridaria suauiter fragrant, sub placido

A cælo lenes perflant Zephyri, aues dulcissimis concentibus æthera demulcent, natura sexcentis oblectamentorum figuris, vt voluptati indulgeant animantes, hortatur; tempus autem præcedens institutionem sacræ Synaxis tot iucunditatum donis viduatum, sterili, & mœstæ hyemi æquari potest, quandò nimirùm horti omni honore spoliati, campi penè mortui squallent, fluuij constringuntur, arbores frondibus nudatas Aquilonum flatus verberant frementes, & omnia sub immiti cælo tristantur: Diuinus igitur Amator his verbis, *Iam hyems transijt, imber abijt, & recessit*, sponsam spiritalem sic alloqui videtur. Vide, ò mi

B dilecta, iam depulsa nebulosa vetustæ legis tempora, quibus sub figurarum obscuro velo obtegebantur cuncta, iã non de cælo pluit manna, sed panis viuus delabitur, scilicet ego ipse, qui me tibi totum in alimoniam trado, manduca, & epulare, qua par est deuotione, & gaudijs afficieris vniuersis, quorum vmbræ leues sunt copiosæ veris amœnitates.

D. Ambr. Insinuauit aliqua in parte D. Ambrosius lib. de Isaac cap. 4. hanc expositionem, vbi Christum sic piæ animæ loquentem inducit. *Surge, veni, proxima, noli timere tecta, iam præterijt hyems, venit Pascha.*

Qua symphonia, quibus ingeminatis modulationibus, quo ingenti populi tri-

C pudio, quibus gestientium animorum signis arca fœderis de domo Obededom in ciuitatem David transuehebatur, sacram historiam referentem recolamus. *Abijt ergò David, & adduxit arcam Dei de domo Obededom in ciuitatem David cum gaudio: & erant cum David septem chori, & victimæ vituli. Cùmque transcendissent, qui portabant arcam Domini sex passus, immolabat bouem & arietem, & David saltabat totis viribus ante Dominum, porrò David erat accinctus ephod lineo. Et David, & omnis domus Israel ducebant arcam testamenti Domini in iubilo, & in clangore buccinæ*. 2. Reg. 6. Quilibet hic vel me- 2. Reg. 6.

D diocriter in sacris paginis versatus exundantium gaudiorum, quibus à Dominico Sacramento in arca illa præsignato replendi erant fideles, adumbratam effigiem agnoscet. Sed quoniam de arca sermo est, subrepit recordatio, quòd illa clangentibus tubis Iubilæi circumducta fuit ex diuino præscripto ad expugnandam Ierichontinam ciuitatem. *Septimo autem die Sacerdotes tollant septem buccinas, quarum vsus est in Iubilæo, & præcedant arcam fœderis: septiesque circuibitis ciuitatem, & Sacerdotes clangent buccinis*. Iosue 6. Sed si hæc erat militaris Iosue 6.
obsidionis species, cur duæ illæ tubæ ar-

genteæ

gentes Domini iussu elaboratæ, quibus classicum insonarent Israelitæ tempore pugnæ, vt Numer. cap. 10. constat, non perstrepunt? Equidem Iubilæi annus quinquagesimus ab ipso iubilæi titulo, quantæ iubilationis plenus esset, indicatur; redibat homo ad auitas possessiones, & vnusquisque ad propriam familiã, tristibus eliminatis lætitia summa dominabatur, vt Leuitic. cap. 25. enarratur.

Numer. 10.
Leuit. 25.

Quarè repetitum hic habes symbolum lætitiarum à sacra Synaxi profluentium, cuius etiam mysterij memoriam renouare videtur laudatissimus Ecclesiæ vsus harmonicis cantibus, musicisq; instrumentis festiua agendo ante Altaris Sacramentum. Egregiè adnotat Philippus Abbas tract. de silentio Clericorum cap. 44. præmemoratum Iosue locum explicans. *Cuiusmodi morem, inquit, quē synagoga diuina prisca legis institutio delegauit, Ecclesia tempore gratiæ à se non penitùs relegauit; sed tubas ductiles, quibus illa illo in tempore personauit, ista in signa area forma alterius commutauit. Quæ cùm habeat epulum, idest cùm in altario corporis, & sanguinis Christi conficit Sacramentum, consueuit solemus iubilo personare.*

Philippus Abbas.

Tantæ exultationis causa est Eucharistia, vt per antonomasiam exultátio nominetur à regio Vate. *Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Sion.* Psal. 47. Audiamus D. Ambrosium præmemoratũ locum exponentem. *Sed quia, ait, in vetustis exemplaribus aliquibus reperimus bona radice exultationē vniuersæ terræ, sensũ quidem eundem aduertimus, quia diuina in nobis Dei Patris dona laudantur, qui dedit nobis exultationem bona radice fundatam, Deum videlicet Iesum, veram, & fœcundissimam vitem, de qua Sacramenta fluxere cælestia, in quibus est perpetua, & diuina lætitia.* Ex his ergò intelligere possumus adeò abundantem transfundere lætitiã in animos Eucharisticum Sacramentum inter omnia alia Sacramenta potissimũ, & præcipuum Ecclesiæ fundamentum, vt pleno ore exultatio appellari possit.

Eucharistia antonomasticè dicitur exultatio. Psal. 47.
D. Ambr.
Lætitiam vberrimam in animos transfundit Eucharistia

Dicta vxore à filio illius Regis, de quo Matth. 22. hic pro solemniter celebrandis nuptijs in honorem gnati opiparum conuiuium instrui iussit, ad cuius lautitiem à gregibus, ab armentis, à venatione, ab aucupio petitæ escæ in sexcentas coquorum industria conditæ figuras aderant, & generosa falerna ad coronandos cyathos varia, nec non ab hortis decerpta poma, pluraque secundæ mensæ bellaria, & copiosa promulsis, & demùm nihil, quod ad exhilarandos conuiuas à magnificentia regia desiderari posset, deerat, quod breui com-

Matth. 22.

A pendio innuit clausula illa: *Parata sunt omnia, venite ad nuptias.* Verùm si geniale illud epulum ex notissima declaratione, Christi mensam indicauit, cumulata gaudia, quibus illius participes replentur, benè adumbrata in eodem animaduertis. Demùm, vt epilogo perstringam hoc nostrum thema, quilibet deuotè escam diuinam sumens veritissimè illud Sap. 7. pronunciare potest: *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.* Quarè, cùm ex acquisito bono gaudium resultet, equidem bonis omnibus acquisitis gaudia cuncta adsunt. Scitè Hugo Carensis in cap. 6. Ioan. explicans illa B verba Christi, *Qui manducat meam carnē, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo*; ait. *In me manet, tanquam membrum in corpore, & ego in illo, sicut Dominus in hospitio, Sacerdos in templo, sicut sponsus in thalamo, & nota quòd vtile est talem hospitem recipere honestè in domũ suam, quia soluit omnes expensas totius familiæ, & dat singulis munera. Sap. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.*

Sap. 7.
Ioan. 6.
Hugo.

Flores apparuerunt in terra nostra.

C

NOTVLA VIII.

Prælibationes quædam cælestis gloriæ in sacra Synaxi habentur.

FLORIBVS hic commemoratis, præuias supernæ patriæ suauitates, quibus, quandoque viri sancti in hac vita perfunduntur, S. Gregorius hom. 16. in Ezechiel. lib. 2. denotari arbitratur. *Tunc, inquit, apparent flores in terra, quia cùm de æterna* D *beatitudinis vita quædam suauitatis primordia pregustare anima cœperit, quasi iam in floribus odoratur exiens, quod postquā egressa fuerit, in fructu vberius habebit.* Affinia his habet Theodoretus animaduertens, quòd dicitur, *flores visi sunt in terra nostra, non fructus, quia absoluta bonorum possessio pijs hominibus in futuro sæculo reseruatur.* Sed quænam est hæc terra horum florum genitrix beata, quam sibi Christus cum dilecta anima communem indicat dicens: *Terra nostra*? Equidem corpus suum crediderim, hoc enim cùm eiusdem sit naturæ, cuius erat illud Protoparentis Adæ è terra originem tra-

D. Gregor.
Theodoret.

Hh 2 hens,

hens, ratione huius primæuæ originis terra nuncupari poteſt, licèt per vnionem hypoſtaticam Dominicum corpus fuerit eleuatum ad eſſe diuinum, cuius ſacroſancti corporis cùm participes ſimus in Altaris communione, etiam terra noſtra verè nominatur. Ab hac ergò feliciſſima terra lectiſſimi flores erumpunt, prægustationes ſcilicet quædam æternæ gloriæ. His ergò floribus propoſitis diuus Amator piam animam ad Euchariſtiæ menſam allectat; *Flores apparuerunt in terra noſtra.*

Corp. Xpi terra noſtra appellatur, à qua lectiſſimi flores prægustationū cæleſtis gloriæ erumpunt.

Ariſtot.

Ariſtoteles lib. de mirabilibus Auſcultationibus ſic recenſet. *In Aetna Siciliæ monte ſpelunca eſt, circà quam florum omnigena copia creſcit omni tempore, tum violis immenſum quoddam ſpatium obtegitur. Quæ finitima loca adeò fragrantia ſua replent, vt occupati hac ſuauitate odoris venatici canes, lepores veſtigare nequeant. Ac ſub eodem hiatu obſcurum quoddam antrum latet, vbi triticum reperitur, nec domeſtico, quo vtuntur, nec alij importato ſimile, ſed peculiari proprietate inſigne.* Ab hac imagine à natura delineata euehamus mentem ad ſpiritualia contemplanda. Aetna continuo exardeſcit incendio, atque flammiferos in aera eructat globos, ſed nonnè Chriſtus perpetua exæſtuās charitate ſub ſacris accidētibus adſtat ignita amoris tela in nos iaculans? Propè Aetnam frumentum valdè perfectum enaſcitur, certè & de Dominici corporis alimonia eſt illud oraculum. *Quid enim bonum eius eſt, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum?* Zachar. 9. cuius frumenti adipe nonnè ſatiamur? ſuaueolentes gleba Aetnæ proxima emittit flores, ad quorum fragrantiam venatici canes ferarum, quas inſequuntur, odorem non ſentiunt; in Chriſti verò menſa deuotè manducantes, neſcio quid beatis felicitatis ſubodorantur, quod etiam in ſenſus redundat, eoſque ità conſopitos reddit, vt terrenas voluptates, quibus antea veluti canes prædæ auidi inhiabāt, non ampliùs ſectentur.

Zachar. 9.

In Altaris menſa deuotè manducātes neſcio quid æternæ felicitatis ſubodorātur.

Sed quoniā inter amœnos flores verſamur, iucundum erit tantiſper in his detineri. Ad memoriam reuocemus ciuitatem Iericho, ſelectorum feracem florum, vt ex illo Eccleſiaſtici 24. apertiſſimè colligitur: *Sicut plantatio roſæ in Iericho.* Si enim ibi ſedem ſuam habebat florum regina, ſanè & florum turma ſubdita, & benè culta aderat. Sed videamus, quid Iſraelitis aditus ad ingrediēdum floridam Ierichò aperuerit. Equidem arca illa fœderis ſepties per muros Ierichontinos circumlata. Ioſue 6. O præclarum pro noſtro diſcurſu ſimulacrum, arca notiſſima Euchariſtiæ figura vias aperit ad blandulos flores, ad primordia ſcilicet quædam æternitatis beatæ præſentienda.

Eccleſ. 24.

Ioſue 6.

E patrijs laribus pergebat in Meſopotamiam Iacob, itinere laſſus humi cubat, lapidemq; capiti pro puluinari ſupponit; eccè dormitat, & dum requieſcit, *vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cælum: Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ.* Gen. 28. expergefactus ſomni imagines recolens ſic precatur. *Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum, reuerſuſque ero proſperè ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum.* Miror, cur panem poſcat, & non potius roget, vt Numini, quod apici ſcalarum incumbens aſpexerat, vniatur, vel vt beato Angelorum cœtui, quorū aliquos per gradus ſcalæ aſcendentes, alios verò deſcēdentes intuitus erat, admiſceatur, vel vt cæleſtium gaudiorum fiat particeps. Agnoſcamus hic myſterij arcanum. Ingenuus adoleſcens diuino iubare illuſtratus panem ſacratiſſimum deſiderabat; (Paſchaſio interprete lib. de corpore, & ſanguine Domini c. 21.) cuius eam eſſe virtutem nouerat, vt non ſolùm realiter, ſed etiam in voto manducatus prælibamina quædam ſupernæ iucunditatis ſubminiſtret; quarè ad hæc aſpirās probus iuuenis, dum ſibi inter mortales peregrinandum erat, panem perijt, ſcilicet gratiæ donum edendi in ſpiritu eū panem viuum, qui de cælo fidelibus aliquandò dandus erat.

Gen. 28.

Paſchaſ.

Euchariſtia non ſolum in re, ſed etiā in voto manducata prælibamina quædam cæleſtis gloriæ ſubminiſtrat.

Tempus putationis aduenit.

NOTVLA IX.

Excreſcentes in anima terrenarum rerum appetitiones ſacræ Synaxis virtute reciduntur.

NON de ſarmentorum putatione, quæ fit in vitibus, vel abeunte bruma, vel ſub principio veris, & ſecundùm Columellam lib. 4. cap. 23. ſub frigidiori cælo ad Idus Februarias ſermonem hìc eſſe indicant vernales notæ hoc verſiculo recenſi-

Columell.

censitæ, vitis nimirùm floritio, ex quibus adauctum iam esse ver apertè satis colligitur; quarè de frondium amputatione mentionem fieri existimo, quod & verisimile putat Sherlogus tom. 2. vestigat. 23. sect. 2. num. 10. vites enim nimiùm luxuriantes, expansis plus æquo folijs, obumbrant racemos, qui Solis radijs viduati maturitatis perfectionem attingere nequeunt; superfluis autem frondibus resectis, Phœbo percussa vuarum proles felicissimè adolescit. Præmemorata autem frondium recisio sub fine veris in feruido Palæstinæ climate fiebat, nam in ea ẽtregione sub vernũ æquinoctiũ maturæ sunt ad messem hordeaceæ fruges, vt notat Gaspar Sanctius in versiculum huius Cant. *Ficus protulit grossos suos.* & plura de hac re habet Sherlogus tom. 1. in Cant. anteloq. 5. sect. 2. sub num. 58. quarè sub hac metaphora significatur, Eucharisticę mẽsæ sponsã ex singulari Dei dono peruenisse ad illũ mortificationis gradũ rerũ mũdanarum desideria nimium progerminantia resecantem, quibus obtruncatis, perfectionis fructus maturantur. Fauent ex parte huic expositioni Origenes hom. 4. ex quatuor, Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum, Catena trium Patrum explicantes hanc putationẽ de tempore superfluorum, nec non segregationis à cognatis, & domesticis. Quãtum verò gratiæ conferat Eucharistia ad euellendum humanum affectum à sæcularibus illectamentis, egregiè tradit S. Cyrillus Alexandrinus lib. 3. in Ioan. cap. 34. dicens. *Hoc est etiam, quod in Psalmista. Panem Angelorum manducauit homo; sed perspicuum esse arbitror, non alium panem, neque aliud alimentum præter filium Dei rationalibus, intellectualibusque substantijs propositum esse: ipse igitur est manna verum, ipse, inquam, est panis de cœlo, qui omni rationali creaturæ à Deo præbetur; ita gratia, & misericordia, à cupiditate caducarum rerum varijs, multisque modis humanam solet reuocare naturam.*

Sherlog.

Sanctius.

Sherlog.

Origen. Hieronym. Catena triũ Patrum.

Cyrill. Alexandrin.

Vbi de Christi mensæ conuiuis illud Matth. 24. *Vbicunque fuerit corpus, illic cõgregabũtur & aquilæ*; exposuit D. Chrysostomus hom. 24. in cap. 10. 1. ad Corinth. sic subdit: *Aquilarum enim, non graculorũ hæc mensa est*, vel quia illa aquilas admittit, graculos verò excludit, vel quia graculos in aquilas commutat. Graculus est auis dedita rapacitati duas ex oliuetis pedibus baccas, tertiam ore ferre solet, monedula etiã dicitur, quòd monetas surripiat: vndè Cicero pro Valerio Flacco prouerbialiter loquens. *Non plus, inquit, aurum tibi, quàm monedula committendum.* Et Plinius lib. 10. c. 29. *Insubrium tractu examina graculorũ, monedularumque, cui soli aut furacitas auri, argentique præcipuè mira est.* Quarè graculus typum exprimit hominis diuitiarum, & cęterarũ rerũ, quæ à mundi sectatoribus in pretio habentur, valdè cupidi: hic autem homo ex naturæ corruptela graculo similis, dignè, & frequenter accedendo ad Dominici corporis escam, illius virtute ità mutatur, vt terrenis affectibus ablegatis aquilam ad superna volitantem moribus referat.

Matth. 24.

D. Chrys.

Cicero.

Plinius.

Sacræ Synaxis virtute homo terrenos affectus ablegat.

Cùm dira fames torqueret Israelitas ex arescenti vndiq; gleba, Eliæ à Numine supremo destinati cotui panis, & carnis binam singulis quibusq; diebus refectionem suppeditabant. *Corui quoque deferebant ei panem, & carnes manè, similiter panem, & carnes vesperi, & bibebat de torrente.* Reg. 3. cap. 17. Sed cur non eligitur columba auis pura, & sincera ad ingenuum Prophetam alendum? & si Elias tunc maximè tristabatur ob iniquos, cur Dominus ad demonstrandum tantum ex iusto zelo conceptum ab eo mœrorem, non fidæ, & mæstissimæ turturi Vatis refocillandi curam demandat? Cur, inquam, præ columba, præ turture ad subministrandum Eliæ nutrimentum deputatur coruus carniuorax, qui nec carniũ rapacitate comparatarum propriam sobolem participem faciat, vt ex illo Psal. 146. colligunt expositores. *Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum*: his enim parentum auxilio destitutis diuina subuenit Prouidentia. Quid hìc Sacramẽti tradatur, inuestigemus. Equidem alimonia illa panis, & carnis à coruis delata Eucharistiam figurabat; hæc enim Dominicam carnem sub accidentibus panem referentibus continet, cuius vis admirabilis homines coruis non dissimiles inaniditate carnium ità moderatur, vt prauæ eorum concupiscentiæ penitùs recisæ videantur.

3. Reg. 17.

Psal. 146.

Elephantum in Vrbe Goa fuisse refert Lipsius epist. centur. 1. epist. 50. ad Iãnum Hautenum, qui dum effractis catenis, diruptisque vinculis lasciuienti appetitu agitatus furebat, ab eius impetu cũctis declinantibus, famulus quidam infantulum Domini sui vlnis gestabat, in ædes celerrimè penetrans vehementi trepidatione commotus pusionem ante ædes dereliquit: adest elephas, perniciem quoque pupulo adesse omnes opinantur, non ità euenit, feritate deposita bellua in puerum blanda eum proboscide eleuatum in humile tectum, quod è regione ædium erat, reponit, obtutumq; ali-

Lipsius.

aliquantulum firmat, vt agnoscat, an in tuto collocatus sit paruulus. Hunc effrænem elephantum quid detinuit? certè, vt communis fuit interpretatio, memoria panum, & fructuum, quos animal illac transiens a Domina illarum ędium, & infantis Genitrice sæpiùs acceperat. O naturæ stuporem; Sed ò efficaciorem virtutem diuini ferculi deuotè pluries sumpti ad retrahendum hominem in libidines, vel in alia vitia ex humanæ fragilitatis conditione, vel ex perpetuata pluribus annis consuetudine ruentem.

Horrea aperuit Ioseph Aegypti Prorex vrgente annonæ caritate, vt ad ipsum confugientibus alimoniam suppeditaret, ab eis tamen non habentibus, quo tritici pretium soluerent, quæ in eorum possessione erant, vt afferrent, exigebat. *Adducite pecora vestra, & dabo vobis pro*
Gen. 47. *eis cibos, si pretium non habetis*. Gen. 47. Mystica è cortice huius historiæ depromamus. Ioseph rem frumentariam dispensans Christum designabat futurum panis Eucharistici fidelibus distributorem, pecora autem, prædia, agri, fundi, quibus spontè priuabantur accipientes triticum à Ioseph, denotabant com-
Eucharistię virtute homines latifundia, & p̄tiosa quæq; derelinquunt. municantes, qui per Christi virtutem eò deuenіunt, vt lubentes latifundia, & pretiosa quæq; derelinquant.

Claudamus hunc nostrum discursum aureis aurei Doctoris verbis. *De isto calice bibit Ecclesia, & inebriauit Martyres, vt non agnoscerent proximos carnis suæ nimio amore Christi; neque patres filios, neque filij parentes. Inebriauit vino sanctitatis, non vino erroris. Non agnouerunt suos, &*
Chrysost. *sanguinem fuderunt*. Hęc Chrysostomus in psal. 22.

Vox turturis audita est in terra nostra.

NOTVLA X.

Ad ingeminandos de admissis sceleribus pœnitudinis actus in sacro symposio comedentes prouocātur.

Turtur inter aues numeratur, quæ à frigidiori plaga sub fine Autumni ad calidiores regiones transuolant; hyeme verò transacta vernali tēpestate ad pristinas syl-
Aristotel. uas reuertuntur; vndè Aristoteles lib. 8. A de animalib. cap. 16. *Nemo enim, propè dixerim, vidisse per hyemem vspiam turturem dicitur*. Quarè turturis aduentus, & cantus hilares veris adesse dies indicant. Diximus autem in præcedentibus, sub iucundi veris symbolo Eucharisticā mensam ob affluentem lætitiam, qua illius conuiuæ perfunduntur, denotari. Quare & turturis cantu eiusdem mensæ effectum aliquem præsignari consonum est; qualis verò hic sit, facilè intelligi potest ex eo, quòd turtur canendo gemit: istius ergò auis modulamen mysticè repræsentat hominis patrata crimina deplorantis gemitus iteratos præuios, comitantes & subsequētes ad Do- B minicum conuiuium.

In orandi formula à Domino nobis præscripta post quotidiani panis petitionem criminum indulgentiam deprecamur. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra*. Sed si panis ille quotidianus Eucharisticus est, iuxta satis communem Patrum expositionem, quos supra notula 3. ad versiculum, *Propera*, adduximus; cùm ille sit Sacramentum viuorum, exigit statum gratiæ, quem per veram pœnitentiam peccator assequitur. Qua de causa ante postulationem Eucharistici panis, vt à patre misericordiarum crimina nobis condonentur, non roga- C mus, & huiusmodi rogatio postponitur? Equidem supponitur, vt appetens, & expetens diuinum ferculum vita spiritali viuat; supercœlestis autem huius escæ ea est virtus, vt ad perfectiorem Eucharistia
peccatorum pœnitudinem trahat, quod ad p̄fectiorem peccatorū pœnitudinē trahit.
præmemorata orandi methodus insinuauit.

Resipiscens iunior ille filius, paterna substantia iam absumpta, ad genitoris domum regressum meditabatur, & eccè vitam pessimè transactam detestans gemebundus in hæc verba prorupit. *Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo? Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei:* D *Pater, peccaui in cælum, & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis*. Lucæ 15. Luc. 15.
hæ pœnitentiæ, & confessionis apertissimæ sunt notæ. Egregiè Petrus Chry- Chrysol.
sologus ser. 2. *Patrem pandit, genitorem loquitur pœnitudo*. Adolescens hic ad meliorem frugem per pœnitentiam iam redactus, in patris domum, vt panem, quo abundabat, manducaret, reuertitur: obuiam procedit gnato clementissimus Genitor, amplexibus, & osculo blanditur. *Cùm autem adhuc longè esset, vidit illum Pater ipsius, & misericordia*

motus

motus est, & accurrens cecidit super collum A *eius, & osculatus est eum.* Quid hic agit, quid fatur filius inter tot certa remissi criminis argumenta, & ingentis amoris pignora data? traditnè obliuioni anteactæ vitæ delicta, & in vlnis adeò indulgentis Patris omninò quiescit? minimè verò, sed repetit illa humilia pœnitudinis verba. *Pater, peccaui in cælum, & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus.* O eximium pro nostro discursu exemplar. Filius: ille paterni panis auidus, compunctionis actus ingeminans, hominis lapsi emendationem instituentis, & ad Altaris alimoniam anhelantis imaginem delinear, qui non modò, quando de sacra Synaxi sumenda cogitat, peccata detestatur, & per Sacramentalem confessionem ab illis emundatur, sed etiam in ipsa Dominica mensa subsumit præfatas, vel similes contriti animi voces. *Pater, peccaui in cælum, & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus.*

Prodigus adolescens typus est hominis ad bonã frugẽ redeuntis, & Altaris pabulo inhiã-tus.

Non solùm diuino mandato in ipso agni esu, panes azymi manducandi erãt, sed & septem diebus præcedentibus. Exod. 12. quo typo docemur, quali diligentia purificandi erant accessuri ad agni Eucharistici mensam; panis enim azymus conscientiam à culpæ fermento purgatam denotat. Ità S. Cyrillus Alexandrinus lib. 12. de sanctis festiuitatib. *Quòd*, inquit, *cum azymis comeditur; id verò per ænigma designare nos ipsos, quibus ad participandum Christus proponitur, à spiritali fermento, idest à malitia, & dolo alienos esse debere.* Et est etiam aliorum Patrum satis vulgata declaratio, & meritò quidem summæ puritati vacandum est ei, qui pane Angelorum, angelicam puritatem exigente vesci vult. Sed cur etiam adiungebantur agrestes lactucæ amari saporis cordis amarorem ex peccatorum recordatione indicantes? vt notat Algerius lib. 1. de Sacramento Altaris cap. 22. *Lex*, ait, *dedit in lactucis compunctionem, vt non solùm exteriùs, sed etiam interiùs pænitentiam agamus.* Et luculentiùs S. Gregorius hom. 22. in Euang. *Lactucæ verò*, inquit, *agrestes valdè amaræ sunt. Carnes ergò agni cum lactucis agrestibus sunt edendæ, vt cùm corpus Redemptoris accipimus, nos pro peccatis nostris in fletibus affligamus, quatenùs ipsa amaritudo pænitentiæ abstergat à mentis stomacho peruersa humorem vitæ.* Nonnè congruus satis videtur apparatus ad sacram Synaxim studium exactissimum in animæ nitela curanda præsignatum in pane azymo, quo non solùm in ipsa agni comestione, sed & præcedentibus septem diebus vescebantur Israelitæ? Etenim certum est, quòd studiosus puri animi cultor, si aliquorum peccatorum se reum agnoscit, pœnitudine illa eliminat. Quid igitur sacramenti est, quòd etiam amaræ lactucę amaræ compunctionis indices ederentur cum agno? sanè vt moneamur, recipi à communicante in mensa Christi specialia gratiæ auxilia, quibus sæpiùs præterita delicta in amaritudine animæ suæ recogitat.

Exod. 12.

Cyrill. Alexand.

Puritati vacandum est ei, qui pane vult vesci Angelico.

Algerius.

D. Gregor.

Specialia gratiæ auxilia à communicante in sacra mẽsa recipiuntur, quibus anteactæ vitæ crimina detestatur.

Ficus protulit grossos suos.

NOTVLA XI.

B

Celerrimæ perfectionis fructus in anima producit Eucharisticum Sacramentum.

F I C V S bifera est, atque alios profert fructus ante conclusum ver, qui grossi dicuntur, alios per autumnalem tempestatem. Primi fructus sub calido climate initio veris prodeũt: non fiunt tamen palato grati, nisi circà dimidium mensis Maij. vt scribit Io. Leo lib. 1. descript. Africæ. Idem colligi- C tur ex Theophrasto lib. 5. cap. 1. Plinio lib. 13. cap. 7. & lib. 16. cap. 25. Cùm verò in feruido Palæstinæ solo hordeũ, quod in spicas surgit mense Februario, vt ex illo Exod. 9. *Linum ergò, & hordeum læsum est, eo quòd hordeum esset virens, & linum iam folliculos germinaret*; colligunt Tostatus, Cornelius à Lapide, Salianus tom. 2. anno Mundi 2544. nu. 3. mense Martij demeteretur; certè calor, qui perficiebat tales segetes, plurimùm etiam grossorum maturitatem accelerabat. Quarè verisimile omninò est à sponso dulcibus grossis propositis ad amœnitates rurales sponsam pellici. Ad mystica transeamus. Arbor ficus D dulcedinis erat hieroglyphicum, referente Valeriano lib. 53. cap. de ficu; fuit & ficus tranquillitatis summæ typus apud priscos; vndè sedere sub ficu, de ijs, qui otio securo fruebantur, idem erat, ac securo otio frui. Quarè in ficu Eucharisticum Sacramentum Altaris, in quo velutí in proprio fonte dulcedo gustatur, & anima suauissimè conquiescit, præsignatum agnoscamus; grossi autem, qui sunt primitiui fructus celeriter maturari, appositè repræsentant citissimos virtutum progressus, qui per gratiam sacræ Synaxis fiunt à fidelibus: horum

Io. Leo.

Theophrast. Plinius.

Exod. 9.

Cornel. à Lapide. Salian.

Valerian.

Ficus tranquillitatis typus.

Eucharistici edulij dulcedo in ficu præsignata.

consideratione diuinus Amator dilecta animam inuitat ad Eucharisticam mensam, subindicans ab illa gratiam recepturam adeò copiosam, qua præcoces perfectionis fructus dabit.

Numer. 17. Ad Hebr. 9.

Virga illa Aaron reposita in Arca, magno cùm stupore germina, flores, & amygdalas vno die protulit; historia habetur Numer. 17. & illius meminit Apostolus ad Hebræos 9. Animam spiritaliter iuuenescentem in Dominico symposio denotat illa florida, & frugifera virga, diximus supra ad notulam 1. vers. *Idcò adolescentulæ dilexerunt te*. Restat, vt inuestigemus hic, cur præ alijs fructibus amygdalas progenuerit memorata virga? nõ enim hoc speciali mysterio vacare putandum est. Amygdala prima omnium arborum efflorescit, & fructum esui idoneũ mense Martio reddit, Plinio teste lib. 16. cap. 25. *Ex his*, inquit, *quæ hyeme aquila exoriente, vt diximus, concipiunt, floret prima omnium amygdala mense Ianuario, Martio verò pomum maturat*. Quo quid aptius ad indicandum animam præproperis virtutũ fœtibus feliciter fœcundatam à singulari diuinæ escæ virtute?

Plinius.

Pia anima præproperis virtutũ fœtibus fœcundatur à singulari diuinæ escæ virtute.

Diruto murorum vallo ad Ierichontinam Vrbem aperuit ingressum Israelitis arcæ præsidium, vt enarratur Iosue 6. Animaduerto in Ierichõtinis hortis fructus ad maturitatem priùs peruenire, quàm in Hierosolymitano tractu, cuius rei fidem faciunt, quæ ex epistola quadam Ducis Olikensis refert Serarius lib. 3. in Iosue cap. 5. quæst. 18. § *Ad quintam. Fructus*, inquit, *omnes, & segetes Hierichuntis duabus ante hebdomadis, quàm Hierosolymis proueniunt. Nec mirum. Sũt enim hic adeò immensi calores, vt hinc petentibus Hierosolymam cœlum longè frigidius videatur*. Quid hic pro præsentis instituti nostri scopo cogitari possit, facilè intelligis, nempè arcæ adminiculo Israelitis gleba Ierichontina concessa poma tam citò maturante, symbolicè præmonstratum fuisse, quantum futura esset efficax cælestis alimonia per arcam denotata ad reddendam animam citissimè feracem perfectissimarum virtutum.

Serarius.

Cælestis alimonia efficacissima ad reddendam animã virtutũ omniũ feracẽ.

Quòd Dominus latices in lyæum trãsmutarit sedens ad nuptialem mensam apud Canam Galilææ, adeò ingens prodigium æstimatum fuit, vt de eo Ioãnes sic scripserit. *Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ: & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius*. Ioan. 2. id autem, quod singulare videtur in hoc portento, non est simplex conuersio aquarum in vinum, nam etiam in vitibus simile quid euenit, notãte Augustino tom. 9. in Ioan. tract. 8. *Quotidie*, inquit, *pluuia aqua per vites in vinum conuertitur, sed subitanea commutatio*. Ad mystica transeamus. Conuersione illa hominis mutationem, quandò ex imperfecto statu transit ad perfectionem charitatis, significari tradit Bernardus serm. 1. in Dominicam primam post octauam Epiphaniæ. *Sed diuina virtute, ait, aqua mutatur in vinum, quando perfecta charitas foras mittit timorem*. Illud verò geniale symposium apud Canam Galilææ sacrũ Altaris conuiuium, in quo spiritales nuptiæ inter Christum, & animam fiunt, præsignauit. Quarè stupendo illo prodigio adumbratam cognoscere possumus celerem transmutationem hominis in virum perfectum, quæ in Altaris mensa contingit.

Ioan. 2.

Augustin.

Bernard.

Aquarũ in vinũ conuersio trãsmutationẽ hominis in virum perfectum, quæ in Altaris mensa cõtingit, apprimè delineat.

Peracta illa cœna, qua amantissimus Seruator noster sacrosancto corpore, & sanguine suo Apostolos refocillauit, cum illis ad montem Oliueti perrexit. *Et hymno dicto exierunt in montem Oliuarum*. Marc. 14 Quale mysterium docemur hic? Oliueto sublimia gratiæ dona denotantur; habemus ergò à sapientiæ Magistro cùm discipulis post sumptum diuinum edulium montem Oliuetum scandente expressam ideam demonstrantem, quãtum citò possit Altaris cibus singularibus gratiæ muneribus ad perfectionis apices hominem euehere. Discamus hoc ab Hugone in præfatum locum Marci. *Moraliter*, ait, *post cœnam & hymnũ ascendit in montem Oliueti significans, quòd per Sacramenti Dominici susceptionem, & orationis deuotionem ascenditur ad eminentiam donorum spiritualium, quæ per oleum significatur*.

Marc. 14.

Sacra Altaris esca hominẽ ad perfectionis apicem singularib' gratiæ muneribus euehit quam celerrimè.

Hugo.

Vineæ florentes dederunt odorem suum.

NOTVLA XII.

Anima deuotè communicans diuini corporis fragrantia ità perfunditur, vt Dæmones facilè fuget.

VITES biferæ, & triferæ reperiuntur, & præcipuè in Palæstinæ solo felicissimę vbertatis; hæ autẽ, dum bottrum, vel maturum, vel maturitati proximum habent, simul etiam noua germina,

na, & flores edunt. Sermonem autem de his hic esse, facilè crediderim, sic enim pampinorum putatio, de qua supra Salomon, floritori nunc recensitæ cohærere potest. Porrò halitus suauis florentium vinearum serpentes procul arcet, vt etiam adnotauit D. Bernardus ser. 60. in Cant. *Hic odor*, inquit, *serpentes fugat, aiunt enim florescentibus vineis omne reptile venenatum excedere loco, nec vllatenus ferre odorem nouorum florum*. Quarè dum florentium vinearum fragrantiã sponsus recens nuptæ memorat, eam sic alloqui videtur. Non est, cur timeas, vnice dilecta, latentes in herba angues, mecum secura progredi potes ad hortos, & viridaria, quia vineæ florentes benignissimè spirantes venenatorum genus omne eliminant. Sed quid hic mysticè? Certè per vineas, animæ cita:o Bernardo interprete ser. 58. denotantur, quæ in sacra mensa tali Christi odore replentur, vt sicut floridæ, & suaueolentes vineæ camporum angues propulsant, ità illæ cælesti halitu inferorum colubros; hanc igitur spiritalem Eucharistiæ virtutem docetur spiritalis sponsa, vt ad eam libentiùs accedat.

Suauis vinearum halitus serpêtes fugat. D. Bernard.

Piæ animæ in sacra mẽsa donatur virtute, vt inferorũ colubros propulsent.

Infestissimi Dæmonis illius, qui effræni furore ad septem virorum necem concurrerat, minutula pars cordis è pisce extracta ignita tela compressit, & abegit, vt enarratur Tob 6. Cor illius piscis Virginem Dei parentem adumbrauit, portiuncula verò cordis Christi carnem de carne Virginis Mariæ illibatæ sumptam designauit. Hæc sub sacris accidentibus latitans, si ardenti amore accipiatur, nequissimum spiritum propellit. Percipiamus hoc ab Angelico Doctore opusc 58. cap. 21. vbi inter alios Dominici corporis fructus Dæmonis eiectionem enumerat, ad cuius probationẽ hæc subijcit. *De primo fructu. Tob 6. Si cordis particulam super carbones posueris, fumus eius extricat omne genus Dæmoniorum; flumen in quo pisces sunt, significat mundum; omnes pisces eius diuersa genera hominum; piscis ille magnus gentem Iudæorum: cor piscis, quasi membrum nobilissimũ, & ex quo vita procedit, B. Virginem: particula cordis significat corpus Saluatoris de Virgine sumptũ: hoc debet sup carbones poni, idest fidelibus accensis igne amoris donari: tunc fumus eius, idest virtus spiritualis fugat tentationes Dæmonum.*

Tob 6.

Christi caro sub sacris accidẽtibus latitans, si ardenti cum amore accipiatur, nequissimos spiritus pellit. D. Thom.

Christus à mortuis rediuiuus apparuit binis illis discipulis, sed non fuit ab eis cognitus; *Et ipse Iesus appropinquãs ibat cũ illis; oculi autem illorũ tenebantur, ne eum agnoscerent*. Augustinus putat id euenisse, quia oculis eorum offendiculum à Diabolo appositum erat, vbi verò ad mensam Seruator sedens panem in substantiam sui corporis conuertit, maligno hoste statim recedente omnis obex remotus fuit. O vis admiranda Eucharistici Sacramenti in eijciendo cacodæmone. Verba D. Augustini accipe relata à D. Thoma in Catena ad cit. Lucæ locum. *Augustinus de consensu Euangelistarum. Sed non ità nunc factum est, non enim incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum à Satana fuisse, ne agnosceretur Iesus; sed tantùm à Christo facta est permissio vsque ad Sacramentum panis, vt veritate corporis eius participata remoueri intelligatur impedimentum inimici, vt Christus possit agnosci.*

Luc. 24.

Xp̃s Dñus à binis discipulis agnoscitur, vbi ad mẽsam sedens cõuersione panis in substantiã sui corporis, obex à Dæmone positus, remotus fuit. D. August.

Infantulus Iesus, vt eriperetur à versipelle, & impio Herode, à quo ad necem quærebatur insidiosè, à parentibus Angelico monitu in Aegyptum defertur, *Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum*. Matth. 3. Sed quamobrem in Aegyptiacum potiùs tractum, quàm in alias orbis partes voluit Redemptor transuehi? Certè in Aegypto rem frumentariam distribuerat olim Ioseph in typo Christum præsignando, futurum panis Eucharistici suppeditatorem: vult ergò recens natus Seruator noster in Aegyptum transportari, vt intelligeretur iam natum esse diuinum pabulum præfiguratum in alimonia, quam Iosephus dispensarat. Audiamus hic S. Leonem Pontificem ser. 3. de Epiphania cap. 3. *At ille, qui sanguinem suum pro mundi redemptione fundendum in aliam differret ætatem, Aegypto se parentum ministerio subuectus intulerat, repetens scilicet Hebrææ gentis antiqua cunabula, & principatum veri Ioseph, maioris prouidentiæ potestate disponens, vt illam diriorem omni inedia famem, qua Aegyptiorum mentes veritatis inopia laborabant, veniens de cælo panis vitæ, & cibus rationis, auferret, nec sine illa regione pararetur singularis hostiæ Sacramentum, in qua primum occisione agni, salutiferum crucis signum, & Pascha Domini fuerat præformatum*. Sed quid ad ingressum diuini pusionis in Aegyptiacam regionem euenerit, consideremus. Idola confracta cecidere tunc iuxtà vaticinium illud, *Ecce Dominus ascendit nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & commouebuntur simulacra eius*. Isai. 19. de qua re plura diximus tom. 1. de Eminentia Virginis quæst. 5. Quarè hinc intelligere possumus, quale robur habiturum esset Altaris Sacramentũ, quandò institutum esset, si ad aspectum puli cælestis, qui tanti Sacramenti institutionem indicare incipiebat, inferna-

Matth. 3.

Xp̃s recens natus in Aegyptũ trãsfertur, vt intelligeretur natũ esse diuinũ pabulũ præfiguratũ in alimonia, quã Iosephus dispẽsarat. D. Leo.

Isaiæ 19. Diuinus infans Aegyptum ingrediens Eucharistiæ institutionem indicare incipiens infernales prostrauit potestates.

les potestates, vbi pręcipuum domicilium sibi extruxisse videbantur, prostratę, & exterminatę fuerunt.

D. Gregor. Iob 4.

D. Gregorius lib. 5. moral. cap. 17. ex illo Iob 4. *Myrmecoleon periit, eo quod non haberet prædam*, sic enim legunt Septuaginta, adnotat Diabolum Myrmecoleon appellari, quæ dictio, sicut ex formicæ, leonisq; nominibus componitur, ita & vtriusq; animalis mores in Dæmone reperiri significat; aduersùs enim pusilli animi homines veluti leo rugiens furit; vice verò versa, si quem animaduertat masculos, & ardentes spiritus habere, in eius conspectu veluti imbellis formica remanet, & facilè vincitur. Sed vbi, quæso, leoninam fortitudinem hauriunt homines, nisi in Dominica mensa epulando? Speciosè Chrysostomus hom. 61. ad populum Antiochenum. *Tanquam leones ignem spirantes ab illa mensa recedamus, facti Diabolo terribiles.*

In sacra mensa pie animæ leoninā fortitudinē induunt. Chrysost.

Surge amica mea, speciosa mea, & veni: columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ: ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

Vers. 14.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

PRopositis veris amœnissimi hilaritatibus sponsus nouam nuptam, vt vidimus in præcedentibus clausulis, ad suburbia inuitaerat, mox de more ardenter cupientis ingeminat inuitamentum, additque nouos stimulos, commendans specus ad reparandum æstum, & imbrem, atque ad omnem conuiuiorum iucunditatem aptissimos, quibus in ditissimis suis prædijs simul frui licebit; præsentis versiculi, *Veni amica mea, speciosa mea, columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ*, hic videtur esse sensus, quem insinuauit etiam Origenes hom. 4. in Cant. dicens. *Nunc ostendit ei locum, ad quem venire debeat, qui locus sub velamento, & tegmine saxi sit positus*: huiusmodi autem voluptuosos recessus, siue à natura in petra elaboratos, siue ab industrei artificis manu perpolitos, plures apud antiquos

Origen.

A extitisse ex historijs colligitur. *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* His coniux nouam coniugem sic affari videtur: Tuæ faciei decorem, ò mea dilecta, liberè intueri exopto, dum verò rusticabimur, siam voti compos; tunc enim velum nuptiale deponere nō te dedecebit, quin etiam & canere non indignum erit tua gloria, & trà dulcissimæ vocis tuæ modulamine, quod audire maximè aueo, recreabor.

Dixi, *nuptiale velum*, nam consuetudo apud priscos inoleuit, vt sponsæ caput,
& genæ velarentur, hinc nuptiarum nomen; antiquitùs enim nubere, velare, & B operire significabat, vt Festus Pompeius, Nonius Marcellus, & alij notant. Caper in libro de ortographia. *Vir*, inquit, *ducit, mulier nubit, quia pallio obnubit caput suum, genasque.* Porrò velum quo nuptæ caput operiebatur, flammeū vocabatur. Vndè Lucanus lib. 2. de bello Pharsal.

Caper.

Non timidū nuptæ leuiter tectura pudorē,
Lutea demissos velarunt flāmea vultus.

Lucan.

Surge amica mea, speciosa mea, & veni: columba mea.

C

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Ex vehementi, quo ardet Christus, desiderio animæ deuotæ recreandæ in sacra mēsa, vt accedat, eam secundò adhortatur.

D QVOD æstuanter appetimos, iteratò postulare solemus, vt in cortice litteræ indicauimus; quarè dum his verbis; *Veni amica mea, speciosa mea, columba mea*, diuus amator fidelem animam secundò allicit ad Altaris conuiuium, quàm feruenti affectu hoc ab ea desideret, non obscurè demonstrat. Hoc ingens desiderium innuere videntur plures illæ clausulæ. Io. 6. *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Nisi māducaueritis car-*

Diuinus Amator vehementi affectu deuotā animam ad Altaris conuiuum allicit. Ioan. 6.

nem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitã in vobis. Qui manducat meam carnẽ, & bibit meum sanguinẽ, habet vitam aeternam; & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse viuet propter me. Qui manducat hunc panem, viuet in aeternum.

Aliquibus ante diebus agnus, qui in Paschate manducandus erat, ex diuino mandato intra aedes detinebatur. *Decima die huius mensis tollat vnusquisque agnum*; & paulò post. *Et seruabitis eum vsque ad decimam quartam mensis huius.* Exod. 12. Certè Agnus ex oue, quae est animal valdè edax, natus ab genuina indole cibi auidus est, quod & frequenti balatu indicare solet; quarè intra illos dies, quibus agnus domi inclusus seruabatur, balitando se famescere monebat. Quid hic in typo? Agno illo, qui in Paschate comedebatur, Christũ futurũ esse aliquandò nostrum cibum sub sacris accidentibus praemonstratum fuit. Appositè autem ad praeadumbrandum quantũ ille in votis hoc habiturus esset, erat balatus repertus esurientis agni index. Occurrunt hic verba B. Laurentij Iustin. lib. de obed. cap. 14. *Non enim, inquit, ò aeterna sapientia, corruptibili manna, non taurorum, aut vitulorum carnibus, sicut eos, qui sub lege erant, populum tuum nutrire voluisti; sed te agno innocentissimo animatũ cibo, aeternae vitae spirituali edulio, non, inquam, semel tantùm, ò mellifluae bonitas, sed quotidiè te immolari, teque sumi complacuit tibi.*

Exod. 12.

Agni esurientis balatus repertus, typus desiderij, quod habet Xps, vt nostrici bus fiat.

B. Lauren. Iustin.

Rogabat mulier Chananaea Seruatorem, vt filiam à nequissimo spiritu excruciatam liberare dignaretur. *Miserere mei Domine, fili Dauid, filia mea malè à daemonio vexatur.* Matth. 15. Non flectitur Dominus hac prece, quin nec satis suaui responso illam solari videtur. *Non est,* inquit, *bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Non ob id animum despondet constans mulier, animosè sic suggerit. *Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quae cadunt de mensis Dominorum suorum.* O magni ponderis voces, quibus expugnatus statim Redemptor clamat. *O mulier magna est fides tua, fiat tibi, sicut vis.* Sed quid, quaeso, tam efficacem miserae mulieris subsumptam deprecationem reddere potuit? mente recolamus panem à Christo memoratũ, consonam verò nominato pani postulationem, & de catulis etiam mentionem factam fuisse. Quid hinc? Pane illo Eucharisticus panis designabatur, ad quem quia continuò affectum suum dirigebat Iesus, ex abundantia cordis locutus illius meminit: Chananaea verò assimilans se catulo magna auiditate panis frustulum appetenti (verissimè enim Nazianzenus orat. in Epiphan. *Qui deinde Chananaea more deprimitur, ac misericordiam imploras, & micas deposcis, hoc est canis vehementi fame correpti pabulum*) animam figurabat supercaelesti pani inhiantem; ad hanc repraesentationem nõ distulit Dominus roganti annuere, vt nimirùm intelligeremus, quantum ille ambiret se sub panis speciebus nobis in alimoniam tradere, & quanti facturus esset deuotam animam, quae his suis potissimis votis eandem escam eluriendo obsecundaret.

Matth. 15.

Nazianz.

Xps summoperè ambit se nobis in alimoniã tradere sub sacris speciebus.

Fame stimulatus ad patrios lares redibat iunior ille filius, cui non impigro gressu pius genitor obuius factus est. *Cùm autem adhuc longè esset, vidit illum Pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum.* Lucae 15. Mirum videtur, quòd vir auctoritate grauis, aetate longaeuus, velociter currat. Sed nonne filius ille ad patrem reuertebatur fame penè consumptus, cuius indicium non leue squallens vultus prodebat? hoc vbi pius genitor agnouit, festinat, vt citò famescentem gnatum ad conuiuium admittat, & maiori desiderij impetu rapitur Pater ad excipiẽdum filium ad epulum, quàm filius trahatur à fame: Patrem enim accurrisse legimus, filium verò minimè. Mystica perspiciamus. Filius esuriens, fidelis quilibet est anhaelans ad diuinum panem, vt ex Anastasio Sinaita notauimus supra notula prima ad primum versiculum huius carminis, *Osculetur me osculo oris sui.* Pater verò, qui tanto affectu fertur in filij refocillationem, Christus est sacratissimo suo pabulo nos alere plus cupiens, quàm quilibet nostrum alicupiat, licèt quandoq; non parum cupere videatur.

Lucae 15.

Anast. Sinaita.

Iuuat referre pro argumento, quod prosequimur, quae in gestis D. Catharinae Senensis lib. 2. cap. 33. narrantur.

Accidit, vt die prorsùs Euangelistae Marco sacro Senas Auenione redeuntes, hora tertia iam ferè elapsa, nostrae matris aedes nos exceperint. Tunc illa nõ sine magna sui animi demissione, defixis in terra oculis, me sic allocuta est. Mi Pater, quàm vellem, vt qua crucier esurie, te non lateret; noui illam Eucharisticae alimoniae desiderio torqueri, eique tempus ad id minimè opportunũ,

In vita D. Catharinae Senen.

meq; longo itinere iam defeſſum rem A præſtare non poſſe, inſinuaui. Ad hæc illa ſubticuit, at validioribus impulſa famis ſtimulis; Pater, ait, eſurio vehementer nimis, quo audito, breui illam voti compotem futuram reſpondi; ad ſacellum, quod de ſpeciali Summi Pontificis indulto, ipſius deuotionis intuitu ſuis ab ædibus non longè diſtabat, me contuli, ibi Sacramentali confeſſione expiatus, Deo Optimo Maximo immolaui, his peractis ad illam conuerſus, quę Euchariſtico cibo votis omnibus inhiabat, generalem abſolutionem eidem de more largitus ſum; animaduerti tunc corporis nouo quodam, atq; inuſitato pul- B chritudinis genere illius vultum illuſtrari; eo enim irradiabatur ſplendore, vt me non humanum aliquid cernere, ſed Angelum aliquẽ de cælo delapſum exiſtimauerim, ſicque animo mecum ipſe loquebar; Hæccinè Catharinæ facies? Noſcò equidem dilectam, ac fidam tibi ſponſam Domine: tùm volens ex Altari ſacram Synaxim accipere, hæc tacitus (quo motus impulſu neſciens) mente dicebam. Veni Domine ad ſponſam tuam, veni; vidique tunc meis oculis, priuſquam ſacram hoſtiam manibus attrectarem, quòd pluſquam trium digitorum ſpatio ſe mouerit: quarè miraculi nouitate perterritus, nec aduertens, C num in patenã ex ſe proſilierit, quod ẽt accidiſſe re vera arbitror, an meis illic manibus collocauerim, animo agitans Catharinæ vultum ſolis inſtar emicantem, diuinamque admirans clementiã, quæ certatim ſe continere ferè non poterat, vt ſibi anhelantem virginem diuino ſatiaret edulio, timens, ac tremens illam ſacro ferculo refocillaui. Nec quantum ad hoc attinet, me fugit, quod viri fide digniſſimi ſunt teſtati; dicunt enim ſe frequenter interfuiſſe, dum virgo ſacro pabulo veſceretur, ſimulq; animaduertiſſe ſacroſanctam hoſtiam Sacerdotis è manibus diſcedentem, atque vltrò in os virginis ingredientem. D

Videri etiam poterunt, quæ cap. 32. libri 2. in geſtis eiuſdem Virginis narrantur; quæ materiem ad rem noſtram confirmandam ſuppeditabunt vbertimam.

A *Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni; columba mea.*

NOTVLA II.

Vt digniùs accumbat Euchariſticę menſæ anima, ad maiorem ſemper perfectionem ſectandam ſtimulatur hìc a Diuo Amatore.

B Licèt ſacræ Synaxis dignitati infinitæ nullus condignus valeat apparatus reſpondere, omni tamen niſu inuigilandum eſt, vt per maiores virtutum progreſſus ad illam ſemper meliùs diſponamur: hoc indicari reor à cæleſti ſponſo, dum dilectã animam alliciens ad Altaris epulum, eam iteratis amicæ, ſpecioſæ, & columbæ titulis, inſignes virtutes ſonantibus, appellat; *Veni amica mea, ſpecioſa mea, columba mea.* Quaſi dicat: Non tibi immorandum eſt in eo virtutum gradu, in C quo modò reperitis, ò anima ſponſa, veni pedum affectibus ad ſublimiorem perfectionem, vt dignior reddaris meo diuino pabulo. Fauet ex parte nobis Gregorius Nyſſenus hom. 5. dum ait. *Proptereà ergò ei excitata rurſus dicit, Surge; & ei, cùm veniſſet, dicit, Veni; neque enim ei, qui verè ſurgit, deerit ſemper ſurgere, nec ei, qui currit ad Dominum, vnquam conſumetur amplum, & latum campi ſpatium ad diuinum curſum conficiendum; oportet enim ſemper ſurgere, & excitari, & per curſum appropinquando nunquam ceſſare. Quamobrem, quoties dicit, Surge & veni, toties ad id, quod eſt melius aſcenſioni, ea, quæ deinceps ſequuntur, à verbo adyciuntur; D Nam qui pulchram ex pulchra iubet fieri, apertè admonet, & ſuggerit illud Apoſtolicum iubens eandem imaginem à gloria transformari in gloriam, adeò vt ſemper videatur eſſe gloria, quod accipitur, & quod ſemper inuenitur, & licèt ſit magnum, & excelſum, credatur eſſe minùs eo, quod ſperatur. Sic ergò cùm eſſet columba ijs, quæ priùs rectè geſſerit, nihilominùs eam rurſus iubet fieri columbam per transformationem in id, quod eſt melius.* Greg. Nyſſen.

Diſceſſurus Elias de hoc mundo dixit Eliſeo, vt, quod vellet, efflagitaret; inuitatus hic ſupplex, *Obſecro*, ait, *vt fiat in me duplex ſpiritus tuus.* Reg. 4. cap. 2. 4. Reg. 2.

Auda-

Audacem aliquis forsan existimare poterit hanc postulationem; sufficere enim videtur, quòd discipulus æquet magistrum, & non superet. Verùm & affectus optimus, & petitio laudatissima Elisei fuit, vt benè aduertit D. Ambrosius ser. 2. de Eliseo ad finē to. 1. *De Elisei autē meritis quid dicamus? cuius hac prima laus est, quòd patrem voluit gratia superare, dū dare sibi amplius postulat, quàm scit apud eum esse, qui possidet.* Quid hinc euenerit Eliseo, attendamus. Pallium hic ab Elia ad æthera eleuato accepit. *Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei.* Pluribus ēmysterijs hic præsignatis vnum adnotemus. Equidem pallium Eucharistiæ symbolum fuit, interprete Drogone Hostiensi lib. de Sacram. Domin. Passionis, cuius verba non repeto, quia alias attulimus: Quarè Eliseus affectās perfectionis spiritum eminentiorem illo, licet insigni, quo præditus erat Elias, & hinc locupletatus pallio magistri ad sydera euecti, imaginem refert eius, qui eo quòd anhelet semper ad excelsiora virtu um culmina, Dominici corporis pabulo dignior redditur.

D. Ambr.

Drogo.

Diuino pabulo dignior redditur, qui ad maiorē perfectionē semper anhelat.

Iam mortalis huius vitæ periodum clauserat Christus rigido crucis stipiti affixus, cùm Ioseph vir bonus, & iustus sacrosanctum illud corpus accepit, tumuloque condidit. *Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus, & iustus.* Lucæ 23. Sed si Ioseph Christi corpus sepeliens notissimo typo dignè suscipientem Dominicum corpus denotat, videamus, quæso, qualem apparatum in communicante præmonuerit? Ioseph vir bonus, & iustus erat, nempè virtutibus omnibus insignis: sicut enim bonum est ex integra causa, ità & bonus vir, qui ex omni parte perfectus est; idē ex nomine iustitiæ indicatur, iustitia .n. quoties absolutè ponitur in sacris paginis, non specialem, sed vniuersas virtutes significat: vndè Matth. 8. *Beati qui esuriunt iustitiam*, idest, qui virtutes omnes appetunt. Præterea Ioseph auctum sonat, quod etiam adnotauit Augustinus serm. 76. de diuersis. *Ioseph*, inquit, *interpretatur auctus.* In Iosepho igitur viro bono, & iusto elegās exprimitur idæa illius, qui optimè ad Eucharistiam disponitur, nimirùm qui quacunque vitæ probitate non contentus est, sed iugi studio perfectiori inhiat, sic enim Ioseph vir bonus, & iustus, scilicet in virtutibus omnibus auctus nominari poterit, in quibus si non continuò proficiat, non auctus, sed diminutus dicendus erit; verissimum enim est illud: *In via Domini non progredi, est retrogradi.*

Luc. 23.

Matth. 8.

Augustin.

Ad Eucharistiā optimè disponitur, qui perfectiori vitæ iugiter inhiat.

Vidit Isaias Dominum; *Seraphim stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri, duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* His seraphim accedentes ad sacrā mensam, in qua Dominus veluti in proprio amoris throno residet, repræsentantur. Innuit S. Chrysostomus hom. de Christi miraculis; & luculentiùs Iustinus Martyr qu. 44. ad orthod. *Per visionem Isaiæ prophetæ declaratum est Christi mysterium sedentis in solio gloriæ, & esu suæ sanctæ carnis expiantis peccatum impiorum hominum.* Et quidem, quòd Augustissimi Sacramenti participes Seraphico spiritu debeant esse accensi, insinuauit D. Damascenus relatus à D. Thoma 3. p. q. 79. dum per calculum igneum, de quo Isaiæ 6. à Seraphim delatum, Eucharistiam intelligit, & idem interpretamentum habet citatus Iustinus: ab hoc Seraphim exemplari communicaturi de proficiendi sollicitudine non deponenda perbellè admonentur; dùm enim Seraphim duabus alis volant solum Domini circumstantes, non in eo perfectionis gradu, quem possident, satis quiescere videntur, sed ad alium sublimiorem alis affectus feruntur. Ex Hebræo, vt aduertit Lyranus, habetur, *duabus velabant faciē suam*: vndè concipere possumus, vnumquemq; Seraphim ità vultum suum, & pedes cooperuisse, vt alis expansis geminam veluti vmbellam componerent, alteram superioribus alis inter faciem suam, & aspectum cælestis Monarchæ in sublimi illo throno sedentis, alteram inferioribus alis inter suas, & eiusdē Domini plantas, & sic vtraque lectio conciliari potest. Quamobrem verò faciē, & pedes, purissimi, & feruidissimi illi spiritus in conspectu supremi Numinis occultant? quia nimirum, licèt amore exæstuent, licèt desiderijs ardentioris sanctitudinis volitent, nihilominùs se parum amare, se parum ambulare verecundantur, & submissè timent. Accinit Galfridus apud Titelmanum ad cap. 6. Isai. *Quòd si*, inquit, *aliter velare faciem intelliguntur, quasi ne videant, timor, & pudor possunt non conuenienter intelligi, metuunt enim, & erubescunt ad vultum gloriæ magni Dei.* O quàm speciosè instruūtur hic coram Domino Altaris conuiuio assidentes, quibus animi votis feruere debeant, nempè vt semper se non satis Deum amare, non satis eius obsequio inuigilare arbitrentur, de tali tepore erubescant, seque continuò nouis affectibus excitent ad meliores sanctimoniæ progressus, ad ardentiorem dilectionem.

Isai. 6.

D. Chrys.

Iustin. Martyr.

Lyran.

Galfridus.

Sacræ mēsę assidentes semper arbitrentur se non satis Deū amare seq; cōtinuò excitent ad ardentiorē dilectionē.

Colum-

Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.

NOTVLA III.

Vt Dominicæ paſſionis meditationem ſacræ cõmunioni adnectat, dilecta anima à cæleſti ſponſo hortatur.

QVAE ſunt hæc petræ foramina, & maceriæ cauerna, niſi Chriſti vulnera? Ità S. Gregorius Papa; *Hìc benè*, inquit, *columba in foraminibus petræ dicitur eſſe, & in cauerna maceriæ, dum in crucis recordatione patientiam Chriſti imitatur, dum ipſa vulnera propter exemplum ad memoriam reducit, ſicut columba in foraminibus, ſic ſimplex anima in vulneribus nutrimentum, quo conualeſcat, inuenit.* His cognata habet D. Petrus Damianus opuſc. 50. c. 2. *Foramina petræ*, ait, *vulnera ſunt Redemptoris.* Vt igitur intra hæc ſpiritalis Euchariſtici conuiuij ſponſa toto affectu ſe recipiat, eaque attenta mente reuoluat, inſtar mœſtæ columbæ, quæ canendo gemit, & gemendo canit, & veluti meditabunda in anguſtis excauati laxi cubiculis, & maceriæ nidulis quandoque detinetur, blandè à diuo ſponſo allicitur his verbis: *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.* Quàm verò proficuũ ſit communicanti, quæ Chriſtus paſſus ſit, animo verſare, piè & floridè admonet S. Cyprianus ſer. de cœna Domini. *Celebrantes*, inquit, *Sacramenta commouemur, quaſi vngulam findens, ac ruminans prius reuocare ad fauces, & minutatim commolere Dominicæ inſtitutionis exẽplum, vt ſemper paſſio ſit in memoria, ne terreant crucifixi heredes mortis ſupplicia, ſed paſcant, & reficiant maturata reſurrectionis lætabunda ſolemnia.* Et paulò poſt; *Cruci hæremus, ſanguinem ſugimus, & intra ipſa Redemptoris vulnera figimus linguam.*

D. Gregor.

B

Petr. Dam.

C

D. Cypr.

D

Agnus ab Iſraelitis manducandus in Paſchate, non elixandus, ſed igne aſſandus erat, Numine ità præcipiente. *Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed aſſum tantùm igni.* Exod. 12. Certè carnis aſſatæ magis, quàm elixæ odor ſentitur, atq; latiùs diffunditur. Quid hoc ſymbolo traditur? Agnus Chriſtum in Euchariſtia, aſſus verò igne eundem Dominum amore ardentiſſimo

Exod. 12.

A accenſum mortem pro nobis paſſum denotabat; hinc igitur excitamur, vt, quoties Chriſtum Agnum comedimus, ſimul etiam illius paſſionem recolamus; & quidem quantum par ſit, vt hæc in ſacra menſa percipiatur a nobis odore, quem Agnus ab Iſraelitis edendus, & igne aſſus exhalabat, appoſitè admodum præadumbratum fuit. Inſinuatur hoc egregiè ſerm. in fer. 2. poſt Paſcha inter eos, qui Euſebio tribuuntur, ſed probabilius eorum auctor eſt S. Eucherius, vbi hæc habentur. *Non ſunt enim carnes crudæ, quia paſſus eſt Chriſtus, neque in aqua coctæ, quia non occultè, ſed palam, & cunctis videntibus eſt crucifixus.* Et paulò inferius. *Redolet caro, cum aſſatur, redolet & paſſio Chriſti.* Cognata his habet Arnoldus Carnotenſis tract. alt. de ſeptem verbis Domini. *Aſſatus eſt*, inquit, *Agnus noſter in veru crucis ſubter incenſis tormentorum carbonibus, nihil crudum, aut carnale in eo iam ſapimus.*

Quoties Chriſtũ comedimus, ſimul etiam ad illius paſſionem recolendã excitamur.

S. Eucher.

Arnoldus Carnot.

Mœrore afflictatus, & laborioſo itinere laſſus tandem Elias ſub vmbra iuniperi requieſcit. *Cumque veniſſet, & ſederet ſubter vnam iuniperum, petiuit animæ ſuæ, vt moreretur.* Reg. 3. cap. 19. Sed ſi hæc arbor ſpinis vndequaq; aculeiſque horrida, & aſpera eſt, vt inter alios notat Hugo de S. Victore lib. 7. allegor. c. 14. nõ videtur ſatis aptus locus penes illam ad ſubleuamen capiendũ; potiùs ſub platano, aut lauro, aut odorata cupreſſo, aut ſub amœna cedro, alijſque arboribus, quæ ad iucunditatem frondium vmbellas extendunt, recubandum eſſet ad ſolarium; punctiones autem ſpinarum, quibus abũdat iuniperus, nõn timet Vates, imò ibi ſomno ſe immergit, ſed nonnè ibi recreatur ab Angelo cibo cæleſti? *Et ecce Angelus Domini tetigit eũ, & dixit illi, Surge, & comede.* Arbor illa vepribus plena crucem, in qua Dominus ſpinis redimitus pependit, deſignat, ſub qua cõmorans, & ſomno ſpiritali correptus attenta mente verſans, quæ Seruator noſter pertulit, dignus redditur, vt ſacra Altaris alimonia refocilletur. Venuſtè Rupertus in præmemoratum locum; *Proijcit ergò ſe in vmbra iuniperi, & obdormiſcit, id eſt ſubijcit ſe cruci Chriſti, & commoritur illi, indè ſurgens inuitatur ab Angelo Domini ad prandium, id eſt percipit à Sacerdote Dominici corporis, & ſanguinis Sacramentum.*

3. Reg. 19.

Hugo Victorin.

Sacra dape dignus redditur attentè meditãs Dominicã paſſionem.

Rupert.

Areſcentibus prædijs maxima annonæ penuria populos diuexabat, cùm paupercula Sareptana vidua in eas anguſtias redacta eſſet, vt farinæ tantũ, quantum manus continere poterat, haberet, ex ea ſubcinericiam placentulam ad ſui,

& filij sustentationem conficere cogi- A rans, ad parandum pro coquendo pane ignem duo ligna colligebat. *Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farina in hydria, & paululum olei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illum mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur.*

3. Reg. 17.

3. Reg. 17. Panis ille diuinam alimoniam, vt ex vulgata expositione compertum satis est, præsignabat. Quarè mulier hæc optima fuit magistra docens, qualem ante cælestis edulij sumptionem præmittere debeamus apparatum, sedulam nimirùm Dominicæ crucis recogitationem, vt tali memoria stimulati carnem nostram cum vitijs, & concupiscen- B tijs crucifigamus. Speciosa Ruperti in cit. locũ verba accipe. *Amplectar crucis ligna, vt comedamus, & moriamur.* Affinia tradit Drogontius de Sacramento Dominicæ Passionis. *Sponsus enim mortuus est, vndè etiam in memoriam eius duo ligna colligit, vt faciat sibi, & filio suo, hoc est spiritui suo modicum viatici, & moriatur cum sponso suo.*

Crucis Dominicæ sedulam recogitationem præmittere debem⁹ ante cælestis pabuli sũptionem. Rupert.

Drogont.

Transeunte Seruatore nostro, vt illum intueri posset Zachæus, ascendit in arborem sycomorum, ad quem Iesus dirigens oculos; *Zachæe*, inquit, *festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.* Lucæ 19. Quid, quæso, beni- C gnissimus Redemptor in hoc homine agnouit, quòd apud illum diuersari tantoperè desiderarit? imò & ad id compulsus quodammodo videatur dicens; *Hodie in domo tua oportet me manere.* Equidem arbore illa, in quam subierat Zachæus, sacrum crucis lignum, in quo Dominus pro nostra salute inter acerbissimos cruciatus moriturus erat, præfiguratum fuisse, Petri Chrysologi serm. 54. existimatio est. Quarè Zachæus, qui arborem scanderat, fidelem significabat mente eleuata crucis mysteria contemplantem, à quo quantum cupiat Christus hospitio excipi, hoc est, Sacramentaliter sumi; dum tanto votorum impetu D ad Zachæi domum ferebatur, præmonstrauit.

Luc. 19.

Chrysolog.

Vlcera pauperrimi Lazari canes ea veluti pietate induti, qua immitis ille diues exutus erat, blandula lingua lambebant. *Sed & canes veniebãt, & lingebant vlcera eius.* Luc. 16. Mysticum huius loci sensum discamus ab Augustino lib. 2. quæst. Euang. *Vlcera*, inquit, *passiones sunt Domini ex infirmitate carnis, quam pro nobis suscipere dignatus est, canes verò qui ea lingebant, gentes sunt, quas homines peccatores, & immundos dicebant Iudæi, & tamen passiones Domini in Sacramentis cor-* A *poris, & sanguinis eius per totum iam orbem suauitate lambunt deuotissima.* Expẽdo, quòd sicut canes lingendo Lazari plagas leuibant, ità qui Christi vulnera pia consideratione, & compatientis animi affectu veluti lingua lambunt, periucundum illi obsequium præstant; & rursus sicut canes plagatas Lazari carnes lingendo aliquid, quod illis sapiebat, degustabant, ità Christi plagas contemplantes suauitatem diuinam ab illis profluentem feliciter delibant, dum corpus Dominicum manducant.

Luc. 16.

Augustin.

Christi plagas contemplans, suauitatẽ diuinam ab illis profluẽtem delibat in sacra mẽsa.

B

Ostende mihi faciem tuam, facies enim tua decora.

NOTVLA IV.

Admonetur anima, vt simplicitatis spiritu decorata ad sacram mensam accedat.

ANimæ facies est mens; seu conscientia, Hieronymo Laureto in suis allegorijs interprete, Verbo *Facies*. Sed si ità C est, quamobrem diuus Amator, cui vel minima quæq; humani cordis arcana notissima sunt, ità spiritalem sponsam affatur? *Ostende mihi faciem tuam*, scilicet pande mihi mentem tuam: subeat recordatio, quòd qui Præsulis, seu spiritalis directoris munere fungitur, supremi Numinis personam refert. Quarè instruitur hic pia anima, vt nihil de vitæ suæ rationibus celet, quem in via perfectionis ducem habet, sic enim ea sinceritatis virtute decorabitur, quæ maximè desideratur in Altaris symposio accumbentibus: verissimè enim Cyprianus de cœna Domini dixit, *puras sincerasque mentes* D *sanctum quærit conuiuium*, scilicet Eucharisticum.

Hieronym. Lauret.

Cyprian.

Panes propositionis, qui super mensã sanctuarij apponebantur, ex Hebræo textu facierum panes dicebantur: cur autem ità appellarentur, explicat Abulensis quæst. 29. ad cap. 25. Exod. *Aliter dicitur, & melius, quòd isti erant panes faciei, quia non erant panes isti figurati, sicut panes vulgares; nam panes vulgares, tùm in fornace coquuntur, in parte inferiori, quæ pauimento clibani appropinquat, aduruntur, in superiori autem, quæ solo calore tangitur, albiores sunt, & non ità exusti, partibus inferioribus nigredinem quandam*

Abulens.

ex adustioue contrabentibus; panes autem propositionis, siue facierum, vt iu Hebræo habetur, erant eiusdem figuræ superiùs, & inferiùs, quia non coquebautur iu clibano, sicut panes vulgares, sed iu quibusdam ferreis, siue aureis vasis ad ignem, sicut bostiæ fiunt in ferre.s ad ignem. Ex quibus intelligimus eandem vndequaq; retulisse speciem, & candorem, quem in superiori parte intuentibus obuiam haberent panes, inuariatum in parte subsidente retinuisse, omni nigredine, aut coloris diuersitate ab adustione contracta prorsus eliminata. O quàm bellè hoc symbolo erudimur, qualem à nobis simplicitatem exigat Eucharisticus panis illis panibus præfiguratus, nimirum vt non diuersam habeamus interiùs faciem ab ea, quam actibus externis efformamus, maximè cùm animi nostri sensa aperimus nostris superioribus, vel spiritualibus magistris; nihil enim fuliginosæ fictionis admisceamus, sed omnia dilucidè referentur.

Panis Eucharisticus simplicitatē à nobis exigit.

Non solùm Agno cum azymis, sed & diebus septem ante azymis panibus vescebantur Israelitæ. *Septē diebus azyma comedetis; in die primo non erit fermentum iu domibus vestris.* Exod. 12. Verū si tā Agnus ille diuinam alimoniā, quàm panis azymus mentis sinceritatem designabat, profectò eruditur optimè hic Dominicæ mensæ conuiua, quàm exactā operam nauare debeat, vt animum à quocunq; vel leuissimæ malitiæ fermento purgatum, & ab omni eo quod doli, vel simulationis vmbram repræsentare potest, remotum ad Christi epulum deferat. Audiamus Cyrillum Alexandrinum lib. 12. de Sanctis festiuitatibus. *Quod cum azymis comeditur, id verò per ænigma designare nos ipsos, quibus ad participandum Christus proponitur à spirituali fermento, idest à malitia, & dolo alienos esse debere.*

Exod. 12.

Cyrill. Alexandr.

Qualem, quæso, vitæ normam sectaretur Iacob, antequam felicissima illa frumenti, & vini benedictione ditaretur à genitore Isaac, animaduertamus; sacra historia morum simplicitate insignē fuisse, apertè testatur. *Iacob autem vir simplex habitabat in tentorijs.* Gen. 27. Tritum satis est ex Paschasio, & alijs benedictione locupletissima, quam Iacob obtinuit, Eucharistiæ Sacramentum, quo omni bonorum genere locupletatur fidelis quilibet, figurari. In Iacob igitur, tanquam in idæa intueri possumus, quantum simplicitatis studiosus esse debeat, qui cælestibus gratiæ thesauris per sacram Synaxim donari cupit.

Gen. 27.

Simplicitatis studiosos esse debet cupiens donari cælestibus gratiæ thesauris in sacra Synaxi.

In Bethleemitico specu nato Iesu inuitantur pastores ab Angelo, vt ad eum videndum pergant. *Et venerunt festinantes, & inuenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in præsepio.* Lucæ 2. Inter plures huius fauoris valdè singularis pastoribus facti causas, hæc consideranda occurrit; viri erant sinceri, & non mentitis moribus personati, ob id verò maximè digni, qui Bethleem ad recens natum conspiciendum speciali gratia conuocarentur: Verùm nonnè Bethleem domum panis significat? Pastores igitur vitæ simplicitate ingenuos imitetur, qui ambit in domo diuini panis excipi, & feliciter ali.

Luc. 2.

Pastores vitæ simplicitate ingenuos imitetur ambiēs in domo diuini pabuli excipi, & ali.

Gestabat in rationale Iudicij Aaron insculptos characteres, qui indicabant doctrinam, & veritatem. *Pones autem in rationale iudicij doctrinam, & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino.* Exod. 28. Aaron Sacerdos imaginem delineabat nō modò viri Sacerdotio Euangelico initiati, sed & cuiuscunq; fidelis Dominicæ mensæ participis, licèt non insigniti charactere Sacerdotali, vt patet ex ijs, quæ suprà adduximus ex S. Ambrosio ad versic. *Læua eius sub capite meo*, notula 1. Aaron autem deferens doctrinam, & veritatē in pectore descriptam, quandò ingrediebatur coram Domino, appositè admodū indicabat, ad communicantem de Christi mensa maximè spectare, quandò est in conspectu sui spiritalis gubernatoris vicem Dei gerentis, sinceram veritatem profiteri, pectoris arcana omni simulationis inuolucro penitùs ablegato manifestare.

Exod. 28.

D. Ambr.

Christi mensa adeò perfectam exigit sinceritatem, vt non solùm animum simulatione aliqua pigmentatum, quin etiam corporalem faciem fucis, & coloribus depictam ad nouam effigiem mentiendam ficto illo nitore abhorreat. Hoc postremum optimè perpendit Chrysostomus hom. 51. in Matth. *Lia patriarchæ Iacob vxor, etsi formosa non erat, nec admodum adamata à marito, nihil tamen eiusmodi excogitauit, neque faciem à natura sua traduxit, sed permanebat integra naturæ conseruans lineamenta; nec ei obfuit à gentibus eductam fuisse; tu verò, cuius caput Christus est, inuentione Satanæ comprobabis, nec recordaberis aquæ illius, quæ faciei tuæ circumfusa est, nec Sacramenti, quod labia tua ornauit, nec sanguinis, qui linguam tuam coccineam fecit.*

Chrysost.

Sonet

Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis.

NOTVLA V.

Preces antè auguſtiſſimum Altaris Sacramentú ſicut Deo acceptiſſimæ, ita ad impetrandum efficaciſſimæ ſunt.

Ierem. 7.

AD genialem hilaritatem noui cõinges priſca ętate aliquid modulari ſolebant. Indicatur illo Ierem. 7. *Et quieſcere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ieruſalem vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ.* Sic ſacroſancti connubij ſpõſa ſpiritalis inuitatur hic à diuo Amatore, vt vocem in melodos accentus, dulcem nempè precum cantilenam ſoluat, qua ſe mirificè recreari aſſerit. *Sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis.* Quòd ſi ad animos duros flectendos valet ſuauis harmonia; vndè Caſſiodorus lib. 2. epiſt. 40. effectus illius admirabiles enumerans; *Sævitiam*, inquit, *efficit blandam*; ſanè multò plus momenti habent ſupplicantis voces Euchariſtici Sacramenti virtute roboratæ ad placandum ſupremum Numen ob humana ſcelera ad iram prouocatum, & ad illud in vota noſtra trahendum.

Caſſiodor.

Preces animæ Euchariſtico Sacramẽto roboratæ ad placandum Deú efficaciſſimæ.

Super panes propoſitionis, qui in mẽſa illa veteri exponebantur, ex diuino præſcripto collocabatur ſelectiſſimum thus. *Accipies quoque ſimilam, & coques ex ea duodecim panes, qui ſinguli habebunt duas decimas: quorum ſenos altrinſecus ſuper menſam puriſſimam coram Domino ſtatues: & pones ſuper eos thus lucidiſſimum.* Leuitici 24. Quid hic doceamur, etiam mediocriter in ſacris paginis verſati facilè intelligunt: cùm enim thus vulgatũ ſit orationis ſymbolum; panes verò propoſitionis in vetuſta illa menſa expoſiti noti auguſtiſſimi Sacramenti characteres, certè thuris optimi connexio cum illis panibus præmonſtrabat orationem antè Altaris Sacramentum effuſam ſupremo Numini fore valdè acceptam, & ad impetrandum plurimum habituram ponderis.

Leuit. 24.

Oratio ante Altaris Sacramentum effuſa Deo eſt valdè accepta, & ad impetrandú efficax.

Dominus ſub ſpecie peregrinorum exceptus à Patriarcha Abraham inſigni hoſpitum amatore poſt epulas ſatis opi-

A paras illum admonet de euerſionis pœna, quam inflicturus erat ciuitatibus illis abominando ſcelere nimiùm deturpatis. Pijſſimus Abraham ante Numen procumbit, ſupplex indulgentiam implorans; ſed qualem rogandi normam teneat, & quàm ad iteratas preces flexibilem ſemper inueniat diuinam clementiam, ex ipſa ſacræ hiſtoriæ narratione perpendamus. *Abraham verò adhuc ſtabat coram Domino. Et appropinquans ait: Numquid perdes iuſtum cum impio? Si fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate, peribunt ſimul? & non parces loco illi propter quinquaginta iuſtos, ſi fuerint in eo? Abſit à te, vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum*
B *impio, fiatque iuſtus ſicut impius, non eſt hoc tuum: qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc. Dixitque Dominus ad eum: Si inuenero Sodomis quinquaginta iuſtos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos. Reſpondenſque Abraham, ait: Quia ſemel cœpi, loquar ad Dominum meũ, cùm ſim puluis, & cinis. Quid ſi minus quinquaginta iuſtis quinque fuerint? delebis, propter quadraginta quinque, vniuerſã vrbẽ? Et ait: Non delebo, ſi inuenero ibi quadraginta quinque. Rurſumque locutus eſt ad eum: Sin autem quadraginta ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait: Non percutiam propter quadraginta. Ne quæſo, inquit, indigneris Domine, ſi loquar:*
C *Quid ſi ibi inuenti fuerint triginta? Reſpondit: Non faciam, ſi inuenero ibi triginta. Quia ſemel, ait, cœpi, loquar ad Dominum meũ: Quid ſi ibi inuenti fuerint viginti? Ait: Non interficiam propter viginti. Obſecro, inquit, ne iraſcaris Domine, ſi loquar adhuc ſemel: Quid ſi inuenti fuerint ibi decem? Et dixit: Non delebo propter decem. Abijtque Dominus, poſtquam ceſſauit loqui ad Abraham.* Gen. 18. Premo hæc vltima verba, *Abijtque Dominus, poſtquam ceſſauit loqui ad Abraham*, quibus ſubinnui videtur, quòd, donec deprecatoriam orationem fundebat benigniſſimus Patriarcha, illa veluti ligatus Dominus, ne ad vindictam procederet,
D detinebatur, & ſi forſan amplius rogatus fuiſſet, poſtulata, vt ego crediderim, non negaſſet. Conuiuio illo Abrahæ ſacram alimoniam præſignatam fuiſſe, quam Chriſtus conditurus erat, ex D. Ambroſij lib. de Abraham cap. 5. & Iſidori Hiſpalenſis in Gen. cap. 14. expoſitione ſatis compertum eſt. Quarè benè concipere poſſumus, quid adeò efficaces reddiderit apud Conditorem Abrahæ obſecrationes, repræſentata nimirùm etiam in ſolo typo Euchariſtia.

Gen. 18.

Oratione Abrahę veluti ligatus Dñs detinebatur, ne ad vindictam procederet.

D. Ambr. Iſid. Hiſpal.

Euchariſtię ſolus typus adeò efficaces reddidit apud Deum Abrahę orationes.

Ioſue Dei monitu arcam fœderis clãgentibus tubis circumduci ſepties iuſſit

per circuitus murorum vrbem Ierichontinam ambientium, quæ & clauſa erat foribus ferreis, & obſerata vectibus æneis antè filios Iſrael, ſi fides Hebræo paraphraſti habenda eſt: hinc ſeptima vice ad clangorem tubarum, & clamorem vniuerſi populi, quem præceperat edendum Ioſue, diruti cecidere circumuallâres vrbem parietes. *Cùmque ſeptimo circuitu clangerent buccinis Sacerdotes, dixit Ioſue ad omnem Iſrael: Vociferamini.* Et nonnullis interiectis: *Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, poſtquam in aures multitudinis vox, ſonituſque increpuit, muri illicò corruerunt.*

Ioſue 6. Ioſue 6. Aliquod è potiſſimis, quæ hic inquiri poſſunt, myſterijs inueſtigemus. Tubæ ſonum edentes, & populi clamantes ante arcam fœderis myſticè fideles ſunt, qui coram Altaris Sacramento vehementi affectu orant, atque diuinam opem implorant; huiuſmodi autem precantium voces, quantum roboris à ſacroſancta Euchariſtia recipiant, clangentibus tubis, & vociferante populo antè arcam confracta, & collapſa Ierichontinæ vrbis mœnia teſtantur, & aperti aditus ad illam ciuitatem, prius clauſam foribus ferreis, & vectibus æneis obſeratam.

Vt ſæuientibus Iudæis in primitiuos illos Chriſti ſectatores morem gereret impius Herodes Apoſtolorum Principẽ in carcerem detrudi, rigidiſſimis vinciri catenis, armato cuſtodiri ſatellitio mãdauit. Interim Chriſtianorum cœtus pro paſtoris ſui liberatione conditorem iugiter rogat. *Videns autem,* ſcilicet Herodes, *quia placeret Iudæis, appoſuit, vt apprehenderet & Petrum. Erant autem dies Azymorum. Quem cùm apprehendiſſet, miſit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum, volens poſt Paſcha producere eum populo. Et Petrus quidem ſeruabatur in carcere. Oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum*

Act. 12. *pro eo.* Act. 12. O admirandam precum vim. Petrus è catenarum nexu ſoluitur, ductore Angelo è carcere extrahitur, è poteſtate ſtipantium militum eripitur, porta ferrea vltrò illi panditur.

Ibid. *Et ecce Angelus Domini aſtitit: & lumen refulſit in habitaculo: percuſſoq; latere Petri excitauit eum, dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius. Dixit autem Angelus ad eum: Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit ſic. Et dixit illi: Circumda tibi veſtimentum tuum, & ſequere me. Et exiens ſequebatur eum, & neſciebat quia verum eſt, quod fiebat per Angelum: exiſtimabat autem ſe viſum videre. Tranſeuntes autem primam, & ſecundam cuſtodiam, venerunt ad portam ferreã, quæ ducit ad ciuitatem: quæ vltrò aperta eſt eis.* Sed animaduertamus, quæſo, quid momenti tantum huiuſmodi rogationibus contulerit. Equidem Euchariſtica alimoniæ ſingulis diebus reficiebantur primæui fideles; *Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione, fractionis panis, & orationibus.*

Act. 2. A Dominica igitur menſa validę adeò fuerunt redditæ tenelli illius Catholici agminis deprecationes. Act. 2. Fideliũ orationes à ſacra menſa validæ redduntur.

Mos inoleuit apud Antiquos, vt qui propitium aliquem, & ſuis votis fauentẽ habere cupiebant, manibus oliuæ ramuſculum geſtare, aut illo caput circumdare conſueuerint, & hoc emblemate vſa eſt Minerua, vt Neptuni gratiam ſibi conciliaret, & ideò oliua illi ſacra fuit; vndè Virgilij Muſa 1. Georg. ſic cecinit;

Adſis ò Tegææ fauens, oleæq; Minerua Inuentrix. Virgil.

Sed quod de virtute oleæ ad inflectendum rogati animũ credidit priſca ætas, de miſericordia diuina, qua perfunduntur orantes antè Altaris Sacramentum, veriſſimum eſt; horum enim precibus facillimè annuit Chriſtus in Euchariſtia præſens; quod forſan illo Pſal. 127. indicatur. *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ.* His affinia à piiſſima Chryſoſtomi facundia hom. 3. contra Anomæos accipe. Orantii precibus facillimè annuit Chriſtus in Euchariſtia Pſal. 127.

Chryſoſt. *Tempore illo, mi frater cariſſime, non ſolùm homines clamorem illum horribilem reddunt, ſed etiã Angeli Domino genuflectunt, & Archangeli rogant: habent ſibi tempus id idoneum, habent ſacram illam oblationem in fauore. Itaque vt homines ramos olearum gerentes mouere Reges conſueuerunt, eoque arboris genere miſericordiam commemorant, & humanitatem; ſic Angeli tunc pro ramis oleaginis corpus Domini ipſum protendentes, rogant pro genere humano: quaſi dicant, Pro his, Domine, rogamus, quos tu adeò dilexiſti, vt pro eorum ſalute mortem obires.*



Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit. Vers. 15.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

IN apricum ducta noua coniux, dum per culta viridaria, & amœnas vineas, relaxandi animi gratia deambularet, fortè vel sermonem à colonis de maximis detrimentis, quæ à malignis vulpium cateruis vineis inferebantur, audiuit, vel caueas ab ijsdẽ animalculis effossas animaduertens, prouidæ Dominæ partes peragens, ad vinearum cultores conuersa illis mandat, vt pusillas vulpes intercipiant, & exterminent, vtpotè quæ pluribus modis vineæ sint damnificæ; hæ enim & foueas excauando vitium radicibus non parum nocent, & excurrendo sæpiùs florentes vineas valdè lædunt; & demùm maturos botros comedendo vindemiam depauperant.

Porrò quòd Palæstinæ tractus vulpibus abundaret, ex enarratis Iudic. 15. patet, & præcipuè tempore maturescentium segetum, quo tunc trecentæ à Samsone captæ fuerint. Quòd verò hæ bestiolæ longas cauernas effodiant, ex eo coniici potest, quòd plura ostia aperta sibi parent, vt insequentis venatoris conatus facilè eludant, & confugium ad latebras in expedito sit, de qua re agit Lactantius de ira Dei cap. 7. *Sunt, inquit, animalia, quæ latibulis suis diuersos, & plures exitus pandunt, vt si quod periculum inciderit, fuga pateat obsessis.*

Iudic. 15.

Lactant.



A *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit.*

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA VNICA.

B Deuotè communicans eo gratiæ auxilio donatur, vt vel leuissimas etiã labendi in peccata occasiones videat, & diligentissimè euitet.

EXponens hunc versiculũ Origenes homil. ex quatuor postrema, hæc habet. *Cõpetenter sanè, cùm adhuc pusillæ sunt, capi eas mandat, & comprehendi, dum enim cogitatio mala in initijs est, & pusilla est, facilè potest abijci à corde; nam si frequenter iteretur, & diù* C *permaneat, adducit animam sine dubio ad cõsensum, & post consensum intra cor suum confirmatum, certum est, quia ad peccati tendat affectum: dum ergò in initijs est, & pusilla, capi debet, & abijci, ne si adulta fuerit, & inueterata, iam non possit expelli.* Rectè quidem, sed non modò prauæ cogitationes astutis vulpeculis denotantur, sed & exordia quæcunq; illarum, à quibus studiosè declinandum est de vitijs feliciter triumphare cupienti. Quarè sacri symposij sponsa, dum paruulas vulpes florescenti vineæ noxias opprimi præcipit, singularem innuit gratiam à diuo Amatore receptam ità aduigilandi, vt sub initio quæcunq; vel exigua ad D peccandum incitamenta propulset, quibus anima pijs desiderijs florida lædi multum potest. Philo Carpathius exponens illud Cant. 8. *Sub arbore malo suscitaui te*, sic loquitur. *Cæleste solum, & salutare malum est corpus Christi, salutariter nobis ab eo datum in escam scilicet, & potum, sub mystico pane, & vino: ex quo quidem Christi amor omnes sanctissimè pascit, ac beat, in quo castissimam sibi sponsam, & quamlibet fidelem animam ad amorem excitat, vallat, firmat.* Expendo hæc vltima verba, *vallat, firmat*; quibus indicari videtur, vt anima per peculiarem sacræ Synaxis gratiam tali circumspe-

Origen.

Prauæ cogitationes, earumq; exordia astutis vulpeculis designãtur.

Cant. 8. Philo Carpath.

ctione muniatur in agnoscendis, & obseruandis omnibus culpatum vijs, vt speciem militaris exercitus referat, qui valli præsidio vndequaq; cinctus nullû vel minimum hostibus aditum relinquit.

Protoparens Eua per esum vetiti pomi similem sui lapsus indolem in posteros deriuauit; sed qualem consideremus, quæso. In pomi visu voluptas adhuc tenella non interempta ex conspectando facta adulta, non difficulter ad côtrectandum pomum pellexit Euam: ex contactu roborata facillimè ad illud comedendum traxit fœminam; heu quam exitiosa fuit socordia, quæ primordiali, & adhuc infirmo ad ruinam illectamento non restitit? ex hac vitiata radice quis non doleat infelicem nostram conditionem ad non dissimilem negligentiam misera propensione infectam? Sed ò semper magis laudata præpotentis Dei pietas, quæ non est passa huic ingenti malo sine remedio nos relinquere obnoxios, opportunum suppeditauit pharmacum, Altaris nimirùm pabulum, cuius gratia cautiores semper fieri valemus in comprimendis primo in ingressu vitijs, in amputandis ex deprauato stipite vix erumpentibus nequitiæ germinibus; verissimè enim Vrbanus IV. in Clementina de Reliquijs, & veneratione Sanctorum perpendens damna omnia à comestione prohibiti pomi orta, reparata per Eucharisticam refectionem, dicit. *Illius esus meruit læsionem, huius gustus intulit sanitatem, gustus sauciauit, & gustus sanauit.*

Diuini pabuli gratia cautiores sêper euadimus in amputâdis peccatorû germinibus.

Clementin.

De Elisei sanctimonia audito clamore à Naamano Principe militiæ Regis Syriæ lepra infecto spe sanitatis per Prophetæ meritum consequendæ motus, ad eum perrexit. Hic de aduentu Dynastæ monitus, non obuiam procedit ad Principem amanter consalutandum, ad vrbanè excipiendum, solùm per nuncium iubet, vt Iordani lattcibus abluatur. *Misitque ad eum Eliseus nuncium, dicens: Vade & lauare septies in Iordane, & recipies sanitatem caro tua, atque mundaberis.* 4. Reg. 5. Sed inofficiosusnè fuit Vates? minimè verò. Sapientissimè egit Dei seruus, lege enim prohibitum erat Hebræis Leuit. 13. & 14. leprosum contingere. Quarè vt totò legem hanc seruaret, illius transgressionis qualemcunq; occasionem fugit Eliseus, & ideò ab occursu, à conspectu, à salutatione leprosi abstinet, ne fortè ex his ad illius etiam illicitum contractum perduceretur. Sed, amabò, quid adeò diligentem in præcauendis ita à longè violandi diuini mandati occasionibus excubitorem reddidit

4. Reg. 5.

Leuit. 14.

A Vatem? Memoriæ occurrat, quòd hic ab Elia ad æthera euecto demissum à cælo pallium priùs acceperat, vt constat ex narratione sacræ histor. 4. Reg. 2. quo quid denotatum sit, percipiamus à Drogone libello de Sacramento Dominicæ passionis. *Amplius te tuus non videbit Eliseus: remansit tamen ei pallium tuum in memoriam tui, vt præsentia absentia tua dolorem eius semper & augendo leniat, & leniendo augeat: hoc sumite* (ait) *in meam commemorationem, hoc est Sacramentum corporis tui, quod sumimus in tui commemorationem corporis, donec venias: pallium tuum caro tua est, qua vestitus ad nos processisti.* Quarè Eliseus pallio Eliæ locu-

4. Reg. 2.

Drogo.

B pletatus, & hinc adeò fidus, & exactus diuinæ legis custos factus, vt ea etiam, ad quæ lex non se extendit, declinet, typum exprimit piæ animæ, quæ adminiculo gratiæ sibi in Dominica mensa collatæ ab omnibus, quæ aditum ad crimina aperire possunt, diligentissimè recedit.

Pia anima per gratiam in sacra Synaxi collatam omnes peccatorum aditus sedulò declinat.

Vt è potestate furentis Reginæ Iezabelis se subduceret, in solitudinem conuolauit Elias; ibi, dum sub iunipero itinere lassatus aliquantulum dormitat, excitatus ab Angelo ad panis subcinericij alimentum sumendum inuitatur. Post manducationem verò, vt ad remotiora

C adhuc loca se transferat, admonetur. 3. Reg. cap. 19. Transeamus è superficie historiæ ad mystica. Iezabelis persecutione, concupiscentis carnis, Dæmonis, atque mundi tyrannidem significari; Elia verò à Iezabele elapso, ac in desertum se recepto, Dei famulum fugientem carnis, mundiq; illecebras, atq; Auerni hostis tentamenta, sunt qui arbitrantur, & rectè quidem; sed quorsum Eliæ post panis comestionem præcipitur, vt longiùs adhuc progrediatur? Panis ille Eucharisticum pabulum significabat, expositore D. Thoma opusc. 58. cap. 22. in fine, eo autem refectus fidelis talem assequitur gratiam, vt procul, & procul ma-

3. Reg. 19.

D gis abeat semper ab ijs, quæ ad peccandum aliqua ratione allicere possunt; huius ergò iconicum simulacrum fuit Elias Angelico pane refocillatus, & ad ulteriora eremi penetrare iussus.

D. Thom.

Pabulo Eucharistico fidelis refectus eam assequitur gratiâ, vt procul magis semper recedat à rebus ad peccandû allicientibus.

Recrearat Abraham Angelos hospitio exceptos satis lauto conuiuio. Post epulas discedêtes nobilissimos illos hospites aliquantulum in via comitatur Patriarcha, habitis cum eis parumper sermonibus ad proprios remeat lares. *Abijtq; Dominus, postquam cessauit loqui ad Abraham: & ille reuersus est in locum suum.* Gen. 18. Sed qua de causa vsque ad ciuitatem, ad quam se conferebant

Gen. 18.

An-

Angeli, non proficiscitur Abraham, maximè ad inuisendum nepotem Lot in ea habitantem? Audierat prudentissimus Patriarcha eo in loco in omnes nefandas libidines intemperantiam effundi, à qua licet valdè alienus esset, suæ tamen non fidit virtuti, & quamuis auxiliari Angelorum societate adiutus à lapsu satis tutus videatur, periculi nihilominùs vmbram timet, & vt ab eo omninò recedat, ad suum redit domicilium. Præclarum huius nostri instituti mysteriũ traditur hic. Abraham post paratum epulum, quod Eucharisticam alimoniam prænotabat, vt notula præcedenti vidimus, adeò vigil effectus in fugiendis labendi periculis, egregiè præindicauit fidelem, qui à Christi mensa ea virtute fulciendus erat, per quam semper minus de se præsumens à quacunq; repræsentata peccati illecebra se subtraheret.

Fidelis à Christi mẽsa ea virtute fulcitur, per quam se subtrahit ab omni peccati illecebra.

Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Vers. 16.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

QVoniam iucundiora solent esse ruri conuiuia in horto, in viridario, vel etiam in pratis, sub latè diffusa arborum vmbra, vbi auiculæ eruditis penè concentibus certatim aera mulcent, vbi dulces spirant auræ, vbi variegata floribus tapetia ad pompam diues natura extendit, vbi chrystallini latices in suis alueis suauiter susurrant excurrentes, ideò sponsus, vt magis recreet dilectam, prandium foris parari iussit; hæc inter edendum noui coniugis amorem admirans singularem ad secum prandendum in rusticano loco, relicta augusta aula, magnificoque apparatu, adducti, amoris vicem rependens sic fatur. ***Dilectus meus mihi, & ego illi &c.*** quibus verbis hunc animi sui sensum exprimere videtur. O mi dilecte, si ob mei studium hoc in syluestri solo, vbi flores, & lilia nitida, ac suaueolentia è felicitate glebæ nata, deliciosum quidem substernunt stratum, sed nõ tua regia præsentia satis dignum, mecũ epulari, & vsque ad superuenientem noctem in his ruralibus amœnitatibus detineri mecum potissimam voluptatem tuam existimas, par est, vt & ego ita me tibi deuoueam, vt nihil præter te appetam, mihique tu semper sis vnicum solatium.

Dilectus meus mihi.

Enucleatur sẽsus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Eo amore Christus se totum in sacra Synaxi tradit vnicuiq; fidelium, ac si ille solus esset.

NVNC ità admirandum amorem perpẽdens deuota anima has in voces erumpit: ***Dilectus meus mihi***, quarum significatio hæc esse videtur; ità me meus cælestis sponsus vnicè amat, vt totum se mihi per Altaris cibum, ac si ego sola essem, communicet.

Agens amantissimus Seruator noster de sacrosancta refectione; ***Qui manducat***, inquit, ***meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.*** Io. 6. queri potest, quam ob causam inuitans ad hoc diuinum edulium non omnes in numero plurali, sed vnumquẽq; in singulari sic fuerit allocutus? cùm enim pro omnibus fidelibus augustissimum Sacramentum conditum sit, verissimè, & appositè admodum dicere poterat: Omnes, qui manducant meam carnem, & bibunt meũ sanguinem, in me manent, & ego in eis. Non vacat peculiari mysterio hęc formula loquendi, nempè, vt vnusquisq; intelligat, Christum sub sacris speciebus tali affectu se illi tradere, ac si solus esset, quod clariùs percipiet, qui sic cogitabit, si nullus vnquam Eucharistiam sumpsisset, nec sumpturus esset, & ego solus sumerem, nonnè ego verè in Christo manerem, & Christus maneret in me, iuxtà verba ab ipso veritatis oraculo prolata? ***Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.***

Ioann. 6.

Xp̃s sub sacris speciebus eo affectu se vnicuiq; tradit, ac si solus esset.

In Dominica communione spiritale connubium inter Christum, & animam celebrari, ex plurimorum Patrũ, & Theologorum pronunciatis probauimus prænotula 7. & ad versic. ***Lectulus noster floridus***, notula 1. & idem indicauit Apostolus illis verbis, ***Erunt duo in carne vna***,

Sacra-

A

Ad Epheſ. 5.

Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia. Ad Epheſ. 5. Quare ſicut matrimonij carnalis fœdus ita copulat ſponſum ſponſæ, vt totus ſponſus ſit vnius ſponſæ, ſic in Euchariſtia per affectum totus Chriſtus ità agglutinatur toti Eccleſiæ, vt illius totus ſit, & ſimul cuilibet animæ, ac ſi illius ſolius vnicus ſponſus eſſet.

In Euchariſtia per affectũ totus Chriſtus ita agglutinatur cuilibet animæ, ac ſi illius ſolius vnicus ſpõſus eſſet.

Dira vrgente fame mittitur à Domino ad viduam Sarephtanam Vates Elias, vt ab ea pane reficiatur. *Factus eſt ergò ſermo Domini ad eum dicens: Surge, & vade in Sarephta Sidoniorũ, & manebis ibi; præcepi enim ibi mulieri viduæ, vt paſcat te.* 3. Reg. 17. Perrexit Elias iuxtà Numinis mandatũ, cui panẽ petenti vidua ſic reſpondit: *Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria, & paululũ olei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illum mihi, & filio meo.* Quænam eſt hæc vidua myſtico in ſenſu? Certè Eccleſia, quæ vt orbata Chriſti viſibili præſentia, vidua dici poteſt; quis eius ſingularis filius, niſi vnuſquiſque fidelis? pane verò, quem ſibi, & filio æquè parabat mulier illa, Euchariſticus panis ex Patrũ declaratione ſatis vulgata denotabatur, qui cùm ità pro vniuerſa Eccleſia, ſcilicet omnibus fidelibus collectiuè ſumptis, ac pro ſingulis quibuſque eorum à Domino conditus ſit, appoſitè admodum pane, quem ſibi æquè, ac filio conficere volebat fœmina Sarephtana, præſignatus fuit.

3. Reg. 17.

Euchariſtia ita pro omnibus fidelibus, ac pro vnoquoque eorum inſtituta.

Matth. 18.

Paſtor ille relatus in parabola Matth. 18. relictis nonaginta nouem ouibus vni erranti inquirendæ ità inuigilabat, vt non minus illam vnam amare, ac gregẽ totum videretur; quod ſpecioſè tradidit Tertullianus lib. de pœnit. cap. 8. *Errat,* inquit, *& vna paſtoris ouicula, ſed grex vna carior non erat, vna illa cõquiritur, vna pro omnibus deſideratur, & tandẽ inuenitur, & humeris paſtoris ipſius refertur.* Verùm quis parabolico paſtore præmonſtratus fuerit, diſcamus à D. Gregorio Papa. *Bonus paſtor,* inquit, *pro ouibus ſuis animam ſuam poſuit, vt in Sacramento noſtro corpus ſuum, & ſanguinem verteret, & oues, quas redemerat, carnis ſuæ alimento ſatiaret.* Hic autem tali affectu paſcit vnamquamq; ouem ſacroſancta alimonia, ac ſi illa totum gregem conſtitueret. Adiuuat hanc exiſtimationẽ, quod olim in Altaris calicibus effigies efformabatur Paſtoris ouem ſuper humeros baiulantis, vt teſtatur memoratus Tertullianus de pudicit. cap. 7. cuius verba dedimus ſupra notula 5. ad verſic. *Meliora ſunt vbera tua vino.*

Tertullian.

D. Gregor.

Chriſtus tali affectu paſcit vnam quãquam ouem ſacra dape, ac ſi illa totum gregem cõſtitueret.

Tertullian.

Cuius dimenſionis eſſet menſa illa propoſitionis Exod. 25. deſcribitur. *Facies & menſam de lignis Setim habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum, ac ſemiſſem.* Rupertus lib. 4. in Exod. cap. 7. legalem illam menſam ad Euchariſtiã referens ait. *Quæ eſt hæc menſa poſt propitiatorium parata in tabernaculum Domini, niſi menſa corporis, & ſanguinis Domini initium habens à paſſione?* Sed ſi res hoc modo ſe habet, cur quæſo adeò anguſtis limitibus circumſcripta, vt vnum tantùm admitteret, ſicuti aduertit Rupertus dicens. *Duos habentem cubitos longitudinis: longitudo hæc vni tantùm aſſidenti ſatis expeditè commoda eſt.* Nonne fidelium agmina exceptura erat menſa Euchariſtica, quam illa panis propoſitionis figurabat? ità ſanè. Sed arcanum in hoc palã fit, tali nimirùm affectu quãlibet animã deuotã accumbere debere ſacro conuiuio, ac ſi ſola eſſet conuiua, conſiderando eo amore ſibi à cæleſti ſponſo paratum eſſe illud diuinum pabulum, ac ſi vnica eſſet.

Exod. 25.

Rupert.

B

Idem.

Pia anima eo affectu accũbere debet ſacro cõuiuio, ac ſi ſola eſſet cõuiua.

Dilectus meus mihi.

NOTVLA II.

C

Beneficium Euchariſtici Sacramenti, omnibus, & ſingulis fidelibus collatũ, ſibi vni præſtitum reputat pia anima.

NEſcio, an magis ingrati, quàm inſanientis nota ſit, non tanti facere beneficium eam ob causã, quòd multis ſit communicatum, quando in diſtributione pluribus facta nihil ſui deperdit. Rectè Seneca epiſt. 64. fatuitatis ſugillat eos, qui nihil ſuum eſſe ducunt, ſi alijs ſit commune. *Stulta,* inquit, *mortalium auaritia poſſeſſionem, proprietatemq; diſcernit, nec quidquam ſuum credit eſſe, quod publicum eſt, at ille ſapiens nihil iudicat ſuum magis, quàm cuius illi cum humano genere conſortium eſt.* Ab hoc errore aliena ſpiritalis ſponſa, vtpotè erudita optimè in diuinæ dilectionis palæſtra ſacrum conuiuium omnibus, & ſingulis fidelibus commune ſibi vni præſtitum exiſtimabat, tum quia per illud ità totum Chriſtum ſe recipere nouerat, ac ſi illi ſoli paratum fuiſſet,

D

Seneca.

quam-

quamuis per eandem sacratam escam A eundem Christum recipiunt & plures: tũ quia dilectione proximis vnita Christum in Eucharistia illis datum sibi datũ censet, hunc enim sensum sponsa spiritalis insinuat sic loquens: *Dilectus meus mibi.*

Chrysost.

Audiamus hic auream Chrysostomi eloquentiam lib. 2. de compunctione cordis. *Hic est affectus serui fidelis, vt beneficia Domini sui, quæ communiter data sunt omnibus, quasi sibi soli præstita reputet, & quasi ipse sit omnium debitor, & pro omnibus ipse solus habeatur obnoxius. Hoc fecit & Paulus, qui mortem Domini, & Saluatoris nostri, quæ pro vniuerso impensa est mundo, sibi soli præstitam dicit: quasi enim* B *de se solo loquens, ita scribit: Qui dilexit me &c. Hæc autem dicebat, non coangustare volens amplissima, & per orbem terræ diffusa Christi munera, sed quasi qui, vt diximus, pro omnibus se solum iudicaret obnoxium.* Quid luculentius afferri potest, vt vnusquisq; nostrum intelligat, quanti facere teneatur sacræ Synaxis donum, cùm hoc ita in plures deriuetur, vt participatione non diminutum, sed idem vnum, & totum in singulis reperiatur.

Sacræ Synaxis donum vnusquisq; sibi vni præstitum existimare debet.

Fonti assimilat Eucharistię Sacramentum Albertus Magnus dist. 3. tract. 1. cap. 7. cuius hæc sunt verba. *Fons delectationis est corpus Christi, & riui deriuati à fonte sunt, quæ singulis viribus, &* C *virtutibus, & potentijs, & membris diriguntur, & ad quemcunque non venit hoc nutrimentum pietatis, hæc arescunt, & marcescunt, & destituuntur, & abyciuntur. Iste est fons, de quo dicitur Gen. 2. Fons ascẽdebat de terra, hoc est, de terreno corpore Domini in Sacramento, irrigans vniuersam superficiem Paradisi: Paradisus enim locus deliciarum est in nutrimentis Ecclesiæ, in quem locum iste fons delectationis influit, & omnia irrigat interiora animæ, & corporis, ad quæ deriuatur.* Hunc Eucharisticum fontem par est, vt vnusquisq; nostrum ità respiciat, ac si sibi soli flueret; cùm ex eo tantum aquæ diuinæ gratiæ percipiat quilibet, ac si sibi soli destinatus esset, li- D cèt enim plures simul & continuò gratiarum latices copiosè hauriant, affluẽtem tamen scaturiginem non exhauriũt, non depauperant.

Albert. Magn.

Fons delectationis est corpus Xp̃i irrigans omnia animæ, & corporis interiora.

Verus sol iustitiæ est Christus in Eucharistia existens, vt optimè aduertit Rabanus lib. 1. in Matth. cap. 2. *Quid ergò*, inquit, *his temporibus solis eclipsis facta est, & fames valida in Romano Imperio, solis iustitiæ, & panis vitæ testatur aduentum, & meritò tunc sol mundanus defectionem patitur, & penuria corporei victus erat, quandò lux vera venit, quæ illu*- A *minat omnẽ hominẽ venientem in hunc mũdũ, & ille cibus, ac potus de cælis datus est, de quo qui gustauerit, non esuriet, neq; sitiet in æternum.* O quàm maximè decet, vt vnusquisq; fidelis ità huius diuini solis lucem intueatur, beneficos amoris influxus excipiat, ac si sibi soli oriretur, quia licèt & alijs pluribus splendeat, illisq; gratiarum radios communicet, non ob id tamen minus vnicuiq; singillatim fulget, & fauet.

Raban.

Diuini solis lucem in Eucharistia intueatur vnusquisq; ac si sibi soli oriretur.

Dilectus meus mibi: deuotam animam his etiam verbis indicari diximus, quia ob arctissimum charitatis vinculum, quo cum omnibus fidelibus coniuncta est, Christum per Altaris Sacramentum illis B communicatum, sibi communicatum reputat.

Mandauerat Dominus, vt in vnaquaque Israelitarum familia Agnus Paschalis manducaretur. Exod. 12. Verùm si illius agni esus, vt ex trita declaratione Patrum constat, Christum à fidelibus sub sacris accidentibus ad refectionem animarũ sumendũ significabat, cùm hic totus, & indiuisibilis recipiatur à cõmunicante, Agnus verò ille in partes diuisus ab Israelitis edebatur, ita vt nullus eorum integrum agnum comederet, sed partem illius tantum; sanè hac in agni legalis comestione non perfectè Dominici corporis manducatio repræsentata C videtur, hoc enim totum, & impartitũ ab vnoquoq; fideli sumitur. Vnanimitatis per dilectionem factæ, qualem debent habere manducantes Eucharisticũ agnum, præclarum exemplar agnoscamus in vna familia; omnes enim ex vna familia amore adinuicem copulati vnũ referebant. Hanc existimationem insinuasse videtur Cyrillus Alexandrinus lib. 11. in Ioan. vbi ad confirmandum quod præmiserat, Christum per sacram Synaxim integrum in omnibus esse, agnũ typicum memorans, sic ait. *Impartibiliter quoniam in vna domo, atque familia vnus in omnibus agnus inueniebatur.*

Exod. 12.

Cyrill. Alexand.

D Elegantes, & pretiosi ornatus, quibus vestis Aaron veteri Sacerdotio fungentis illustrabatur, plura, & eximia indicabant mysteria: in vtroq; latere superhumeralis positi duo conspiciebantur lapides onychini, in quibus filiorũ Israel nomina inscripta erant, auroq; concinnè colligati. *Sumesque duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel: sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in altero, iuxtà ordinem natiuitatis eorum. Opere sculptoris, & cælatura gemmarij sculpes eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro, atque circumdatos.* Exod. 28. Quid hìc arcani? Certè aurum no-

Exod. 28.

tissi-

A tiſſimum eſt charitatis hieroglyphicum; onychinus verò lapis ſummæ vnionis inter multos ſpeciem refert; ſic enim onychem deſcribit Plinius lib. 37. cap. 6. *Veram autem onychem plurimas, variaſque cum lacteis zonis habere venas, omnium in tranſitu colore inenarrabili, & in vnum redeunte concentum ſuauitate grata.* In Aarone Sacerdote non ſolùm ſacer Altaris miniſter, ſed & quilibet fidelis diuini pabuli particeps iuxta ſuperiùs adducta à D. Ambroſio ad verſ. *Laua eius &c.* notula 1. deſignatus fuit. Quarè Iſraelitarum nomina inſculpta in lapidibus onychinis auro incluſis, & circumdatis ad concinnandam veſtem Aaron, emblema elegans delineabant charitatis B eximiæ, & ſingularis concordiæ, quam ad inuicem habere debent, & Sacerdotes, & fideles quicunque Dominicæ mēſæ communicantes, ità vt & vnum vnanimitatis concentum efficiant, & lacteis vinculis conſtricti, hoc eſt, veluti ſi ab eadem mamilla exuxiſſent lac, ſe mutuò diligant, & quidquid boni ex Euchariſtia in omnes, & ſingulos effluit, vnuſquiſque in ſe ipſum deriuatum exiſtimet,

Plinius.

Charitatē, & concordiā habere debent fideles ſacræ mēſæ cōuiuæ, ita vt, quidquid boni ex ea in omnes, & ſingulos effluit, vnuſquiſq; in ſe ipsū deriuatum putet.

Fortunatus ſanè fuit ille primitiuorū Chriſticolarum cœtus, qui ſingulis diebus eidem ſacro conuiuio aſſidebant, vt Act. 2. habetur, cùm eo admirabili amoris fœdere copulati omnes, vno corde, C vno ſpiritu, vna anima duci viderentur. *Multitudinis credentium erat cor vnum, anima vna.* Act. 4. Planè anima vna; natura enim rationalis animæ eſt, ſic corpus humanum informare, vt vna indiuiſibilis in toto, & tota in qualibet parte ſit, atque ideò quælibet pars corporia æquè habet totam animam, ac integrum corpus; non diſſimili modo totum illud agmen primitiuorum fidelium erat totum in toto, & totum in qualibet eius parte, & quælibet pars totum continebat. Huc reſpexiſſe videtur Petrus Damianus opuſc. 11. cap. 10. dum vnumquemq; fidelium minorem Eccleſiā diciteſſe. *Sicut homo*, inquit, *Græco eloquio dicitur Microcoſmos, hoc eſt, minor mundus, ita etiam vnuſquiſq; fideliū, quaſi minor quædam videtur eſſe Eccleſia.* Quarè, quantum ſupercæleſtem refectionem prodeſſe omnibus, & ſingulis ex primordiali Chriſtiano grege vnuſquiſque nouerat, tantum ſibi prodeſſe reputabat, gratiaſque Deo referebat.

Act 4.

Petr. Damian.

Vnuſquiſq; fideliū dicatur minor Eccleſia.

Et ego illi.

NOTVLA III.

Fidelis anima, vt mutui amoris partes expleat, ſe totam deuouet Chriſto, qui ſe totum illi tradidit ſub ſacris ſpeciebus.

Dominus Ieſus, qui ſe totū homini, & impartitum in Altaris mēſa exhibet, (veriſſimè enim canit Eccleſia; *A ſumente non conciſus; non confractus, non diuiſus, integer accipitur*) totum etiam, & indiuiſum hominem expoſcit: hoc agnoſcens ſacri ſympoſij ſponſa, vt vicem amoris reddat diuo amatori, ità ſinceri affectus virtute ſe temperare ſtudet, vt totam inſectam illi ſe addicat, quod innuit, dum poſt præmiſſa verba, *Dilectus meus mihi*, ſubnectit, *& ego illi.* Huius officij partes perpendens Seraphicus Bonauentura dicebat. *Dominus indiuiſum, & integrum corpus ſuū obtulit mihi: malè ergò diuidor, & vel minima mei parte eum defraudo.*

Eccleſia in feſto corporis Chriſti.

D Bonau.

C Spiritale coniugium fieri inter Chriſtum, & animam per ſacram Synaxim, diximus notula 1. huius verſiculi, & ſatis fusè conſtat ex allatis ſuprà prænotula 7. & notula 1. ad verſic. *Lectulus noſter floridus.* Porrò fidelis, & ſinceri matrimonij lex poſtulat, vt viciſſim integritate ſeruata totus ſponſus ſit ſponſæ, & ſponſa tota ſit ſpōſi, & neuter per adulterinum affectum aliquid ſui abſcindat: vndè Lactantius lib. 4. diuin. inſtitut. *Matrimonium*, inquit, *dici non poteſt, vbi mulier multos viros habet, ſed hæc aut meretrix, aut adultera nominabitur.* Et Chryſoſtomus in Pſal. 13. *Maritorum*, ait, *multitudo efficit, vt non cenſeatur maritus*, & D affert illud Ioan. 4. *Quinque viros habuiſti, & nunc, quem habes, non eſt tuus vir.* Sed quò ſublimius carnalibus nuptijs eſt ſpiritale connubium Chriſti cum anima in Euchariſtico conuiuio, eò perfectior debet eſſe mutua traditio, quæ ſicut ex parte cæleſtis ſponſi exactiſſimè completa eſt, cùm ſe totum, & integro affectu communicanti præbeat, vt vidimus notula 1. ad hunc verſiculum, ſic & adamuſſim completa eſſe debet ex parte animæ; talis autem erit, ſi hæc ſolum Chriſtum in amore habeat, tota in eius beneplacito, tota in eius obſequio ſem-

Lactant.

Chryſoſt.

Ioan. 4.

Animæ ſolū Chriſtū in amore habeat, quæ ſe totū in ſacra Synaxi ei præbuit.

per

per ſi, vt verè dicere valeat: *Ego dilecto meo.*

Inter alia, quæ magnificam illam Salomonici templi fabricam mirificè exornabant, erat ingens copia auri, quo omnia, & pauimentum quoq; contecta cōſpiciebatur; (3. Reg. 6.) *Sed & pauimentum domus texit auro intrinſecùs, & extrinſecùs*. 3. Reg. 6. Templum autem illud ad Dei habitationem conſtructum fidelem præſignauit, qui verè Dominum per Altaris alimoniam recipit. Huc reſpexiſſe videtur (2. ad Cor. 6.) Paulus 2. ad Corinth. 6. *Vos enim*, inquit, *eſtis templum Dei viui, ſicut dicit Dominus, quoniam habitabo in illis, & inambulabo inter eos.* Appoſitè etiam Hugo Carenſis (Ioan. 6.) ſuper illud Ioan. 6. *Qui manducat meam* B *carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo*, ait: (Hugo Carenſis.) *In me manet tanquā membrum in corpore, & ego in illo, ſicut Dominus in hoſpitio, Sacerdos in templo, ſponſus in thalamo.* Quarè templum vndequaque laminis aureis pauimento etiam incluſo pro ſupremi Numinis habitaculo conueſtitum, myſticè homo eſt ſincera dilectione Deum reſpiciente nitens, vt dignè excipiat Chriſtum in Euchariſtico Sacramento.

(Templum vndequaq; auro contectum typus eſt animæ toto affectu Deū diligētis, vt dignè cōmunicet.)

Poſtquam Patriarcha Iacob vidit ſcalam illam vſque ad cælum pertingentē, eiuſq; faſtigio Dominum innixum, votum vouit dicens; *Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via, per quam ego ambulo, &* C *dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum reuerſuſq; fuero proſperè ad domum Patris mei: erit mihi Dominus in Deum.* Gen. 28. (Gen. 28.) Admitto Iacobum Chriſti fidelis Euchariſticum panem appetentis typum fuiſſe, vt etiam (Paſchaſ.) Paſchaſius exponit lib. de corpore, & ſanguine Domini cap. 21. ſed difficultatem facit non leuem modus hic loquendi: *Erit mihi Dominus in Deum.* Forſitan ſi Dominus non condidiſſet pabulum Altaris, non fuiſſet amandus, & adorandus? Certè etiam ſi humanatus Dei filius nos ſanguine ſuo ſolùm redemiſſet etiam non ſuppeditata ſacra alimonia, D nihilominùs vnumquemq; noſtrum tanto beneficio adeò obſtrinxiſſet, vt illi tanquam Domino Deo, & Seruatori noſtro cultus ſublimis, & amor deberetur: Quid ergò voluit innuere Iacob hac locutione? *Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum, reuerſuſque fuero proſperè ad domum Patris mei, erit mihi Dominus in Deum.* Certè phraſis hæc videtur eſſe, qua innuitur nobis Deū eſſe, quòd nobis medullis inſedit, cuiq; nos maximè addicti, & penitùs deuoti ſu- A mus. Quod venuſtè declarat Origenes hom. 2. in lib. Iudic. (Origen.) *Vnuſquiſq; quod præ cæteris colit, quod ſuper omnia miratur, & diligit, hoc ei Deus eſt. Denique hoc eſt, quod ante omnia, & ſuper omnia per mandatum ſuum Deus depoſcit ab homine. Diliges*, inquit, *Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua & ex totis viribus tuis: præoccupare quodammodo ergà ſe cupiens hos humanæ mentis affectus, & ſciens, quia quod ex toto corde dilexerit quis, & ex tota anima, atque viribus totis, hoc ei Deus eſt.* Ità Origines. & ſtatim ſubnectit. *Diſcutiat nunc vnuſquiſq; ſemetipſum, & tacitus ex ſuo corde recenſeat, quæ in eo potiſſimum, & ſuper cætera omnia flam-* B *ma amoris exæſtuet, quis ſibi ardentior cæteris foueatur affectus. Vos ipſi de his habetote iudicium, & in ſtatera hæc veſtri examinis appendite, & ſi quid eſt, quod in dilectionis lance præponderat, hoc tibi Deus eſt.* Et poſt plura in hanc ſententiam. *An non totius gentilitatis error hinc accepit exordium, dum ea, quæ multum diligunt homines, Deos eſſe volunt, & humanis quibuſque vitijs, & cupiditatibus diuinum nomen adſcribunt? Pecuniæ namque cupidi, & auaritiæ amore flagrantes, Mammonem quidem apud Syros Deum cupiditatis iſtius dicunt, libidinis, & voluptatis amatores Venerem Deam ſibi vitij huius, quo agitantur,* C *adſcribunt. Similiter & in cæteris vitijs hunc ipſum, quo vrgentur, affectum Deum ſibi fecerunt.* Et conſonat Bernardus in declarat. ſuper illa verba. *Ecce nos reliquimus omnia.* (D. Bernard.) *Quod enim*, inquit, *quiſque præ cæteris colit, id ſibi Deum conſtituiſſe probatur.* Quarè ex his intelligere poſſumus, quid Patriarchæ hæc verba: *erit mihi in Deum*, indicent; qualem nimirùm affectum excitabit in ſe pius fidelis, qui attentè conſiderabit Chriſtum totum, atque bona omnia per Euchariſtiam ſibi ſubminiſtrari; hic enim, vt vicem gratiæ adeò profuſo largitori reddat, ſummo ſtudio illum excolet, illi omninò ſe addicet, & deuouebit, totumque animum, & ſi plures haberet, ad eius obſequium intendet.

(Pia anima attentè cōſiderās Chriſtum totū, bonaq; omnia per Euchariſtiam ſibi tradi, illi omninò ſe deuouebit.)

Qui paſcitur inter lilia.

NOTVLA IV.

Plurimùm deliciatur Chriſtus, dum in ſacro cõuiuio paſcit animas puritatis candore nitentes.

D. Thomas

D. Bernard.

Lilijs puras mentes ſignificari hic D. Thomas tradit, & accinit D. Bernardus ſer. 71. in Cant. *Cùm ſit, inquit, lilium* (ſcilicet Chriſtus) *libenter inter lilia commoratur: & cùm ſit candor, delectatur candidis. Et fortaſſè hoc eſt, quod dicitur paſci inter lilia, candore & odore virtutum delectari.* Porrò ex Hebræo, *paſcit*, actiuè ſumendum eſt, ita vt idem ſit, ac paſtum præbere, paſſiuè tamen intelligũt alij ſatis communiter, vt idem ſit, ac paſtum ſumere. Hæ duæ interpretationes, licèt prima fronte diſſidere videantur; in myſterio tamen, quod indicant, conueniunt; nam dum Chriſtus Euchariſtico cibo mundiſſimas animas paſcit, ita oblectatur, ac ſi ipſe pabulo reficeretur; vndè citatus Bernardus. *At paſcens*, inquit, *ita puto, nihilominus paſcitur ipſe, & quidem eſcis, quibus libenter veſcitur profectibus noſtris. Etenim gaudium Domini fortitudo noſtra. Ità ergò & cùm paſcit paſcitur, & paſcitur cùm paſcit, ſimul nos ſuo gaudio ſpirituali reficiens, & de noſtro aquè ſpirituali profectu gaudens.* & paulò infra. *Nolite mirari hoc, & manducat nos, & manducatur à nobis, quò arctiùs illi aſtringamur. Non ſanè aliàs perfectè vnimur illi. Nam ſi manduco, & nõ manducor, videbitur in me eſſe ille, ſed nondum in illo ego. Quòd ſi manducor quidem, nec manduco, me in ſe habere ille, ſed non etiam in me eſſe videbitur. Nec enim perfecta vnitio in vno quouis horum. Si enim manducem, vt habeat me in ſe, & à me viciſſim manducatur, vt ſit in me, quatenus integra, firmaque ſit connexio, cùm ego in eo, & nihilominus in me ipſe erit.* Hoc idem breui clauſula comprehendit Hieronymus epiſt. 115. *Ipſe* (nimirùm Chriſtus) *conuiua, & conuiuium, ipſe comedens, & qui comeditur.* Quarè his verbis, *qui paſcitur inter lilia*, Chriſtus indicatur iucundè epulans in ſacro conuiuio, ſi conueſcentes habeat puritate inſignes. De his ſpecioſè diſſerit S. Chryſoſtomus homil. 61. ad populum Antiochenum. *Sancta Sanctorum, hoc dicit, ſi quis non eſt ſanctus, non accedat: non ſimpliciter dicit, à peccatis purus, ſed ſanctus. Non peccatorum tantùm liberatio, verùm & ſpiritus præſentia ſanctum facit, & bonorum operum diuitiæ. Non volo tantùm, inquit, a cœno vos eſſe liberatos, verùm & cãdidos, & ſpecioſos. Nam ſi Rex Babylonius ex captiuitate deligens adoleſcentes pulchros ſpecie, & decoros aſpectu ſumpſit: multò magis & nos ſanctæ menſæ aſſiſtentes Regiæ, ſpecie pulchros eſſe decet, aurum animæ mundũ habentes, veſtem puram, calceamenta regia, decorum animæ vultum.* Hæc Chryſoſtomus.

Xp̃s Eucharitia paſcens puras animas ita oblectatur, ac ſi ipſe pabulo reficeretur.

D. Bernard.

Hieronym.

Chriſtus iucundè epulatur in ſacro conuiuio, ſi conuiuas habeat puritate conſpicuos.

D. Chryſ.

Plurima ornamenta peruenuſtè concinnabant priſcam illam menſam, in qua panes propoſitionis collocabantur, aderant & lilia, vt notauit Ariſtæas lib. 10. de 70. Interpretib. *At pedes*, inquit, *in liliorum figuras expolierat Artificis manus, quæ repandis in ipſo vertice folijs menſam ſuſtinerent, erectis intrinſecùs ad aſpectum frondibus, pedes autem hi in pauimento firmabantur.* Ioſeph autem id ipſum tradidit in hunc modum. *Pedum autem capitella liliorum ſimilitudinem referebant, folijs ſub menſa ſe reflectentibus, cùm germen alioquin rectum videretur.* Hoc eleganti liliorum emblemate præmonſtrabatur egregiè, quali puritate nitere debeant Dominicæ menſæ accũbentes, cuius erat figura menſa illa priſca. Rectè B. Algerus lib. 1. de Sacramento cap. 22. *Angelicam*, inquit, *in terris vitam ducamus, quatenùs caſtitatis munditia corde & corpore Chriſti munditiæ conformes, ne cæleſti alimonia indignè reficiamur, ſimus ſpe, & conuerſatione cæleſtes, quia panis Angelorum nonniſi Angelicæ vitæ eſt ſtipendium.*

Ariſtæas.

Ioſeph.

Puritate fulgere debẽt ſacræ menſæ aſſidẽtes

B. Algerus.

Panis Angelorũ Angelicæ vitæ eſt ſtipendiũ.

Chriſtus celebraturus Paſchatum diſcipulis loci ad hanc ſolemnitatem deſtinati ſignum his verbis indicauit. *Introeuntibus vobis in ciuitatem occurret homo amphoram aquæ portans, ſequimini eum in domum, in quam intrat.* Luc. 22. Amphora illa aquæ præſignatum fuiſſe baptiſmi Sacramentum tradunt multi Patres, Beda lib. 6. in 22. Luc. Athanaſius quæſt. 37. Concedo primariò nos hic doceri baptiſmum prærequiri ad Euchariſtiam, ſicut ad cætera Sacramẽta, quorum dicitur ianua, ſed de alio quoque myſterio inſtrui fideles hic puto, nimirũ vt accedẽtes ad ſacram Synaxim eo puritatis candore ſplendere ſtudeant, quo in baptiſmali fonte donati eluxerunt; in quem ſenſum collineata videntur verba illa Petri epiſt. 1. cap. 2. *Sicut modò geniti infantes rationabile ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem*; quem locum de Euchariſtico cibo accipiunt Iacobus Apoſtolus in Liturgia, Dionyſius Areopagita de Eccleſiaſtica Hierarchia

Luc. 22.

Beda.

Athanaſ.

Ea puritate ad ſacrã mẽſam accedẽtes ſplẽdere ſtudeãt, qua in baptiſmate donati fuerunt.

1. Petr. 2.

Iacob.

Dion. Areopag.

Cyrill. Alexand. Gaud. Brix. chia cap. 5. Cyrillus Alexandrinus homil. de lotione pedum, Gaudentius Brixienfis hom. de cœna Domini, & alij. Quare fenfus D. Petri eft hortari fideles, vt ea puritate, qua recenter generati ad vitam fpiritalem per Baptifmi lauacrum nitent, Eucharifticum lac apperant, quod eft verum rationalis animę pabulum, & verè humanum appetitum explet.

Dices hic forfan, quomodo fimilem recenter baptizati munditiem afferre quis poterit ad Chrifti fympofium? Sed tibi memoriæ occurrat, qua ratione Naaman Syrus à lepra ità purgatus fuerit, vt dixerit facer textus; *Reftituta eft eius caro, ficut caro pueri paruuli, & mundatus eft.* Reg. 4. cap. 5. Nonnè feptena in aquis Iordanis ablutione adeò perfectè ei falus redintegrata eft iuxta Elifei Prophetæ confilium? *Vade & lauare fepties in Iordane, & recipiet fanitatem caro tua, atque mundaberis.* Norma hic præfcribitur feruanda, qua quifque non vulgaris nequitiæ maligna lue depofita tantam affequi valeat innocentiæ nitelam, vt modò in Chrifto genitus infans reputetur; norma verò hæc eft, vt pœnitudinis actus pluries, & pluries repetat, & effufis ab oculis largè lacrymarũ laticibus fæpius irroretur, fic enim quilibet grandis malitiæ fcabiem abiget, & illius maculas omninò deterget.

4. Reg. 5.

Vt recenter baptizati munditiem quis afferat ad Chrifti fympofiũ, pœnitudinis actus pluries repetat & lacrymas fæpiùs effundat.

Laudatiffimus ille ritus, quem Sacerdos feruat bis abluendo manus, nempè & antequam ad Altare accedat, & in ipfo Altari, dum facra facit, puritatem, quam femper maiorem in Eucharifticæ menfæ participe exigit Dominus, declarat. Difcamus à Dionyfio de cælefti Hierarchia cap. 3. *Vt ea cæremonia*, inquit, *prædictam puritatem, & munditiem fignificat, quæ continuanda, & augenda vfque ad dilecti ipfius ingreffum, vt ipfa domus, & hofpitium, quo recipitur, adeò fit mundum, & fragrans, vt in eo habitando oblectetur.*

Dionyf.

Tres Angelos fub forma humana Patriarcha Abraham ad prandium, & fimul ad abluendos pedes inuitauit. *Domine fi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranfeas feruum tuum, fed afferam pauxillum aquæ, & lauate pedes veftros, & requiefcite fub arbore.* Gen. 18. Admirationem concitare videtur hæc de abftergendis plãtis fuggeftio; etenim non eft verifimile, quòd fuperni fpiritus nitoris amantiffimi, vtpotè beatiffimæ illius ciuitatis incolæ, à qua vel minima inquinamenti labes exular, cuius plateæ funt ex auro puriffimo, licèt fub virili fpecie terrenas femitas calcarint, aliquid hinc de luto, aut de puluere in pedibus haberent. Sacramenti arcanum fine dubio hìc eft: fed quale? refectio, quam Abraham fubminiftrauit Angelis viatorum perfonam referentibus, Dominicam alimoniã præfigurauit, vt pluries ex D. Ambrofio, & alijs Patribus adnotauimus, ad quam acceffuri licèt Angelica puritate fulgere videantur, eorum tamen affectus per pedes præfignati adeò purificandi funt, fcilicet ad maiorem puritatem femper anhelare debent; quòd fi quis de hoc clariùs cupit edoceri, expendat verba illa à Magiftro veritatis in cœnaculo prolata, *Qui lotus eft, non indiget nifi vt pedes lauet:* nimirùm, qui vel non interruptæ innocentiæ candore confpicuus eft, vel qui criminum fordibus per pœnitudinem expiatus nitet, vt gratior appareat in facro conuiuio, perfectiorem adhuc affectet puritatem; pedum enim lotione, quæ præceffit cœnam Eucharifticam, vt Baronius tom. 1. ad annum Chrifti 34. num. 38. D. Thomas, & plures Patres tradunt, quos citat, & fequitur Suarez tom. 3. in 3. p. difp. 41. fect. 2. munditíes prærequifita ad fumptionem Euchariftiæ indicata fuit. Ambrofius lib. de his, qui myfterijs initiantur cap. 6. & lib. 3. de Sacram. cap. 1. Bernardus in ferm. de cœna Domini, & alij fauent hìc nobis.

Gen. 18.

D. Ambr.

Innocentiæ cãdore cõfpicuus, vt gratior appareat in facro conuiuio, perfectiorè affectet puritatem.

Baron. D. Thom. Suarez.

Ambrof. Bernard.

Donec afpiret dies, & inclinentur vmbræ.

NOTVLA V.

Maximum Ecclefiæ firmamentum, & folatium eft, quòd habitura fit Euchariftic ũ pabulum vfque ad nouiffimum diem.

Donec afpiret dies, & inclinentur vmbræ, fcilicet quoadufque dies finiatur, & lux refugiat, noctifque caligo diffundatur, quod etiam indicauimus ad corticem litteræ. Myfticè autem refiduum diei fpatium vfq; ad fupeuenientem noctẽ, quo fponfus pafcitur inter lilia, tempus eft prætereundum vfq; ad finem militantis Ecclefiæ, quo Chriftus fub facris fpeciebus corporis, & fanguinis fui alimoniã fidelibus fuppeditaturus eft; etenim fi æternitati compararetur vniuerfum tempus ab orbe condito, vfque ad finale iudicium

dicium dies vna videtur. Præterea eun- A
dem ſenſum eliciemus, ſi accipiatur par-
ticula, *donec*, indefinitè, ità vt *donec aſ-*
piret dies, & inclinentur vmbræ, idem ſo-
net, ac dum ſol orietur, & occubet mor-
talibus, quem dicendi modum innuit Se-
neca in Oedipo.

Seneca. *Dum matutinos prædicet Lucifer ortus,*
Candida formoſi venerabimur ora lyæi.

Quare deuota anima militanti Eccleſiæ
congaudens, quòd diuino epulo fouen-
da, roboranda, & recreanda ſit vſq; ad
extremum Iudicij diem ſic fatur. *Qui*
paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies, &
inclinentur vmbræ. Hanc veritatem tra-
1. ad Cor. 11. dit Apoſtolus 1. ad Corinth. 11. *Quo-*
B *tieſcunque manducabitis panem hunc, & ca-*
licem bibetis, mortem Domini annunciabi-
tis, donec veniat.

Farina illa duratura apud viduam Sa-
3. Reg. 17. repthanam, de qua Reg. 3. cap. 17. Eu-
chariſtiam denotat, oleum autem non
defecturum gratiam, & ſpiritalem læti-
tiam, quam confert. Audiamus hic Hu-
gonem in Pſal. 21. exponentem verba
Pſal. 21. illa, *Edent pauperes, & ſaturabuntur. Hæc*
Hugo. *dicit Dominus Deus Iſrael: hydria farinæ*
non deficiet, & lecythus olei non minuetur
vſque in diem, qua daturus eſt Dominus
pluuiam ſuper faciem terræ. Hydria farinæ
corpus Chriſti; lecythus olei ſanguinem eius
ſignificat, quæ non deficient in Eccleſia vſq;
C *in diem iudicij, in quo pluet Dominus illam*
pluuiam, de qua Ezechielis 38. Ignem, &
ſulphur pluam &c. & ſubdit illud Matth.
Matth. 28. 28. *Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus die-*
bus, vſque ad conſummationem ſæculi. Ap-
poſitè Euchariſtici Sacramenti effectus
oleo deſignantur, hoc enim athletæ inun-
gi ſolent, vt aduerſarij conatus eludant,
& ab eius manibus facilè elabantur; ſic
colluctatores in Eccleſia militanti fideles
cum nequiſſimis ſpiritibus, Sacramenta-
li Euchariſtiæ gratia delibuti, non diffi-
culter ſe ſubducunt ab hoſtilibus aggreſ-
ſionibus.

Pſal. 71. Illud Pſal. 71. *Erit firmamentum in ter-*
Hieronym. *ra*; legitur à Hieronymo: *Erit memoria-*
D *le triticum in terra*, & iuxta Chaldæi ver-
ſionem, *Erit placentula tritici in terra in*
capitibus Sacerdotum. Cohærent hæ ver-
ſiones, quia omnes Altaris Sacramentũ
Euchariſtia firmamentũ dicitur antonomaſticè, Eccleſiã muniens, & firmans. indicant, quòd firmamentum antono-
maſticè dicitur; tum quia firmiter con-
ditum eſt perduraturum toto militantis
Eccleſiæ tempore; tum quia eam maxi-
mè munit, & firmat.

Ad genitorem Iſaac, qui iam ampliſ-
ſima benedictione ditauerat gnatum mi-
norem, acceſſit Eſau rogans, vt ſibi quo-
que benedicat, cui ſenex reſpondit. *Fru-*
mento, & vino ſtabiliui eum, & tibi poſt hæc
A *fili mi vltra quid faciam?* Gen. 27. Per- Gen. 27.
pendo verbum illud, *ſtabiliui*, quod &
conceſſam benedictionem non retractan-
dam, & fortiſſimum præſidium innuit
per eam communicatum. Sed quid hac
benedictione in typo adombratur? Nõ-
nè Dominici corporis Sacramentum ex
voto Paſchaſij lib. de corpore, & ſangui- Paſchaſ.
ne Chriſti c. 21. interpretamento? Por-
rò in Iacob totam Eccleſiam repræſenta-
tam fuiſſe docet Petrus Damianus lib.
ad Leonem incluſum Epiſcopum cap. 5.
Nam & propheticis Iſaac naribus tota præ- Petr. Dam.
ſens redolebat Eccleſia, cùm ſuper vnius fi-
lij ſui perſonam dicebat, Ecce odor filij mei,
ſicut odor agri pleni. In inſigni igitur be-
B nedictione Iacobo à parente Iſaac im-
pertita vides ſingulare Euchariſtiæ irre-
uocabile donum, bonis omnibus affluens
à Domino militanti Eccleſiæ collatum
pro illius tutiſſimo munimine.

Repentinæ mortis ſupplicio punitus
fuit Oza, quoniam manum ad Arcam
tenendam extendit, dum illam calcitran-
tes boues declinauerant. Reg. 2. cap. 6. 2. Reg. 6.
Sed cur pœna adeò graui plectitur vir
iſte, cùm potius laudatiſſimũ opus præ-
ſtitiſſe videretur? Abulenſis quæſt. 9.
huic dubio ſic reſpondit. *Hebræi autem* Abulenſ.
dicunt, quòd peccauit Oza, eo quòd voluerit
tenere arcam, quia in hoc innuebat, quòd ar-
ca poſſit cadere, & quòd indigeret ſuſtenta-
C *ri ab aliquo. quia ipſa à nullo indiget ſuſten-*
tari, ſed potiùs illa portabat portitores ſuos.
Hæc iuxtà litteræ ſonum non poſſunt ve-
rificari; cùm enim arca ex lignea mate-
ria compacta eſſet, indigebat baiulis, nec
ipſa boues, à quibus trahebatur, vehe-
bat, igitur ſpiritaliter intelligenda eſt
Toſtati expoſitio, nempè arca illa man-
na includens Eccleſiam diuina eſca lo-
cupletatam denotabat, quæ tantum fir-
mitatis ab auguſtiſſimo Sacramento tra-
hit, vt licet inſultantibus hæreticis agi-
tetur, & concutiatur, nullum tamen ca-
dendi periculum ſubit, ſi quis verò hoc
ſibi falsò ſuaderet, vt temerarius Oza
mortis pœnam mereretur. Eccleſia maximã firmitatẽ recipit ab Euchariſtico Sacramento.

D Quantum demulceat Eccleſiam Eu-
chariſticum Sacramentum, optimè con-
templatur B. Laurentius Iuſtinianus de B. Laur. Iuſtin.
triumphali Chriſti agone cap. 2. cuius
verba ad pietatem excitandam, atque
fouendam aptiſſima ſubinfero. *Quod-*
dam tamen præcipuum idem mediator ſuæ
volens conferre Eccleſiæ, quod nunquam no-
ſcitur fuiſſe collatum, corpus illud viſibile,
paſſibile, palpabile & mortale, quod ſuſcepe-
rat verbum, cõmunicauit in cibũ, tale ſiqui-
dem munus, taleq; dilectionis pignus ſua itu-
rus ad Patrem Eccleſiæ dereliquit; hoc an-
tem illi ſolatium præſtitit, hoc ardentiſſima

charitatis indicium demonstrauit, quatenùs visibiles humana eius absentia illi fieret tolerabilis, voluit nihilominùs, vt vsque ad sæculi finem hoc modo eadem Mater Ecclesia de sui capitis Sacramentaliter præsentia lætaretur; aggregarenturque ipsius merita, cùm de visibilis formæ absentia patientiam, atque de corporali occulta specie fidei robustissimam exerceret constantiam. Cohæret Drogo serm. de Dominicæ passionis Sacramento; vbi Eucharistiam pallio, quod ad Elisei solamen reliquit Elias, adumbratum agnoscens sic fatur. *Ecce sublatus es, amplius te tuus non videbit Eliseus: remansit tamen ei pallium tuum in memoriam tui, vt præsentia absentia tua dolorem eius semper & augendo leniat. & leniendo augeat: hoc sumite (ait) in meam commemorationem, hoc est Sacramentum corporis tui, quod sumimus in tui commemorationem donec venias.* Huius autem postremæ clausulæ sensus non ità facilis apparet, quo enim pacto dum crescit, minuitur dolor, & dum mitigatur, incrementum sumit? *augendo leniat, & leniendo augeat.* Vt difficultatis huius nodus soluatur, memoria succedat, quòd amati absentia amāti amoris igniculos addit, vt diximus supra ad versic. *En ipse stat post parietem &c.* hinc amans ægriùs sèper fert amati absentiam, quia persona semper magis amatur, atq; adeò maiori semper bono carere se reputat: quarè si amati præsentia restituatur, sed non integrè, quādiu non restituitur integrè, dolet, & semper magis dolet amans, solamen tamen ex hoc simul capit, si spem concipiat, vt breui amati præsentia plenè fruatur. Rē exemplo declaro. Doleat amans, quia amatus discessit, redeat hic nocte, nullumq; adsit lumen, quo conspici possit; gaudet amans de præsentia amati, sed quia illius vultum intueri nequit, simul tristatur, & eò magis, quò semper crescit desiderium clarè videndi amati faciem, sed dum sic tristatur, simul lætatur ob spem plenissimè conspiciēdi amati vultum, statim ac aurora illucescet; sic Ecclesia fruitur quidem reali præsentia Christi in Eucharistia, sed cùm hæc non sit visibilis, non integrè illa potitur, vndè sic diminutè fruendo augetur eius dolor ob visibilis Dominicæ præsentiæ priuationem, quæ cùm absentiæ speciem aliquam referat, ad amorem magis accendit, desideriumque apertè videndi Christū acuit, mitigatur tamen hic dolor simul ob spem, quam idem Christus sacris accidentibus velatus excitat in Ecclesia futuræ gloriæ, in qua clarè videbitur. Et ecce qua ratione vera sunt Drogonis verba, *augendo lenit.* Rursus dum Ecclesiæ dolor, vt diximus, minuitur per spem conceptam clarè videndi diuinum sponsum, interim cum sui cælestis sponsi viduata remaneat visibili præsentia, amore vehementiori in illum rapitur, atq; adeò dolor etiam de carētia visibilis præsentiæ Dominicæ maior redditur; & sic elucidatum habes Drogonem dicentem, *& leniendo auget.*

Drogo.

Reuertere: similis esto, dilecte mi, capreæ, hinnuloq; ceruorum super montes Bether. Vers. 17.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

SEquentis diei exorto Sole discedentem sponsū, & vt verisimile est, ad exhilarandos venatione sodales ex nobilitate primarios, qui ad genialem pompam honorandam conuenerant, noua nupta, cui sub exordio illo connubiali iniucundum valdè erat etiam exiguo tempore spoliari præsentia dilecti, rogat, vt quamcitò redeat. *Reuertere: similis esto, dilecte mi, capreæ, hinnuloque ceruorum super mōtes Bether:* ac si eum ità alloquatur. Postquam abire vis, citò saltem te restitue, imitare, quæso, in festino regressu velocipedes capreas, citipedesque ceruorum hinnulos per montes Bether excurrentes, quos cùm venatu insequi soleas, qua pernicitate aspera iuga scandant, qua agilitate montes transiliant, optimè noscis.

Per montes Bether partem Libani montis significari putat, coniecturis satis probabilibus innixus Sherlogus hic vestigat. 24. sect. vnica num. 11. Sherlog.

Re-

Reuertere : similis esto, dilecte mi, capreæ, hinnuloq; ceruorũ super montes Bether.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA VNICA.

Eucharisticus cibus plenè quidem reficit, sed & nouam sui excitat famem in deuota animâ.

QVA in sacro conuiuio diui Amatoris præsentia potita erat spiritalis Sponsa, iterùm potiri desiderans in has voces erumpit. *Reuertere : similis esto, dilecte mi, capreæ, hinnuloq; ceruorũ super montes Bether*, quibus hos æstuãtis animi affectus innuere videtur. Ah, quem vnicè diligo, si diù à me absis, quomodo meus esse poteris? redi itaq; mea vita, redi, supera velocitate celeres capreas, agilesq; ceruorum hinnulos; ero autem voti compos, si iterùm Eucharistico me pabulo dignaberis; per illud enim te intra mea viscera præsentem habebo.

Supplicanti Chananææ pro gnata à maligno spiritu oppressa respondit Seruator: *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus*. Matth. 15. suggerit illa; *Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum*. Quamobrem mulier hæc micis se fore contentam insinuat, & non grandiorem panis portionem efflagitat? An de more vehementer famescentis, vel ardentissimè sitientis non amplam panis substantiam, aut affluentes latices exposcit, sed vel offæ frustulum, vel aquæ guttulam? ità diues ille vorator, qui in sublcuamen acerbissimæ sitis suæ sic Abraham rogabat. *Miserere mei, & mitte Lazarum, qui intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam*. Luc. 16. Simili modo esuriens mulier micam petit. Nazianzenus oratione in Epiphaniam. *Qui denique Chananæa more deprimitur, ac misericordiã implorat, & micas deposcit, hoc est canis vehementi fame correpti pabulum.* Admittamus illa loquendi formula sum-

Matth. 15.

Luc. 16.

Nazianzen.

A mam fuisse indicatam esuriem. Sed quid solatij a mica expectari poterat? sicut enim ingens ignis situla aquæ aspersus non extinguitur, non consopitur, immò incalescit magis, ita caniua fames mica non depellitur, quin potiùs acuitur. Verùm quid mysticè panis mica à Chananæa concupita, & postulata præsignabatur? Nonnè diuina Altaris buccella, quæ cùm virtutem adeò admirandam contineat, vt spiritalem famem ità expleat, vt simul etiam irritet, optimè Eucharisticum Sacramentum in typo prænotatum fuit per Chananæam fame tabescentem, & micam pro refectione postulantem; quodlibet enim vel minimũ

B sacratæ hostiæ frustulum famescentem animam saturat, & simul eam ad nouam famem prouocat; etenim illa Sapientiæ verba Christo, qui factus est cibus, & potus noster, verissimè conueniunt. *Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient*. Eccles. 24.

Quodlibet minimũ sacræ hostiæ frustulũ animã saturat, eamq; ad nouam famẽ prouocat. Eccles. 24.

Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite; venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac. Isai. 55. Nota satis est Patrum huius loci expositio de sacra Synaxi: sed quale arcanum, quòd Dominici corporis alimonia, & laticibus, & vino, & lacte denotetur? *Sitientes venite ad aquas, & qui*

Isai. 55.

C *non habetis argentum, properate, & emite vinum, & lac.* Profectò sitis, cùm sit appetitus frigidi, & humidi, perfectè extinguitur ab aqua, quæ ex naturali sua constitutione frigefacit, & humectat; vinum autem non modò sitim nõ explet, sed ob calorem, quem in se, si non actu, virtute tamen includit, auget, vt explicuimus supra notula 1. ad vers. *Fulcite me floribus*. Porrò lacti maximam nutriendi vim inesse, medicorum doctrina, & experimento constat; appositè igitur Altaris refectio aquis designatur, quia spiritalem animæ sitim, scilicet animæ desiderium adamussim exsatiat, sed cùm ita exsatiet, vt etiam sui recentem

D apperitum suscitet, vino, quod sitis est incitamentum, aptè figuratur; lactè demùm adumbratur Dominicum eduliũ, quia perfectissimum est animæ nutrimentum.

Farina illa, quam vidua Sarephtana habebat, ita exigua erat, vt pugillo cõprehendi posset; hæc autem incrementis indeficientibus amplificata fuit. *Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho.* Et paulò inferius; *Hæc autem dicit Dominus Deus Israel: hydria farinæ non*

desi-

3. Reg. 27. *deficiet, nec lecythus olei minuetur*. Reg. 3. cap. 27. Mystica perscrutemur. Farina illa Eucharistiæ typum referebat ex Drogone de Sacramento Dominicæ passionis, Hugone loco cit. notula vltima præcedentis versiculi, & aliorum Patrũ declaratione, modica autem sacra alimonia simul & affluens est, quia vt parca sui famem recentem relinquit, & vt copiosa cumulatè refocillat. Hoc ex parte insinuanit memoratus Drogo dicens: *Quidquid habet farina, vel olei, panlulum sibi videtur, quia esurit, & sitit iustitiam*. (Drogo.)

B Probus ille Booz beneuolo inuitamẽto alliciens puellam Ruth ad vescendũ, sic eam est allocutus; *Dixitque ad eam Booz, quando hora vescendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuã in aceto*. Ruth 2. Buccella hæc aceto perfusa Dominici corporis escam præsignanit, vt exponit Hugo Carensis ad c. 17. Prouerb. Cùm autem panis frustulum aceto humigatum, comedentem ita nutriat, vt simul ad comedendum magis eum allectet, accommodatè admodum buccella panis aceto intincta præindicauit diuinum ferculum, cuius ea est virtus, vt perfectè animam alat, & eam simul ad edendum amplius extimulet. C Plura de eodem argumento habentur suprà notula 3. ad versic. *Indica mihi*, & notula 1. ad versic. *Fulcite me floribus*.

Ruth 2.

Hugo.

Diuinũ pabulũ perfectè animam alit, eãq; simul ad edẽdum magis incitat.

Reuertere: similis esto, dilecte mi, capreæ, hinnuloq; ceruorũ super montes Bether.

HIS verbis præcedenti notula indicati diximus pia vota animæ cupientis iterùm Christum habere intra se præsentem per sacram communionem; sed quoniam laudabile etiam videtur ob reuerẽtiam a sacra mensa quandoq; abstinere, in quæstionem vocari potest, quid magis expediat. Sit ergò

A

PVNCTVM THEOLOGICVM

De amore, & timore in ordine ad sumendam Eucharistiam.

DISQVISITIO VNICA.

B

An vtilius sit animæ sufficiẽter dispositæ ad sacram mensam duce fiduciali amore accedere; an verò ab ea recedere reuerentialis timoris suasu.

C A Dominica alimonia abstinendum esse ob reuerentiam tanto Sacramento debitam, aliqua suadere videntur.

Primò, D. Franciscus propter Sacramenti huius reuerentiam Sacerdotali ordine insigniri recusauit. Simili affectu ductus Marcus Euangelista, ne vnquam ad eandem dignitatem promoueretur, admirando exemplo digitum sibi præscindi voluit. Præterea antiqui eremi cultores non solùm multos dies, sed etiam multos annos reuerentiæ causa non cõmunicarunt; vt Paulus Eremitarum primus, D. Benedictus, & alij non pauci, hos autem omnes opus laudatissimum peregisse communis est existimatio.

D Secundò, Romualdi Abbatis vitæ sãctimonia celebris consilium erat, vt eo die, quo tepidiori spiritu orassent, & mente liberiùs vagati fuissent sui Religiosi, reuerentiæ causa ad sacra facienda non accederent.

Tertiò, Centurio domum suam non dignam Christi præsentia existimans, submissè illa verba protulit. *Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantùm dic verbo, & sanabitur puer meus*. Matth. 8. quantum autem reuerentialis hic timor Christo acceptus fuerit, salutem Centurionis filio restituendo ipse indicauit. Matth. 8.

Quartò, Iosue populum exhortabatur, ne nimium accederet ad Arcam fœderis.

deris. Seqmimini, inquit, sitque inter vos, *& arcam spatium cubitorum duorum millium.* Iosue 3. Propter enim reuerentiam arcæ propius non accedebant, vt benè adnotat Lyranus ibidem; cùm autem Arca illa notum esset symbolū Dominicæ alimoniæ, in typo demonstratum fuisse videtur à Iosue præcipiente populo, ne propè accederet ad eam, ob similem reuerentiam non facilè accedendū esse ad Eucharistiam.

Iosue 3.
Lyran.

Quintò, vberiori gratia repleri in sacro conuiuio illos, qui ab eo aliquandiù abstinent ob reuerentiam, docere videtur D. Ambros. ad Lucæ 9. perpendens, quòd quando quinque millia pane saturantur, superfuerunt duodecim cophini fragmentorum, at non tot residua, quando saturantur quatuor tantùm millia, quia nimirùm hi triduo inediam sustinuerunt. Ambrosij hæc sunt verba. *Cur quinque millibus hominum plus redundat, quatuor millibus minus? quia quatuor millia ista triduo cum Christo fuerunt, & ideò ampliorem cælestis pabuli alimoniam receperunt.*

D. Ambr.

Sextò, Irenæus ad illud Ioan. 2. *Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea,* innuere videtur in typo præsignatum fuisse, maximè Christo placere quandam retardationem in accessu ad sacram Synaxim. *Properante Maria ad admirabile vini signum Dominus repellens festinationem dixit: quid tibi, & mihi est mulier? nondum venit hora mea.* Ità memoratus Irenæus.

Ioān 2.
Irenæus.

Septimò, hæc pars probari ratione potest, quia licèt debito cum apparatu frequentare Eucharisticum conuiuium laudabile sit, tamen id non tollit, quominus aliquando fideles ad maiorem reuerentiam ergà tantum Sacramentum excitandam rectè ab eo abstineant ob aliquem vtilem finem, & præcipuè ob ergà tantum Sacramentum reuerentiam, in cuius conspectu alis vultum suum obuelant Seraphim, nec manu audent contrectare diuinum illum carbonem, sed forcipe deferunt.

Octauò, probari potest auctoritate D. Thomæ in 4. dist. 12. quæst. 3. art. 1. quæstiunc. 2. *Si aliquis,* inquit, *experimentaliter cognosceret per quotidianam frequentationem reuerentiam minui, & feruorem non multum augeri, talis interdum deberet abstinere, vt maiori reuerentia, & deuotione postmodum accederet.* Cohæret D. Bonauentura in 4. dist. 12. par. 2. quæst. 2. *Si ergò quæritur, vtrùm expediat frequentare aliqui, dicendum, quòd si videat se esse in statu Ecclesiæ primitiuæ, laudandum est quotidiè communicare; si autem in statu Ecclesiæ finalis, vtpotè frigidum & tardum, laudandum est, quod rarò; si autem medio modo, medio modo se debet habere, & aliquando debet cessare, vt addiscat reuereri, aliquando accedere, vt inflammetur amore, quia tali hospiti debetur honor, debetur & amor, & tunc secundùm illam partem, secundùm quam viderit se melius proficere, ad illam magis declinet, quod homo solùm experientia discit: omnes ergò rationes ad primam partem pro frequentia intelliguntur salua debita præparatione, quæ in paucissimis est, vt semper.* Quod autem verbis docuit, & exemplo etiam comprobauit, nam multos dies priuauit se Christi mēsa ob reuerentiam, vt refert D. Antoninus 3. p. tit. 24. cap. 8.

D. Thom.
D. Bonau.
D. Anton.

Quod autem meliùs faciat fidelis sufficienter dispositus, si innixus diuinæ misericordiæ, & fiduciali amore ductus Dominico conuiuio accumbat, quàm si ab eo abstineat, probare videntur multa Patrum effata. D. Ignatius epist. 14. ad Ephes. *Festinate, inquit, frequenter accedere ad Eucharistiam & gloriam Dei, quādo enim assiduè hoc ipsum agitur, expelluntur potestates Satanæ.* D. Chrysostomus tom. 4. homil. 5. super primam ad Timoth. *Hoc est, quod vniuersa perturbat, quia non munditia animi, verùm internallo temporis longiore constare meritum putas, summamq; arbitraris reuerentiam, ac religionem esse, si non sæpiùs cœlestem illam adeas mensam. Ignoras quoniam indignè accedere etiam si semel tantùm fiat, te supplicio tradis: dignè verò, etiam si sæpè accedas, salutem indè conquiris?* Alios affert Mendoza in suo florido viridario lib. 3. problem. 6. vbi plura ex supra adductis habes. Fauet huic parti cōmunis Theologorum sententia docens, generatim loquendo, consultius esse frequentiùs communicare, quàm rarius, & magis in frequentiam, quàm in raritatem inclinandum; cuius rationes hæ afferuntur à Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 69. sect. 4. conclus. 2.

D. Ignat.
D. Chrys.
Mendoza.
Suarez.

Prima, quia communicare dignè per se bonum est, abstinere verò solum est bonum per accidens, vel ex defectu dispositionis, vel vt homo ad reuerentiam excitetur, sed bonum per se præferendū ex genere suo est bono per accidens.

Secunda, quia frequenter accedere est ex propensione charitatis, differre autem aut est ex negligentia, aut ex timore; sed per se loquendo melius est ex charitate operari, quàm ex timore, ergò.

Tertia, quia qui communicat, cæteris paribus, excedit alium in fructu Sacramenti ex opere operato: potest autē

facilè

facilè in alijs esse æqualitas, quia voluntas communicandi dignè ex se non est minùs bona, & meritoria, quàm affectus abstinendi etiam ex reuerentia, ergò ex suo genere illud est eligibilius.

Quarta, quia si propter aliquid est interdum probanda abstinentia huius cibi, maximè propter conseruandam, vel concipiendam reuerentiam, seu deuotionem, sed ad hoc ipsum non minus iuuat ipse frequens vsus, si fiat prudenter, & mediocri diligentia adhibita, nã & bona cõsuetudo iuuat ad similes actus meliùs exercendos, & efficacia etiam Sacramenti multum confert, ergò simpliciter, & generatim loquendo, fauendum est potiùs frequentiæ, quàm dilationi. Pro maiori præsentis disquisitionis dilucidatione

Notandum primò, timorem reuerentialem comprehendi sub timore filiali, proprium enim est filij timere displicere patri, non tam ob pœnam, aut proprium incommodum, quod sibi indè metuit, quàm ex naturali amore, quo impellitur, vt timeat, ac vitet ea omnia, quæ patria voluntati contrariantur, sivè displicent, inter quæ cùm sit irreuerentia filij erga patrem, hanc probus filius declinare studet.

Notandum secundò, timorem filialem, atq; adeò reuerentialem ab eodem charitatis habitu elici; eiusdem enim virtutis, seu habitus est, inclinare voluntatem ad obiectum bonum prosequendum, & ad vitandum malum ipsi contrariũ; hoc ipso enim quòd rem aliquam amo, inclinor ad determinandum, & repellendum quidquid ei contrariatur. Præterea eadem virtus, seu idem habitus nos inclinat ad intentionem finis, & ad electionem medij, & vterq; actus ab eodem habitu producitur, atqui fuga mali contrarij est medium necessarium ad obtinendam, vel conseruandam amicitiam Dei, ergò eadem virtus, scilicet charitas Dei me inclinat ad amandum Deũ, eiusq; amicitiam conseruandam, & ad timendum, & fugiendum quidquid ei displicet, atque adeò omnem defectum reuerentiæ, & obsequij illius maiestati infinitæ debiti.

Notandum tertiò, ex prædictis inferri actum, quo quis ob timorem reuerentialem abstinet à sacra mensa, elici ab habitu, quo Deus amatur, ideò enim reuerentialiter timidus non accedit ad diuinum conuiuium, quia timet displicere Deo ob nimiam familiaritatem. Similiter liquet, actum, quo quis sufficienter dispositus fiducialiter Dominico symposio assidet, ab habitu, quo Deus ama-

A tur, elici, quia putat rem, quæ maximè Deo placet, præstare. His notatis

Dico primò, accedenti ad sacram Synaxim studendum maximè esse, vt excitet in se affectum reuerentialem, quo sua vilitate considerata timeat quidem se nimiùm audere iu illo accessu, sed fretus diuina misericordia, & bonitate infinita, qua ad illud supercæleste conuiuium allicitur, nimij illius ausus indulgentiam submissè postulet. Fauet primò huic cõclusioni Gabriel sect. 87. vbi ait. *Ad dignam sumptionem huius Sacramenti requiritur meditatio excellentiæ tanti Sacramenti, vt mens excitetur ad sumendum cum reuerentia, & deuotione; requiritur etiam meditatio* — 1. Conclusio / Gabriel.

B *propria indignitatis, vt excitetur animus ad sumendum cum timore.* Secundò hoc Seraphim illi venerabundi ante Dei thronum præsignarunt, de quibus Isaiæ 6. iuxta enim interpretationem Iustini Martyris qu. 44. ad orthod. Eucharistiæ mysterium ibi significatum est; & similiter Seraphim ille, qui purgaturus labia Prophetæ, non manu, quasi timeret tangere præ reuerentia, sed forcipe prunam, seu calculum de altari accepit; quod perpẽdit Procopius in citatum locum. *Pro pheta*, inquit, *purgationi subseruit vnus de Seraphim, qui carbone de Altari forcipe accepto, honorem, quem Altari exhibet, apertè significat; cùm manu tangere non audet.* Potissima autem ratio huius conclusionis — Iust. Mart. / Procopius.

C desumitur ab infinita Christi dignitate, & excellentia, quæ exigit summam reuerentiam, & veneratione: licèt enim Christus in hoc Sacramento se totum ad vtilitatem nostram effundat, nihilominùs tanti Domini ratio habenda est, & vt par est, cum eo reuerenter agendum, & hoc etiam suadet ritus Ecclesiæ, quo Sacerdos administraturus Eucharistiam in persona communicaturi ter repetit illa verba Centurionis, *Domine non sum dignus.*

Huiusmodi affectibus se prædictam spiritalis sacri conuiuij sponsa indicat hic, dum diuum Amatorem precatur, vt ad

D se redeat, hinnuloq; ceruorum in hoc regressu eum assimilando; miro enim natalis soli desiderio tenentur, non Hellespontiaci solùm, vt Aelianus prodidit, sed cerui omnes pulsi loco, vbi educati sunt, & meliora quandoq; pascua nacti, semper tamen ad pristina redire solent, vt refert Aldobrandus lib. 1. de quadrup. bisulcis cap. 27. Sed quodnam est natale solum Christi sponsi? nonnè Bethleemiticum præsepe, in quo & animantia aderant, & fœtor non deerat? quarè dũ sponsa hic dilectum suum ad se inuitat, similemq; eum asserit hinnulo ceruorum, — Ælian. / Aldobrand.

indicat, quantum de sua benigna indole sibi polliceatur; licèt enim ipsa se abiectam, stabuloq; maleolenti ob suas imperfectiones similē agnoscat, nihilominùs, cū optimè noscat dilecti sui propensionem ad natale solū, confidit, quòd non dedignabitur in hanc incultam domum suam ingredi. Quasi dicat: O dilecte mi, qui deliciaris in amœnis Paradisi viridarijs, qui detineris super montes Bether, in habitaculo nimirùm Dei super Cherubim sedens, reuertere quæso ad me, & non dedigneris redire ad animam meam, licèt hæc vilis, & indigna sit habitatio ad augustissimam diuinitatis tuæ præsentiam in sacra communione excipiendam; scio enim te instar cerui desiderio natalis soli teneri; quarè si neglectum præsepe fuit tibi natale solum, eccè anima mea ob innumera vitia similis omninò lutulento, ac fœtido stabulo, pro tua benigna indole in hanc ingredere.

2. Cōclusio. Dico secūdò, contingere posse, vt quis æquè mereatur abstinendo ob timorem reuerentialem à sacra Synaxi, ac ad eam accedendo fiduciali amore. Hæc conclusio, quæ procedit de merito tantùm ex opere operātis, sic explicatur, & probatur. Præditus sit quis habitu charitatis intenso, vt quatuor, ob timoris reuerentialis actum intensum vt duo v. g. elicitum à dicto charitatis habitu abstineat à sacra mensa hodie, cras verò accedat ad eam ductus ab amoris fiducialis actu intenso vt duo, elicito pariter ab eodem habitu charitatis, tantum meriri assecutus est hodie, ac heri, si solum meritum ex opere operantis expendatur, etenim gradus huius meriti correspondet proportionaliter intensioni actuum charitatis, qui eliciuntur ab eodem habitu infuso charitatis.

3. Cōclusio. Dico tertiò, ei, qui sufficienter est dispositus ad sacram Synaxim, & ob actum timoris reuerentialis intensum v. g. vt duo, vellet abstinere à Dominica refectione, & ex altera parte ab actu amoris fiducialis impulsus vellet illam sumere, magis expedire, vt sumat, & hoc laudabilius esse. Fauet huic assertioni D. Augustinus apud S.Thom. 3. p. quæst. 8. art. 10. *Vndè Augustinus dicit, si dixerit quispiam non quotidiè accipiendam Eucharistiam, alius contrà faciat, vnusquisque, quod secundum fidem suam piè credit esse faciendum, faciat. Neque enim litigauerunt inter se Zachæus, & ille Centurio, cùm alter eorū gaudens suscepit Dominum, alter dixit, Non sum dignus, vt intres sub tectum meum; ambo Saluatorem honorificantes, quamuis non vno modo; amor tamen, & spes, ad quem* D. August.

A *semper Scriptura nos prouocat, præferuntur timori, vndè cùm & Petrus dixisset; Exi à me Domine, quia homo peccator sum, respondit Iesus, noli timere.* Et probari potest primò ex magna illa cœna Lucæ 14. quæ Eucharisticum conuiuium ex nota declaratione designat; ad eam enim inter alios introducti fuerunt, Domino mandante, claudi: *Exi citò in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc.* Sed quinam sunt in mystico sensu claudi? certè qui dissimili affectu ambulant; *anima enim non mouetur pedibus, sed affectibus,* inquit Augustinus tract. 48. in Io. circa initium. Quarè qui affectu amoris tenB dit ad sacram mensam, affectu verò timoris reuerentialis ab ea recedit, claudus hac in re dici potest; atqui dum hic claudus Domini iussu ad Altaris cœnam admittitur, certè magis illi proficuum esse accedere, quàm recedere indicatur. Secundò animaduertamus, quos præmiserit Dominus è cœtu discipulorum ad parandum Pascha, in quo Eucharisticam alimoniam instituere, & præbere decreuerat; nonnè ad hoc munus Petrum, & Ioannem destinauit? *Et misit Petrum, & Ioannem, dicens: Euntes parate nobis Pascha, vt manducemus.* Luc. 22. Petrus Luc. 22. igitur, & Ioannes præcipui videntur esse C sacræ mensæ conuiuæ; Ioannes quidem amoris, & fiduciæ symbolum exprimit; Ioannes symbolū amoris, & fiduciæ, Petrus verò typus timoris reuerentialis. erat enim discipulus, quem diligebat Iesus. Ioan. 21. Petrus verò reuerentialis timoris typum refert, hic enim ob reuerentiam, quam Christo deferebat, in illa verba erupit. *Non lauabis mihi pedes in æternum.* Ioan. 13. & alibi, *Exi à* Ioan. 13. *me, quia peccator sum*; habemus igitur in Petro, & Ioanne nostri asserti non leue argumentum. Tertiò probatur ratione, qui sufficiēter dispositus ad sacrum edulium amore fiduciali ductus illud sumit, gratiam reportat ex opere operato, qua caret, si ob reuerentiam abstineat, ergò liquet magis illi expedire communicare, D quàm non communicare, supposito, quòd æqualis sint intensionis actus amoris inuitantis ad Eucharistiam, & timoris reuerentialis ab ea retrahentis. Prætereà, quòd hoc sit laudabilius, suaderi potest primò, quia sumptio Eucharistiæ per se loquendo ad amorem perfectiorē inducit, ergò & maiorem erga idem Sacramentum reuerentiam excitabit. Antecedens vt certum communiter admittitur, & colligitur ex illo Ioan. 6. *Sicut* Ioan. 6. *misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Consequentia probatur. Timor reuerētialis elicitur ab habitu amoris,

ris, vt diximus primo, & secundo notando, ergo, quo amor est perfectior, perfectiorem etiam reuerentiæ actum producet. Secundò, qui timore quidem reuerentiali comitatus, sed fiduciali amori obtemperans assidet sacro conuiuio, magis Christi desiderio satisfacit, qui nihil magis in votis habere videtur, quàm fideles corporis, & sanguinis sui alimonia reficere, vt pluries indicauimus, & præcipuè notula 3. ad vers. *Ego flos campi*, & notula 2. ad versic. *Surge propera amica mea*, & notula 1. ad versic. *Surge amica mea, speciosa mea, & veni.*

4. Cóclusio. Dico quartò, licèt per se loquendo melius sit frequentare sacram mensam, quandoque tamen per accidens melius erit alicui, etiam si non habeat consciétiam peccati mortalis, ab ea abstinere. Prima pars constat ex communi sententia Theologorum, D. Thomæ 3. p. qu. 80. art. 10. & in 4. dist. 12. quæst. 3. art. 2. & Bonauenturæ ibid. Richard. Paludan. Gabriel. Alex. Alensf. 4. p. art. 4. §. 1. quæstiunc. 2. Petri Soti lc&. 9. de Eucharistia. Conspirant ét hanc in partem Patres. D. Ambr. lib. 5. de Sacram. cap. 4. *Si quotidianus*, inquit, *est panis, cur post annum illum sumis? accipe quotidiè, quod quotidiè tibi prosit.* Et lib. 4. cap. 6. *Debeo illum semper accipere, vt semper mihi peccata dimittantur; qui semper pecco, semper debeo habere medicinam.* Et eundem frequenté Eucharistiæ vsum cómendant passim alij. D. Chrysostomus in oratione de B. Philogonio tom. 3. & hom. 17. in epist. ad Hebræos, & hom. 28. in 1. ad Corinth. & hom. 1. in 1. ad Timoth. D. Cyprianus lib. 4. epist. 9. D. Augustinus quæst. 118. vbi non præfert eum, qui ex reuerentia abstinet, ei, qui ex deuotione quotidiè communicat. S. Ignatius epist. ad Ephes. *Date*, inquit, *operam, vt frequentiùs congregemini ad Eucharistiam.*

(D. Thom. — Bonau. — Richard. — Paludan. — Gabriel. — Alex. Alés. — Petr. Sot. — D. Ambr. — D. Chrys. — D. Cypr. — D. August. — S. Ignat.)

Rationes pro hac parte aliquas attulimus suprà ex Suarez, & præter illas occurrunt aliæ; & primò, quia Christus sæpiùs nos hortatur Ioan. 6. ad sumendam Dominici corporis, & sanguinis sui refectionem, & dum carnem suam appellauit cibum, & sanguinem potum, indicauit, quòd sicut homines indigent frequenti cibo, & potu pro sustentanda vita corporali, ità etiam fideles pro vita spirituali vesci debent hac sacra alimonia. Secundò, quia sumens Eucharistiã testatur amorem Christi immensum in institutione huius Sacramenti demonstratum: in hoc enim diuitias sui amoris veluti effudit, vt inquit Tridentinum. Repræsentat & illum etiam amoris actũ,

(Suarez. — Ioan. 6. — Trident.)

A quo pro nobis crucis mortem pertulit, quæ memoria illi valdè accepta est, iuxtà illud: *Hoc facite in meam cómemorationem.* Excitat etiam suo exemplo alios fideles ad frequentandum sacrum conuiuium. Tertiò, vberiores fructus, qui ex hoc Sacramento percipiuntur, frequentem illius vsum suadent, vt gratia Sacramentalis, remissio venialium, de quo argumento dicemus infrà in expositione cap. 4. ad vers. *Quàm pulchra es*, & ad versic. *Tota pulchra es amica mea.* Confert auxilia ad superandas Dæmonum tentationes, illosque propellit; verè enim ait Chrysostomus hom. 45. in

B Ioan. *Hic mysticus sanguis Dæmones procul pellit.* Effrænem concupiscentiæ petulantiam reprimit, vt optimè inter alios docet Cyrillus Alexandrinus lib. 4. in Io. cap. 17. cuius verba hæc sunt; *Sedat enim, cùm in nobis maneat Christus, sæuientem mẽbrorum nostrorum legem, pietatẽ corroborat, perturbationes animi extinguit.* Saluti quoque corporali plurimum proficit, de qua re aliàs diximus. Vndè Damascenus lib. 4. fidei orthod. cap. 14. *Iis*, inquit, *qui Sacramentum istud per fidem dignè suscipiunt, in peccatorum remissionem, & vitam æternam, animiq; & corporis præsidium cedit.* Denique gratiam præseruatiuam à peccatis largitur, vt

C docet Tridentinum sess. 13. cap. 2. & est præsidium contrà omnia mala, vt tradit Ignatius Martyr epist. ad Ephes. *Mente indiuulsa frãgentes panem vnum, quod pharmacum immortalitatis est, medicamentũ purgans vitia, & omnia pellens mala.* Omnes ergò hi fructus, & vtilitates apertè satis probant, quantum expediat sacram Synaxim frequentare. Quartò, consuetudo primitiuorum Christianorum, frequentis communionis exemplar nobis proponit. *Erant enim perseuerantes in cómunicatione fractionis panis.* Act. 2. hinc felicissimus ille cœtus tanto spiritu feruebat. Quam consuetudinem S. Anacletus Papa in epist. decretali cap. Episco-

D pos §. 1. de consecratione, in remedium temporis, qui obrepere incipiebat, sub grauibus pœnis seruari mandauit.

(Chrysost. — Cyrill. Alexan. — Damascen. — Trident. — Ignat. Mart. Eucharistia pharmacũ immortalitatis. — Act. 2. — S. Anaclet. Pap.)

Tandem Concilium Tridentinũ sess. 13. cap. 8. hortatur ad frequentiam cómunionis, & sess. 22. cap. 6. quàm ardenter Ecclesia desideret hoc, his verbis exprimit. *Optaret sacrosancta Synodus, vt in singulis Missis fideles adstantes non solùm spirituali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent, quò ad eos sanctissimi huius sacrificij fructus vberior prouenirei.*

(Trident.)

Secunda pars huius conclusionis est D. Thomæ in 4. dist. 12. quæst. 3. art. 2. (D. Thom.)

quæstiunc. 3. dicentis: *Ideò simpliciter loquendo melius est Eucharistiam sumere, quàm ab ea abstinere, sed in casu aliquo nihil prohibet esse melius abstinere, quandò aliquis probabiliter præsumit ex sumptione reuerentiam minui.*

Alex. Alens. Alex. Alens. 4. p. art. 4. § 1. quæstiunc. 2. Richard. in 4. dist. Richard. 12. art. 6. quæst. 1. vbi sic loquitur. *Si autem sentiret homo, per multam frequentationem nihil reuerentiam ad hoc Sacramentum, & feruorem non multum augeri, interdum deberet abstinere, vt cum maiori reuerentia, & deuotione postmodum accederet.*

Obiectio. Sed dices defectum irreuerentiæ non posse prouenire à frequētia communionis, cùm ab ea potiùs affectus reuerentiæ erga Sacramentum Altaris augeatur; etenim inter alios effectus sacræ Synaxis est illuminare animam, ita vt melius cognoscat Christi excellentiam, & sublimem dignitatem, ex qua cognitione voluntas allicitur ad maiorem venerationem, & cultum perfectiorem exhibendum Sacramento: quare nec videtur, quòd cessatio à communione sit medium aptum ad maiorem reuerentiam excitandam erga idem Sacramentum;

Cyrill. vndè Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 17. notat solam dilationem communionis per se non conferre ad meliorem dispositionem.

Solutio. Respondeo per se loquendo, quæ obiecta sunt, vera esse, sed per accidens posse occasionaliter aliquem ex frequentia cōmunionis omittere eam diligentiā præparationis, quam prærequirit tantum Sacramentum, & potius ex vsu, quàm ex feruore spirituali ad sacram illam mensam accedere, & tunc illa cessatio à communione non quidem per se, sed per accidens occasionaliter poterit inseruire ad excitandum hominem à torpore, dū animaduerteret se tanto bono priuari, quod optimè docet Alensis 4. p. art. 4.

Alens. quæstiunc. 2. dicens. *Per se loquendo magis expedit alicui dignè accedere, quā expediet eidē cessare; occasionaliter tamen magis expedit cessare ad tempus, quàm frequenter accedere; quia aliquandò contingit, quòd cessatio est causa maioris deuotionis, & reuerentiæ.* Porrò hac in re valdè perpendenda est doctrina Gabrielis, quam ipse

Gabriel. ex Gersone tradit. *Si quis dicat vacationem à celebratione, (& idem est à communione respectu laicorum) ideò fieri, vt ipsa posteà reuerentiùs, & deuotiùs, quantò rariùs fiat; Respondet Cancellarius Gerson in tract. de celebratione. Fatemur, inquit, posse sic euenire, sed ex aduerso contingere potest, quòd talis subtractio remouebit habitum ad bonum, cuius effectus secundum Philosophum est delectare: 2. Ethic. & subdit. Distraheris hodie, parum deuotus es, parum recollectus, plurimum tentatus à carne, mundo, Dæmone: Credo equidem, sed agnoueris, quòd non dormiunt, qui te persequuntur, cras ijdem erunt aduersantes tibi hostes, tuaque deuotioni insidiantes, quales sunt hodie; vndè Sapiens Ecclef. 9. ait. Quodcumque potest manus tua, instanter operare; nescis enim quando tale tempus ad laudabiliter celebrandum tibi concedetur (& idem est ad communicandum) quale modò habes, & si vtrunque habeas, vtrunque melius est. Esto quòd fueris in hac, vel illa die defectuosus, cur nouum defectum in non celebrando superinducis? Sed frigidus sum, dicis, aut tepidus: sæpè sustinuit initium celebrationis hominem parum deuotum, & frigidum, quem in fine dimisit calidum, & feruidum. Corpus Christi ignis est spiritualis. Accede cum fiducia ad hunc ignem, calesces facilius. Audiamus Ambrosium orantem. Graue est, quod ad mensam tuam mundo corde; & innocentibus manibus non venimus, sed grauius est, si dum peccata metuimus, sacrificium non reddimus.* Christi corpus est ignis spiritualis.

Aduerte circa praxim tertiæ, & quartæ conclusionis eam esse optimam, qua vnusquisq; non suo iudicio, aut arbitratu propter præmemoratas causas accedat ad sacram mensam, aut ab ea abstineat, sed hac in re pendeat à consilio sui spiritualis directoris; de qua re diximus supra ad vers. *Equitatui meo*, notula a. & infrà dicemus ad vers. *Inuenerunt me &c.*

Porrò spirituales animarum duces, faciles omninò esse debent in indulgenda copia frequentis communionis ijs, qui hanc sacram alimoniam valdè appetūt, vt feruentiori in Deum ferantur amore; hoc enim vehemens desiderium, supposita cōscientia munda pro sufficienti apparatu, approbari videtur illo oraculo. *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite absq; argento, & absq; vlla commutatione vinum, & lac.* Isai. 55. Isai. 55. de qua re alibi, si Deo placebit, fusius agemus.

Superest, vt respondeamus adductis supra à principio.

Primò, exempla D. Francisci, D. Marci, Eremitarum admiranda esse dico, quia ex peculiari Dei instinctu facta sunt ob altissimos fines, & præcipuè ad altiùs fidelium animis infigendum reuerentiæ affectum, non tamen nos ea imitari debemus, sicut nec multa alia, quæ laudabiliter sancti ex diuino impulsu speciali fecerunt.

Secundò, consilium D. Romualdi dico magni faciendum esse, & ad doctrinæ

traditam suprà pro secunda parte quartæ conclusionis posse referri.

Tertiò, exemplum Centurionis similiter reuerentiam magnam suadet, considerata immensa Dei maiestate ergà tantum hospitem, quem recipimus in sacra Synaxi; vt notauimus in probatione primæ conclusionis. Placet verò hic referre, quod habet Gabriel in 4. dist. 12. qu. 2. conclus. 4. vbi magis commendans accessum ad Eucharistiam, quàm recessum ab ea ob reuerentiam; *Quia licèt, inquit, sic abstinens mereatur se humiliando coram tremenda maiestate Dei, etiam meretur considerando, & magnificando diuinam maiestatem; non tamen videtur, quòd abstinendo præcipuè mereatur, cùm communicando plus exaltaret diuinam bonitatem, & clementiã. Nec Dominus laudauit Centurionem ob sè non receptum, sed ob fidem, qua credidit, Dominum absente corpore potuisse solo verbo seruum sanitati restituere; vnde subiunxit: non inueni tantam fidem in Israel; & licèt voluntas abstinendi ob reuerentiam sit meritoria, abstinere tamen, vt dicit priuationem puram sine actu positiuo, meritorium non est.* (Gabriel.)

Quartò, populus non proximè, sed longè comitans arcam, Iosue ità mandante, non recessum simpliciter à sacra Synaxi, sed accessum magna cum reuerentia significabat, quod confortat primæ nostræ conclusioni.

Quintò, ex illo Ambrosij loco dico nõ colligi, vberiorem gratiam percipi ob abstinentiam per se à sacra alimonia, sed ex maiori præparatione pro ea sumenda, & præcipuè ex conuersatione cum Christo, quæ fieri potest per pias meditationes, & affectus.

Sextò, si interpretatio Irenæi accipiatur in eo sensu, quo fuit adducta, dicere possumus ex illa colligi non nisi præuio maturo apparatu sacram alimoniam sumendam esse, quod cohæret primæ conclusioni nostræ, & secundæ parti quartæ conclusionis; ingens verò desiderium, quo Christus tenebatur propinandi fidelibus Eucharisticum vinum, indicatũ fuisse illis verbis; *Quid tibi, & mihi est mulier? nondum venit hora mea*, aliàs declarauimus.

Septimò, & octauò; cætera verò consonant secundæ parti quartæ conclusionis nostræ; ab eo autem, quod euenit D. Bonauenturæ, discere possumus, Deo magis acceptum esse, vt debita cum reuerentia ad sacrum conuiuium discumbamus, quàm ab eo ob reuerentiam abstineamus; dum enim vir hic sanctus aliquandò audiendo sacro magna cum deuotione adesset, particula quædam sacræ hostiæ deuolauit, seq; in illius os ingenti cum eius voluptate inseruit, vt enarrat D. Antoninus 3. p. tit. 24. cap. 8. (D. Anton.)

CAPVT

CAPVT TERTIVM CANTICORVM.

In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui illum, et non inueni. Vers. 1.

Surgam, et circuibo ciuitatem: per vicos, et plateas quæram quem diligit anima mea: quæsiui illũ, & non inueni. Vers. 2.

Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem: Num quem diligit anima mea, vidistis? Vers. 3.

Paululùm cùm pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculũ genitricis meæ. Vers. 4.

Indicatur sensus ad corticem litterę.

A QVOD noua nupta intempesta nocte, domo, & thalamo egressa, sola per vicos, & plateas peragrauerit, viros sub caligine ciuitatem custodientes de dilecto suo interrogaret, non videtur verisimile, nec satis consonum puellari modestiæ. Et quis non existimet etiam incongruum decori adolescẽtulæ magnificis ditissimi Dynastæ nuptijs nobilitatæ, sine vllo pedissequarum comitatu, nullo famulorũ præmisso cœtu, vagari per vicos, & plateas? Quarè nocturnis somniorum ludificationibus hæc omnia tribuit Sherlogus vestig. 25. ad hunc versic. sect. 2. num. 14. secutus Legionensem, Placidum Nigidium, & Ludouicum de Sotomaior; iuxta itaquè horum Auctorum cogitationem sponsa quid sibi per somnium aliquandò repræsentatum fuerit, enarrat hic herinis, & nuribus, cum quibus familiariter detinebatur, ad indicandam molestiam, qua angebatur ob dilecti sui absentiam, qui venatum abierat, eumquè, vt citò reuerteretur, paulò ante rogauerat, vt vidimus ad calcem præcedẽtis capitis. Porrò has visiones nocturnas passa fuit puella hæc, quandò in Libano versabatur, reduceniquе expectabat coniugem post connubiorum solemnem sponsionem, in quem cogitatione, & memoria cùm defixa esset, vt illis verbis insinuauit, *Osculetur me osculo oris sui, &c.* non mirum si inter soporandum plures de dilecto imagines phantasiæ occurrebant; similitudines enim rerum, quas frequenti cogitatione, & affectu peruoluimus vigilando, per quietem sæpè sæpius apparent.

Sherlog. Legionens. Nigid. Sotomaior

Prædicta expositio ad connectendam B huius Cantici allegoriam satis apta videtur, & cùm auctores habeat satis præclaros non paruì facienda est. Mihi verò alia occurrit existimatio, nimirùm amatoriam quandam cantilenam esse, quam canit sub cõnubiali exordio huius Epithalamij sponsa, tum ad subleuandũ mœrorem, quo afflictabatur viduata dilecti præsentia, qui ad venationem perrexèrat; tum ad insinuandum amoris sui non vulgarem constantiam discriminum impauidam, vehemensq; desideriũ in posterum detinendi illum maiori custodia. Porrò pangendarum cantionũ

in

Ierem. 7. Augustin. Capella.

in nuptijs vetustissima fuit cōsuetudo, vt colligitur ex illo Ierem. 7. *Et quiescere faciā de vrbibus Iuda, & de plateis Ierusalem vocē gaudij, & vocē lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ.* de quare videri potest Augustin. ad illa verba Psalmi 41. *in voce exultationis, & confessionis*; & Martianus Capella lib. 2. de nuptijs Mercurij, & Philologiæ. Et quidem, quòd non solùm carmina in laudes nubentium, & encomia decantarentur, sed etiam cantilenæ quædam componerentur nullius personæ particularis gesta referentes, sed sub allegoriæ inuolucris ardentissimi amoris affectus innuentes, omninò verisimile est, nam & hoc etiam fieri solet hac nostra ætate, vndè huius generis fuisse cantionem ab illis verbis, *In lectulo meo*, vsque, *in domum genitricis meæ*, à Musa Salomonis compactam, facilè crediderim, ad quam concinendam sponsa hic introducitur, tùm ad fallendas temporis moras, quas sine dilecti præsentia molestas sustinebat, tùm ad enunciandos, quibus in eum rapiebatur, sinceri amoris impetus.

In lectulo meo per noctes quæsiui quē diligit anima mea: quæsiui illum; & non inueni.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Panis Eucharisticus nō delicata viuendi ratione, sed laboriosa carnis maceratione, & indefesso virtutū exercitamento comparandus est.

A Primo versic. *In lectulo meo*, vsque ad quartum inclusiuè cantio quædā continetur spectata literæ superficie, vt nuper significaui, eamq; à Salomonis musa Spiritu Sancto afflata dictatam fuisse constat; & sanè rem, seu sensum materialem huius cantilenæ ab eodem supremo Numine directum esse ad indicanda supernaturalia arcana spectantia ad nuptias spiritales, quæ inter Christum, & animam, &

A præcipuè per sacram Synaxim celebrantur iuxtà dicta prænocula 7. & ad versic. *Lectulus noster floridus*, facilè mihi persuadeo; immò nullus inficiabitur, ipsa verba huius Cantici, (cùm sit scriptura canonica) à Spiritu Sancto subministrata fuisse Salomoni; quarè necesse est, vt fateamur, si opinioni communiter receptæ adhærere volumus, quæ docet à Spiritu Sancto scribam canonicum non solùm quoad res, & sensum dirigi, sed etiā quoad verba, quibus sensus exprimitur, pro qua parte Auctores, & rationes affert Sherlogus tom. 1. in Cant. Anteloq. 1. sect. 1. num. 3. quæ omnia etiam militant, si ijsdem versiculis dicamus dor- Sherlog.

B mientis sponsæ imaginationes repræsentatas esse, nàm illud somniū licèt à principijs naturalibus exortum, diuinum tamen fuisse, ad sacra mysteria significanda optimè docet memoratus Sherlogus in cap. 3. huius Cant. vestig. 25. sect. 2. sub num. 18. Hoc posito transeamus ad sensum spiritalem pro nostro scopo.

Proprijs cō modis indulgēs anima ad Eucharistiā nō admittitur ad tempus. Iustus Orgelitan.

In lectulo meo per noctes quæsiui quē diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni. His verbis introducitur anima Eucharistiā, in qua verè Xp̄s adest, frequentare cupiens, quæ tamen cùm eam vitæ normā teneat, qua proprijs commodis, & voluptatibus nimiùm indulgeat, à discretis ministris ad sacram mensam non admit-

C titur ad tempus, donec scilicet ad eam bonis operibus meliùs se disponat. Huic interpretamento fauet Iustus Orgelitanus; *In lectulo per noctes quæsiui, in ijs*, inquit, *qui in fide dormiant, & ignorantiæ tenebris delitescunt, quæsiuit Christum, quem diligit Ecclesia, sed vide quid sequitur, quæsiui eum, & non inueni; dicit Dominus ad Adam, in sudore vultus tui comedes panem tuum, non enim qui vitio quodam, vel sopore inertiæ resoluuntur, ad illius panis, qui de cælo descendit, esum citò perueniunt; sed qui sanctis laboribus inuigilauerint, ipsi eum reperiunt.* Consonat Chrysostomus hom. 9. in Marcionem. *Iacentes*, ait, *manducare non possumus, nisi steterimus, corpus Chri-* D. Chrys.

D *sti accipere non valemus.* Huc respicit illud Isaiæ 30. *Et dabit Dominus panem arctum, & aquam breuem.* Septuaginta habent, *panem tribulationis, & aquam angustiæ*; & in Hebræo: *Panem angustiæ, & aquam oppressionis.* Rectè autem Cyrillus Alexandrinus. *Panis igitur*, inquit, *& aqua viuifica Christus est, sed cum labore, & sudore inuenitur, magna enim bona, & eximia non percipiuntur ab ijs, qui iacent, & deliciantur.* Egregiè D. Hilarius premit illud Psal. 127. *Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & benè tibi erit. Non enim hic*, inquit, *corporalis manduca-*

Isai 30. Cyrill. Alexand. Psal. 127. D. Hilar.

tio

tio eſt, quia neque id, quod manducandum eſt, corporale ſit: ſed habemus hîc cibum ſpiritualem animam noſtram in vita alentem, bonū ſcilicet operū, bonitatis, miſericordiæ, patientiæ, pœnitentiæ, tranquillitatis, in quibus nobis contra corporū noſtrorum vitia laborādum eſt; horum laborū fructus in æternitate eſt, ſed labor hic æternorū fructuum ante comedendus eſt; eoque in vita hac corporali, anima noſtra alenda eſt, per cibum bonorum laborum obtinentes panem viuum, panem cæleſtem ab eo, qui dixit: Ego ſum panis viuus, &c.

Populo Iſraelitico per deſerti loca peregranti, & aſpera quàmplurima perferenti ab æthere demittebat Dominus manna; quod in formam ſeminis coriandri concretum, duritiem quandam præſeferebat, vndè, vt ex eo cibus conficeretur, mola confringendum erat. *Circuibat* (inquit ſacer textus Numer. 11.) *populus colligens illud*, ſcilicet manna, *& frūgebat mola, ſiue terebat in mortario.* Quo facto ſymbolicè inſtruuntur fideles, vt non otio torpeant, ſed ſedulam operam nauent in via perfectionis, ſi rectè diſpoſiti Euchariſtico edulio à manna præſignato, potiri volunt. Audiendus eſt hîc Drogontius de Sacramento Dominicæ Paſſionis. *Colligite, ait, filij Iſrael, colligite manna, & frangite mola, & replebitur ſicut adipe, & pinguedine anima veſtra, moleſtus eſt labor, ſed fructuoſus, labores manuum tuarum manducabis, & iam beatus es, & benè tibi erit.*

Num. 11.

Pia anima in virtutis palæſtra ſe exerceat, vt benè diſpoſita Euchariſtica dape fruatur. Drogont.

Patriarcha Iacob vrget filios, vt depoſita ſegnitie non ampliùs in laribus proprijs torpeant, ſed longi itineris incommoda ſubeant, decliuia penetrent, aſpera montium iuga ſcandant, aeris inclementiam tolerent, ignotas plagas luſtrent, vt tandem perueniant ad regionem Aegyptiacam, vbi frumenti alimoniam habere poſſint. *Audiens, inquit, Iacob, quòd alimenta venderentur in Aegypto, dixit filijs ſuis: quarè negligitis? audiui quòd triticum venundetur in Aegypto: deſcendite, & emite nobis neceſſaria, vt poſſimus viuere.* Gen. 42. Locum hunc de Euchariſtica refectione explicat D. Ambroſius lib. de Ioſeph cap. 8. ex quo cōijci poteſt, quàm æquum ſit, vt procul eliminent omnem ſocordiam, & quæcunq; perpeſſu difficilia ſuſtineant ad Altaris eſcam aſpirantes.

Gen. 42.

D. Ambr. Procul ſit à ſocordia, qui ad Euchariſtiam aſpirat.

Duo viri ad ſacroſanctum Chriſti corpus ſepeliendum concurrerunt, Ioſeph ſcilicet, qui vir bonus, & iuſtus erat, Luc. 23. *& Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ, & aloes, quaſi libras centum.* Ioan. 19. Ioſepho, & Nicodemo Chriſti corpus tumulo inferentibus, ſymbolicè repræſentantur, quales debeant eſſe, qui Dominicum corpus ſumpturi ſunt; nimirùm non ſolùm iuſtitia, & vitæ probitate conſpicui, quod per Ioſephum virū bonum, & iuſtum deſignatur, ſed etiam perfectiſſimæ mortificationis ſtudioſiſſimi, quod per Nicodemum mixturam myrrhæ, & aloes libras quaſi centum nocte deferentem præadumbratur; ſicut enim myrrhæ, & aloes amaritudo, quæ ſenſui iniucunda ſunt, indicat, ita nocturnum tempus, quo alij ſuauiter ſoporantur, laborioſas in acquirendis virtutibus excubias præfigurat.

Luc. 23.

Ioan. 19.

Euchariſtiā ſumpturi abſoluta vitæ ſanctimonia nitere debent.

Sed conſiderationem ab hac hiſtoria non ità citò remoueamus, vberiorē enim adhuc myſteriorum ſegetem pro noſtro argumento ſuppeditabit. *Et accepto corpore Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda*, inquit Matth. 27. Materiam ſindonis attendamus, linum ſcilicet; hoc ſeritur præuia moleſta agricultura, demetitur non ſine fatigatione, vt ad macerationem diſponatur, aquis diù infunditur, crebris tunſionibus ab expergefactis intempeſta nocte ruſticanis puellis contunditur, ferreo pectine transfigitur, dilaniatur, in fila trahitur, quibus tela ordita, & contexta pluribus lotionibus, ſub feruentiori æſtu exponitur, vt expurgetur, atque ad candorem perducatur. Puta, ſindon Chriſti corpus inuoluens, ex vulgata expoſitione animam delineat, quæ Chriſtum in Euchariſtia excipit; vndè à linea ſindone munda, cuius materia tot incommodis elaboratur, tot tunſionibus emollitur, tot preſſuris perficitur, rectè monemur, quo laborioſo virtutum ſtudio, quo multiplici mortificationum genere nobis inſudandum ſit, vt anima noſtra benè diſponatur ad condignè Chriſtum in ſacra menſa recipiendum. Inſinuaſſe hoc ex parte videtur Remigius relatus à D. Thoma in citatum Matthæi locum. *Sindon, inquit, lineus pannus eſt, linum autem ex terra procreatur, & cum magno labore ad candorem perducitur.* Proſequitur Euāgeliſta narrationem, *Et poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra.* Sanè ad ità excauandum ſaxum, vt ſinus in eo aptetur cadaueris capax; multùm ſculptori inſudandum eſt, pluresq; mallei repercuſſiones, & ſcalprorum ictus neceſſarij ſunt. Quid quid accommodatius eſſe poteſt ad præmonſtrandum ſtrenuum aſperitatum exercitium ad congruum apparatum pro ſumptione Dominici corporis prærequiſitum?

Matth. 27.

Multiplici mortificationū genere excolendus animus, vt benè ad ſacrā menſā diſponatur. Remig.

Poſt Anaſtaſin ſtetit Saluator maris in littore, piſcantibus verò quibuſdam è

diſci-

discipulorum cœtu, quàm in partem ad pisces capiendos retia essent iacienda indicauit; parent hi, atq; copiosa potiuntur præda; hinc suum diuinum esse magistrum, qui sic præceperat, agnoscentes ad ripam se contulere, è mari egressi viderunt prunas positas, & piscem superpositum. Ioan. 21. Iubet eis statim Dominus, vt de piscibus, quos prendiderunt, afferant. Sed quid mysterij, quòd epulis, quæ iam in promptu erant, pisces è gurgite nuper extracti ab Apostolis adiungendi sint? An forsan, quia vnus piscis assabatur, obsonij non satis pluribus subministrare poterat? Sed plures extitisse pisces igni superpositos innuit Clemens Alexandrinus lib. 12. in Ioannem cap. 63. pro numero multitudinis sumpto singulari, quod in vsu loquendi aliquandò fieri solet; si ergò plures fuerunt pisces, multis sufficere valebant. Equidem refectione illa mensam Dominicam iam paratam præsignatã esse arbitror; quarè pisces, in quorum capturam laborauerant discipuli, conuiuio illo apponi imperat Redemptor, vt mysticè docerentur ad Eucharisticum symposiũ accedentes maximè decere, vt virtutum opera, studio, & labore plurimo parta secum deferant.

Ioan. 21.

Clem. Alex.

Ad Eucharistiã accedentes maximè decet virtutũ decora per summũ laborẽ parta secum deferre.

In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni.

NOTVLA II.

Christus quandoquè supernas cõsolationes communicanti animæ subtrahit, vt ab ea puriori affectu diligatur.

ETSI verissimũ sit illud D. Thomæ opusc. 57. *Suauitatem deniquè huius Sacramenti nullus dignè exprimere sufficit, per quod spiritalis dulcedo in suo fonte gustatur*, nihilominùs interdum Christus huius dulcedinis influxus detinet, qui diuinæ suæ præsentiæ sunt indices, vt nimirùm animam ad illum amorem purum, & perfectum inducat, quo diligitur Deus propter se, & non propter oblectamenta, & solatia, quæ aliquandò communicat, & præcipuè in sacro conuiuio, ad quod ma-

D. Thom.

A ximè accedendum est, vt per illam diuinam refectionem perfectioris semper amoris vinculo Deo coniungamur. Huiusmodi superno solamine se destitutam prodit spiritalis sponsa hic dicens: *In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni*; quasi hùc animi sensum exprimat: Io Dominica mensa, quæ mea est potissima quies, non eà modò perfundor iucunditate, qua aliàs delinita Christum illius auctorem adesse intelligebam.

Operamini non cibum, qui perit, sed qui manet in vitam æternam. Ioan. 6. Dilucidantem hunc locum auscultemus Hugonem: *Operamini*, inquit, *non cibum,*
B *qui perit; cibus permanens est ipse Christus, sicut ipse dicit in eodem. Ego sum panis viuus, & secundùm hoc exponitur sic secundùm glosam, operamini &c. idest quærite me, non propter alium, sed propter me, ego enim sum cibus permanens in vitam æternã.* Quare monemur hic, eo affectu sumendã esse altaris alimoniam, vt Dominum cupiamus, Dominum diligamus propter se, & non propter consolationis nostræ emolumentum.

Ioan. 6.

Hugo.

Sacræ mẽsæ accedendum, vt Dominum propter se tantùm diligamus.

Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum. Psal. 21. de vescentibus Eucharistico cibo sermo hìc est, eodem Hugone in citatum locum expositore. Perpende potissimũ
C laudari Dominum ab ijs, qui eum quærunt, & iterùm eum solum quærunt in sacra Synaxi.

Psal. 21.

Hugo.

Meritò Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædag. cap. 1. arguit eos, qui vt gulæ, & palato adamussim indulgeant, non modò obsonia varia, sed etiam panem ipsum ità condiunt, vt gustui peculiares delicias subministret; etenim cùm panis ad vitæ sustentamentũ datus sit, nimiũ dedecet eum in gulæ conuertere irritamẽtum. *Quin etiam*, ait memoratus Clemens, *facilem cibum, nempè panem effæminant, quod frumenti est nutriens excribrãtes, vt quod est alimenti necessarium, sit probrum voluptatis. Nullum autem habet apud ho-*
D *mines terminum delicata ingluuies. In liba enim placentas, et bellaria est prouecta, mensarum secundarum multitudinem inueniens, & omnes qualitates occupant. Mihi autem videtur homo, qui est eiusmodi, nihil aliud esse, quàm bucca.* Sed non minùs reprehendendi sunt, qui eo inordinato affectu in spiritales consolationes feruntur, vt eas maximè in Eucharistico pane quæritent, qui sicut institutus potissimùm est pro vita animi alenda, & perficienda in diuino amore, ità propter hunc finem præcipuum manducandus est; sanè pusiones solent affectare mellitas placentas, of-

Clem. Alex.

Qui in Eucharistico pane cõsolationes præcipuè quæritant, reprehendendi.

sas sacchato confectas, atq; bellariorum A genera omnia, plus dulcedinis lenocinijs in cibis, quam nutrimentum appetentes: è diametro viri ætate grandæui, qui corporalis vitæ sustentandæ rationem optimè nouerunt, dapes salubres, & ad alendum maximè aptas sibi parari mandant. Simile quid in vita spirituali accidit; etenim in ea tenelli delinimentis quibusdam, & cælestibus solatijs inhiantes Christi mensæ accumbunt, adulti verò, & virtutum progressibus studentes ad diuinam escam trahuntur solo Christo contenti, qui est vera animarum refectio. Accinit nobis, quòd Eucharistia cibus grandium nominatur apud Augu- B stinum lib. 7. confessionum cap. 10. *Cibus sum grandium, cresce, & manducabis me: nec tu me mutabis in te, sed tu mutaberis in me.*

Virtutum progressib⁹ studētes ad diuinam escā trahuntur solo Xpo contenti. Augustin.

Quid solidè doceat Richardus de S. Victore in expofit. Cant. cap. 6. de amore imperfecto, quo anima diligit Deum non propter ipsum solum, sed quia commodum, aut voluptatem aliquam ab eo percipit, discamus. *Affectuosa, inquit, dilectio, qua superiùs dilectionem animæ significari diximus, interdum plus efficit minùs diligentem, & minùs perfectiorem. Non enim tantum diligit quisque, quantum hanc sentit, & quantum in illo statu sibi diligere videatur, sed quantum in virtutibus, & charitate fundatus fuit, & in seruandis manda- C tis fidelis habetur. Dulcis in Deum affectus, quodammodo carnalis est, & fallax, & humanitatis interdum potius, quàm gratiæ, cordis, quàm spiritus, sensualitatis, quàm rationis, ità vt magis accedat aliquando ad minus bonum, & minus ad maius, & ad aliquid, quod sapit amplius, quàm quod expedit. Hoc affectu errabant discipuli, & carnaliter Deum diligebant, cuius præsentia carere nolebant; vnde etiam non diligere arguebantur, qui quod delectares, magis, quàm quod expediret, amplectebantur. Sic affectuosè interdum carnalis aliquis, & imperfectus ad Deum afficitur, non quòd valdè diligat, sed quia dulcedinem gratiæ degustat, quæ quantum durat, tantum iuuat, quamdiù D durat dulcedo, durat & dilectio.*

Richardus Victorin.

Optimam magistram pro nostro scopo profero Beatam nimirùm Catharinā Ianuensem, quæ puro, & sincero amore in dilectum suum sponsum rapiebatur. Contigit aliquandò, vt hæc post sacram communionem ad sensus, à quibus vehementi diuinæ dulcedinis suauitate abstracta fuerat, rediens exclamaret: O mi dilecte Domine, nolo te sequi his oblectamentis attracta, vel illecta, sed solùm veri amoris in te mei impulsu. Alia vice similiter Angelico pane refecta, talem fragrantiam, tales odoriferos halitus persensit, vt inter Paradisi amœnitates sibi deliciari videretur. Quarè summa animi demissione sic Deum allocuta est: O amor, velles me forsan huiusmodi lenocinijs pellicere ad te? non ego hæc appeto, tu enim benè agnoscis, quomodò ab exordio à te enixè efflagitauerim, vt nullis me externis delinires oblectamentis. Hæc habetur cap. 5. vitæ eiusdem Beatæ.

In vita D. Catharinæ Senen.

Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos, & plateas quæram quem diligit anima mea.

NOTVLA III.

Commodi, & voluptatis terrenæ omnimoda ablegatio, nec non strenuum mortificatæ vitæ exercitamentū ad degustandas in sacra Synaxi singulares illas delicias Christi præsentis indices, prærequiritur.

Sponsa Eucharistici conuiuij hoc versic. *Surgam, & circuibo, &c.* desiderium innuit, quo tenetur percipiendi admirādas illas animi iucunditates, quibus diuus amator illarum præsens auctor deuotis Dominicæ mensæ conuiuis sæpè innotescit. *Surgam,* inquit, *& circuibo ciuitatem: per vicos, & plateas, quæram quem diligit anima mea.* quasi hunc effundat sermonem: E lectulo otij, & mundani cuiuscunque oblectamenti exilire cogor, nec parcere sollicitudini, studio, atq; labori quantumuis duro, ac molesto, vt me disponā ad illos suauissimos singularis gratię influxus, quibus ineffabili modo diuini amatoris præsentia dignoscitur in sacrosancta refectione.

Israelitis in Aegypto commorantibus mandauit Dominus, vt agnum Paschalem cum lactucis agrestibus comederent. Exod. 12. Sed & eisdem peregrinantibus per aspera deserti loca, māna de cælo pro alimonia suppeditauit, in quo, quidquid sapidum, & quidquid delicatum erat, reperiebatur, vt ex illo Sap. 16. constat. *Panem de cælo præstitisti eis omne delectamentum in se habentem,* Exod. 12. Sap. 16.

& omnis saporis suauitatem. Disquiri hic potest, cur ingrati saporis, & amaroris plurimum præseferentes lactucæ agrestes simul cùm agno manducandæ essent ex diuino iussu ab Israelitis? etenim cùm Agnus ille Eucharisticam alimoniam denotaret, in qua diuina dulcedo degustari solet, non satis accommodatum videbatur in esu Agni admiscere iniucundas, & amaras lactucas, aptissimum quidem ad Eucharistici cibi suauitatem indicandam erat manna, vtpotè omne delectamentum in se continens. Quid hîc mysterij traditur? an vt doceamur, ad supercælestem augustissimi Sacramenti suauitatem delibãdam prærequiri amarissimum dolorem per agrestes lactucas præsignatum? Libenter quidem hoc admitto, quod egregiè etiam adnotauit Gregorius in citatum Exodi locum. *Lactucæ*, inquit, *agrestes valdè amaræ sunt, carnes verò Agni cum his comedendæ sunt: quia cùm corpus Christi accipimus, compungi pro peccatis debemus, vt amaritudo pœnitentiæ abstergat humorem peruersæ vitæ*. Sed & alia occurrit consideratio; quandò Israelitis iniunctum fuit à superno Numine, vt carnes Agni cum lactucis agrestibus ederent, in Aegypto commorabantur, vbi maximis in delicijs carnes, pisces, cucumeres, pepones, porros, cæpas, atque allia habebant, vt liquet ex Numer. 11. *Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cæpa, & allia*. Quarè homines mundanis delinimentis deditos, & sensuum lenocinia sectantes repræsentabant, quibus perfectè degustare panem suauissimum de cælo præstitum non conceditur, sed ijs solùm, qui sæculi illecebris re, & voto derelictis per carnis seueras castigationes ad cælestem patriam iter dirigunt felicissimum, & hi adumbrati fuere in Israelitis per eremum, inuiaque, & inaquosa ad promissam terram melle, & lacte manantem, pergentibus. Premendum quod dixi, *re, & voto*; non enim sufficienter dispositus est ad persentiendũ quàm suaue sit Altaris pabulum, qui sæculi delectamenta omnia re ipsa dereliquit, nisi affectum quoque omnem ab eis auellat, quod in typo præmonstrarunt infelices Israelitarum nonnulli, qui licèt in manna, quidquid gustui sapere poterat, paratum haberent, quia tamen corde Aegyptiaca fercula anhelabant, vt Numer. 11. enarratur, quasi malè saturati inclamabant queruli. *Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo*. Numer. 21.

Ad Eucharistiæ dulcedinẽ delibandã pœnitẽtiæ amaror longè necessarius. Gregor.

Num 11.

Quàm suaue sit Altaris pabulũ nescit, qui vel affectũ à sæculi voluptatibus non auellit.

Num. 21.

Repleti priùs pro panibus se locauerunt; & famelici saturati sunt. 1. Reg 2. Diuus Gregorius in hunc locum de expetentibus Eucharisticum panem exponit. *Famelici dicuntur, quia spiritualis cibi dulcedinem cum magna auiditate suscipiunt: repleti verò, qui se pro pane locauerunt, audiant quem expectabant; Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi*. Quarè qui pro voto sacro in conuiuio dulciter epulantur, ijs assimilantur, qui operas suas pro mercede locare solent; sicut enim hi tota die, vel terram fodiunt, vel onera grauia vehunt, vel alio laborioso operi manus admouent, vel sub ardenti Solis æstu sudant, vel sub sæua bruma rigent, vndè talibus fatigationibus agitati famescere vehementer solent, atque magna cum auiditate, & gustu comedunt, ità qui summum adhibent conatum, vt sensuum petulantiam comprimant, & vt in virtutibus proficiant, ardua quæcunq; subeunt, vehementiori appetitu feruntur in mensam Eucharisticam, in eaque cumulata suauitate fruuntur, quod etiam Ecclesia innuit in festo corporis Christi illis verbis. *O quàm suauis est Domine spiritus tuus, qui, vt dulcedinem tuam in filios demonstrares, pane suauissimo de cælo præstito esurientes reples bonis, fastidiosos diuites dimittens inanes*.

1. Reg 2.

D. Gregor.

Qui in virtutũ profectu desudãt suauiori voluptatis torrẽte in sacra mensa fruũtur.

Vade ergo, & comede in lętitia panem tuũ, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua. Eccles. 9. De comestione Eucharistici panis sermonem hic esse dicunt Hieronymus, Albinus, Olympiodorus, Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi mystagog. 4. Iuxta quam interpretationem expende ingentem illam animi exultationem, qua dum communicans afficitur, facilè percipit illius auctorem Christum sub sacris speciebus præsentem adesse, rationem mercedis habere bonorum operũ, cuiusmodi sunt insultantis carnis macerationes, nullæ prætermissæ vigiliæ, plurimæ sollicitudines in acquirenda perfectione.

Eccles. 9.

Hieronym. Alb·n. Olympiod. Cyrill. Hierosol.

Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem: Num quem diligit anima mea, vidiſtis?

NOTVLA IV.

Magiſtrorum ſpiritualium conſilio plenè adhęreat, qui gratijs cumulari, atq; fauorabilem Chriſti præſentiam in ſacra menſa experiri deſiderat.

CVſtodes ciuitatis, quos obuios habuit huius carminis ſponſa, dum per vicos, & plateas ſub noctis caligine diuagabatur, Eccleſiæ ſunt Pręſules, & ſpiritales duces à diuina prouidentia electi ad animas in via veritatis, & perfectionis inſtruendas; Ab his ſponſa ſciſcitans de dilecto, Numquid quem diligit anima mea, vidiſtis? docet vnumquemq; fidelem ſpiritualium decretorum debere oraculum exquirere, vt Chriſtum propitium nanciſcatur, illiuſq; gratiæ donis locupletetur, & præcipuè in ſacra menſa, in qua Saluator noſter diuitias diuini ſui erga homines amoris effundere ſolet. Et ſanè quòd omnis vitæ ſpiritalis ratio inſtituenda ſit iuxtà præſcriptum eorum, quibus tegendæ commiſſæ ſunt animæ, tradiderunt ſeriò antiqui Patres, tàm Græci, quàm Latini, qui omnem penè vitam in addiſcendo recto perfectæ virtutis tramite conſūpſerunt. Dorotheus doct. 5. *Cauere nos admonet*, inquit, *ne perſuadeamur eſſe nos ſatis nobis ad regimen noſtrum: opus enim eſt nobis auxilio præter Deum: opus coadiutoribus, nihil miſerabilius, nihil quod citiùs expugnari queat his, qui nullos duces, nullos auctores habent ad viam Dei*. S. Vincentius Ferrerius opuſc. de vita ſpirituali cap. 4. vniuerſos ſic erudit Catholicos: *Sciendum eſt, quòd homo faciliùs, & breuiori tempore poſſet ad perfectionem pertingere, ſi haberet inſtructorē, cuius regimine duceretur, cuius obedientiam in omnibus actibus, paruis, & magnis ſequeretur, quàm aliquis poſſet ſe ipsū perficere, quantumcunque vigeat acumine intellectus, & libros habeat, in quibus videat virtutum omnium ſtructuram exaratam: immò plus dico, quòd nunquàm Chriſtus ſuam gratiam*

Spiritualis vitæ ratio inſtituenda iuxta eorū præſcriptū, quibus regēdæ cōmiſſę ſunt animę.

Doroth.

Vinc. Ferr.

A *miniſtrabit, ſi homo habet, à quo poſſet inſtrui, & deduci, & negligit, vel non curat alterius ducatum amplecti, credens ſibi ſufficere, & per ſe poſſe inueſtigare, & inuenire quæ ſunt vtilia ad ſalutem*. Omitto innumera alia eiuſa ſimilia, quæ paſſim reperies apud ſcriptores in ſpiritali peritia verſatos.

Verùm ſi in cunctis etiam minimis, vt adamuſſim obtemperet animarum magiſtris quicunq; affluenti gratia donari cupit, neceſſe eſt, hoc maximè præſtarę debet in accedendo ad menſam magni conuiuij, non proprio arbitratu, ſed eius conſilio ductus, cuius directioni ſe tradidit. Hoc enim reuerentia tanto Sa-B cramento debita exigit, quia cùm homo ex naturali amore, quo ſe ipſum diligit, in iudicio de ſua diſpoſitione ferendo decipi facilè poſſit, expedit omninò, vt ab alio dignoſcatur, & decernatur, an congruum pro diuino edulio præmiſerit apparatum.

Directoris ſpiritualis ductu ad ſacram menſā accedendū.

Benedictio illa fauſta, qua Iacob frumento, vino, & oleo ditatus fuit à genitore ſuo Iſaac, Gen. 27. affluentiam bonorum, quæ ab Euchariſtiæ Sacramento in Catholicos emanat, præſignauit, interprete Alberto Magno tract. 1. de Euchariſtia diſtinct. 3. cap. 1. & Paſchaſio de Sacramento corporis, & ſanguinis Chriſti cap. 21. Sed perpendendum hic C eſt, quid priùs egerit Iacob, antequàm benedictionem adeò felicem aſſequeretur, certè obedientiam valdè inſignem exercuit, obtemperando genitrici Rebeccæ, etiam contrà proprij ſui iudicij dictamen, pergendo nimirùm ad gregē, & afferendo duos optimos hœdos, quos à matre conditos parenti ſuo Iſaac ad veſcendum detulit, quo edulio ille refectus benedictionis donum gnato impertijt. Sed forſan dices, nonnè etiam Eſau, patre mandante, venatum abijt? *Sume*, dixerat ſenex pater ad gnatum Eſau, *arma tua, pharetram, & arcum, & egredere foras; cumque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi indè pulmentum*. Cur ergò D benedictione paterna infelix Eſau priuatur? Equidem obtemperaſſe hunc patri Iſaac in comperto eſt; ſed ſi vtriuſque fratris obedientia ad trutinam perfectæ obedientiæ examinetur, magnum inter vtrunque diſcrimen apparebit. Paruit certè Eſau mandato patris, ſed in ijs, quę ſibi maximo erant oblectamento, magna enim cum voluptate venationi vacare ſolebat, quod benè aduertit Petr. Damian. opuſc. 12. quod eſt Apologet. de contemptu ſecul. cap. 21. *Eſau*, inquit, *venatum prodiens paternis iuſſionibus paruit, & tamen nec patri cibos offerre, nec optata bene-*

Gen. 27.

Albert. Magn.

Paſchaſ.

Petr. Dam.

nedictionis meruit primitias obtinere, nimi- A *rùmque quia Esau, vt patri cibos studio venationis acquireret, non magis paternæ iussioni per obedientiam paruit, quàm inolita consuetudini quodammodo tributa persoluit.* Iacob autem suo reluctante iudicio suasioni maternæ acquieuit, eamq; executioni mandauit. *Nosti*, inquit Iacob matrem alloquens, *quòd Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis: si attrectauerit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducam super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater. In me sit, ait, ista maledictio fili mi: tantùm audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi. Abijt, & attulit, deditque matri. Parauit illa cibos, sicut velle nouerat* B *patrem illius. Et vestibus Esau valdè bonis, quas apud se habebat domi, induit eum: pelliculasque hœdorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit. Deditque pulmentum, & panes, quos coxerat, tradidit.* Quare proprij iudicij ducatu neglecto Iacob voluntatem suam maternæ obedientiæ attemperauit, & ità benedictionem opulentissimam adeptus est. Quo facto monetur vnusquisque nostrum, qui cælestibus diuitijs, & gratijs Eucharistico mediante Sacramento repleri cupit, vt ita se totum Prælatorum, & spiritualium directorum regimini subijciat, vt voluntatem non modò, sed & intellectum quoque ad eorum consilium, & nutum accommodet.

Prælatorum regimini se subijciat, qui cælestibus gratijs in Eucharistica mensa donari cupit.

Sed quoniam de hoc Patriarcha mentio facta est, occurrit & considerandum etiam, quòd hic iniunxit filijs suis, vt in Aegyptum pergerent ad asportandum pro vitæ sustentatione triticum, vt Gen. 42. refertur. Vrgente verò adhuc dira esurie, absumptaque omni ab Aegypto transuecta annona, mandat iterùm Iacob gnatis, vt ad comparandum frumentum redeant. *Interim fames omnem terram vehementer premebat. Consumptisq; cibis, quos ex Aegypto detulerant, dixit Iacob ad filios suos: Reuertimini, & emite nobis pauxillum escarum.* Gen. 43. Mirum videtur, quòd famis tormento, quod maximum esse solet, stimulati, non expectato patris mandato filij non recurrant in Aegyptum alimentorum causa, satis enim notam, & tritam habebant viam. Equidem sicut Ioseph in Aegypto rei frumentariæ distributor, Christū in Ecclesia fidelibus Eucharisticam refectionem subministrantem, repræsentabat, vt aliàs ex Patribus monuimus, ità filij Iacob sub illius obedientia degentes, eos denotabant Christi cultores, qui suo spiritali rectori ità se obtemperantes, & morigeros præbent, vt sine eius nutu,

Gen. 42.

Genes. 43.

licet quandoque vehementer Altaris escam appetant, illam tamen sumere non audeant. Porrò filij Iacob patris iussione in Aegyptum pro alimonia profecti, ibi à fratre Iosepho opiparo symposio excepti, in quo & vino optimo recreati, & Ipsius Iosephi munificè conuiuentis, mitti, atque festiuo aspectu fuere deliniri, quod venustè exposuit Petrus Cellensis tract. de panibus cap. 1. *Vbique, ait, gratiosus Ioseph, sed in conuiuio magis, multòque amplius iucundus: in conuiuio etiam venditoribus non negat negatam sibi germanitatem: in conuiuio non retinet iniuriam, extendit munificentiam.* Ex quo typo intelligere possumus, quàm indulgentem, & profusum gratiarum largitorem sentiant Christum Dominum in Eucharistica mensa, qui ad eam prænio spiritualiū præceptorum ducatu accedunt.

Pet. Cellen.

Ruth sedit ad latus messorum, comedit, & saturata est, sed à Booz priùs inuitata, & hora assignata, Ruth 2. *Quando hora vescendi fuerit, veni huc, & comede panē; & intinge buccellam tuam in aceto.* Ruth ad satietatem refecta, mystico in sensu anima est, quæ in Dominico conuiuio cælestibus gratijs abundè saginatur, cui tamen non assidet, nisi tempore præscripto ab animarum magistro.

Profusus in muneribus Dñs accedentibus ad Eucharistiā prænio Patris spiritualis ducatu. Ruth 2.

Mensa illa à Sapientia mirifico apparatu instructa notissima figura sacri symposij, in quo iucundè epulantur animæ, non nisi inuitatos conuiuas admittebat. *Proposuit mensam, misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & mœnia ciuitatis.* Prouerb. 9. Septuaginta vertunt, *seruos suos*. Vtraque lectio conciliari potest, si dicatur fœminino genus pro masculino poni à Vulgata, quod familiare est Hebræis. Per hos seruos ad mœnia ciuitatis, & ad arcem missos, vt suo clamore conuiuas accirent, significantur Prælati diuino ministerio mancipati, & addicti, quibus demandata est prouincia custodiendi mœnia, & arces mysticæ ciuitatis (Ecclesiæ scilicet) & aduigilandi, ne hostes tartarei vias sibi aperiant, per quas ingrediantur ad euertendam Catholicæ disciplinæ normam, quæ sanè plurimum detrimenti pateretur, si sacrosanctis dapibus non expectata Antistitis, seu spiritalis directoris voce fideles pro suo libitu vescerentur.

Prouerb. 9.

Pro libitu sacra dape vesci, non expectata spiritalis directoris voce, Catholicæ disciplinæ maximo est detrimēto.

Inue-

Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem.

CIuitatis excubitoribus Paſtores ſpirituales myſticè ſignificari diximus ſuprà, quorum partes ſunt pro animarũ ſalute aduigilare, eaſque doctrina, & Sacramentis reficere. Nunc enucleatiùs aliqua ſunt explicanda ex morali Theologia. Sit igitur

PVNCTVM THEOLOGICVM

De miniſtro Euchariſtiæ.

DISQVISITIO I.

An ſolis Sacerdotibus competat adminiſtrare Altaris Sacramentum.

1. Cõcluſio. Proprium Sacerdotis munus Euchariſtiã adminiſtrare. D. Thom.

DICO primò, Euchariſtiæ adminiſtrationem Sacerdotis propriũ eſſe munus. D. Thomas 3. p. quæſt. 23. art. 3. abſolutè docet diſpenſationem huius Sacramẽti ad Sacerdotes pertinere. Conſpirant communiter in hoc aſſertum Theologi. Probatur ex 1. ad Corinth. 4. *Sic nos* (ſcilicet Sacerdotes) *exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.* Inter hæc autem myſteria quis neget præcipuum eſſe Altaris Sacramentum? Probatur ſecundò ex illo Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem:* ſicut enim hæc verba, quæ paulò ante operatus erat Chriſtus, demonſtrabant, ſcilicet confectionem, & diſtributionem Euchariſtiæ, ità eadem ab Apoſtolis peragenda, vt Sacerdotibus tunc conſecrates, indicabant.

1. Ad Corinth. 4.

Luc. 22.

2. Cõcluſio Diacono ex commiſſione competere Euchariſtiã diſtribuere.

Dico ſecundò, ex commiſſione à Diacono poſſe exerceri munus diſtribuendi Euchariſtiam. Probatur, quia antiquitùs hoc Sacramentum diſpenſabatur à Diacono aliquandò, & præcipuè quoad ſanguinis ſpeciem, quandò hæc populo haurienda porrigebatur, vt apertè atteſtantur verba D. Laurentij ad martyrem Sixtum Pontificem. *Experire vtrùm idoneum miniſtrum elegeris, cui commiſiſti Dominici ſanguinis diſpenſationem.* Quin & aliquandò vtraq; ſpecies per Diaconos fuit adminiſtrata, vt refert Iuſtinus Martyr apologia 2. pro Chriſtianis circa finem; & ſaltẽ vrgente neceſſitatis caſu à Diacono adminiſtratũ fuiſſe corpus Domini, facta à legitimo ſuperiore ei facultate, colligitur ex Concilio Niceno cap. 14. Arelatenſi cap. 15. & Carthaginenſi 4. cap. 38. vbi dicitur. *Diaconus præſente presbytero Euchariſtiam corporis Chriſti populo, ſi neceſſitas cogat, iuſſus eroget.* Ratio hæc videtur eſſe; quia prius Sacramentum Euchariſtiæ eſt completum in ſuo eſſe, quàm diſpenſetur. Vndè nihil obſtare videtur, vt diſpenſatio illius licitè committi poſſit, vrgente proximi neceſſitate, alicui miniſtro, etiamſi hic non habeat facultatem conficiendi idem Sacramentum, & poteſtatem vi ordinis illius diſtribuendi.

Iuſt. Mart.

Conc. Nic. Arelaten. Carthagin.

Dixi, *ex commiſſione*, vt intelligatur, ex vi ordinis Diacono non competere propriè, & formaliter Euchariſtiæ adminiſtrationem, quæ ad ſolos Sacerdotes attinet, vt præcedenti aſſertione probatum eſt: quare per ordinis Diaconatus ſuſceptionem homo tantùm habilitatur, vt ei, tanquam proximiori miniſtro Sacerdotis, decenter ſatis committi poſſit diſpenſatio Euchariſtiæ. Hoc benè innuit Clemens Papa lib. 8. conſtitut. cap. 28. *Diaconus*, inquit, *non baptizat, non offert; oblatione verò ab Epiſcopo, vel presbytero facta ipſe Diaconus dat populo, non tanquã Sacerdos, ſed tanquã qui miniſtrat presbyteris.* Vndè Coninch. diſp. 20. de Sacram. ordinis dub. 3. num. 5. *Credo*, ait, *cum Bellarmino cap. 9. de ordine, & alijs, Diaconos ex Chriſti inſtitutione directè ordinari, vt aſſiſtant, & miniſtrent Sacerdoti in ſacrificio Miſſa, alijſque diuinis officijs ipſum adiuuando, ac præſertim miniſtrando populo calicem ex Sacerdotis commiſſione.* An verò in praxi nunc poſſit committi diſtributio Euchariſtiæ Diaconis, dicemus ſequenti diſquiſitione.

Clem. Papa.

Coninch.

3. Cõcluſio. Subdiaconus, ſeu Clericus, vel laicus, ſibi vel alijs poteſt Euchariſtiam ex commiſſione miniſtrare.

Dico tertiò, ſpectata ſola inſtitutione Sacramenti Euchariſtiæ, non repugnare, vt Subdiaconus, vel Clericus minor, vel etiam laicus adminiſtret ſibi, vel alijs ex commiſſione legitimi ſuperioris eandẽ Euchariſtiam. Ratio deſumitur ex ipſa inſtitutione Sacramenti, quam ſuprà in præcedenti concluſione indicauimus; quia nimirùm huius Sacramenti eſſentia completur ante illius vſum, & cùm habeat rationem conuiuij, certè & conditiones, quæ conuiuio conueniunt, illi tribui poſſunt; in conuiuio autem à ſympoſiarca epulæ quidem parantur, ſed non ab eo in conuiuarum os ingeruntur; ſic Euchariſtiæ Sacramentum à Sacerdote conficitur, ſed non eſt neceſſe, vt ab eo in os communicantium inſeratur, ſed

facultate à Sacerdote pastore facta, poterit Subdiaconus, vel Clericus minor, vel laicus sibi, vel alijs distribuere Eucharistiam. Hanc rationem optimè perpendit, & explicat Cardinalis de Lugo disp. 18. sect. 1. An verò ob necessitatē liceat hoc facere, sequenti disquisitione videbimus.

Cardin. de Lugo.

DISQVISITIO II.

An in praxi nūc liceat committere Eucharistiæ administrationem Diacono, vel Subdiacono, vel Clericis inferioribus, vel etiā laicis in casu necessitatis.

1. Cōclusio Vrgente necessitate & nunc committi potest Diacono Eucharistiæ distributio.

DICO primò, vrgente necessitate aliqua, Diacono à legitimo superiore cōmitti etiam nunc posse Eucharistiæ distributionem. Ità communiter Theologi antiqui, & recentiores, atque Summistæ V. *Eucharistia*, V. *Communio*. Fundatur hæc assertio in decreto Cōcilij Carthaginensis 4. canon. 38. cuius verba dedimus præcedenti disquisitione, conclus. 2. & in Cōcilio Niceno canon. 14. Horum Conciliorum decreta non sunt reuocata, & licèt non videantur in vsu, quia rarò accidere solet, vt vbi non sit Sacerdos, adsit Diaconus, re tamen vera suum adhuc retinent robur; & si Parochus nollet deferre Eucharistiam ægroto, ne fine Eucharistica refectione decedat, potest Diaconus deferre. Ità communiter Doctores, quibus assentit Cardinalis de Lugo disputatione, & sectione, præcedenti disquisitione citata sub nu. 27. qui cum alijs etiam notat non posse Diacono committi Eucharistiæ ministrationem, si adsint Sacerdotes, nam tunc non vrget necessitas assumendi pro ministro Diaconum, quod etiam nos diximus in decisionibus moralibus cap. 4. quæsit. 32.

Conc. Carthagin.

Nicæn.

Cardin. de Lugo.

2. Cōclusio Subdiacono, Clericis laicis, non committēdū munus distribuēdi Eucharistiā.

Dico secundò, Subdiaconis, Clericis minoribus, & multò minùs laicis, neque in casu necessitatis committendum esse munus distribuendi alijs Eucharistiam. Ità ferè omnes Theologi. Et fundatur primò in Ecclesiastica consuetudine huius nostri æui. Fundatur secundò in reuerentia debita huic venerabili Sacramento, quæ præferenda est vtilitati priuatæ; vndè sicut fine stola, & superpelliceo, Sacerdoti non licet deferre Eucharistiam ad communicandum infirmum, multò minùs licebit laico, aut Clerico minori, vel Subdiacono, qui stolam non possunt deferre, vt notauimus in decisionibus moralibus lib. 2. cap. 4. quæsit. 30.

Dixi, *in consuetudine Ecclesiastica huius nostri æui*; nam priscis temporibus, aliquando à Sanctis Patribus infirmo Eucharistiam missam fuisse per laicos legimus apud Eusebium Ecclesiasticæ historiæ lib. 6. cap. 34. vbi hæc posteritati consignata sunt; *Serapionem quendā fuisse apud Alexandriam vnum ex his, qui lapsi sunt, eundemque sæpè deprecatum, vt susciperetur, nec tamen impetrasse. Oppressum deindè hunc ipse ægritudine, ità vt triduo tam fine voce prorsùs iaceret: paululum verò quarta die respirantem, vocasse ad se filium suum, & dixisse: Quousque me detinetis? Quæso vos, citò aliquis presbyterum roget, vt possim aliquandò dimitti. Et cùm hæc dixisset, rursum fine voce permansit. Abyt cursu puer ad presbyterum noctis tempore: infirmabatur presbyter, venire non potuit: tamen, quia præceptum fuerat à me, vt lapsis in exitu nemo reconciliationis solatia denegaret, & maximè his, quos priùs id rogasse constaret, parum Eucharistiæ puero, qui ad se venerat, dedit, quod infusum iussit seni præberi.* Quarè recentiores quidam asserentes non extare monumēta, quæ testentur aliquandò hoc fuisse factum, præmemoratæ historiæ non videntur notitiam habuisse.

Eusebi.

Dixi, *ferè omnes*, nā pauci quidam nō improbabile existimant licere in casu necessitatis Subdiacono, vel laico sibi sumere, vel etiam alijs distribuere. Diana tom. 3. resolut. moral. tract. 4. de Sacramentis resolut. 47. Coninch. qu. 82. de ministro venerabilis Sacramenti art. 3. sub nu. 23. Pro hac parte refert quendam Henricum V. *Eucharistia* 3. num. 4. & suppresso nomine quosdam recentiores viros doctos. *Et hanc sententiam*, inquit, *nec damnare ausim, quia nec valdè durum est tali, scilicet morituro, negare communionem, nec etiam ausim tam absolutè asserere ob plurimorum Doctorum sententiam contrariam.* Et inclinare videtur etiam in eandem sententiam Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 72. sect. 1. in fine, & sect. 3. vt aduertit quoque citatus Coninch. & Valentia tom. 4. disp. 6. quæst. 10. punct. 1. in fine, non improbabilem dicit.

Diana.

Coninch.

Henric.

Suarez.

Valentia.

Objicies, argumentum desumptum à consuetudine esse infirmi roboris, non enim de ea facilè constare potest, quia cùm hodie plures vbique extent Sacerdotes, difficulter contingere potest, vt nullus

Obiectio.

nullus adſit Sacerdos, qui Viaticum moribundo deferat.

Reſponſio.

Reſpondeo huiuſmodi caſum non eſſe adeò difficilem, euenire enim maximè poteſt in paruis oppidis, vbi vnus eſt tantùm Sacerdos, qui vel abſit, vel infirmus iaceat, & interim alius ex incolis in extremis laboret: & tempore peſtis euenire poteſt, vt vel non adſint, vel nolint Sacerdotes Euchariſtiam infectis adminiſtrare.

3. Cõcluſio. Probabilius eſt, nec laicum, nec Clericũ, nec Subdiaconũ ſibi poſſe Euchariſtiam miniſtrare in neceſsitate.

Dico tertiò, probabilius eſſe, nec laicum, nec Clericum in minoribus conſtitutum, nec Subdiaconum poſſe ſibi in neceſſitate adminiſtrare Euchariſtiam. Innititur hæc aſſertio eiſdem fundamentis, quibus præcedens.

Dixi, *probabilius*, nam contrarium ob auctoritatem plurium Doctorum, quos citaui lib. 2. in deciſionibus moralibus cap. 4 quæſit. 31. eſt ſatis probabile.

DISQVISITIO III.

Vtrùm Sacerdos extra Miſſam vrgéte neceſſitate poſſit ſibi Euchariſtiam adminiſtrare.

Concluſio

Caietan. Vaſquez.

Cardin. de Lugo.

Conc. Nic.

DICO partem affirmantem eſſe probabiliſſimã. Caietanus V. *Communio*. Vaſquez tom. 3. in 3. p. diſp. 219. cap. 1. num. 14. Suarez cit. diſp. 72. Cardinalis de Lugo dicta diſp. ſect. 1. num. 35. Et probatur ex canone illo 14. Concilij Nicæni, in quo conceditur Diacono, vt abſente Sacerdote, & alijs, & ſibi ſumat Euchariſtiam, quæ facultas nunquam fuit abrogata. Hanc igitur quis negabit competere Sacerdotibus, cũ & ipſi Diaconi ſint? Addit Suarez citatus extrà caſum mortis imminentis, ſi contingat, quòd Sacerdos non poſſit celebrare, paratam verò hoſtiam conſecratam haberet, eam deuotionis cauſa, remoto omni ſcãdalo, quod quidem facilè vitari poteſt, ſumi poſſe ab eodem Sacerdote, quia nullum eſt ius contrarium, & hoc probabile etiam putat Coninch. ſuprà citatus, quos ſequitur Diana part. 3. tract. 4. de Sacramentis reſolut. 47. & idem habet tom. 1. tract. de celebratione Miſſarum reſol. 53. Cardinalis verò de Lugo loco citato num. 30. docet à communi ſententia non eſſe recedendum, quæ concedit tantùm, vt Sacerdos ſibi Euchariſtiam adminiſtret extrà Miſſam vrgente neceſſitate; & hanc

Suarez.

Coninch. Diana.

Cardin. de Lugo.

A partem vt probabiliorem ſecutus ſum in deciſionibus moralibus lib. 2. cap. 4. quæſit. 33.

DISQVISITIO IV.

Vtrùm omnes Sacerdotes licitè adminiſtrare poſſint Euchariſtiam.

Concluſio. Munus licitè diſpensãdi Euchariſtiã ordinẽ exigit, & iuriſdictionẽ.

B DICO, munus licitè diſpenſandi Altaris Sacramentum exigere nõ ſolam poteſtatem ordinis Sacerdotalis, ſed etiam iuriſdictionem. Prima pars huius aſſertionis, quæ eſt indubitata apud Catholicos, remanet probata ex iis verbis Luc. 22. *Hoc facite in meam cõmemorationem*, iuxtà explicationem, quã ſuprà attulimus diſquiſit. 1. ad probandam primam aſſertionem, adiuncta etiã declaratione Concilij Tridentini ſeſſ. 22. cap. 1. Quoad ſecundam verò partem etiam vt certa apud Theologos, admittitur à Suarez tom. 3. in 3. p. diſput. 72. ſect. 2. à Vaſquez tom. 3. in 3. p. diſput. 219. cap. 2. à Cardinali de Lugo de Sacramento Euchariſtiæ diſp. 18. ſect. 2.

Luc. 22.

Trident.

Suarez. Vaſquez. Cardin. de Lugo.

C Probatur primò, quia ſuppeditare pabulum Euchariſticum eſt officium Paſtoris habentis oues, ſed ſimplex Sacerdos nõ eſt Paſtor, qui habeat oues; nam licèt in ordinatione ſua Sacerdos non ſolùm poteſtatem conficiendi, ſed etiam diſpenſandi Euchariſtiam receperit, hanc tamen non valet exercere, niſi oues illi tradantur; ſicut ſimili modo in collatione ordinis Sacerdotalis poteſtatẽ abſoluẽdi à peccatis recepit Sacerdos, hãc tamen nequit exercere, niſi ei oues committantur. Probatur ſecundò ex pluribus Concilijs, in quibus grauiter reprehenduntur fideles non ſumentes à ſuis paſtoribus Euchariſtiam. In Concilio

Conc. Carthag.

D Carthaginenſi 1. cap. 7. ſtatutum fuit, vt nullus Clericus, vel laicus in aliena Parochia ſine litteris ſui Epiſcopi communicaret. Et in Concilio Mileuitano canon. 18. priuatur communione, qui nõ in propria Prouincia, ſed in aliena communicat; & hæc etiam fuit ſemper Eccleſiæ conſuetudo, vt à proprijs paſtoribus adminiſtraretur ſacra alimonia. Tertullianus lib. de corona militis cap. 3. poſtquam ad communionem fideles teneri declarauit, ſic ſubnectit num. 35. *Nec de aliorum manu, quàm præſidentium ſumimus*. Conſonat Iuſtinus Martyr in apolog. 2. pro Chriſtianis ſub finem,

Mileuitan.

Tertullian.

Iuſtin. Martyr.

vbi

vbi loquens de Euchsristiæ administratione inquit, *eā fieri ab eo, qui præest*. Idē colligitur ex Dionyfio cap. 3. de cælesti Hierarchia, & ex iure canon. cap. *Omnis vtriusque sexus, de pœnitentijs, & remissionibus*. Probatur tertiò, conceditur ex priuilegio Religiosis, vt fidelibus administrent Eucharistiam, de qua re infrà, ergò non illis conueniebat, seclusa priuilegiorum concessione, munus dispensandi Euchsristiam.

Dionys.

Obiectio.

Obijcies, Eucharistia est instituta per modum conuiuij, ac proindè eius conditiones sequitur, ergo quandò Sacerdos hoc Sacramentum in Missa conficit, sacrum conuiuium instruit, & consequenter illius est dominus, & ei liberum est admittere ad sacram illam mensam fideles, sicut & sympofiarcha ius habet ex eo, quòd sympofium parat, aduocandi quem voluerit.

Responsio.

Respondeo concedendo à Sacerdote celebrante instrui sacrum conuiuium, & admitto etiam illius esse quodammodò dominum, quatenùs in susceptione Sacerdotij potestatem recepit dispensandi Eucharistiam; nego verò illam sequelā, quòd ei liberum sit admittere ad sacram mensam fideles, nam hoc supponit aliquam facultatem disponendi de fidelibus, quæ inuoluit iurisdictionem. Exemplo declarari potest. Sit vir opulentus, qui licet mensam opiparam suis sumptibus paratam habeat, non poterit tamen accire ad eam virum Religiosum, qui per obedientiæ votum in sui superioris potestatem transijt; vndè, vt licitè hic ad conuiuium admittatur, eiusdem superioris consensus expressus, vel tacitus requiritur: sic simplex Sacerdos celebrans sacrum conuiuium parat, ad illud tamen non potest aduocare fideles, qui sunt sub aliena iurisdictione.

Instantia.

Tridens.

Instabis, Apostoli ordinati sunt Sacerdotes à Christo, quandò protulit illa verba: *Hoc facite in meam commemorationem*, vt docet Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 1. Sed eisdem verbis tradita est potestas nō solùm ordinis distribuendi Eucharistiam, sed etiam iurisdictionis. Patet, nam huius clausulæ, *hoc facite in meam commemorationem*, sensus est, vt Apostoli faciant, quidquid paulò ante Christus fecerat: sed Christus confecerat Eucharistiam, sumpserat, & distribuerat; ergò tunc Apostolis non solùm data est potestas ordinis distribuēdi Eucharistiam, sed etiam iurisdictionis; ergò idem dicendum in omni ordinatione Sacerdotis.

Solutio.

Respondeo Apostolos fuisse tunc ordinatos Sacerdotes, & simul etiam pastores animarum, atque ita enim potestate ordinis simul etiam potestatem iurisdictionis recepisse ad distribuēdam Eucharistiam fidelibus: nego verò idem dicendum esse in simplici ordinatione Sacerdotis, cùm enim potestas ordinis possit esse sine potestate iurisdictionis, de facto sola potestas ordinis confertur in collatione Sacerdotij, ad quod probandum satis esse possunt Concilia superiùs adducta, & antiqua Ecclesiæ cōsuetudo.

DISQVISITIO V.

Quinam sint Sacerdotes ministri ordinarij sacrosanctæ Eucharistiæ.

Potestas dispensādi Altaris Sacramentū duplex.

Notandum, potestatem dispensandi Altaris Sacramentum esse duplicem, ordinariā, & delegatā. Ordinaria dicitur, quæ pastorali officio annexa est; ad pastorem enim spiritalem spectat pascere oues Christi. Delegata est, quam concedunt vel per priuilegium, vel per specialem licentiā ordinarij pastores: hæc autem delegatio fieri potest duplici modo; primò, quandò Pastor ordinarius dat priuilegium, seu licentiam concedit Sacerdotibus, vt administrent Eucharistiam; secundò, quandò Pastor vel omnibus, vel alicui de suo grege facultatem facit, vt eligere possit, quem voluerit Sacerdotem, qui ei administret sacram alimoniam.

Conclusio. Pastoribus ordinarijs cōpetit ordinaria potestas dispēsandi Eucharisticum pabulum.

Dico, Sacerdotes, Pastores ordinarios esse, Sūmum Pontificem, qui in vniuersos fideles supremam habet potestatem, Episcopos in Diœcesi, Parochos in sua Parœcia, Generales in omnes suos Religiosos, Prouinciales in Religiosos suæ Prouinciæ, Superiores Conuentuum, seu Domorum in Religiosos suæ familiæ; ac proindè his competere ordinariam potestatem dispensandi suis ouibus pabulum Eucharisticum. Hæc assertio est sine controuersia apud Catholicos. Et quoad potestatem administrādi Eucharistiam patet, nā hæc administratio maximè necessaria est ad oues Christi pascendas; ergo potestas exercendi administrationem hanc, necessaria est Pastoribus earum; ergo ex proprio munere illis conuenit; hoc autem est habere potestatem ordinariam. Antecedens constat, nam Eucharistia est instituta pro cibo, ad vitam spiritalem conseruandam, &

& augendam; ergo cùm quis eligitur ad curam animarum, simul idoneus reddi debet ad oues spirituales sibi commissas in vita spirituali fouendas, atque ita Eucharistiæ administratio, quæ est verus animarum cibus, maximè necessaria est ad oues Christi pascendas.

DISQVISITIO VI.

Vtrùm simplex Sacerdos licitè possit administrare Eucharistiam ex præsumpta licentia Pastoris.

Peccatũ est ex genere suo mortale alienis oui-bus sine licẽtia Eucharistiam administrare.

NOtandum, ex genere suo esse peccatum mortale administrare Eucharistiam alienis ouibus sine licentia sui proprij Pastoris, quia hoc est vsurpare ius alienum in re graui, & pœna excommunicationis decernitur in Clementina *Religiosi* de priuilegijs contra Religiosos, qui hoc Sacramentum sine licentia speciali Parochialis Presbyteri laicis administrare præsumpserit. Hæc excommunicationis pœna nõ extenditur ad presbyteros sæculares. Potissima ratio, quia leges pœnales non extenduntur ad casum non contentum sub proprietate verborum; textus autem de Regularibus Sacerdotibus, non de sæcularibus loquitur, & est diuersa ratio, vt notant Doctores; nam ad sedandas controuersias inter Regulares, & Parochos, edita fuit illa Clementina, prætendebant enim Regulares prætextu exemptionis, posse sine consensu Parochorum administrare Eucharistiam. Circa eandem Clementinam aliqua obseruat Vasquez dicta disp. 219. cap. 3. num. 32. & 33. quæ apud ipsum videri possunt.

Vasquez.

Conclusio. Ad Eucharistiã licitè dispẽsandã, sufficit tacitus Pastoris consensus. Nauar. Suarez.

Dico, non necessariò requiri consensum Pastoris expressum, sed tacitum, seu interpretatiuum, scilicet rationabiliter præsumptũ, sufficere simplici Sacerdoti ad licitè dispensandum Sacramentum Altaris. Ita communiter Doctores; Nauarrus, quem citat, & sequitur Suarez cit. disp. 22. sect. 2. sub §. *Hinc sequitur*. Vasquez citat. cap. sub num. 29. & alij. Ratio est, quia ad hanc administrationẽ non requiritur iurisdictio delegata, seu consensus Pastoris, vt quid necessarium ad valorem actus, sed tantùm vt licitè fiat, secus in administratione Sacramenti pœnitentiæ accidit, in ea enim iurisdictio ad substantiam actus requiritur, quia A confessarius exercet potestatem iudiciariam, ferendo sententiam; quare non sufficit præsumptus consensus, sed requiritur potestas positiua absoluendi à peccatis à Superiore communicata. Porò præmemoratus consensus virtualis, seu interpretatiuus adest, quoties rationabiliter præsumitur, quòd si Pastor adesset, vel sciret, vtique annueret. Vasquez citat. loc. existimat posse præsumi tacitũ consensum ex necessitudine, vel familiaritate, & ex alijs circumstantijs, quæ certa lege nequeunt definiri; quare prudẽti iudicio hoc relinquitur. Vnum addetto, in articulo mortis absente Paro-B cho posse licitè administrari hoc Sacramentum à Regularibus, quia tunc præsumitur consensus Parochi, vel Pontificis. Ita communiter Doctores.

Vasques.

DISQVISITIO VII.

Quid possint Regulares in administratione Eucharistiæ, per priuilegia illis à Pontificibus concessa.

Conclusio. Regulares ex priuilegio Summorũ Pontific. possũt fidelibus Eucharistiam administrare.

DICO, plura extare priuilegia, quæ facultatem Regularibus concedũt C administrandi Altaris Sacramentum fidelibus sine Parochorum licentia, præterquàm in festo Paschæ Resurrectionis Dominicæ, & in mortis articulo, nisi necessitas vrgeat. Ita concessit Nicolaus V. & Sixtus IV. Minoribus de Obseruantia, vt constat ex monumentis Minorum fol. 114. concess. 149. & 150. iuncto supplemento fol. 58. concess. 160. Paulus III. idem concessit Societati Iesu, vt in compendio priuilegiorum eiusdem Societatis §. 2. refertur. Simile priuilegium concessere Paulus IV. & Pius V. Congregationi Cleri-D corum Regularium Theatinorum, vt habetur in compendio priuilegiorum eiusdem Congregationis. Item in præmemorato cõpendio Societ. Iesu §. 3. dicitur. *Possunt nostri Sacerdotes ministrare Sacramentum Eucharistiæ omni tempore, præterquàm in die Resurrectionis Domini. immò etiam ipso die licebit, sed tunc non nisi accedente Rectoris Parochialis, aut Diœcesani licentia*. & §. 4. subnectitur. *Possunt nostri in Ecclesijs ministrare, & ministrari facere Sacramenta Eucharistiæ, quibuscunq; personis, quoties opus fuerit. Concessit Iulius II. Minimis*. In compendio verò citato priuilegiorum, quibus insigniuntur

Nicolaus V. Sixtus IV.

Paulus III.

Paulus IV. Pius V.

Iulius II.

Con-

Congregatio Clericorum Regularium Theatinorum, V. *Communio*, §. 3. hæc habentur. *Presbyteri nostræ Congregationis Sacramentū Eucharistiæ etiam pro Viatico constitutis in articulo mortis, & Sacramentum extremæ Vnctionis ministrare possunt cæteris Clericis, & Fratribus nostræ Congregationis, item mercenarijs, famulis, operarijs, & seruis nostræ Congregationis, ac quibusuis hospitibus etiam sæcularibus, & extraneis, quos in locis, vel in habitationibus Congregationis nostræ tunc reperiri contigerit, & in mortis articulo, & quoties de illo dubitari contigerit, etiam Diœcesanorum locorum, & Sacerdotum Curatorum quorumcunque etiam in quorū Ciuitatibus, & Diœcesibus, ac Ecclesiarum Parochijs respectiuè Ecclesiæ, & loca ipsius Congregationis nunc, & pro tempore fuerint, aut aliorum quorūcunque licentia minimè obtenta, nec petita, & in casu, quo non daretur licentiam petendi spatium propter repentinam necessitatem, possunt Sacramēta supradicta ministrare etiā alijs quibuscunque infirmis, etiam in mortis articulo constitutis, vbiquè in casu necessitatis supradicto, etiam nulla ad hoc per nos petita, nec nobis concessa licentia. Pius IV. nostræ Congregationi, & confirmatum à Pio V. anno Domini 1567. idibus Februarij, vt patet in nostris priuilegijs, manuscriptis, & in Bullario Romano, tom. 2. Bulla 31. sub Pio V. §. 17. fol. 286. quæ incipit, Ad immarcescibilem &c.*

Pius IV. Pius V.

Prædictis autem omnibus priuilegijs fruitur nostra Religio Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis per Bullam Gregorij XIV. quæ incipit, *Illius, qui pro gregis &c.* Sed

Gregorius XIV.

Quæsitum.

Quæres, an qui satisfecit præcepto communionis, intra tempus Paschale præscriptum, possit die Dominica Resurrectionis sumere Eucharistiam à Regularibus priuilegiatis in eorū Ecclesijs.

Ratio dubitandi est, quia nunc extat declaratio sacræ Congregationis huius prohibitiua, cuius meminit Gauantus in manuali Episcoporum V. *Eucharistia*, num. 23.

Gauant.

Responsio. Lezana.

Respondeo cum Lezana summa quæst. Regular. tom. 3. V. *Eucharistia* num. 2. probabile esse prohibitionem illam solū dirigi ad communionem formalem Paschatis; vndè nisi adsit aliqua alia declaratio authentica, probabiliter dicere possumus ei, qui in Paschate communionem in Parochia sumpsit, licere alio die eiusdem Paschatis (scilicet formalis, quæ incipit à Dominica Palmarum, vsque ad Dominicam in Albis, secundùm communem sententiam, & secundùm declarationem Eugenij IV. in Bulla, quæ incipit, *Fide digna &c.*) apud Regulares priuilegiatos accipere Eucharistiam. Citat Lezana Nouarium in Lucerna Reg. V. *Eucharistia* num. 11. plures alios referentem. Vide plura apud eundē Lezanam cit. tom. V. *Eucharistia*, & præcipuè à num. 5. vsque ad 14. circa priuilegia concessa Regularibus administrandi Eucharistiam. Vide etiam, quæ habet Cardin. de Lugo dicta disp. 18. sect. 2. à num. 48. vsquè ad 52. qui etiam eadem sect. à num. 40. vsque ad 48. optimè perpendit per Bullam Cruciatæ nō posse, qui eam habet, accipere Eucharistiam à quolibet Sacerdote absq; vllo consensu sui Parochi.

Eugenius IV. Nouarius. Cardin. de Lugo.

Paululùm cùm pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea.

NOTVLA V.

Obedientia, quæ Superiori, seu spiritali duci non vt homini, sed vt Deo præstatur, eò animam deducit, vt Christum ad votum propitium maximè in sacra Synaxi reperiat.

SI fidelis anima perfectionis studiosa spiritalium præceptorum directioni se totam mancipauit, nonnè illos vt duces sequi debet? cur ergo dicit hic, *paululùm cùm pertransissem eos?* his enim verbis indicare videtur vltra eos processisse. Sed agnoscamus mysterium; Non ponderat in eis humana momenta, vlteriùs consideratione progreditur, respiciendo in ipsis Deum, quem repræsentant; paululum ergò pertransit eos, vt homines, quia vt Dei vicarios sectatur. *Paululùm cùm pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea.* Quasi huius sacri Epithalamij spōsa sic loquatur: dum spiritualium magistrorum regimine ducor; quos cùm vt homines cogitatione transilierim, vt Dei personam sustinentes contemplater, non diù fuit, cùm dilecti mei præsentiam in Eucharistica mensa ex ineffabili iucunditate, alijsque supernis fauoribus, quibus fui cumulata, persenserim: ea enim est diuini mei sponsi benignitas, & amica indoles, vt diù nequeat se continere, quin

Diuini spōsi benignitas sui amoris blanditijs in sacra mensa recreat dilectā animā

quin amoris blāditijs, & ſolatijs recreet, dulciquè amplexu ſuo, & præcipuè in Altaris ſympoſio foueat dilectam animam, quæ illum ſincero amore quærit per ſemitas virtutum, quas ſub probi magiſtri, vt ſuperni Numinis vices gerentis ducatu terit.

Queruli Hebræorum populi, & acerbè inſultantis in Moyſen, & Aaron hæ ſunt voces. *Vtinam mortui eſſemus per manum Domini in terra Aegypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panē in ſaturitate: cur eduxiſtis nos in deſertum iſtud, vt occideretis omnem multitudinem fame?* Exod. 16. Huiuſmodi lamentationes, & mordacia verba ſatis apertè declarabant, Iſraelitas attendiſſe ſolùm ad perſonas mandantium, non autem ad ſupremum Dominum, cuius erant Moyſes, & Aaron Vicarij. Hi autem, vt plebem illam rudem ab errore adeò ingenti reuocarent, atque inducerent ad cognoſcendum non humano, ſed ſuperni Numinis imperio ductari, maledicentiæ quoque iacula non in homines, ſed in cæli, & terræ conditorem emiſiſſe, ſic fantur ad filios Iſrael. *Veſpere ſcietis quòd Dominus eduxerit vos de terra Aegypti: & mane videbitis gloriam Domini; audiuit enim murmur veſtrum contra Dominum; nos verò quid ſumus, quia muſſitaſtis contra nos?* Et paulò poſt inculcant. *Nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum.* Exodi cit. cap. Sed notatu dignū, quandò Moyſes, & Aaron Hebræos ſic admonuere: nonnè paulò antequàm manna veſcerentur? *Mane* (ſubnectit ſacer textus, ſequentis ſcilicet diei) *quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum. Cumque operuiſſet ſuperficiem terræ, apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram.* An antè eſum admirandi illius cibi, ſic inſtructi fuerunt Iſraelitæ, vt noſcerent, qualem perfectam obedientiam Dei legatione fungentibus exhiberent, vt apti redderentur ad guſtandum, quàm benè ſaperet manna illud, in quo erat omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitas? Sap. 16. Ità ſanè reor. Ex qua figura docentur Chriſti ſectatores, ſi cumulatè deliciari, & optatis donari gratijs in Chriſti menſa cupiunt, Deum, non hominem perpendant in Prælato, & ſpirituali duce, ſed Deum velle intelligant, quidquid Præſul, vel animæ magiſter iubet, eique tali affectu obſecundent.

Apoſtolorum Princeps, & Chriſtianorum maximus Antiſtes Petrus, iuſto zelo commotus Ananiam, & Saphiram acriter obiurgauit, quòd non integrum agri venditi pretium patefecerint, qui etiam ob hoc patratum crimen vita ſtatim ſpoliati fuere. Act. 5. Sed animaduertamus, qualem huius delicti malitiam premat, & exaggeret Petrus; *Non es mentitus*, inquit, *hominibus, ſed Deo*, Quaſi affirmet: non tuo me dolo cōtemptum reputo; quid enim ego ſum, niſi de peccatorum grege vilis homuncio? Sed video te fraudulenter cum Deo agere auſum fuiſſe, quem, dum Chriſti vices ſuſtineo in terris, repræſento. Subita autē morte Ananias, & Saphira abrepti fuere, vt ex illo grandi ſupplicio diſcerent primæui illi fideles, in Superiore, ſeu ſpirituali duce non hominem conſiderandum eſſe, ſed Deum, cuius nomine illi imperant, agnoſcerentque hanc completam obedientiam maximè neceſſariam eſſe pro Euāgelicæ perfectionis progreſſionibus, & pro optima diſpoſitione fructuosè, & feliciter epulandi in magno Altaris conuiuio, cui bonus ille, & nouellus Chriſtianorum cœtus in exordio Eccleſiæ ſingulis diebus aſſidere ſolebat. Act. 2.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit. Pſal. 22. Huius odæ principium, *Dominus regit me*, non indicat inter mortales aliquem ſtatum ſolius ſubditi retinentem eſſe, qui à Domino immediatè regatur, cùm Rex Regum, & Dominantium Dominus in Eccleſia Pontificem Summum, Epiſcopos, Præſules, & ſpiritales inſtitutores conſtituerit, qui nomine ſuo ordine hierarchico ſeruato animarum gubernationem ſuſciperent. Vates itaq; hiſce verbis, *Dominus regit me*, fidelem loquentem inducit, qui ſuperioris, & ſpiritalis magiſtri, non vt hominis, ſed vt Dei regimine fertur; hic autem quibus bonis cumuletur, ex his ſubſequentibus inueſtigemus. D. Auguſtinus lib. 2. cap. 47. diſputans cum Petiliano totum Pſalmum hunc de Sacramentis Eccleſiæ interpretatur; ab hac expoſitione non diſcedemus, ſi clauſulam, *in loco paſcuæ ibi me collocauit*, de Altaris pabulo accipiamus, & accinit nobis, quòd in Iacobi Liturgia, quandò Eucharistia diſtribuitur, inter alios hic Pſalmus recitatur. Præterea Paſtoris boni partes agi à Chriſto nos Euchariſtico cibo alēdo, apertè tradit S. Gregorius homil. 14. in Euang. Per paſcuæ locum, Patres non pauci intelligunt cæleſtes delicias, diuina ſolatia, quæ non ſolùm in triumphanti, ſed etiam in militanti Eccleſia habentur, illud, *ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet*, ità exponentes, vt ingreſſum pro ſtatu viatorum, & egreſſum pro beata patria ſumant. Vide D. Hieronymum in

Margin notes: Exod. 16. — Ibid. — Sap. 16. — Deum, non hominem agnoſcat in Prælato, qui cæleſtibus affici gratijs in ſacra menſa deſiderat. — Act. 5. — Ananias, & Saphira ſubita morte abripiūtur, quòd Deū in Petro deludunt. — Act. 2. — Pſal. 22. — D. Auguſt. — D. Gregor. — D. Hieron.

Rupert. Augustin. Gregor.

in cap. 34. Ezechiæ, & in Ioan. 10. Rupertum in idem Ioan. cap. Augustinum tract. 45. in Ioan. Gregorium homil. supra citata. Connectamus vtranque expositionem dicendo, quòd sicut probus pastor herbis virẽtibus oues recreat, pascuis gramine, & germine vberrimis reficit, sub ardentiori æstu vmbrosis in locis demulcet, ad fontes ductat, vt quos sitiunt latices hauriant, seruans ea, quæ circa pecus præcipit Poeta 3. Georgic.

Virgil.

Aestibus at medijs vmbrosam exquirere vallem:
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercᵘˢ
Ingentes tendat ramos: aut sicubi nigrum
Ilicibᵘˢ crebris sacra nemus accubet vmbra.
Tum tenues dare rursus aquas: & pascere rursus
Solis ad occasum.

B

Quæ spiritalis ducis, vt Dei vices gerẽtis directioni se addixit, animam copiosa in sacro conuiuio saginat gratia Dominus.

Ità Christus optimus Pastor noster, animam, quæ Præsulis, seu spiritalis ducis, non vt hominis, sed vt Dei vices gerentis directioni se totam addixit, copiosa in sacro conuiuio gratia saginat, delinit supernis consolationibus, modis mirificis exhilarat, & omnia, quæ ad vitam feliciter traducendam desiderantur, cumulatè suppeditat, ità vt illa verè asseuerare possit, nihil mihi deest, nec deerit.

Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domũ matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

C

NOTVLA VI.

Fidelis, qui in sacra Synaxi, quã suauis sit Dominus, prægustauit, peculiari illum affectu detinere, & in intima cordis penetralia introducere diligentissimè studet.

D

ANima, quæ singulari gratia, miris, & infallibilibus modis Christi dilecti sui præsentiam in Altaris conuiuio præsensit ad votum, summo Religionis, & charitatis affectu illum amplexatur, & veluti manu fortiter apprehensum tenet, nulla alia te sibi satisfactura, quàm indissolubili cum ipso coniunctione: quem enim verè diligimus, in medullis recondere affectamus, vndè Seneca agens de beneficijs. *In pectore enim,* ait, *amicus, non in atrio quæritur, illo recipiendus est, illic retinendus.* Per matrem animæ Hugo de S. Victore intelligit hic gratiam spiritus, quę nos spiritaliter generauit, & per istius gratiæ donum, humanam mentem, in qua gratia suscipitur, designari putat. *Tenui eum, nec dimittam, donec introducam &c.* ac si sponsa huius metri hunc exprimat sensum; Refecta iucunda dilecti mei præsentia in illius magna mensa ità strictis amoris vlnis illum amplectar, vt non contenta sim, nisi illum in cordis mei gynęceum, seu conclaue introducam, ità vt ille sit semper *Deus cordis mei, & pars mea in æternum.*

A Seneca. Hugo de S. Victore.

Porrò, quòd Eucharistiæ degustata suauitas inflammet animam desiderio se colligandi inseparabili perfectæ dilectionis vinculo cum Christo, perfloridè adnotat B. Laurentius Iustinianus de disciplina monasticæ conuersationis c. 19. *Per illud* (inquit Dominum nostrum alloquens) *venerabile mysterium tradis te ipsum fidelibus tuis, quatenus discant ex eius suauitate amare te, tenere te &c.*

B. Lauren. Iustin.

Immolaturus Abraham, Numine mãdante, victimas, sumpsit *vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorũ trium, turturem quoque, & columbam. Qui tollens vniuersa hæc, diuisit ea per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecùs posuit: aues autem non diuisit.* Genes. 15. Antequam ex hac historia mystica depromamus, pro base discursus, quẽ prosecuturi sumus, supponendum hoc præmemoratum sacrificium, ad Christum, atque adeò ad Altaris Sacramentum, in quo Christus est, & à fidelibus sumitur, præmonstrandum, ordinatum fuisse; quod idem de omnibus alijs vetustæ legis sacrificijs docet Augustinus lib. 17. de Ciuitate Dei cap. 20. *Id sacrificium,* inquit, *successit omnibus illis sacrificijs veteris testamenti, quæ immolabantur in vmbra futuri. Propter quod etiam vocem illã in Psal. 39. eiusdem mediatoris per Prophetam loquentis, agnoscimus, sacrificium, & oblationem noluisti; corpus autem perfecisti mihi, quia pro illis omnibus oblationibus corpus eius offertur, & participantibus monstratur.* Hoc admisso exquiri potest, quamobrem animalia illa quadrupedia diuidebantur, insecta verò, turtur scilicet & columba offerebantur? Tostatus animalium illorum sectione confirmationem fœderis inter Deum, & Abrahã præsignatam fuisse tradit. *Vel potest dici,* ait, *quòd Deus volebat confirmare pactum suum cum Abraham ad maiorem certitudinem, & quia inter antiquos mos erat,*

Gen. 15. August. Tostat.

quòd

quòd confirmantes fœdera occiderent aliqua A *animalia, & diniderent in frusta, & post transirent inter diuisiones, ad notandum, quòd sic diuideretur, qui fœdus factum infringeret.* Consonat Cornelius a Lapide in citat. locum. *Fidit ea,* inquit, *secando à capite ad caudam; videtur hic Deus instituere ritum feriendi fœderis, vt scilicet in fœdere findant, & diuidant animalia, siue victimas fœderales, interque partes ità diuisas transeant, imprecando sibi similem necem, & fissionem, si fœdus violent; vndè hunc ritum seruarunt Iudæi, vt patet Ierem. 34. Chaldæi quoquè; apud Chaldæos enim, inquit Diodorus, tutius habetur iusiurandũ, cùm illud per animalium sectionem sanciunt, eandem præuaricatoribus imprecantes. Sic* B *Romani, & Latini. Stabant, & cæsa firmabant fœdera porca.* Verùm si sacrificio illo, vt præmisimus, significatum fuit Altaris Sacramentum, illius nobis egregiè in typo repræsentata est vis magna ad stabiliendum fidelem animam in dilectione firma, & nunquam erga diuum amatorem violanda.

Cornelius à Lapide.

Eucharistię vis ad fidelẽ animam erga Dominũ in dilectione stabiliendam.

Subdit & aliud interpretamentum Tostatus. *Alia,* inquit, *ratio est mystica, quia animalia quadrupedia designant vitam actiuam. quia in plura necessariò diuiditur, iuxta sententiam Saluatoris, Luc. 9. cap. Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima; porrò vnum est necessarium:* C *vita autem contemplatiua, quæ per aues designatur, non diuiditur, quia in se collecta in Deum tota mente consurgit.* Hoc etiam nostro scopo cohæret, etenim deuotè communicans eam à Dominica mensa haurit gratiam, vt diuinum dilectum iugi mente versetur, & animo perstringat, omnemq; adhibeat conatum, ne vnquam elabatur, & si quandò, vt status, vel officij sui partes exequatur, vel vt proximorũ necessitatibus consulat, quæ actuosæ sunt vitæ ministeria exercere contingat; nunquam à superno amatore affectũ diuellit, quin immò in illius obsequium, quidquid agit, collineat. Demum turtur, & columba aues fidi, & incorrupti D amoris indices sunt, vt Pierius Valerianus hieroglyphic. lib. 22. prope initium tradit, & res vulgata satis est; has itaq; volucres diuino impulsu motus Abrahã non scidit, vt mysterium haberetur, ex quo intelligere possemus, per dignam Dominici corporis, & sanguinis sumptionem sacrificio illo præadumbratam vnumquemquè nostrum ad eum amorem sincerum, & perfectum posse peruenire, quo anima vnicè Deũ diligit, eiq; firmiter adhæret, & pro eo facilè vale dicit cæteris, siue oblectamentis, siue cómodis, vt illum nec ad horam, neq; ob terrores,

Tostat.

Deuotè cõmunicãs eã à sacra mẽsa haurit gratiam, vt in Dñi obsequiũ quidquid agit collineet.

Pier. Valer.

Dignè cõmunicans eos à sacra mensa haurit diuini amoris igniculos, vt ob lectis mentia cæteris vale dicat.

neque propter blanditias, neq; ob quæcunq; perpessu difficilia, neque ob vitæ amissionem relinquere velit. Hanc eximiam dilectionem assecutus Apostolus indissolubili nexu Deo vnitus dicebat. *Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei.* Ad Rom. 8.

31. Ad idem arcanum forsan allusit antiquus ille Ecclesiæ mos asseruandi Eucharistiam in columba aurea, vt notat Amphilochius in vita S. Basilij. *Aduocato aurifice fecit columbam de auro mundissimo, & in ea posuit portionem, suspendens super sanctam mensam instar sanctæ illius columbæ, quæ apparuit in Iordane Domino baptizato.* Robur accipere potest hæc cogitatio ab auro, materia illius columbæ, aurum enim non modò rubiginis expers est, sed & illæsum in igne, & flammis persistit, quinimmò purius, & gratiolius ab illis exit; quare aptissimum est illius constantis amoris symbolum, qui nullum patitur defectum, & de omnibus aduersis, à quibus impetitur, inuictus triumphat; quoniam igitur Dominici Sacramẽti efficacia est, huiusmodi amorem perficere, rectè illud, pro huius mysterij repræsentatione, inclusorio custodiebatur formato ex metallo, cuius præstantissima dos est ab immutabilitate. Pro qua re etiam facere potest, quòd hoc nostro æuo augustissimum Altaris Sacramentum in pixide aurea, vel argentea, intùs verò deaurata seruatur, nam & argentum in hac perfectione auro simile, quod nec ærugine consumitur, aut labefactatur, nec ab igne rerum penè omnium domatore, atq; destructore læditur.

Amphilochius.

Sacramenti Eucharistici efficacia amorẽ nostrum perficit.



Tenni

Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domũ matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

NOTVLA VII.

Pia anima per ſacrum edulium ad eam perfectionem aſpirat, qua Chriſti ſpeciem vitæ ſuæ rationibus referat.

Matris domus, & genitricis cubiculum cæleſtem Hieruſalem præſignat ex plurium expoſitorũ ſententia, inter quos Theodoretus ſic loquitur. (Theodoret.) *Porrò piorum matrem eſſe cæleſtem Hieruſalem non ignoramus, de qua B. Paulus ad Galatas 4. quæ autem ſurſum, inquit, Hieruſalem libera eſt, quæ eſt mater omnium.* Spiritalis igitur ſponſa, quæ in ſacro conuiuio deguſtauit, quàm iucundum ſit optata dilecti ſui frui præſentia, ſic illecta ſtabili mente decernit illi ſemper adhærere, donec ſecum in cæleſtem patriam eundem introducat. Mirari quis forſan poterit, cur ſponſa tantum ſibi arrogare videatur, vt ſua cooperatione diuinum amatorem in beatam patriam introducendum aſſerat; etenim ille cùm ſit rex gloriæ, ad ipſum ſpectat, quam ſibi deſponſauit, animam in ſuam regiam aulam, vt gloria beetur, introducere; ſed qualia ſint ſua vota inſinuans pia anima, ſic loquitur; *Tenui eum, nec dimittam, donec &c.* ſcilicet, ſic in dilectũ meum afficior, vt in eo ſemper viuere cupiam; quarè ſacram illius menſam frequentabo, ſciens per eam ea gratia me fore donandam, qua moribus, & geſtis, in me, quem vnicè diligo, Chriſtum Ieſum efformem; ſic enim fiet, cùm ego, vt ſpero, introducta fuero in cæleſte domicilium, ipſum in me formatum ſimul introducam. (Sacram mẽſam frequẽtans ea gratia donatur vt in ſe, quẽ diligit, Chriſtum efformet.) De hac formatione loquitur Apoſtolus ad Galatas 4. (Ad Galat. 4) *Filioli quos iterùm parturio, donec formetur in vobis Chriſtus*; vbi D. Anſelmus. (D. Anſelm.) *Donec*, inquit, *formetur in vobis Chriſtus, ideſt ſimilitudo Chriſti exprimatur in vobis, vt non niſi forma noui hominis appareat in fide, & operibus veſtris.*

Vitulum aureum, quem Iudæi neſcio qua inſania ducti adorauere, arripiens Moyſes combuſſit, & contriuit vſquè ad A puluerem, quem ſparſit in aqua, hauriendamquè ſic mixtam dedit filijs Iſrael. (Exod. 32.) Exod. 32. Et ecce qui fuerunt ſuperſtitioſi cultores vituli aurei, aureis quoquè notis in barba remanſere ſignati, vt illo contractæ ſimilitudinis cum vitulo charactere propalati, promeritam mortis pœnam luerent. *Tradunt Hebræi, quòd filij Iſrael bibentes aquam vituli*, inquit Gloſſa, (Gloſſa.) *puluere infectam, qui commiſerunt idololatriã, in barbis puluerem auri præferebant; quo etiam ſigno Rei, vel immunes ſceleris apparebant, & Rei interficiebantur.* Infauſtus ſanè fuit ille ſimilitudinis ſucceſſus, ſed feliciſſimus, qui probis fidelibus contigit; hi enim Dominicum B corpus, & ſanguinem, qua par eſt, religione venerantes, atquè in cibum, & potum ſumentes Chriſti vita viuunt, illiquè cõfigurantur, quos cùm æternus Pater veris filij ſui lineamentis inſignitos agnoſcat, ad conregnandum cum eo in vita beata admittit. (Deuotè cõmunicantes Xpo configurantur.)

Filij tui ſicut nouella oliuarum in circuitu menſæ tuæ. Pſal. 127. (Pſal. 127.) De accubentibus ſacro epulo explicat aureæ eloquentiæ Doctor Chryſoſtomus homil. 61. ad populum. (D. Chryſ.) *Filij autem nominantur, quia Chriſti carnem manducando, & ſanguinem bibendo, ità eiuſdem moribus, & indole imbuuntur, vt tanti Patris imaginem, quales genuini filij optimè repræſentent.* C

D. Bernardinus Senenſis in cœna Domini ſerm. 55. art. 2. cap. 3. explicans, (D. Bernard. Senen.) quàm admirabiliter transformemur in Chriſtum virtute Euchariſtiæ, hæc habet. *Hoc Sacramentum, Euchariſtia, ideſt bona gratia nuncupatur, eo quòd corpus Chriſti influat in nobis bonitatem ſuam, per quam non ipſum nobis, ſed nos illi aſſimilamur, & in eius bonitatem mutamur: nam gratia eſt quædam influentia diuinæ bonitatis in anima, per quam Deo aſſimilamur.* Præterea venuſta ſimilitudine comprobat ſurculi optimi agreſti plantę inſiti. Verba hæc eiuſdem pij Doctoris ſunt. (Idem.) *Eſt nempè natura ſurculi arboris bonæ, qui ſi* D *ſylueſtri trunco inſeratur, naturali virtute præualens illius amaritudinem, & ſylueſtrẽ naturam in domeſticam, & nobiliorem conuertit, & ſimilem fructum bonum proferre facit: ſic vtique corpus Chriſti in nobis inſitum defectus noſtros euacuat, & nos in bonitatem ſuam transformat.* Et nonnullis interiectis, dilucidato illo Ezechielis 17. *Sumam ego de medulla cedri ſublimis*, (Ezech. 17.) de omnium maximo Sacramento ſubnectit. *Hunc autem nobiliſſimum ſurculum in montem excelſum plantat, cùm fidelium mentes à terrenis deſiderijs ad cæleſtia eleuans Dominici corporis tribuit Sacramentũ.*

Hinc

Hinc ſiquidem fructus erumpit; quia cor fi- A *dele virtutem corporis Christi relicta propter amaritudine vitiorum ad gloriam eius ſpirituales flores deſideriorum ſanctorũ, frondes vtilium verborum, & fructus bonorum operũ facit*. Sed de hac transformatione animæ cum Christo, quæ fit per commu-
D. Dionyſ. nionem, egregiè S. Dionyſius de cælesti hierarchia. *Dominus noſter, & Deus, qui ignis conſumens eſt, nos per cibum hunc ſacratiſſimum in ſui traducit effigiem, deiformesq; reddit*. De quo argumento diximus alibi, & præcipuè ad verſ. *Sicut lilium inter ſpinas*, anteced. cap.

Præmemoratæ expoſitioni affinis quoquè hæc eſt, nimirùm ſponſa vnionem cum dilecto, quam media Euchariſtia B acquiſiuit, indiſſolubiliter ſeruare decernẽs, affirmat, quòd cùm ipſa introduceretur à Deo in cæleſtem Hieruſalem, quę eſt mater noſtra, teste Apoſtolo ad Ga-
Ad Galat. 4. latas 4. introducet ſimul & Chriſtum, charitatis vinculis alligatum. De hac vnione, quæ virtute ſacræ alimoniæ habetur, loquentem audiamus Auguſtinum
Auguſtin. in principio tract. 27. in Io. *Expoſuit autem modum attributionis, & doni ſui, quomodo daret carnem ſuam manducare dicens. Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in illo, ſignum quia manducauit, & bibit, hoc eſt, ſi manet, & manetur, ſi habitat, & inhabitatur, ſi hæret, vt non deſeratur*. C

Adiuro vos filiæ Hieruſalem per capreas, ceruoſquè camporum, ne ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. Verſ. 5.

Indicatur ſenſus ad corticem litteræ.

Sponſa mœrore afflictata ob noui coniugis abſentiam, qui venatum abierat, vt declarauimus ſub finem cap. 2. ad litteræ D corticem, dum eum attentè mẽte reducem expectabat, ex naturæ laſſitudine ſomno corripitur; ſuperuenit conſors, certiorq; à matronis factus de ingenti triſtitia, quam noua nupta ſuſtinuerit, & quantũ irrequieto animo tempus tranſegerit, quamdiù ille abfuit, conſpiciens modò eam alto ſopore merſam adſtantes Sionides puellas enixè rogat, vt dormienti non obſtrepant, nec cuiuſcunquè officij A cauſa illius perturbent quietem, ſed ad naturæ ſatietatem reficere ſinant: exorantis ſponſi hæc ſunt verba. *Adiuro vos filiæ Hieruſalem per capreas, ceruoſq; camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.*

Adiuro vos filiæ Hieruſalem per capreas, ceruoſquè camporum, ne ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.

Enucleatur ſenſus ſpiritalis Euchariſtiam reſpiciens. B

NOTVLA I.

Sumpta ſacra refectione deuota anima cũ Domino pijs meditationibus, & affectibus aliquantulum agat, ſi ab eo ſingulares gratiæ feruores impetrare cupit. C

Quomodo Euchariſtici cõuiuij amantiſſima ſponſa poſt ſumptam ſupercęleſtem eſcam mente tota in dilectum ſuum defixa hæſerit, indicatur hìc ſub ſomni metaphora, quo alium ſoporata deſcribitur; quãtum autem hæc ſpiritalis dormitio illi profit, diuinus amator dilectæ conſulendi ſemper ſtudioſiſſimus innuit hac clauſula: *Adiuro vos filiæ Hieruſalem, &c.*

Patriarcha Iacob per integram noctẽ D admirabili lucta cum Angelo ſub humana ſpecie Dei filium incarnandum repręſentante congreſſus ſic inualuit, vt cum ſtrictis lacertis detineret: colluctator victus victorem rogat, ne ab eius brachijs ampliùs conſtringatur. *Dimitte me, iam enim aſcendit aurora*. Gen. 32. Gen. 32.
cui ſtrenuus palæſtrica Iacob: *Non te*, inquit, *dimittam, niſi benedixeris mihi*. Hęc adeò expetita benedictio à Patriarcha, illius confirmatio erat, qua dominus fratris ſui Eſau à genitore Iſaac fuerat cõſtitutus. Cornelium à Lapide expli- Cornelius à Lapide.
cantem audiamus, qui Angelum Dei vicarium

carium sic loquẽtem cum Iacob inducit. *Ne timeas fratrem tuum Esau, ò Iacob, nam tuis violentis precibus apud Deum, licet quasi renitentem, & colluctantem obtinuisti, vt contra Esau, omnesq; hostes tuos sis infracto animo insuperabilis, & victor. Hac enim est benedictio hic data Iacobo, inquit S. Thomas, & Caiet.* Hinc ad vlteriora progrediamur, ducibus Augustino, & Paschasio hic de Sacramento corporis, & sanguinis Christi c. 21. qui adnotat, quando Isaac felicia precatus gnaro Iacobo, simulq; filios matris suæ illi subiecit, bona, quibus anima fidelis per Sacramentum Eucharisticum ditari solet, adumbrata fuisse. Paschasij verba accipe ad illud

B Gen. 27. Paschas. Gen. 27. *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, &c. De quo sanè agro, ait, panis vitæ, idest caro, & potus sanguinis credentibus quotidiè exuberat, & à fidelibus messitur: in quo vtique Iacob verus benedicitur, & dominus fratrum suorum constituitur.* Augustin. Augustinus verò tom. 10. serm. 78. de tempore per Esau subiugatum Iacobo operari carnis spiritui mancipata intelligit; dũ igitur Iacob paterna benedictione locupleratus adhuc instat, & vrget valida orationis luctâ, vt etiam à supremo Numine benedictionem extorqueat, completa scilicet virtute donetur, qua contra Esau queat præualere, præclarum typum exprimit, à quo vnusquisquè fidelis mo-

C netur, quid illi præstandum sit, postquã Dominum in sacra Synaxi recepit, vt impetret ab eo insigne gratiæ donum pro comprimendis insultantibus carnis motibus; diù nimirùm eum eodem precibus, & pijs affectibus colluctandum est, ad imitationem Patriarchæ, qui vitum illum, Dei filium repræsentantem, pluribus horis sub noctis caligine palæstrando ità detinuit, vt abire non permiserit, nisi obtenta ab eo priùs optata benedictione.

Primos vt reprimat carnis motus pia anima cũ Domino sũpta Eucharistia pijs affectibus colluctetur.

Tanquam leones igitur ignem spirantes ab illa mensa recedamus, facti Diabolo terribiles; & caput nostrum mente reuoluentes, & charitatem, quam nobis exhibuit: sic

D D. Chrys. nos hortatur D. Chrysostomus hom. 61. ad populum. Sed quanam ratione cælestis hic ignis in nobis excitari, magisquè accendi potest? Discamus hoc ab exemplo regij Vatis. *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet* Psal. 38. *ignis*, sic ille testatus est Psal. 38. Etenim qui perpendit immensam Christi charitatem, qua carnem suam in cibum, & sanguinem in potum tradidit; qui premit, quantum hoc in votis haberet, vt diceret ipse: *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum*; ad tantum incendium facilè incalescer, & flamma reciproci

A amoris concepta, & accensa conflagrabit. Et certè cur fidelium multorũ adeò frigescit charitas, plurimiq; ità infirmi, & debiles sunt, vt primo in tentationum limine ab infernali hoste profligentur, quamuis Altaris pabulum frequententur, nisi quia vel nihil, vel perfunctoriè tantum cogitant, quali esca vescantur, quo sublimi per eam amore ad redamandum prouocentur, sed celeriter à diuino illo sympolio resilientes ad mundi negotia redeunt, toti in curis temporalibus?

A Dæmone facilè negotio profligatur, qui celeriter à diuino sympolio resilientes, ad mundi negotia redeunt.

Seruator noster in horto, postquam aliquantulum orauit, quos secum adduxerat, discipulos inuisit, & cùm somno obrutos inuenisset, non leuiter obiurgauit. *Sic non potuistis vna hora vigilare mecum?* Matth. 26. Mirabitur forsan Matth. 26. aliquis, cur Dominus, cuius mansuetudo in omnes, & præcipuè in suos affectus singularis erat, adeò insuauiter locutus fuerit, quasi humanæ conditioni, & consuetudini, cuius est nocturnis horis sopori succumbere, non satis compateretur. Sed huius increpatoriæ locutionis causam perquiramus. Paulò ante Iesus Eucharisticam refectionem sumpserat cum suis discipulis, quos secum in hortũ ad orandum comites habere voluit, vt nimirùm intelligerent, post sacram communionem secessui, & orationi aliquo temporis spatio vacandum; ea enim est valdè opportuna hora, dimotis omnibus mundi sollicitudinibus in Deum mentẽ eleuandi, ab eoq; gratiarum auxilia efflagitandi, quibus rationi reluctantes sensientis partis commotiones, dæmonumq; audaces aggressiones propulsentur; quoniam verò Christus Apostolos, & præceptores elegerat, vt suis actionibus vitæ Christianæ normam cæteris fidelibus præliniearent, & præcipuè quæ ante, & post Synaxim, vt illa ad salutem proficiat, peragenda sint, suo commonstrarent exemplo, ideò sapientissimus, & zelantissimus magister discipulorũ somnolentiam non dissimular, quia pasti Eucharistica cœna non recolunt illud maximum diuini amoris argumentum, non recogitant, qualem sumpserint alimoniam, nec contemplationi tantisper vacant, nec gratiæ subsidia ad humanam carnis imbecillitatem roborandam, dæmonumq; tentamenta superanda implorãt, vndè non mirum si breui mundano timore consternati, omnes relicto Domino fugerunt. Matth. 26. & Petrus ipse, Matth. 26. qui eam adeò inconcussam animi firmitatem iactauerat, vt quanquam vniuersi scandalũ paterentur, tamen se non passurum promiserit, muliercul æ ad vocem infidus à magnificis pollicitationibus

Xp. Dominus in horto discipulos increpat, quòd sacra dape refecti, somno obrui patiantur.

turpiter declinauit. Meeitò igitur Redemptor noster discipulos acriter increpauit illis verbis: *Sic non potuistis, &c.* ne ab eis, veluti antesignanis ad cæteros Christianæ Religionis cultores transiret tam detrimentosa socordia, quæ pias meditationes, & orandi studium post Eucharistiæ manducationem negligit. A

Si quis à charissimo amico ad secum conuiuandum inuitatus sit, non statim post epulas à mensa recedit, sed colloquia miscere, cordis arcana aperire, & conuiuantis opem, si qua in re eget, postulare solet, tatus accommodatum satis esse illud tempus; ita fidelis, qui ad magnum Altaris symposium à benignissimo Domino aduocatus est, non statim te- B fectus discedat, cum Christo symposiarcha aliquantulum commoretur, quæ apposita fuerunt in regali mensa, attentè consideret, sermones fiduciali affectu habeat, & quales potest, maiores referat gratias. Hanc vtilissimam praxim suadebat S. Teresia monialibus suis, eas sic alloquens: Libenti animo cum Iesu versamini dilectissimę filiæ supercęlesti edulio pastæ, ea enim est hora secum spiritaliter agendi valdè opportnna; animaduertite hoc plurimùm ad felices perfectionis progressus conducere; perpendite quòd suas ille peculiares delicias ducit à vobis detineri; vobis cordi sit hac oblata occasione frui, cum Domino C sermocinandi, nisi aliquam aliam prouinciam tunc subeundam vobis præscribat obedientia, omni nisu contendite, ne animus vester ab eo diuellatur; etenim ipse vt optimus magister vos docebit, & singulari modo erudiet, licèt sublimem illius sapientiam non ita facilè haurire valeatis: si verò ad alia mentem vestram converteritis, non habita tanti hospitis ratione, vobismetipsis adscribite, si ingéti pro animabus vestris emolumêto frustremini; istud igitur aptissimum tempus est, quo à diuino præceptore instruamur, eius vocem auscultemus, pedes submisso affectu deosculemur, & ne à nobis vnquam recedat, enixè rogemus. Hæc in vita S. Teresiæ descripta à Didaco de Vyepes lib. 3. cap. 2. D

Per sacras epulas tempus aptissimũ est, quo à diuino pceptore instruamur.

In vita S. Teresiæ.

A *Adiuro vos filiæ Ierusalem, &c.*

NOTVLA II.

Animam post Synaxim secessui vacantem singulari modo protegit Dominus.

QVàm specialem curam diuinus amator gerat animæ, quæ sacro edulio refecta non statim quæ actuosæ sunt vitæ munera resumit, sed ali- B quantulum contemplationi incumbit, indicatur hic, dum spõsus aduigilans introducitur, vt quemcũquè strepitum à quiescente dilecta aneertat. *Adiuro vos filiæ Ierusalem, &c.*

In leonũ antrum probus ille Daniel à furẽti Babylonensis populi ira detrusus, inter famelicas, & voraces belluas incolumis manet, & sic inclusus enumerat ieiunus sex dies. Daniel. 14. *Miserunt eũ in lacum leonum, & erat ibi diebus sex.* Et ecce diuini Numinis iussu Habacuc ab Angelo per æthera deportatus prandiũ Danieli defert. *Erat autem Habacuc propheta in Iudæa, & ipse coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo: & ibat in* C *campum, vt ferret messoribus. Dixitquè Angelus Domini ad Habacuc: Fer prandium, quod habes, in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum.* Dan. 14.

Sed si septima die ab illo bestiarum ergastulo eripiendus erat Vates, vt ex sacro textu liquet. *Venit ergo Rex die septimo, vt lugeret Danielem: & venit ad lacum, & introspexit, & ecce Daniel sedens in medio leonum. Et exclamauit voce magna rex, dicens: Magnus es Domine Deus Danielis. Et extraxit eum de lacu leonum.* Quamobrem adeò ingens prodigium operatur Deus, vt à Iudæa in Babylonẽ transuehi iubeat per aera Habacuc ad alimoniam Danieli suppeditandam? D Nonnè hic modico illo tempore ieiuniũ sustinere poterat, nam & tres hebdomadas sine cibo aliàs transegit? Daniel 10. Dan. 10. & si fortè vires defecissent ad inediam tolerandam, certè Dominator vniuersi, qui leones, ne in iuuenem insurgerent, comprimebat, eundem etiam poterat superna ope sic roborare, vt aut fame non cruciaretur, aut saltem non interiret. Sub cortice huius historiæ arcana liceat inuestigare. Daniel non priùs extractus à ferarum carcere, quàm esca refectus in typo exprimit animam maximo in discrimine versantem, quæ non nisi per sa-

Daniel inter leones, typus animæ maximo in discrimine versantis.

cræ

A cræ alimoniæ ſumptionem pabulo illo Danieli ſubminiſtrato præſignatæ, à Domino feliciter liberatur. Porrò Daniel inter leones poſt manducationem ſedebat: *Et ecce Daniel ſedens in medio leonū*; præclaram ſcilicet idæam prælineans illius, qui poſt diuinum edulium ſolitarius ſedet, & leuat ſe ſuprà ſe, vt cum Domino altiſſima mente verſetur, eiuſq; ſuauiſſimo conſortio fruatur; hic autem quàm admirabili Dei protectione aduersùs quæcunq; extremam perniciem minitantia munitus ſit, Cyri Regis imperio è leonum ſpelunca Daniel vindicatus optimè declarauit.

Qui poſt cœleſtes epulas Domini vacat conſortio, diuina contra aduerſa omnia protectione munitur.

B Decreuerat orbis conditor primogenitos Aegyptiorum media ſub nocte Angeli miniſterio interimere. Exod. 11. Ne autem percuſſor Angelus Hebræorū ædes ingrederetur, in eorum valuis ſignum apponi mandauit, ſcilicet ſuper liminaria, vtraque poſtes liniri ſanguine agni pro celebrando Paſchate occiſi: vt autem ſub hoc incolumitatis pignore inoffenſi remanerent Hebræi, iniunctum etiam illis fuit, vt ea nocte domi ſe continerent. *Nullus veſtrum egrediatur oſtiū domus ſuæ vſquè mane.* Exod. 12. Sed quid arcani hìc pro noſtro inſtituto? Sāguis ille agni legalis, Euchariſtici agni ſanguinem adumbrauit (vt vulgatum ſatis eſt) ob cuius participationem ea ſingulari gratia fideles tutantur, vt ab ęrūnis, ab excidijs, à deuaſtationibus, à noxijs quibuſcunq; illæſi ſeruentur, ſi modò ſumpto ſupercæleſti illo ferculo foras non egrediantur, ſcilicet extra ſe ipſos non euagentur, ſed aliquantulum intra mētis ſuæ domicilium cogitationes colligant, eaſquè in Deum collineent, tam excelſum donum, quo fuerunt dignati, diligenter perpendant, cumulataſq; pro eo, vt par eſt, gratias referant.

Exod. 11.

Exod. 12.

Poſt ſumptā Euchariſtiam ſe ſecum colligat, qui à noxijs quibuſcunquè incolumis abire deſiderat.

C

Sed quoniam de Iſraelitis ſermo incidit, iuuabit & animaduertere, quòd eis ex Aegypto egreſſis, & eremi vias ſectantibus omnifarij ſaporis manna ex diuino munere cælum depluebat, & eiſdem ſupernus gubernator ſic proſpiciebat, vt longo quadraginta annorum itinere eorum calceamenta diuinitùs non fuerint ſciſſa, ne puluis poſſet intrare, quo pedes aſpergerentur; vbi enim noſter interpres Deuteronomij 8. verſ. 4. habet. *Et pes tuus non eſt ſubtritus*, Septuaginta vertunt, *Et calceamenta eorum non ſunt diſrupta*. & Oleaſter ex voce Hebraica פרכ *Batſek* legit: *Et pes tuus non fuit conſperſus*, puluere ſcilicet; Certè Hebræi proprijs laribus in Aegypto relictis, per inuia loca gradientes, manna enutriti eximium efformant ſimulacrum

D

Deuter. 8.

Septuag. Oleaſt.

A eorum, qui mentem à tumultuoſa vita, ab inquieto ſæculo, à mundanis diſtractionibus auertunt, vt dum Altaris eſca alūtur, in ſpiritali ſolitudine cum Domino commorentur, qui adeò peculiaribus gratiæ ſubſidijs fulciri ſolent, vt à minuto etiam terrenarum rerum puluere affectus ſuos incontaminatos retineant, quod ſymbolicè in Iſraelitarum calceamentis ſupremo adminiculo non ruptis, vt eorum plantæ à puluere eſſent intactæ, præmonſtratum fuit.

Manna inter nemora paſti Iſraelitæ cæleſti Euchariſtię nectare refectos præfigurant,

B

Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij? Verſ. 6.

Indicatur ſenſus ad corticem litteræ.

C

Sponſus ad aprica loca, quibus mirificè oblectabatur, cùm quia in ijs vineas plurimas, amœna vireta, & floriferos hortos ad omnē voluptatē excultos poſſidebat, tum etiam quia hac occaſione feras venatione inſectabatur, quod illi erat maximum delicium, ad hæc non comite noua nupta ſine illius maxima afflictione redire non poſſe animaduertens, eam ſecum tranſuectare decréuit; quarè inſtructo magnifico apparatu, qualem ſummum Dynaſtam decebat, & ſplendor connubialis pompæ poſtulabat, thalamum, ſeu lecticam ad decumbendum, cùm opus fuiſſet, deferri mandauit, & pro illius cuſtodia ex peritiori claſſe deſtinatis armatis militibus, nouus maritus glorioſè proficiſcebatur

D cum recenti coniuge, quæ à veſtibus, & crinibus ſpirantiſſimum diffundebat halitum: vndè ruris incolæ, & peregrini occurſantes miro modo ab vnguentis ſponſæ exhilarati, & à magnifici ſpectaculi in eremo nonampliùs viſi ſtupore abſorpti exclamant. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?*

Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?

Enucleatur ſenſus ſpiritalis Euchariſtiam reſpiciens.

NOTVLA I.

Odoriferæ Chriſti fidelis virtutes, ſi Euchariſtico igne incaleſcăt, ſpiritalem fragrantiam in proximos effundunt admirabiliorem.

IN auguſtiſſimo Sacramento cæleſtis ignis cõtinuò flagrat, cuius typus fuit ille ignis, qui diuino iuſſu ſemper in Altari ardere debebat, & ille carbũculus ignitus, quo labia Iſaiæ purgauit Angelus; Damaſceno lib. 4. de fide cap. 14. interprete; hoc diuino incendio ſi tangantur virtutum aromata, quæ ſecum ad ſacram Synaxim pia anima defert, ſpiritalem ſuaueolentiam iaculantur adeò mirificã, vt homines, & superni ſpiritus illa abundè recreati exclament: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?* Quaſi obſtupeſcentes dicant: O animam admirandam, quæ Altaris igne accenſa talem ſanctimoniæ odorem emittit, vt ſimilis omninò videatur paſtillo ex pluribus odoratis compacto, qui dum à prunis concrematur, quoquò verſus halitus ſpirat iucundiſſimos. — Damaſcen.

Iacob ad genitorem Iſaac, vt feliciſſimam reportaret benedictionem, veſtibus acceſſit indutus auram efflantibus myrrhæ dulcem, qualem plurimi flores, & amœnæ herbæ redolere conſueuerunt; hanc ſuaueolentiam percipiens ſenex fauſta ſimul precatur gnato. *Statimquè vt ſenſit veſtimentorum illius fragrantiam, benedicens illi, ait: Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Det tibi Deus de rore cæli, &*

A *de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini*, ſic Geneſeos refert hiſtoria cap. 27. — Gen. 27.

Verùm ſi Iacob benedictione illa inſigni ditatus quemcunq; fidelem ſacroſanctæ Euchariſtiæ dono locupletatum præſignauit, iuxtà vulgatum Paſchaſij interpretamentum de Dominici corporis, & ſanguinis Sacramento cap. 21. profectò Iacobi veſtimenta adeò eximiè fragrantia admirabiles virtutum ſuffitus exhalantes ab anima diuinis flammis in ſacra menſa exæſtuante præindicarunt. — Paſchaſ. — Suaueolentes Iacobi veſtes virtutũ odorẽ præfigurarunt animæ in ſacra mẽſa æſtuãtis.

Ritus à Domino Exod. 30. præſcriptus erat, vt Aaron, & nati eius ad ſacerdotale munus electi, ſpirantiſſimo B delinirentur vnguento, quo typo optimè indicatur, quàm præſtantibus virtutibus olere debeant non modò veri Chriſtianæ Religionis Sacerdotes presbyteratus ordine inſigniti, ſed & cæteri fideles de Sacramento Altaris participantes, hos enim omnes vetuſtæ legis Sacerdotes denotabant, quo in ſenſu explicari poteſt Ambroſius in 16. Luc. aſſerens omnes Chriſtianos dici poſſe Sacerdotes. Sed quæ pro maiori propoſiti thematis comprobatione faciunt, proſequamur. — Exod. 30. — Ad Euchariſtiã accedentes virtutũ vndiq; diffundant odorem. — Ambroſ.

Iſraelitæ adolebant thymiama in tẽplo, vbi erat arca Domini, hoc autem C thymiama ex ſelectioribus aromatum ſpeciebus coaleſcebat, vt conſtat ex ſacro textu. *Dixitquè Dominus ad Moyſen: Sume tibi aromata, ſtacten & onycha, galbanum boni odoris, & thus lucidiſſimum, æqualis ponderis erunt omnia: facieſq; thymiama compoſitum opere vnguentarij, mixtum diligenter, & purum, & ſanctificatione digniſſimum. Cumquè in tenuiſſimũ puluerem vniuerſa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo teſtimonij, in quo loco apparebo tibi, Sanctum ſanctorum erit vobis thymiama. Talem compoſitionem non facietis in vſus veſtros, quia ſanctum eſt Domino*, Exod. 30. O benè expreſsũ ſymbolum, quo ſignificetur gratiſſima Deo, D Angelis, & hominibus Euangelicæ perfectionis ſuffimenta, quæ ab anima pia, dum igne ſupercæleſti in Altaris menſa exardeſcit, euaporant. — Exod. 30.

Magdalena ſtatim ac diuino amore calere cœpit, ſollicito gradu ad Simonis ædes, vbi Redemptor noſter conuiua erat, properauit; hìc cumulata religioſi cultus obſequia amoris ardore impellente Domino præſtitit pia mulier, quæ *ſtans retrò ſecus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat*, ſic Luc. 7. recenſetur. Maria Lazari ſoror ſtans ad pedes Saluatoris vim — Luc. 7.

Eu-

Paulin. Euchariſtici Sacramenti perſenſit, vt venuſtè notauit Paulinus epiſt. 4. *Quæ ipſum vinum*, inquit, *vinificumquè panem manibus, & ore præſumpſit, ſanguinem quoquè calicis, antequam fieret calix ſanguinis, oſculis ſugentibus prælibauit, & in ipſo corpore Chriſti corpus accepit*. Pedes Chriſti myſtico in ſenſu, Euangelij ſectatores ſunt, Auguſtin. Auguſtino expoſitore in Pſal. 51. Quarè Magdali Domina ſanctæ dilectionis feruore incitata, ſuauiſſimo vnguento Dominicas plantas irrorando, cuius odore domus repleta eſt, egregiè præmonſtrauit, quàm dulci euaporatione ſpiritali Chriſtianus cœtus perfundendus ſit à deuotæ animæ virtutibus, ſi has cæleſtis ſacræ Synaxis flamma calefaciat.

Exæſtuātes Euchariſtico igne virtutes ſpiritalē odoris fragrātiam euaporant.

Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, &c.

NOTVLA II.

Virtutum humanarum imbecillitas mirabiliter firmatur à vi Euchariſtici Sacramenti.

NON raró in hac mortali vita hominis cogitationes, quantumuis ſanctæ, dum in ſublime feruntur, ab irruentibus caducarum rerũ phantaſmatibus turbantur, retorquentur, ad terram miſerè deijciũtur, ſæpè pia vota à tentationum flabris agitata tenues reſoluũtur in auras; plurics ſtudioſi actus ab obuijs difficultatibus oppreſſi ſuo fruſtrantur fine, & vt breui epilogo rem perſtringam, quidquid perfecti operatur homo; qui ſuapte natura nunquam in eodem ſtatu permanet, inſtabilitati eſt obnoxium. Verùm licèt ita res ſe habeat, deuotè tamen cõmunicans ea gratia donari, & eo charitatis feruore accẽdi poteſt, vt inflexibili conſtantia directo tramite ad ſummos perfectionis apices tendat. Hoc à Spiritu Sancto innui reor, dum Euchariſtici conuiuij ſponſa virgulæ fumi aſſimilatur. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?* vel vt ex Hebræa voce תימרות *Thimeroth* Paguinus, & Vatablus vertunt. Pagnin. Vatabl. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, ſicut columna fumi*. Quarè ſicut mirum videtur, quòd ſubtilis, & attenuata euapo- A ratio æqualis conſcendat, & per amplã; atq; apertam aeris planitiem ita rectà ſe attollat, vt nullis ventorũ flatibus inflectatur; ita ſtupor eſt, quòd homo ex ſua naturali conditione, vanitati, & mutabilitati ſubiectus, tali firmetur gratia, & ea dilectione igniatur per ſacram Synaxim, vt aduerſus quoſcunquè tentationum impetus inſtar immotæ columnæ remaneat, nullis quantumuis nequiſſimorum ſpirituum flabris concutiatur, & in hoc mundi deſerto, vbi aduerſantis fortunæ tempeſtates inſurgunt, rixæ tumultuant, ſæuiunt tot vitiorum procellæ, inturbatus exiſtat.

Homo mutabilitati ſubiectus fit per ſacram Synaxim immobilis

Quantum Euchariſtia ſpiritalis igni- B tionis, & diuinitatis nobis impertire poſſit, optimè adnotat S. Damaſcenus lib. 4. de fide cap. 14. cuius verba excipe. *Apponentes oculos, & labia, & frontem, diuinum carbonem concipiamus, vt ignis in nobis deſiderij aſſumens ex eo carbone ignitionem comburat peccata noſtra, & illuminet corda noſtra, & participatione diuini ignis igniamur, & deificemur*. Perpende verbum hoc, *deificemur*, ſcilicet Deo ſimiles aliqua ratione reddamur, atquè ita quemadmodum Deus nullis ſubiacet viciſſitudinibus, ſed ſemper idem eſt, ſic & nos illius diuinæ immutabilitatis participes per deuotam ſacræ alimoniæ ſumptio- C nem pro noſtro captu efficiamur.

Damaſcen.

Diuinæ immutabilitatis particepſ homo.

Cum Chriſti humanitate in Euchariſtia concomitanter eſt præpotens ille Deus, qui olim conſtituit firmamentum in medio aquarum, Gen. 1. Quarè ſicut tunc ædificium inconcuſſum ſtabiliuit inter aquas, quæ natura ſua ſunt fluidæ, & faciliimè ventis ſpirantibus agitantur, & fluctuant, ita mortalium virtutes licèt liquida aqua mobiliores ſint, ſuo tamen omnipotenti influxu; quem maximè per ſacram Synaxim in animas deriuat, ne vacillent, efficit.

Gen. 1.

Mortalium virtutes in ſacra menſa firmantur.

Accidentia, quæ habent eſſe adeò tenue, vt non niſi ſubiecto innixa naturali lege conſiſtere queant in auguſtiſſimo D Altaris Sacramento, vt Catholica veritas docet, ſine vllo corporeæ ſubſtantiæ fulcro exiſtunt. Hinc cogitare poſſumus, ſi talẽ Numen transfundit firmitatem in panis, & vini accidentia, quæ in Euchariſtia reperiuntur, vt deſtituta ſubiecti ſuſtentaculo ſubſiſtant, qualem maiorem communicabit ſtabilitatem virtutibus animæ eiuſdem Sacramenti factæ participi? Vndè ſicut accidentia in ſacrata hoſtia, quæ ſubiecti fulcimento remoto, ex ſua naturali debilitate penitùs interire deberent, ope diuina ſuffulta ſuum retinent eſſe, ita Chriſtianæ virtutes ex humanæ infirmitatis conditione labiles, &

decl-

deciduæ per Eucharistiæ gratiam, ne corruant, mirificè sustentantur.

Parauerat prandium messoribus suis Habacuc, & ecce Angelus à Deo missus eum per æthera à Iudæa in Babylonem deportat, vt cibos illos Danieli leonum antro incluso suppeditet. Sed per quam corporis partem Angelus trãsuehit Prophetam? per capillum. *Erat autem Habacuc Propheta in Iudæa, & ipse coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo: & ibat in campum, vt ferret messoribus. Dixitq; Angelus Domini ad Habacuc: Fer prandium, quod habes, in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum. Et dixit Habacuc: Domine, Babylonem non vidi, & lacum nescio. Et apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui.* Daniel 14. Cur per exilẽ, & tenuẽ capillum, & non per brachia, aut lacertos, aut humeros cælestis minister apprehendit Habacuc? per has enim partes tutiori, & commodiori modo transferri posse videbatur. Arcani mysterium agnoscamus hic; Pabulũ, quod Habacuc Danieli detulit, Altaris refectionem adumbrauit, qua diuina prouidentia hominem hoc mundi ergastulo detentum spiritaliter alit; huius autem sacri cibi tanta est virtus, vt in homine illi adhærente, quidquid imbecillius, atq; debilius reperitur, admirando penitùs modo corroboretur.

Dan. 14.

Cur Habacuc per capillũ apprehenditur.

Quidquid est imbecillius in homine corroborat sacra Altaris alimonia.

Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, &c.

NOTVLA III.

Anima in sacra mensa aliquandò tali dilectione Dei inflãmatur, vt, dum ipsa consideratione, & affectu ad cælestia fertur, etiam corpus secum è terra eleuet.

Recta conscendens virgula fumi ex odoratis mixturis, vi caloris ab igne procedentis, cuius est subiectum, cui insidet, ni prædominante nimia grauedine deprimatur, in sublime tollere, appositè animam denotat, quæ igne diuinæ dilectionis in

A Eucharistia exardescente accensa ad superna feliciter tendat, ita vt disciplinis Spiritus Sancti attenuata, vt cum Cassiodoro hic loquar, non habeat grossitudinem carnalium desideriorum, quin & tanto superni Numinis impulsu sursum rapiatur quandoquè, vt corpus ipsum, quo adhuc illa circundatur, non obstante terrenæ molis pondere in altum euehat, quasi nescio quid gloriosæ illius dotis, quæ agilitas dicitur, particeps factum videatur.

Cassiodor.

Deferebat Habacuc operarijs suis epulas, & de repente ab Angelo per aera in Babylonem transportatur, vt Daniel 14. recensetur. Verùm si refectio-

Dan. 14.

B ne, quam Propheta parauerat, sacro sanctum pabulum designabatur, vt etiã antecedenti notula diximus; certè illa admirabilis viri per æthera transuectio ineffabiles eleuationes, quas non solùm in mente, sed in corpore etiam sacra Synaxis operatur, prænotauit.

Habacuc per aera Danieli cibũ deferens, eleuationes, quas sacra Synaxis operatur, prænotat.

Dum Arca fœderis de domo Obededom festiua pompa, varijsq; religionis obsequijs traducebatur, ipse regius Vates ante eam toto conatu ingentes edebat saltus: *Dauid autem totis viribus saltabat.* 2. Reg. 6. Plura sub huius historiæ vmbraculo mysteria obteguntur; hoc ex eorum potissimis esse arbitror, scilicet

2. Reg. 6.

C vt illis Dauidicis saltibus spiritales ascensus denotentur, quibus virtute Eucharistiæ, cuius figura notissima erat arca, pia anima aliquoties ea vi supernè effertur, vt simul & corpus in aera subleuetur.

Eucharistię virtute pia anima ea vi supernè effertur, vt corpus etiã in aera subleuetur.

Seruator noster tempore, quo Eucharisticam cœnam condidit, pedes Apostolorum abluit. *Cæpit lauare pedes discipulorum.* Ioan. 13. Quid mysticè plantarum ablutio designet, percipiamus à Philone lib. de victim. *Pedum verò*, inquit, *lotio significat non humi post hac incedendum, sed per æthera. Amans enim Deum anima re vera in cælum à terris emigrat, sumptisquè alis petit sublimia, cupida*

Ioan. 13.

Philo.

D *oberrandi cum Sole, Luna, cæterarumq; stellarum sacra militia ipso Deo duce, atq; Imperatore, cuius inexpugnabilis regni iussũ moderatur vniuersa, & singula.* Hinc satis intelligere possumus, quid sapientissimus magister Christus pedes discipulorum, quos ad sacrosanctum epulũ admittere decreuerat, abluendo indicare voluerit. Nimirùm Apostolos, cæterosquè omnes de sacra mensa dignè participantes, ea gratia fore donandos, qua per affectum humi repere desinerẽt, sublimia verò, & excelsa, Numine duce, peterent; tanto autem diuini Spiritus impetu anima quandoq; sursum attollitur,

Sacro cibo refecti humi repere desinunt, & sublimia appetunt.

vt corpus è terreno solo in sublime secū trahat, quod in pluribus sanctis contigisse nouimus, quorum exempla aliqua infra subnectemus.

Ioan. à Iesu Maria.

In compendio vitæ S. Teresiæ; quod Ioannes à Iesu Maria compilauit lib. 4. cap. 9. hæc de illa referuntur. *Quod omnes vehementiùs commouit die quodam, qui sanctissimo Patri nostro Ioseph sacer erat, cùm post Sacramenti sumptionem in choro esset, à terra palmos duos, aut tres extolli visa est.*

Margarita filia Regis Hungariæ, cùm sacrā communionem erat sumptura, pridiè nihil præter panem, & aquam sumebat, & noctem insomnem orando ducebat. Sumebat autem ipsum Sacramentū magna deuotione, & lacrymarum imbre, adeòq; interdum in spiritu rapiebatur, vt esse mortua videretur, nec rarò visa est inter cælum, & terram suprà cubiti altitudinem eleuata, nullis corporis sēsibus vtens. Hæc scribit Garinus apud Surium die 28. Ianuarij.

Garin.

Antonius Gallonius.

De S. Philippo Nerio hæc in eius vita ab Antonio Gallonio descripta leguntur. Initio Sacerdotij cùm in Ecclesia S. Hieronymi sacrum ageret, tanta repentè diuini spiritus abundantia replebatur, vt aquam, vinumquè in calicem de more infundere vix posset: Adeò enim eius manus in altum attollebantur, vt exilire quodammodò, & saltitare viderentur; atquè ille nisi brachio ad Altare tanquam adminiculo, maximo adnixus studio, cœptum opus prosecutus esset, nihil egisset vnquam. Huius diuinissimi Sacramenti, suprà quàm dici potest, cupidissimus, amantissimusq; vel ex eo solùm, quòd vacuum calicem in manibus teneret, incredibili perfundebatur lætitia. Quo tempore salutarem hostiam de more attollebat, ità eius mens rapiebatur in Deum, vt manus sublimè erectas deponere non posset. Retulit ille postea videri sibi, se ab aliquo apprehendi, atque altè à terra per vim mirabiliter sustolli. Eamquè ob rem in hanc deindè se dedit consuetudinem, vt salutarem hostiam quanta maxima posset, celeritate attolleret, & demitteret. In sacro faciendo, vbi vel maximè ad offertorium ventum erat, ea afficiebatur dulcedine, vt inter celebrandum toto corpore contremisceret, saltitaretquè; quos ille impetus vt reprimeret, vertere se sæpissimè consueuit, nunc in dextrum latus, nunc in sinistrum: modò pede terram percutere, modò demum caput perfricare manu. Vnum hoc tacitus prætereire non possū, in quo diuini amoris vis euidenter apparet. Mos illi erat,

A vt sine impedimento rem diuinam ageret (raptus enim, & ecstases timebat) vt antequàm sacris se indueret vestibus, id omni studio ageret, vt spiritus vehementiam, ardoremq; quo assiduè æstuabat, vtcunq; comprimeret: nunquam enim ille cùm subitò abstractus à sensibus, tota mente in rerum cælestiū contemplationem raperetur, sacrum fecisset, absoluissetq; nisi in vnam illam rem incubuisset, vt animum à diuinis auocaret. Et hæc quidem quanquam ille faciebat, eos tamen diuini amoris impetus sustinebat, vt lacrymis totus conficeretur; singultus frequentissimos ederet; B saltitaret: quibus fiebat, vt cogeretur sæpissimè à sacro faciendo eousquè cessare, quoad vires corporis, quas Christi amor abstulerat, iterùm se collegisse sentiret.

Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, &c.

NOTVLA IV.

Quò perfectiori fide quis ad Altaris Sacramentum accedit, eò meliùs disponitur ad illius sublimia mysteria cognoscenda.

C

Virgula fumi alta petens accommodatè significat animam fidei innixam ad excelsa arcana, & maximè ea, quæ in Sacramento continentur, contemplanda, diuina virtute eleuari: fumus enim, cùm secum obscuritatem semper habeat, aptissimè fidem, quæ est non apparentium argumentum, adumbrat.

D Ieremias sodalibus comitatus, tabernaculum, arcam, & Altare Numine inspirante in antrum deduxit, ibiq; inclusit. *Veniens ibi Ieremias inuenit locum speluncæ: & tabernaculum, & arcam, & Altare incensi intulit illuc, & ostium obstruxit. Et accesserunt quidam simul, qui sequebantur, vt notarent sibi locum: & non potuerunt inuenire.* 2. Machab. cap. 2. Tabernaculum illud in typo erat incarnatum Verbum, de quo Paulus ad Hebr. 9. *Tabernaculum non manufactum, &c.* Arca Eucharistiam; Altare verò aram, in qua Sacramentum conficitur, præsignabat: ad penetranda, quæ in his delitesc-

2 Machab. 2.

Ab Heb. 9.

litescunt, mysteria, aditus interclusus est socijs Ieremiæ, idest sensibus hominis, hi enim ad notitiam absconditi corporis, & sanguinis Dominici sub panis, & vini accidentibus peruenire nequeūt. Vt autem Vates cognouit, quos comites habebat, perscrutatos fuisse locum, subdit: *Quòd ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat: & tunc Dominus ostendet hæc, & apparebit maiestas Domini, & nubes erit.*

Fideles mirabiliter erudiuntur, vt Christi humanitatem, ac maiestatem sub panis, ac vini specie contineri intelligant.

Hoc oraculo præmonstratum fuit supernaturale lumen, quo Catholicorum cœtus sic erudiendus erat, vt in augustissimo Sacramento sub panis, & vini specie Christi humanitatem, diuinamq; maiestatem contineri intelligerent. Considerabis forsan hæc postrema verba: *Et apparebit maiestas Domini, & nubes erit.* quæ non satis inter se consonare videntur, maiestatis enim fulgor nube potiùs occultari potest, sicut videmus coruscātes Solis radios nubis vmbella quandoquè velari; sed egregiè docemur hìc Eucharistiæ diuina mysteria eò magis innotescere, quò fidei nubes circa ea extenditur.

Eucharistiç mysteria eò magis innotescūt, quo fidei nubes circa ea extenditur. Isai. 6.

Vidi Dominum, dicit Isaias 6. *sedentem super solium excelsum, & eleuatum: & ea, quæ sub ipso erant, replebant templum: Seraphim stabant super illud: sex alæ vni, & sex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c.* Sed cuius vultum, atquè pedes? Numinis, an ipsorum spirituum? Vtraquè expositio patronos habet, sed maior pars, Angelorum lumina, vestigiaq; velata existimat, vndè Symmachus vertit: *Velabant faciem suam.* d: qua re videri potest Gaspar Sanctius & Aluarez in citatum textum. Throno Dei, quem aspexit Propheta, Altaris Sacramentum; Seraphim verò illum circumambientibus, communicantes significantur. Insinuauit Chrysostomus hom. de Christi miraculis, cuius verba excipe. *Et si vos quidem Rex ad conuiuium vocet, cum timore accumbitis, cibosq; appositos cum reuerentia, & silentio sumitis: Deo autem vos ad suam mensam vocante, filiumq; suum vobis apponente, vbi Angelicæ potestates assistunt cum timore, & tremore, vbi Cherubini velant facies suas; atquè Seraphim cum tremore clamant, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus, vos audetis tumultuando, & vociferando ad spiritale illud conuiuium accedere.* Apertius Iustinus Martyr quæst. 44. ad orthodoxos. *Per visionem*, inquit, *Isaiæ Prophetæ, declaratum est Christi mysterium in solio, & esu suæ sanctæ carnis ex-*

Gaspar Sāctius. Aluarez.

Chrysost.

Iust. Mart.

A *piantis peccatū impiorum hominum.* Quarè Seraphim alarum tegmine faciem, & pedes tegentes, duabus verò alis volantes, simulacrum aptè efformant fidelis animæ, quæ felici volatu, dum fidei velamine, intellectus oculis coopertis, submisso affectu tantùm veneratur mysterium, in altum se erigit, multaquè sublimia de hoc Sacramento diuina luce illustrata percipit.

Qui fidei velo Eucharistię venerabitur mysteriū, miris diuina luce illustratus de hoc Sacramento edocebitur.

Peregrinātem per ignotas eremi vias Israeliticum populum præibat Dominus ad ostendendam viam, per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis. Verùm nonnè ab exordio mundi præpotens Deus condidit Solem, vt luceret per diem, Lunam in potestatem B noctis, vndè hæc duo luminaria ambulantibus vias satis demonstrare potuisse videbantur? Et cur nubes, quæ sua caligine lucem opacat, iubar obfuscat, ductricis munus obit? O egregium mysterium! vtraquè columna ignis, & nubis Eucharisticum Sacramentum præsignabatur, quod in tenebris sub fidei tegmine instar ignis columnæ illuminat, & in claritate diei instar nubis tenebrescit, quia eius arcana, qui intuitiuè cognoscere præsumit, caliginosam nubem sibi oppositam experitur; etenim talia admirāda in eo occultantur, quæ nec sensu per-C cipi, nec humani intellectus perspicacia, attingi queunt; deambulanti verò per obscuritatem noctis, hoc est, sola fide, est columna ignis, fax scilicet diuinæ lucis præuia affulget, qua non solùm certa demonstratur via, sed quandoquè etiā, animæ fidelis mens ita desuper irradiatur, vt ineffabilibus modis abditissima quædam huius Sacramenti arcana illi pandātur. Huic expositioni fauet Drogo serm. de Sacramento Dominicæ Passionis. *Gradere nunc & nobiscum Domine, ne desolemur, & tristemur in via hac, qua ambulamus; quoniam tu ipse quondam præcedebas filios Israel in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem.* D *Quæ est nubes, quæ præcedit viros Israelitas, nisi verissimum, & sanctissimum corpus tuum, quod in Altari sumimus, in quo velatur nobis altitudo diui, immensitas maiestatis tuæ, cuius calorem, & splendorem mortalis infirmitas sustinere non posset, nisi mediatrix nubes interposita, & ardorem temperaret desuper, & tutam subtus viam præmonstraret? hanc nubem totus exercitus tuus sequitur Domine Rex Sabaoth; qui autem non sequitur eam, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat.*

Eucharistici mysterij arcana panduntur ijs, qui fide duce sacræ mēsæ accumbunt. Drogo.

Admirationem concitare videtur, quòd quinq; millia virorum minùs ederint in illo conuiuio, quod illis parauit

Chri-

Christus in loco campestri, etenim solum quinque panes eisdem in edulium fuerunt distributi, *Et impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex panibus hordeaceis; quæ superfuerunt.* Ioan. 6. aliis verò copiosiori pabulo pauciores fuerunt refecti, nimirùm quatuor millia hominum, qui septem panibus pasti sunt, & fragmenta ad implendas tantùm septem sportas remansere.

Ioan. 6.

Chrysost.

Huius rei sacramentum agnouit Diuus Chrysostomus homilia 8. in Marcum, vbi sic venustè loquitur. *Videtis quid dicat; Quatuor millia hominum comedunt septem panes; de quinque panibus implentur duodecim cophini. De septem panibus implentur septem sportæ: de minori numero minus remanet; de maiori numero plus remanet. Illi enim quatuor millia, minor quidem in numero, cæterum maior in fide. Qui maior in fide, plus comedit: & quia plus comedit, minus ei remanet.*

Quò fides præstantior eò sacræ mensæ fructus vberior.

Premo hæc verba, *qui maior in fide, plus comedit*, ex quibus indicatur, quò præstantior est fides in sacræ mensæ conuiua, eò vberiores fructus percipit, eò altiùs de illius Sacramenti arcanis illuminatur.

A *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël. Vers. 7.*

Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: vniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. Vers. 8.

B Sensus ad corticem litteræ huius versiculi habetur supra in expositione versiculi, *Quæ est ista, &c.*

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Pacis, & reconciliationis arrhā exhibet Dominus in Altaris Sacramento.

C Lectulus Salomonis mysticè Eucharistia est, in qua Christus Princeps pacis maximè mitis est, & diuinæ vltionis furorem ab improbis concitatum cōprimit. *At verò Melchisedech Rex Salem proferens panem, & vinum, erat enim Sacerdos Dei altissimi.* Genes. 14. Melchisedech hoc loco figuram prælineauit Christi Domini Eucharistiam condentis, vt colligitur ex Psal. 109. & Apostolo ad Hebræos 7. vox verò, *Salem*, pacem sonat; Rex igitur pacis in Sacramenti institutione nominatur Seruator noster, vt intelligamus illum pacifici Regis personā D sustinere, dum sub panis, & vini speciebus continetur. Accinit nobis Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum. *Salem enim, inquit, pax exponitur, cuius Seruator noster Rex describitur, quem dicit Moyses Melchisedech, Rex Salem, Sacerdos Dei altissimi, qui panem, & vinum dedit in nutrimentum, in typum Eucharistiæ.*

Lectulus Salomonis Eucharistiā denotat.

Gen. 14.

Psal. 109. Ad Heb. 7.

Christus in Eucharistia pacifici regis personā sustinet.

Clem. Alex.

Ingenioso stratagemate adaptauit Rebecca gnatum Iacob ad paternam benedictionem obtinendam à caligante Isaac; *pelliculas (scilicet) hædorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit.* Gen. 27. Sagax mulier existimauit hanc solam extrinsecam in minoris filij cute.

Gen. 27.

cute similitudinem cum germano natu grandiore hispido satis futuram, vt Iacob pro Esau à genitore Isaac haberetur, benedictionemq; reportaret. Verùm, nonnè Iacob paterna benedictione frumenti, & vini locupleratus, Christũ adumbrauit, qui à Patre æterno ditatus est Eucharistico frumento, & vino, factus nimirùm tanti Sacramenti institutor, per quod tot animæ sanctificantur, quæ sunt preciosa supellex Seruatoris nostri? Porrò sicut Iacob nihil de fratre fero, & rigido habebat, sed totus lenis erat, asperitatis tantùm superficiem ab hœdinis pellibus mutuauit; ita Dominus noster sub sacris speciebus, nihil de antiquo illo rigore, quo adeò acriter in peccatores inuehebatur, vt vltionum Deus nominaretur, retinuisse videtur, sed summè clemens, & benignus apparet, & si quandò seueritatis aliquid exercet, hoc euenit, quia sicut Iacob pelles hœdinæ asperitatem aliquam subministrarunt, ità ille nimia improborũ petulantia exasperatur.

Christus in sacra mensa summè clemens.

In conuiuio illo à Sapientia instructo vinum non deerat, sine quo epulæ iniucundæ fuissent, sed non merum, *miscuit vinum*. Prouerb. 9. Quam ob causam vinum aqua temperatur? certè in vino ea inest vehementia, quæ strenuum quemcunq; hominem prosternere valet; egregiè enim Seneca epist. 83. *Alexandrum*, inquit, *tot itinera, tot prælia, tot hyemes, per quas victa temporum, locorumq; difficultate transierat, tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria tutum dimiserunt, intemperantia bibendi, & ille herculaneus, ac fatalis scyphus condidit.* Et venustè Ambrosius de Elia, & ieiunio cap. 13. *Quos mane, ait, insignes armis spectaueris, vultu minaces, eosdem vesperi cernas etiam à pueris videri sine ferro vulneratos, sine pugna interfectos, sine hoste turbatos, sine senectute tremulos, in ipso iuuentutis flore marcescentes.* Quin & armatas cohortes profligare solet. excipe Augustini verba to. 9. serm. de sobriet. & virginit. *Inuicti exercitus, vino dominante, extincti sunt, & seruitutis iugo subacti; innumerabiles ingum dominationes diù recusantes, vinolentia in alienum redegit arbitrium.* Quid mirum igitur, si vinum, quod Sapientia propinat, aqua sit dilutum, sic enim vini maxima vis cohibetur; ne hominem lædat, verè enim Tibulli Musa cecinit.

Prouerb. 9.

Seneca.

Ambros.

Augustin.

Tibull.

Mixtaq; securo est sobria lympha mero:

De qua re doctè differit Cornelius Celsus lib. 1. de medic. cap. 4. Sed quæ pro nostro scopo traduntur hic, attendamus: symposio à Sapientia pararo ex vulgata Patrum expositione sacrosancti

Cornel. Celsus.

A Dominici corporis, & sanguinis epulum præsignatum fuit, in quo vt quantum temperatus sit diuinæ iustitiæ ille furor, quo Deus fortis, & terribilis olim capita inuadebat, soluebat membra, homines sternebat solo. *Percussit de viris Bethsamitibus, eo quòd vidissent arcam Domini: & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis.* Reg. 1. cap. 6. apposito symbolo vini aqua mixti significatur; sicut enim merum, cuius tam forte robur est, vt vidimus, quàm terribilis extiterit priùs dominator ille omnipotens super filios hominũ, ita vinum aqua dilutum, quàm mitigatus sit, aptè adumbrat.

Sacro in ferculo diuinæ iustitiæ furor temperatur.

1. Reg. 6.

B Disquiri potest, cur Dominus noster eam locutionis formulam ad conficiendum Altaris Sacramentum præscripserit, vt ex vi verborum, quæ ad humanitatem assumptam spectant, ponantur in Eucharistia; nempè corpus in consecratione panis, & sanguis in consecratione vini; vt huius mysterium aliquod nobis pandatur, in mentem reuocemus Christum vt hominem reconciliationis munere pro nobis peccatoribus apud Patrem fungi. *Semen Abrahæ apprehendit; Vndè debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi.* Ad
C Hebr. 2. Quarè humanatus Dei filius primo aspectu vt homo nobis proponitur in Eucharistia, vt concipiamus illum in hoc Sacramento, quæ illi vt homini, non vt Deo competunt, maximè exercere, scilicet rogare Patrem, ne in nos propter peccata nostra acerbè sæuiat, sed pius, & misericors veniæ sit largitor.

Ad Heb. 2. Cur Christus Dominus, vt homo nobis in sacra dape proponitur?

Vide quæ diximus suprà ad vers.

Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum,

cap. 2.

D



Omnes

Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, &c.

NOTVLA II.

In sacra mensa excitantur, & instruuntur fideles ad pugnandum contra humanæ salutis hostes.

SVB Salomonici lectuli typo Eucharistiam significatam, in qua Christus pacificus quiescit, diximus antecedenti notula, consectaneè per fortes, & accinctos viros Salomonis lectulum ambientes intelligi possunt ad sacram Synaxim accedentes, qui vigiles, & inter robustissimos strenui, gladijs armati, atque militari arte exercitatissimi dicuntur, vt indicetur, quàm excubantes, & benè apti pro spiritali conflictu euadant Dominicam mensam frequentantes.

Præcepit Numen, vt bellicæ insonarent tubæ, quoties Hebræis pugnare contingebat. *Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes, qui dimicant aduersum vos, clangetis vlulantibus tubis.* Numer. 10. optimè quidem, quòd perstreperent buccinæ vel in ipso congressu, earum enim clangori vis maxima inest ad audaces bellatorum animos corroborandos, ad martialemq; eorum ardorem inflammandum magis; vel ante congressum, vt præliatori tubarum sonitu admonerentur de aduentante hoste, & ad arma capessenda non essent desides, vt sic benè parati in phalanges inimicas irruere possent. Sed admirationi esse videtur, quod ibidem ex diuino mandato subnectitur. *Quandò habebitis epulum, & dies festos, & calendas, canetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis.* Sed ad quid, quæso, tubarum horrisonus clamor, vbi summa quies, vbi hilare symposium instruitur, vbi læta, & festiua sunt omnia? Nonnè ad demulcendos tranquillè epulantes aptior est musicus concentus, blanda lyræ, & citharæ symphonia, quàm infestus tubarum increpitus? Equidem in humanis sic possumus discurrere, sed mystica, quæ hic delitescũt, inuestigemus: epulum, & festum, & pacificæ victimæ, de quibus sacer textus hic, Eucharisticum conuiuium omni iubilo plenum, in quo Christus maximè pacificus adest, designabat; in hoc autem comedentes eo superni flaminis spiritu replentur, vt veluti cælesti tuba animati vires ad strenuè dimicandum reassumant. Accommodatè igitur admodùm ad hoc mysterium præmonstrandum iussit Dominus, vt Hebræi tubis clangerent, dum in solemni hilaritate epulabantur, pacificasq; offerebant victimas.

Num. 10.

Ibidem

A

Sacræ mẽsæ accumbẽtes diuinos concipiũt animos ad strenuè cõtra spiritales hostes dimicãdum

Quatuor anteà diebus domi detinendus erat Agnus paschalis, antequam immolaretur ab Israelitis, Dominus enim mandauit, vt decima die mensis tolleret eum vnusquisquè per familias, & domos suas. Exod. 12. ad quartam decimam mensis litandus erat; *Et seruabitis eum*

Exod. 12.

B

vsq; ad quartam decimam diem mensis huius. Rupertus in citat. loc. huius rei arcanum hoc pandit. *Vt quid tandiù antè tollitis tanto tempore seruaturi? videlicèt vt dum ille præsto est, causa quoquè eius corda vestra sollicitet, ne sitis immemores, vel imparati, quid transeundum est, dum ille tot antè diebus de profectione paranda vos admonet: quoties enim ille balatum emittit, toties quasi tuba sonitus exituras castrorum acies excitet.* Ex hoc interpretamento mentem eleuemus ad sublimiora mysteria; ab Agno illo legali Christum veluti mitissimum Agnum in Eucharistia præsignatum fuisse satis innotescit, quarè iterati eiusdẽ Agni balatus aptè præadum-

Rupert.

C

brarunt gratiæ excitamenta, quibus Agnus Eucharisticus redditurus erat fideles maximè expeditos, & paratos contrà aduersarios, qui spiritale bellum acriter intentant, & vafri obseruant, si quandò nos imparatos inuenire possint.

Eucharistico pabulo expeditissimi fideles reddũtur in aduersarios

Validus ille palæstrita apud Regium Vatem sic loquitur. *Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi.* Psal. 128. expugnantium nomen hic supprimitur, quia nimirùm tot fuerunt, vt ad eos indicandos numerus potiùs indefinitus, quàm determinatus congruus videretur. Miser homo: Heu

Psal. 128.

D

quot habet aggressores, ægritudinum turmas, aduersantis fortunæ impetus, honoris, diuitiarumq; despoliationes, infida amicorum consortia, petulantis carnis insultus, dæmones infensissimos. Admirandus planè fortis athleta, qui tot impulsibus non fuit profligatus: Vnde tantus vigor? certè non sub infirma senecta, sed sub florida ætate de tot inimicis victor triumphauit. *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea.* Sed quid spiritalem inuicti roboris iuuentam viuidiorem semper facit? nonnè sacrosancta refectio, vt Ecclesia in solemnitate Dominici corporis celebri illa antiphona ad-

Eucharistica refectio vires præbet, ad hostes debellandos.

admonet. *Introibo ad altare Dei, summam Christum, qui renouat iuuentutem meam.* A

Pone mensam, contemplare in specula comedentes, & bibentes: surgite Principes, arripite clypeum. Isai. 21. (Isai. 21.) modus hic loquendi ad antiquum morem alludere videtur, quo Duces, & Imperatores, suos commilitones ad prandium, vel in castris, vel in arce admittebant, vt eorum amorem sibi magis conciliarent, & dapibus, atq; poculis exhilarati animi ad fortiter decertandum fierent alacriores: huius meminit consuetudinis Alexand. ingenial. (Alexand.) cui non dissonat, quod Philippus Augustus præliaturus contra Othonem Imperatorem, aureo in cratere vippam de exercitu primarijs exhibens, B eos sic extimulabat. Bibite ex hoc, commune aut laudatissimæ mortis, aut victoriæ poculum erit, refert Caussinus Polyhistor ij symbolici lib. 3. num. 52. (Caussin.) Sed qualem contineat spiritalem sensum, præmemoratum Prophetæ oraculum, inuestigemus. Hieronymus in citat. (Hieron.) Isaiæ locum, militare illud conuiuium de Eucharistica refectione exponit, quo interpretamento admisso, quod nobis considerandi proponuntur fideles in specula de Dominico corpore, & sanguine vescentes. *Contemplare in specula comedentes, & bibentes.* Specula locus eminens est, à quo longè hostes prospectari possunt, hac igitur in specula constituti communicantes nostræ obijciuntur contemplationi, vt percipiamus, quàm attenti, & circumspectiores accurati à diuina alimonia fiant, ad præcauendam hostium aggressionem inopinatam. (Communicãtes veluti in specula constituuntur ad præcauendam hostiũ aggressionem.) *Surgite Principes*, scilicet non vt milites de ignobili vulgo, qui spiritibus generosis destituti, debiles sunt sub Martis furore, sed vt Proceres, & Antesignani nobilissimi, qui ob audacem indolem validissimi sunt in acie; Clypeum quoq; arripere iubentur, *Arripite clypeum*, vt de singulari munimine, quod illis suppeditat Altaris mensa, moneantur.

Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani. Vers. 9.

Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum: media charitate constrauit propter filias Ierusalem. Vers. 10.

Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius. Vers. 11.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

PRodibat sponsus cum noua nupta per campestria comitantibus omnibus, quæ regiam magnificentiam ostentare, & genialem pompam in admirationem vsq; possent C illustrare; inter hæc ferculum erat, vehiculum scilicet currus ad instar triumphalis, splendidè, & mirificè ornatum ad deferendũ ipsum Salomonem recens maritum, ac proindè & coniugem suam, cum qua omnia habebat communia; & quidem carruca vehendi virum, & mulierem sub festiuo nuptiarum exordio consuetudo apud antiquos inoleuit, vt colligitur ex ijs, quæ habet Pollux lib. 3. cap. 3. num. 4. quem refert Sherlogus hic vestigat. 27. sect. 1. num. 3 & alios pro hac re. (Pollux. Sherlogus.) Porrò ferculi materia erat de pretiosioribus naturæ gazis, scilicet de Libani fragrantissimis, & imputribilibus lignis, auro, argento, gemmis, & D purpura, artis præstantia eleganter concinnabat opus, columnę argenteæ in eo splendebant, ex fuluo metallo reclinatorium fulgebat, sella scilicet aurea throni formam referens, in qua pars corporis lassa commodè reclinari poterat, quæ sublimis pro maiestate erat, & ad eam per gradus nobilissimo ostro vestitos consessuri ascendebant. *Ascensus purpureus*; intimum, & meditullium carpenti emblemata amorem castum referentia condecorabant, ad insinuandum Hierosolymitanis puellis connubium supremi Dynastæ cum adolescentula opibus,

bus, & stemmate, infima quidem, sed pudicitia, modestia, alijsquè dotibus præclaris conspicua, quibus probus, & ingenuus adolescens illectus, non autem œstro lasciuientis amoris incitatus, ad huiusmodi nuptias deuenerit, quo exemplo proposito Sionidis puellabus, ad mores, & amores pudicos pellicerentur. *Media charitate constrauit propter filias Ierusalem*. Demirantes autem montium, & ruris incolæ tam splendidum, & opulentum spectaculum, cuius gloriam potissimè adaugebat corona Salomon geniali, quam ab amantissima matre acceperat, redimitus nobilissimas vrbis incolas inuitant ad foras prodeundum, vt in aruis intueantur pompam adeò insignem, qua maiorem in ciuitate Prouinciarum Principe conspici non posse arbitrantur. Hic breuis est huius postremi versiculi ad superficiem litteræ sensus. *Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius,*

Ferculum fecit sibi Rex Salomon, &c.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Sacra alimonia victitantibus, qua itur ad cælùm, via facilis redditur.

Philo Carpath.

Alanus.

FErculo carnem Dominicam significari autumat hic Philo Carpathius. *Ferculum, inquit, caro Christi dicitur*. Non dissonat Alanus hic dicens; *Ferculum figurare humanam naturam veri Salomonis, idest veri pacifici Christi. hoc fabricatus est Christus in vtero virginali carnem sumendo, & effigiando corpus humanum, & infundendo animam creatam. Ferculum fecit de lignis Libani, idest composuit de substantijs purissimis, anima, & corpore, hanc naturam; quæ partes ambæ immunes ab omni peccato, & munditia pulchra, & durabilitate perpetua, vt ligna Libani montis. Et hanc naturam vocat ferculum, quia hac mediante filius Dei delatus est in mundum*. In hoc mystico ferculo assumimur & nos, cùm Christo ita coniungimur per sacram Synaxim, vt in eo maneamus. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo*. Ioan. 6. Ioan. 6.

Porrò sicut qui ferculo, scilicet carruca, seu lectica feruntur (ferculum enim à ferendo dicitur, vt notat hic Carpathius, & hoc in sensu ferculum accepimus supra ad corticem litteræ) commodum iter peragunt, nec ita laborant, sicut qui pedites incedunt, ita qui Christi ferculo vehuntur in via ad supernam patriam directa feliciter pergunt, non multum fatigantur. *Ferculum*, igitur, *fecit sibi Rex Salomon*, scilicet Dominus noster rex pacificus ferculum humanitatis sibi construxit, & sibi etiam gloriæ tribuit in hoc humanitatis suæ ferculo quemlibet pium fidelem, per Altaris communionem, socium admittere, vt eum secum ad cælestem Olympum suauiter eueheat.

Carpath.

Qui Christi vehũtur ferculo ad supernã patriam feliciter pergunt.

Vulgatum satis est pronunciatum, neminem ad cælum rheda transuectari. Verùm planè de mundana rheda, qua ita corporalibus commodis, & sensuum delinimentis vacant quandoq; homines, vt diuinæ legis rationem nullam habeant. Secus de Dominico carpento, quo cum iucunditate super sydera scandere possumus.

Peregrinatione fessus Elias somno corripitur, ab Angelo excitatur, & vt restauret defatigatas vires subcinericio pane, grãdem viam peragendam adhuc illi superesse proponitur. *Surge, comede: grandis enim tibi restat via. Qui cùm surrexisset, comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vsquè ad montem Dei Horeb*. 3. Reg. 19. Sed quomodò dicitur, *ambulauit*, dũ Propheta adeò grandem progressus est viam, ad cuius terminum peruenire non potuit, nisi spatio quadraginta dierum, & quadraginta noctium? Sanè ambulatio sonat breuem progressionem, quæ exercendi corporis, & relaxandi animi causa fit, vndè non satis cohærere videtur verbum hoc, *ambulauit*, quadraginta dierum, & quadraginta noctium itineri. Verùm optimè cohæret, talem enim ex cibo illo, Eucharistiæ satis noto typo, propheta hauserat promptitudinem, & facilitatem ad sustinenda illius itineris incommoda, vt non laboriosa, & longa peregrinatio illa sibi visa sit, sed suauis, & breuis deambulatio, quæ totius humanæ vitæ curriculum mysticè denotauit; egregiè enim Paschasius tract. de corpore,

3. Reg. 19.

Itineris incommoda sustinet Elias cibo refectus Eucharistiam prænotãte. Paschas.

pore, & sanguine Domini cap. 10. *Hoc quippè potu*, ait, *ac cibo Elias de manu Dei pastus quadraginta diebus; per quos præsens sæculum designatur, in fortitudine vsque ad montem Dei dicitur peruenisse.* Ad montem, inquam, Dei, scilicet ad Empyreum.

Seraphim Dei throno adstantes vidit Isaias. *Sex alæ vni, & sex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* Isai. 6. Ambiguum videtur, Dei ne, an Seraphim vultus, & pedes fuerint occultati; Veterum, & recentiorum numerosior classis ipsorum spirituum vultus, & pedes velatos arbitratur, vndè Symmachus vertit: *Velabant facies suas, & pedes suos.* Hac verò expositione admissa, de qua plura videri possunt apud Sanctium in cit. loc. percunctor, cur hi beatissimi spiritus ea sub forma appareant, vt pedes quidem habeant, sed ad gradiendum non satis expeditos, vtpotè gemino alarum integumento inuolutos, & impleatos? memorati Seraphim circumambientes superni Numinis solium, vultus, & pedes suos velantes alarum inuolucris, innuente Chrysostomo homil. de Christi miraculis, ideam ad Eucharistiam accedentium efformant, qui cùm ea gratia donentur in sacra mensa, vt quidquid arduum in semitis ad cælestem patriam tendentibus obijcitur, facillimè superent, & eas adeò promptè, & velociter excurrant, vt potiùs volare, quàm progredi videantur; apto schemate hos repræsentant Seraphim alis duabus explicatis volitantes, non pedibus incedentes: quin & Seraphinorum pedes alarum pennis innexi conspiciebantur, vt à suo progrediendi munere feriati clariùs dignoscerentur.

Et vidi (inquit Ezechiel cap. 1.) *& ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone: & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius: & de medio eius quasi species electri, idest de medio ignis: & in medio eius similitudo quatuor animalium.* Et paulò post describens qualia essent illa animalia, subdit. *Similitudo autem vultus eorum; facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autem bouis, à sinistris ipsorum quatuor, & facies Aquilæ desuper ipsorum quatuor.* Capite autem decimo repetens eandem visionē dicit. *Quatuor facies habebat vnum: facies vna, facies cherub: & facies secunda, facies hominis; & in tertio facies leonis: & in quarto facies Aquilæ.* Cur hac in secunda enarratione pro boue cherub recensetur? Qui nexus, quæ affinitas bo-

Isai. 6.

Symmachus.

Sanctius.

Chrysost.

Eucharistico cibo refecti cliuosos difficultatū tramites facillimè superāt.

Ezech. 1.

Idem c. 10.

A uis cum cherub? bos animal, quod sua corporea mole prægrauante, non sine fatigatione progreditur: penniger cherub non difficulter volitat. Sed vt arcani mysterium agnoscamus, discamus priùs à D. Gregorio Papa in citat. loc. quid illa species electri significet. *In electro enim*, inquit, *dum aurum argento miscetur, argentum ad claritatem crescit, aurum verò à suo fulgore pallescit; quia igitur in vnigenito Dei filio, natura Diuinitatis vnita est natura nostra, in qua adunatione humanitas ad maiestatis gloriam excreuit, Diuinitas vero à suo fulgoris potentia humanis se oculis temperauit, quasi electrum factum est.* Porrò hanc electri speciem,

B quæ humanatum Dei filium denotabat, nubes circumambiebat. *Et nubes magna, &c. & de medio eius species electri*, Quarè quis inficiabitur ibi Eucharisticum Sacramentum, in quo Christus Dominus sacrorum accidentium tegmine, veluti nube velatur, adumbratum fuisse? Cùm autem ea sit sacræ Synaxis virtus, vt hominem pro via spiritus ità attemperet, ità alacrem, atq; paratum ad progrediendum per eam reddat, vt hic quasi grauamen illud post Adæ lapsum, carnis spiritui reluctantis sentire non videatur, & non grauis, & tardi motus bouis, sed alitis leuissimi perniciter volitantis per semitas iustitiæ speciem referat, hoc

C elegans hieroglyphicum bouis in Cherubim transmutati præindicauit.

Quis ex vobis homo, qui habet centum oues: & si perdiderit vnam ex illis, nonnè dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam? Et cùm inuenerit eam, imponit in humeros suos. Luc. 15. Admirandus planè modus reducendi ouem ad caulas baiulando eam pastor humeris suis. Quid quæso opus erat ouiculam sic gestare, vt gregi associaretur? Nonnè satis muneri suo bonus pastor satisfecisset, si errantem quæsisset, & eam repertam in via recta collocasset, per

D quam ad gregem ipso ducante tedire potuisset? ità sanè de vulgari pecudū magistro liceat disserere, sed Euangelista sub memorata parabola pastorem, qui Dominico corpore, & sanguine suo pascit rationales oues, indicat; hic autem vt beatorum gregi associet hominē, quem instar errantis ouis in hac mortali peregrinatione vagantem inuenit, proprijs veluti humeris gestat, dum illum corpori suo coniungit, atq; suæ carnis participem facit. Insinuauit hoc egregiè Hilarius canon. 18. in Matth. *Errans*, inquit, *homo in corpore Domini est elatus*. Et huc respexit vetustissimus ille Ecclesiæ

D. Gregor.

Sacra Synaxis virtus in iustitiæ semitis hominem reddit expeditissimum.

Luc. 15.

Vagantem hominē p Eucharistiā beatorū gregi associat Dominus.

D. Hilar.

ste mos insculpendi in vase, in quo Eucharistia conficiebatur, Christum pastorem ouem humeris deportantem, de quo diximus notula 5. ad versic. *Meliora sunt vbera tua vino*, cap. 1. Sed pro nostræ thesis scopo contemplemur ouicula humeris pastoris delata repræsentari pium fidelem in Christo per sacram Synaxim manentem, ab eiusq; gratiæ singulari adminiculo, veluti quodam auxilio ad supernum ouile feliciter perduci.

Panis tritici substantia per verba consecrationis à Sacerdote prolata in Christi corpus transmutatur, solis accidentibus panis remanentibus. Equidem, vt ex frumento panis conficiatur, ardua multa præcedunt, ager aratro finditur, antequàm in eo frumentum seratur; hoc natum à noxijs herbis purgatur, maturum sub feruentissimo Solis iubare metitur, ab aristis in area ingeminatis ictibus excutitur, à puluere purgatur, mola conteritur, à furfure secernitur farina; hæc aqua admixta in pastam redigitur, voluitur, & reuoluitur, furno ad coquendum inijcitur, cocta extrahitur; quarè panis frumentarius, qui tot laboriosis operationibus paratur, aptè designat labores vniuersos, quibus in hoc mortalitatis statu homo subiectus est, quod indicatum fuit ab orbis conditore, quando in protoparentem nostrum lapsum protulit infaustum illud effatum: *In sudore vultus tui vesceris pane*. Genes. 3. Quo insinuauit, quantum illi, & eius soboli insudandum esset in comparandis ijs, quæ ad corporalem, & spiritalem vitam necessaria sunt. *Nomine enim panis* (inquit Abulensis in cit. text.) *accepit omne quod quærimus, & nobis necessarium, & conueniens est*. D. Ambrosius, *in sudore manducabis*, legit, & sic explicat, de labore in spiritalibus exercitijs. *Quòd si tam, scilicet terram exercuerimus, in labore quidem, & sudore erimus, sed tamen panem manducabimus, repugnat enim lex carnis legi mentis, & laborandum nobis est, ac desudandum, vt castigemus corpus, & seruituti redigamus, & quæ sunt spiritualia seminemus*. Chrysostomus ibidem veramq; significationem amplexus hæc habet. *In sudore faciei tuæ vesceris pane tuo. Animaduerte quo pacto post peccatum, & inobedientiam omnia secùs contigerunt, quàm antea, & planè diuersa: quasi diceret. Ego quidem cùm in hunc mundum te prodire feci, volebam te degere absquè doloribus, & laboribus, sudoribus, & ærumnis, & omni felicitate frui, neque corporalibus necessitatibus obnoxium esse, sed ab omnibus illis liberum. Quia verò non profuit tibi tanta securitas, eapropter & terra maledicam, ita vt absquè satione, & aratione non proferat suos fructus, sicut antea: sed & cum multo labore, molestijs, & ærumnis, afficiam te tristitijs, & continuis fatigationibus. Efficiam item, vt nihil promoueas absquè sudoribus, vt his exercitatus perpetuam doctrinam habeas modestè agendi, tuamq; ipsius naturam agnoscendi*. Ex his lucem habere possumus ad cognoscẽdum quid mysterij innuatur, dum per consecrationem omnis panis substantia abit, relinquuntur verò sola panis accidentia, nimirùm per virtutem augustissimi Sacramenti sic deliniri hominis defatigationes, sic in virtutibus faciles reddi progressiones, vt labor omnis durus absit, leuis tantùm remaneat, qui laboris tantùm speciem referre videatur.

Frumentarius panis labores, quibus homo subiectus est, denotat.

Gen. 3.

Abulen.

D. Ambr.

Chrysost.

Eucharistiæ virtute sic omnis deliniatur defatigatio, vt speciem tantũ laboris referre videatur.

De lignis Libani.

NOTVLA II.

Inanes sunt hæreticorum conatus contra veritatem augustissimi Sacramenti.

FErculo Salomonis Eucharistiam significatam vidimus antecedenti notula, quod elaboratum dicitur de lignis Libani, hoc est cedrinis, quibus vtpotè imputribilibus, nec tineæ corrosioni subiectis, & à temerante carie immunibus appositè designatur veritas eiusdem Sacramenti diuinis præsidijs ità munita, vt à prauis hæreticis lædi minimè possit. Ad hoc idem mysterium respiciebant arca, & mensa vulgatæ Eucharistiæ figuræ ex diuino mandato de lignis Setim constructæ, quæ ligna corruptelæ non sunt obnoxia. Exod. cap. 25. de lignis cedrinis exponunt nonnulli. *Ecce ego vobiscum sum, vsquè ad consummationem sæculi*. Matth. cap. 28. Hæc fausta pollicitatio non de Ipsius Christi solum reali præsentia in Eucharistia vsquè ad finem militantis Ecclesiæ accipienda, vt exposuimus suprà ad versicul. *Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ*, cap. 2. sed etiam de singulari eiusdem Domini

Exod. 25.

Matth. 28.

Cant. 2.

pa-

latrocinio ad vindicandam semper è peruersitate hæretica veritatem, quam fides Catholica habet de Altaris Sacramento.

Ausi sunt Philisthæi arcam fœderis collocare ante Dagonis simulacrum. *Tuleruntq; Philisthijm arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam iuxtà Dagon. Cùmq; surrexissent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante Arcam Domini: & tulerunt Dagon, & restituerunt eum in locum suum. Rursumq; mane die altera consurgentes, inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram arca Domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super limen: porrò Dagon solus truncus remanserat in loco suo.* 1. Reg. 5. Notissimum Eucharistiæ symbolum Arca; Philisthæi quoquè Arcam in fanum Dagonis introducentes, hæreticos perfricatæ frontis designant, qui verum Dominici Sacramẽti cultum pertinaci malitia labefactare præsumunt; significatum igitur fuit veritatem Eucharistiæ de hæretica peruicacia gloriosiùs semper triumphaturam. Detruncatum autem cum manibus Dagonis caput, aptè adumbrat falsas doctrinas, quæ in auctoribus hæresum, veluti in capite resident, & eorum conatus, ac machinationes per manus designatas, expugnandas funditùs a Catholicæ fidei sectatoribus.

1. Reg. 5.

Eucharistiæ veritas de hæretica peruicacia triumphans.

Sic præcepit Moyses Aaroni. *Sume vas vnum, & mitte ibi Man, quantum potest capere gomor.* Exod. 16. Septuaginta legunt: *Accipe vas aureum vnum, & inijce in illud plenũ gomor Man.* Eidem lectioni adhæret Cyrillus lib. 3. in Ioan. cap. 34. *Audis* (inquit) *quomodo vas aureum per Aaron impletur manna?* Vase illo mãna seruatuo, Eucharistiæ duratio in Ecclesia, præsignata fuit; materia autem vasis, aurum erat, quod nec ærugini subijcitur, nec ab igne absumitur, quin ab eo purius exit: quarè aptè adumbrauit, quantum præualitura semper foret Dominici Sacramenti pura, & sincera veritas aduersus quorumcumquè falsorum dogmatum iniurias, & ab impijs impugnatoribus lucidior proditura, sicut aurum è fornace nitidius extrahitur.

Exod. 16.
Septuaginta

Cyrill.

Dominici Sacramenti veritas aduersus falsorũ dogmatum iniurias præualens.

Adeò inuida, & truculenta rabie inualuerunt Babylonenses in Danielem veri Numinis cultum docentem, vt Cyrum regem induxerint ad illum famelicis leonibus tradendum, rati vt ab eis discerperetur, voraretur, sed voto frustrantur, probus enim propheta superno fultus munimine à ferocientibus belluis non offenditur, & illis circumambientibus securus sedet. habetur historia Daniel. 14. Ad mystica transeamus, Babylonij falsa religione decepti malignè ad necem prophetam Danielem veræ religionis magistrum designantes, hæreticos præfigurarunt, qui execranda prauitate in Christum insurgunt, verissimè dicentem. *Accipite, & manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.* Luc. 22. *Ego sum panis vitæ. Hic est panis de cælo descendens. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum, & panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meã carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Qui mãducat me, & ipse viuet propter me. Hic est panis, qui de cælo descendit. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Ioan. 6. Ex quibus clarè satis innotescit ipsum Christum in Sacramento Eucharistiæ realiter adesse, hanc autem veritatem Catholicam à varijs, falsis, & confectis interpretationibus impij hæretici veluti à voracibus belluis deglutiri posse arbitrati sunt, sed sicut Babylonensium, ità & horum frustranei semper fuere nisus, & erunt.

Dan. 14.

Luc. 22.

Ioan. 6.

Frustraneus hęreticorũ labor in reali Christi pręsentia in Eucharistia occultanda.

Sub olei symbolo in sacris paginis Eucharistia pluries præsignatur. *Frumento, vino, & oleo stabiliui eum.* Gen. 27. *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me.* Psal. 22. *A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt.* Psalm. 4. Quid arcani sub hoc typo? oleum lucidum, si in aquam turbidam cadat, ab ea offuscari nequit, feliciter supernatat, nihilquè de primæuo suo nitore deperdit: sic veritas Eucharistici Sacramenti, licèt in lutosas hæreticæ prauitatis lagunculas incidat, ab eis tamen, nequè denigrari, nequè coinquinari potest, sed semper illibatam retinet puritatem, & conspicuam seruat claritudinem. Recolamus breuiter, quot ab ipso Ecclesiæ exordio veritatem, quam fides catholica de venerando Altaris Sacramento tradit, errorum caligine obtenebrare irrito conamine tentauerint. Carpharnaitę primi de Eucharistiæ veritate mussitarunt dicentes.

Gen. 27.

Psal. 22.

Psal. 4.

Veritas Eucharistiæ nullis hæreticæ prauitatis erroribus denigratur.

Varij de Eucharistia hę reticorum errores.

Capharnaitę.

Quo-

Quomodo potest hic nobis carnem suam dare A *ad manducandum*? Iosu. 6. Primi negantes Christi corpus esse in Eucharistia, videntur fuisse Simoniani, & Menandri, qui impiè Christum verum corpus non habuisse asseuerabant: de his videri potest Ignatius apud Theodoretum dial. 3. Paulus Samosatensis falsa opinione delusus malè interpretans verba illa, *diuidite inter vos*: &, *qui pro vobis funditur*, affirmabat Christum in Eucharistia perpessionibus subiectum esse. Nestoriani tantùm in vsu Eucharistiam, Sacramentum esse opinabantur. Manichæi cùm Dei filium sanguine destitutũ existimarent, eum ipsum verò in ciborio negabant consistere. Armeni vesani B homines asserebant Christi corpus in Eucharistia esse corpus diuinitatis, humani corporis argumentum è Virgine Maria generari. Iconomachi, qui sanctas Imagines è templis eliminabant, affirmabant esse quandam repræsentationem Christi ab Ipso Christo institutam, scilicet panem, & vinum in Eucharistia, Dominici corporis, & sanguinis adumbrariuam, quorum error refertur in Concilio secundo Nicæno act. 6. Pauliciani, Manichæorum, & Valentinianorum errore contaminati Eucharistiam nihil aliud esse prædicabant, quàm illa verba, *Accipite, manducate, & bibite*; tametsi neque panis, neque vinum obijcerentur. Io. Scotus, non ille Doctor C subtilis, sed alius antiquior, qui tempore Caroli Magni circa annum Domini DCCC. scripsit. Is enim primus in Ecclesia Latina de hac re dubiè scribere cœpit, cuius librum de Eucharistia damnatum fuisse in Concilio Vercellensi testatur Lantfrancus in suo libro de veritate corporis, & sanguinis Domini in Eucharistia. Bogomilæ nescio qua amētia delusi, Eucharistiam non esse aliam, quàm orationem Dominicam euulgabant. Berengarius docuit primò corpus Domini non esse in Eucharistia, nisi vt res significata est in suo signo, paulò post D mutauit sententiam dicens, corpus Domini esse quidem in Eucharistia cum ipso pane copulatum; tertiò tandem opinionem eierauit suam. Petrobrusiani, & Henriciani ita dicti à Petro Bruis, & à quodam Henrico, affirmabant, cùm primùm Christus Dominus protulit illa verba: *Hoc est corpus meum, & hic est calix sanguinis mei*, in vltima cœna mirabilem illam panis, & vini in Christi corpus, & sanguinem mutationem factam fuisse; deinceps verò commenta, & fallacias esse, quod Sacerdotum ministerio dicitur, aut creditur fieri in Altari. Albigenses non aliter Seruatorem nostrum esse autumabant in Eucharistia, quàm in cæteris rebus sit, qui error cōsonat Vbiquistarum sectæ. In hunc cæca fraude, & vesania laborantium cœtum admitti possunt Lollardi, Flagellantes, Vuiclefistæ, Taboritæ, Piggardi, puri Lutherani, Interimitæ, Adiaphoritæ Augustanæ confessionis proceres, Carlostadiani, Zuingliani, Georgitæ, Dauiditæ, Oecolampadius, Vuolfangus, Musculus, Henricus Bulingerus, Petrus Viretus, Ioannes Campanus, Gaspar Suenckfeldius, Ioannes de Lasco, Rodolphus Galrerius, Ioannes Leonardus, Cælius Secundus, Bernardinus Ochinus, Benedictus Aretius, Guilielmus Kleinnuitzius, Ludouicus Lauaterus, Nicolaus Hermingius, Abdias Liberinus, Ioannes Stutmius, Lambertus Daneus, Christianus Hoffiander, Simon Simonius, Ioannes Candidus, Ioachimus Curæus, Theophilus Alimantius, Benedictus Thalmannus, Nathanael Aelianus, Ambrosius Vuolfius, & alij, qui cùm inter se maximè dissentiant, in veritate solùm Eucharistiæ oppugnanda conueniunt; horum versutias plures Catholici detexerunt, & quàm inania sint figmenta quæcunq; ab eisdem adducuntur, feliciter demonstrarunt. In hac classe sunt, Franciscus Turrianus Societatis Iesu contra Andream Volanum Polonum Caluini discipulum, qui de sanctissima Eucharistia doctissimũ tractatum edidit; Claudius de Sainctes Episcopus Eboricensis, qui de rebus Eucharistiæ controuersis repetitiones, seu libros decem euulganit. Cardinalis Roffensis, qui non solū doctrina, sed etiam sanguine fidei nostræ dogmata illustrauit, & Oecolampadiũ aduersùs Eucharistiam impia audacia blaterantem, neruosis argumētis coarguit, & apertè conuicit. Cardinalis Bellarminus insignis hæreticorum expugnator tom. 3. lib. 1. cap. 1. mirabiliter veritatem huius Sacramenti dilucidanit. Petrus Cotonus Societatis Iesu, Gallico idiomate Catholicam institutionem aduersùs hæreses, & superstitiones huius æui posteritati tradidit, & de spectantibus ad veritatem Eucharistiæ optimè agit à cap. 44. vsq; ad cap. 57. & etiam videri possunt, quæ supra diximus scholastica methodo differentes ad versiculum primum capitis primi Canticorum, de existentia Eucharistiæ euidenter credibili, & ad vers. *Vox dilecti mei*, cap. 2. de transubstantiatione; & ad versiculum, *En ipse stat post parietem nostrum*. eiusdem capitis, de reali Christi præsentia sub sacris speciebus.

Iosu. 6. — Simoniani. — Menandri. — Ignat. apud Theodoret. — Paulus Samosaten. — Nestoriani. — Manichæi. — Armeni. — Iconomachi. — Conc. Nic. — Pauliciani. — Io. Scotus. — Lantfrãcus. — Bogomilæ. — Berengar. — Petrobrusiani. — Albigenses. — Vbiquistæ. — Recensentur alij quã plurimi. — Accerrimi hæreticorũ oppugnatores. — Franciscus Turrianus. — Claudius Sainctes. — Card. Roffen. — Card. Bellarm. — Petrus Coton.

Columnas eius fecit argenteas.

NOTVLA III.

Eo deuotè communicantes spiritu replentur, quo & alios ad sacrosanctam Eucharistiam venerandam, & dignè sumendam alliciant.

Alanus hic.

COlumnæ, inquit Alanus hic, *significant dona Spiritus Sancti, quibus quasi columnis innixa est anima Christi, de quibus Prouerb. 9. legitur. Sapientia adificauit sibi domum, & excidit in ea columnas septem: argenteas vocat, hoc est prædicatione, & operatione Dei splendidas.* Sed & hæc omnia cælestia munera per sacram Synaxim fidelibus quoquè communicantur, illius enim virtuti potissimè tribuendum est, quòd tot eximij Doctores spiritu feruentes in Ecclesia extiterint, & modò extent, qui, dum Euangelium enunciant, atq; dilucidant, fidem Catholicam veluti columnæ sustē-
C tant, & sicut argentum purissimum eorum sincera vita resonat; columnæ quoquè argenteæ ferculi Eucharistici, hi dicuntur, quia dum moribus probis, eloquijs sanctis, quæ vt argentum igne examinatum sonora sunt, ad dignum cultū, & ad deuotam, atq; frequentem Eucharistiæ sumptionem cæteros fideles pertrahere maximè student, veluti columnæ argenteæ hoc fidei mysterium fulcire videntur.

Clem. Alex. Clemens Alexandrinus oratione adhortatoria ad Græcos Dei nomine sic hominem alloquitur. *Tu es cithara, tibia, & templum meum: cithara propter harmo-
D niam, tibia propter spiritum, templum propter verbum, vt illa quidem resonet, hæc verò inspiret, templum autem contineat Deum.* Cur autem homo templum Dei nomine-

Heruetus. tur, Heruetus ibidem sic explicat. *Nempè Verbum carne tectum mysticè, & spiritualiter comestum in se continet.* Homo igitur, quia de Dominico corpore, & sā- guine vescitur, Dei templum euadit, sed cithara etiam, & tibia fit; cithara quidem, quia ea gratia in sacro cōuiuio donatur, qua sanctatum operationum concentum Catholico cœtui suauissimum edit: tibia verò, quia quem fidei, & deuotionis spiritum ergà Altaris Sacramen-

Sacro refecti ferculo sanctarum operationū concentum suauissimū cæteris fidelib⁹ edūt.

A tum in Dominica mensa hausit ipse, in cæteros Christi cultores feliciter transmittit.

Ad expugnandam vrbem Ierichontinam, per muros eius arcam circumferri, & ante eam sacerdotes tubis obstrepētes pergere Dominus mandauit. Iosue 6. Mysticus historiæ sensus indicat, quā efficax futura foret virtus Eucharistiæ, arca fœderis præsignatæ, in profligandis virijs vniuersis, quæ, quia hominem, vt Lunam mutabilem reddunt, appositè Ierícho Lunæ formam referenti adumbrantur; optimè quidem: Sed quid peculiaris arcani portendunt Sacerdotes
B arcam præcedentes, tubisq; clangentes? Sanè tubæ nonnisi inspiratæ sonant, nimirùm vt concipiamus Sacerdotes, Præsules, Doctores, nec non cæteros deuotè communicantes, quas superni flaminis felices auras à supercælesti alimonia trahunt, insufflando in alios Euangelij sectatores, veluti insonante tuba, eos aduocare ad Dominicas epulas.

Iosue 6.

Sacræ mensę accumbētes cælestes quos hauriunt ab Eucharistia spiritus, alijs communicant.

Si solium illud eleuatum, in quo Dominum sedentem vidit Isaias, Altaris Sacramentum repræsentabat, vt Iustinus Martyr quæst. 44. ad orthodoxos notauit, Seraphim idem solium circumambientibus significatos fuisse, quales euadant Eucharisticam mensam dignè
C frequentantes, nō incongruè affirmaueris; quarè sicut Seraphim dicuntur, quia & amore in Deum accensi sunt, & alios ardere faciunt, vndè eos inflammatores, & incendentes vocat Dionysius de cælesti hierarchia cap. 7. à Seraphim illuminationes ad alias spirituum supernorum classes iaculantur, cùm ipsi tantùm à Deo illuminentur, vt Angelicus Doctor prima parte quæst. 112. art. 2. tradit; ita & Dominico pabulo victitantes, amore in Deum inflammātur, aliosq; inflammant; diuina luce illustrantur, atq; alios illustrant. Ardeat, si vult incendere orator, verissimum est in arte benè dicendi documentum: Seraphico
D exæstuet affectu in venerabile Sacramentum, qui simile incendium in alijs suscitare vult. Egregium huius rei symbolū expressit Seraphim ille, qui de Altari ignitum carbonem detulit ad labia Isaiæ mundanda, illo enim carbone sacratam buccellam præsignatam agnouit Damascenus lib. 4. de fide cap. 14. & Iustinus Martyr loco supra citato.

Iust. Mart.

Dionys.

D. Thom.

Dominico pabulo victitantes amore in Deum inflammātur, & alios inflammant.

Damascen.

Recli-

Reclinatorium aureum.

NOTVLA IV.

Tantum sibi complacuit bonus Iesus sub sacris speciebus pro nostra refectione existere, vt in illis, quasi in magnifica, & commoda sede quiescere sibi videatur.

R*Eclinatorium aureum*, hoc peculiari artificio elaboratum, sellæ formam ad commodissimã sessionem referebat, vt indicant in corticæ litteræ; quod si ità est, vbinam in sacrata hostia aliquid esse potest huic reclinatorio quadrans? Sed ò admirandam planè Seruatoris nostri bonitatem: adeò enim sibi satisfacit sub exiguis panis, vel vini accidentibus adesse ad nostram spiritalem alimoniam, vt in illis, veluti in pompatico, & ad omnem commoditatem instructo throno residere se reputet. Collineat egregiè in idẽ Sacramentum, solium illud sublime, in quo sedentem Dominum vidit Isaias, de quo sic loquitur Iustinus Martyr quæst. 44. ad orthodoxos: *Per visionem Isaiæ prophetæ declaratum est Christi mysterium in solio, & esu suæ sanctæ carnis.*

Isai. 6.
Iust. Mart.

Infantulum Iesum statim ac immaculata Virgo peperit, *pannis inuoluit, & reclinauit in præsepio*: Luc. 2. Non miror, quòd sanctissima Virgo nulla puerperij eximia ornamenta parata haberet, & panniculis, atq; fasciolis de inopi supellectile diuinum pusionem circumuestierit; benè enim nouerat illum paupertatis, & submissionis magistrum inter mortales nasci, propterea & vilia incunabula elegisse, informem speluncam, obscuros parietes, & humani fastus vel minimum insigne eliminasse. Miror, quòd populo tenello indulgentissima parens in præsepio pro cubili paleas substrauerit, & molle aliquod stratulum de suo tenui censu paratum pro infantuli accubitu secum non detulerit, hoc enim ad congruum amantissimæ matris, & virginum prudentissimæ munus spectare videbatur. Mysterium agnoscamus hìc; Sciebat de supernis edocta Maria filium, quem cum æterno Patre habebat communem, Bethleemiticum stabulum pro natali solo sibi sequestrasse, vt in eo præ-

Luc. 2.

A monstraret, se aliquandò in Ecclesia futurum panem Eucharisticum, ac proindè quidquid illum præadumbrare poterat pro singulari delicio habere: cùm autem paleæ indices sint grani, ex quo panis conficiendus, & in Dominicum corpus, & sanguinem transmutandus erat, inter paleas puerulum collocat sanctissima parens, non ignara in his suauiùs eum cubare propter Sacramenti repræsentationem, quàm in delicato lectulo. Fauent huic cogitationi nonnulla Patrum effata, Theophili lib. 1. in Euangel. *Nã Bethleem domus panis, Iuda verò confessio interpretatur. Illic natus est Iesus, qui dixit, Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi*, B Bedæ relati à D. Thoma in Catena ad illud Luc. 2. *Et peperit &c. Duri præsepis angustia continetur, cui cælum sedes est, vt nos per cælestis regni gaudia dilatet. Qui panis est Angelorum, in præsepio reclinatur, vt nos quasi sancta animalia carnis suæ frumento reficiat.* Et luculentiùs omnibus pro re nostra loquitur S. Hesiodus lib. 2. de laud. Virg. *Libens, inquit, reconditur in præsepio, vt qui sunt pecuini accurrant, & reperiant λόγον, idest sermonem in præsepio constitutum, vt ex eo retineant dignitatem rationalem, & qui currunt ad paleas, frumentum nanciscantur.*

Recens natus Dominus suauissimè in paleis cõquiescit propter Eucharistici Sacramẽti repræsẽtationem.
Theophil.
Beda.
Hesiodus.

Affinia habent Gregorius Thaumaturgus C serm. 1. de Annunciat. & Presbyter Hierosolymitanus serm. de Deip. Thaumaturgi verba hæc sunt. *Reclinauit in præsepio eum, qui super Cherubim sedet, & ab infinitis Angelis collaudatur, in irrationalium animalium præsepio diuinum verbum requieuit, vt hominibus verè irrationalibus secundum liberam voluntatem, rationalem sensum tribueret. In mensa iumentorum cælestis panis propositus est, vt homines instar pecorum irrationales, mystici cibi participes redderet.* Presbyter Hierosolym. *Reclinauit*, inquit, *in præsepio eũ, qui sedet super solium; hæc porrò non frustrà contingebant, sed in præsepio animalium irrationalium proponebatur, ὁ λόγος,* D *idest verbum, & ratio, vt pro instituto accurrentes homines irrationales, sensus rationalis participes efficeret, in mensa bestiarum proponebatur panis cælestis, vt ex hominum genere, hi qui bestiales erant, communicationem mystica esca exhiberet.*

Greg. Thaumat.
Presbyter Hierosol.

Hinc dilucidatum remanet Gregorij Thaumaturgi cit. serm. 1. de Annunciat. ad finem, elogium illud de antro Bethleemitico, in quo Saluator natus est. *Thronus re vera & hic erat Cherubicus, thronus regalis.* Licèt enim in illo humili loco nihil corporeis oculis appareret, quod thronum maiestate regia dignum delinearet, tamen quia cælestis

Greg. Thaumat.

puerulus in paleis adeò iucundabatur A propter figuram salutiferi panis, quam sic referebat, vt palearum cubile nō dissimile videretur throno, quem supremo Monarchę Cherubim splendentes incuruatis humeris efformare possēt, & alij cuicunq; solio ad regalem magnificentiā demonstrandam apto. *Thronus re vera, & hic erat Cherubicus, thronus regalis.*

Ascensum purpureum.

NOTVLA V.

Sanguis in Christi passione effusus, cōmunicantibus obijcitur, vt ad vicem rependendam stimulos inijciat.

GRadus, per quos ad auream sellam in Salomonis ferculo ascēsus erat, mysticè sanguinem, quē Seruator noster in sua passione emisit, denotabant. Accinit Alanus hic. (Alanus.) *Ascensus purpureus*, inquit, *passio, quam ascendendo in crucem sustinuit, & cuius merito in cælum ascenditur, ideò dicitur ascensus, & purpureus, quia per eum caro Christi fuit sanguineo colore purpurata.* C Huius autem passionis memoria recolitur in sacra Synaxi, in qua & eundem sanguinem pro nobis à Christo effusum recipimus, quo ad æqualem calicem eidem Domino reddendum maximè prouocamur.

Mos apud veteres inoleuit, vt qui inter se amicitiam fidissimam sancire decreuerant, sanguinem ad inuicem è vena extractum sibi propinarent, de qua re Tertullianus in Apologet. cap. 9. (Tertullian.) *Defusum brachijs sanguinem Toxaris apud Lucianum: etenim simul atque incisis digitis* D *sanguinem in calicem distillauerimus, summissisq; atq; intinctis gladijs ambo pariter admonentes biberimus, non est quidquam, quod non indè queat dirimere.* Certè clementissimus Iesus sanguinem, quem præ amore erga nos effudit, in Eucharistia nobis etiam præbet. Quarè par est, vt & nos in amicitiæ fœdere stabiliendo correspondentes affectu reciproci amoris sanguinem nostrum exhibeamus, & si re ipsa cruoris effundendi nulla sit occasio, saltem hoc exoptemus, hoc vouamus.

(Cōicans, vt vicem Xpo rependat, sanguinem pro Christi amore effūdere saltem cupiat.)

Consuetudo ab ipsis Ecclesiæ primordijs ad nostrum vsq; æuum inualuit, Martyrum corpora subtus Altare, vbi sacra fiunt, condendi; quod indicatum videtur illo Apocalyps. 6. (Apoc. 6.) *Et cùm aperuisset sigillum quintum, vidi subtus Altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant.* Hoc Altare, iuxta Augustinum serm. 11. de Sanctis, (August.) illud intelligitur, in quo diuina mysteria peraguntur. *Rectè*, inquit, *sub Altari animæ iustorum requiescunt, quia super Altare Domini corpus offertur.* Apposita combinatio ad repræsentandū formatæ dilectionis completas vicissitudines; sicut enim in sacra Synaxi Christus ijs, qui postea martyrium subiere, sangui- B nem suum pro amoris perfecti argumento hauriendum dederat, ità & hi sanguinem suum eidem Domino, ad mutuū amorem contestandum, libauere.

Iusto Dei zelo accensus Stephanus acri inuectiua Iudæis crimina, quorum erant rei, obiectabat, obstinati animi vitium, motionibus diuini flaminis reluctamina, prophetarum execranda homicidia. *Dura ceruice, & incircumcisis cordibus, & auribus, vos semper Spiritui Sancto resistitis. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri?* Act. 7. (Act. 7.) Idem dū ab ijs postea saxorum turbine peteretur, & cruentaretur, totus clemens, blandus totus apparet, Numenq; genuflexus rogat, vt quod admittebant facinus, benignè indulgeat. *Domine ne statuas illis hoc peccatum.* Ibidem. (Ibidem.) Quæ huius mutationis causa? Quid adeò humanum, & lenem modò reddit Stephanum in Iudæos, quos priùs seuerè coarguere solebat? Ego certè Protomartyrem in Iudæos ita modò mitescere reor, quia ab eis beneficio singulari affici se reputabat, quatenùs nimirùm ab ipsorū ictibus vulneratus, Domino ad votū retribuebat sanguinem, pro sanguine sacro, quem hauserat in Altaris mensa, cui de more primæui fidelium cœtus singulis diebus assidere consueuerant. Act. 2. (Act. 2.)

(Sanguinem Domino retribuēs Stephanus, in Iudæos mitior redditur.)



Media charitate constrauit propter filias Ierusalem.

NOTVLA VI.

Quo amore intimo corporis, & sanguinis sui refectionem largiatur Dominus, fidelium considerationi obijcitur, vt & ipsi ad redamandum pelliciantur.

MEDIA est nomen substantiuum, & accusandi casus significans intimũ ferculi in Hebræo pro *constrauit*, est *Rasupb* רצוף, quod pruná, & carbonem ignitum sonat, vndè videtur hic indicari Salomonici ferculi medium rubinis, vel carbunculis, qui ardentissimi amoris sunt characteres, splendidum fuisse, quo symbolo ad similem amorem prouocabantur filiæ Ierusalem. Quid aptius contemplationi nostræ exhiberi potest, vt intelligamus in Eucharistici ferculi meditullio radiantẽ charitatem, affectum scilicet summum, & flagrantissimum, quo Christus sacram alimoniã nobis suppeditat, vt ei vices rependam', atq; gratificemur.

Agnus igne assus in Paschali festiuitate manducandus erat Israelitis, Numine ita mandante. *Et edent nocte illa carnes assas igni.* Exod. 12. [Exod. 12.] Legalis Agnus notissimus Eucharistiæ typus, ignisquoque amoris vulgatissimum symbolum. *Amor siquidem ignis, & ideò amare ardere est*, inquit Cassiodorus de amicitia: [Cassiodor.] aptissimus igitur Agnus igne assus ad indicãdum summum, & flagrantissimum amorem, qui nobis Eucharisticum Agnũ in cibum condidit. Accinit Rupertus lib. 2. in Exod. cap. 20. [Rupertus.] *Igne*, inquit, *assatur in altari, operatione namquè spiritus Sancti panis corpus, vinum fit sanguis Christi.* His affinia habet D. Thomas opusc. 58. cap. 16. [D. Thom.] *Quòd comederunt agnum tantùm assum igni, significat, quòd corporis Christi consecratio credenda est celebrari per potentiam Spiritus Sancti*,

Christi amor erga nos in Eucharistia flagrantissim⁹

Ex victimis pectusculum sacerdotibus debebatur, vt Leuit. 7. refertur. Quale mysterium hoc ritu nobis indicatur, inuestigemus, quæso; vulgatum est victimis illis Altaris sacrificium, & Sacramen- A tum adumbrari: pectusculum quoquè notissimum amoris symbolum; in typo igitur monentur sacerdotes celebrantes, cæteriquè fideles de corpore, & sanguine Dominico participantes, vt ad amorem præcipuè attendant, quo augustissimum Sacramentum conditum est: In idem arcanum collineatum autumo animantis pectusculum, quod in conuiuio (teste Philone Iudæo in Ioseph) ab isto Patriarcha donatum fuit Beniamin, [Philo.] vt nimirùm illum sibi in pectore, & amoribus esse significaret; etenim sicuti Iosephi symposium sacram referebat mensam, ita singularem Saluatoris nostri affectum, B quo nos diuina alimonia pascit, illud potissimæ dilectionis Iosephi in Beniamin argumentũ præmonstrauit.

Sacræ mensæ accũbẽtes, amorem recolant, quo sacer cibus paratus est.

Nubes magna, & ignis inuoluens, & splẽdor in circuitu eius: & de medio eius quasi species electri, idest de medio ignis. Hæc Ezechieli diuinitùs demonstrata fuere, [Ezechiel. 1.] quæ cùm plurium mysteriorum hieroglyfica sint, aliqua è potissimis perscrutemur. Nubes illa magna sacrorum accidentium inuolucra, quibus Dominus obtectus sub electri specie repræsentabatur, designabat, vt Not. 1. ad hunc Versiculum declarauimus; quarè quid aliud, quæso, in figuris erat ignis ille, de cuius medio species electri prodibat, nisi ardentissimus amor, C à quo donum salutaris pabuli humanitatem, & diuinitatem continentis emanauit?

Ibant simul colloquentes Elias, & ingenuus eius discipulus, atquè fidus comes Eliseus, cùm hic repentè ad superiora eleuatum, atquè per æthera flammeo curru flãmeis equis transuectari vidit magistrum suum Eliam, palliumq; ab eo demissum suscepit. *Cumq; pergerent, & incedentes sermocinarentur, eccè currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrũquè: & ascendit Elias per turbinem in cælum. Eliseus autem videbat, & clamabat: Pater mi, Pater mi, currus Israel, & auriga eius. Et non vidit eum ampliùs: apprehenditq; vestimenta sua, & scidit illa in duas partes. Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei.* D 4. Reg. 2. [4. Reg. 2.] Pallium ab Elia delapsum carnem Christi in Eucharistia beatis accidentibus velatam præmonstrauit, vt exponit Chrysostomus homil. 2. ad populum Antiochenum sub finem. [Chrysost.] *Tanquam*, inquit, *maximam hæreditatem Eliseus melotem suscepit, etenim verè maxima fuit hæreditas omni auro pretiosior. Et erat post hæc duplex Elias ille, & erat sursum Elias, & deorsum Elias. Elias nempè melotem discipulo reliquit; filius autem Dei ascendens, suam nobis carnem demisit: sed Elias quidem exutus, Christus autem &* no-

nobis reliquit, & ipsam habens ascendit. Eliseus itaque pallium Eliæ accipiens, vbi illum igneo curru per aera deferri fuerat contemplatus, ideam prælineauit piæ animæ, quæ, quàm sublimi amore æstuaret Redemptor, cùm mysticum pallium, carnem scilicet suam nobis in altaris Sacramento reliquit, diligenter recogitat.

Pia anima Xpi amorē recogitans Eucharistiā insinuentis.

Eliseus votum suum sic Eliæ expressetat: *Obsecro vt fiat in me duplex spiritus tuus.* 4. Reg. 2. Sic & nobis geminus spiritus à mystico Elia Christo postulandus est, spiritus nimirùm, quo mentes nostræ illuminentur, vt benè perpendere possimus, quibus amoris flammis accēsus amantissimus Iesus corpus suum in cibum, & sanguinem in potum nobis aptauit, & spiritus Domini, quo in sacra Synaxi incalescant corda nostra, &, vt cum Damasceno loquar, participatione diuini ignis igniamur.

4. Reg. 2.

Damascen° lib. 4. de fide cap 14.

Communicaturi à Chrysostomo homil. 84. in cap. 19. Ioannis in illud, *Exiuit enim sanguis, & aqua*, monemur, vt cogitemus nostris labijs Christi lateri admotis, sacrum illius cruorem nos ebibere. *Quoties*, inquit aureus Doctor, *ad admirandum calicem accedis, tanquam ab ipso latere hauriens accedas.* Sancta admodum, & proficua valdè meditatio, qua excitamur, vt mentis aciem intendamus in venam, quæ in nos diuinum illum potum deriuat, in cor nimirùm Domini amore vulneratum; fieri enim nequit, vt dum talem amoris scaturiginem attentè consideramus, non aliquis reciproci amoris affectus in nobis suscitetur. Terquè, quaterquè beata Catharina Senensis, quæ affluenter potata fuit fonte illo supercælesti; hæc enim aliquandò salutari pabulo refecta ex singulari Dei fauore dilectissimum Iesum præsentem vidit, sicq; sibi dicentem audiuit. Os tuum lateri meo appone, & de sanguine meo abundè ebibe, cui dulci mandato obtemperans Virgo deuota feliciter bibit, & amore veluti absorpta remansit.

Chrysost.

Communicans Christi lateri os admouere se putet.

Laudatissima Ecclesiæ cōsuetudo olim fuit, vt columbā ex auro, vel argento effigta Eucharistiæ theca esset, vt adnotat Eminentiss. Baronius tom. 1. anno Christi 57. num. 152. Molanus lib. 2. de historia sanctarum imaginum cap. 8. & Amphilochius in vita S. Basilij, cuius verba retulimus suprà Notul. 1. ad Versiculum huius tertij capitis. *Tenui eum, nec dimittam, &c.* Appositè autem in columba aurea, vel argentea recondebatur venerandum Sacramentum, vt illo diuini amoris notissimo insigne continuò vigeret recordatio ab amore viuificum il-

Baronius. Molanus.

Amphiloch.

Cibus Eucharisticus ab amore datus, amorem pariter exigit.

A lum cibum dari, amoremq; pro amore exigere. Eidem amoris mysterio per columbam significato consonare potest huius clausulæ, *Media charitate constrauit*, expositio apud aliquos, qui per charitatem significari autumant emblema aliquod amoris, vt columba vel gemmata, vel ex splendenti aliquo lapide elaborata; quæ in interiori ferculi Salomonici parte conspiciebatur, vt sinceri, & perfecti amoris inter nouos coniuges nobile argumētum. Audiamus Almonacirū de Eucharistia locum hunc interpretantem. *Quòd si dicamus in meditullio illius ferculi esse amoris symbolū inter sponsum, & sponsam, nimirùm duas columbas candidissimas*
B *mutuò se exosculantes: significatur in Ecclesia Catholica mutui amoris inter Christum, & Ecclesiam sponsum præextitisse symbolum, nempè sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum, & sacrificium sacrosanctum. Nam præterquamquod in hoc Sacramento, & sacrificio passionis Christi memoria recolitur; hoc Sacramentum peculiari ratione amoris diuini symbolum est, quem & efficit in nobis, & maximè repræsentat: est enim vnitatis, & concordia Sacramentum: immò ita ardet Christus amore suæ Ecclesiæ, vt excogitauerit hoc Sacramentum, veluti medicamentum quoddam amatorium, quo in Deum non solùm incenderemur, sed cōuerteremur.*

Almonacir.

C

Egredimini, & videte filiæ Sion
Regem Salomonem in diademate,
quo coronauit illum mater sua
in die desponsationis illius,
& in die lætitiæ cordis eius.

NOTVLA VII.

E sæcularibus delicijs exeant, qui de sublimi augustissimi Sacramenti excellentia diuinitùs erudiri desiderant.

D

VT foras prodeant, inuitantur Hierosolymitanæ ciuitatis incolæ ad solemnem Salomonis noui sponsi pompā, regiamq; magnificentiam in atris prospectandam, vt suprà ad superficiem litteræ indicauimus; hoc verò materiali exitu, spiritalis designatur, mundanæ scilicet voluptatis domicilio

cilio egressus in ijs prærequisitus, qui edoceri cupiũt de excelsis, & admirãdis semper magis nuptijs Christi cum anima per sacram Synaxim celebratis, de his enim præsenti versiculo agi Aponius hic adnotat. *Ostendunt ergò filiabus Sion, inquit, desponsationis dies, inter Dei filium Verbum, & Ecclesiam in eius passione celebratos; desponsationem enim, annuli, & osculi traditionem, corporis, & sanguinis sui Sacramentum sub passionis tempore in Apostolis tradidisse probatur.*

Aponius.

A nequissimo Spiritu Chananææ gnata acriter infestabatur; pro filia genitrix supplicat: *Miserere mei Domine fili David: filia mea malè à Dæmonio vexatur.* Matth. 15. cui Dominus: *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Hac panis suggestione animosior deprecatrix facta Syrophœnissa subnectit; *Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.* His vocibus Servator statim flectitur, roganti mulieri benignus annuit. Diximus alibi Redemptorem, qui huic fœminæ misereri decreverat, quid preces eius efficaciores reddere potuisset, suggessisse sub panis nomine, virtutem nempè Eucharistici panis, cuius sola memoria Servatorem nostrum votis hominum maximè indulgentem reddit. Optimè quidem; sed aliquidnè in Chananæa præcessit, quod Christum allicere potuerit ad ei insinuandum mysterium sacrosancti panis? Equidem Syrophœnissa lares proprios, patriaq; sedes deseruerat. *Secessit Iesus in partes Tyri, & Sidonis, & ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa:* scilicet vt hoc typo moneamur, præuiam dispositionem ad participandum de arcanis altissimi Sacramentis esse, si exeamus è commodorum nostrorum nidulo, & à sensuum oblectamentis, atq; à sæculi vanitatibus longè recedamus.

Matth. 15.

A sæculi voluptatib' sit alienus, qui de arcanis altissimi Sacramenti particeps fieri desiderat.

Factus pecudũ magister Moyses, gregem ad secretiora deserti loca duxit; & ecce antè oculos eius admirabile prodigium, rubus inter flammas, & ab illis indevoratus: gressus ad portentum illud propiùs inuisendum mouere cæpit pastor, cùm vocem de medio rubi sibi imperantem audit, vt discalceatus incederet. *Moyses autem pascebat oues Iethro soceri sui sacerdotis Madian: cùmq; minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb. Apparuitq; ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat, quòd rubus arderet, & non combureretur. Dixit ergò Moyses: Vadam, & videbo visionem hanc magnam, quarè non comburatur rubus. Cernens autem Dominus, quòd pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi, & ait: Moyses, Moyses. Qui respondit: Adsum. At ille: Ne appropies, inquit, huc: solue calceamentum de pedibus tuis.* Exod. 3. sed si gleba illa aculeatum rubum de genere tribulorum, & spinarum produxerat, cur nudipes iubetur ambulare Moyses? ibi enim calceamentorum munimine maximè opus esse videbatur, ne plantæ à sentibus cruentarentur. Rubo inflammato, & ab incendio inconsumptibili, altaris Sacramentum, in quo diuini amotis flammæ mirificè exardent, præsignatum fuit, Vigerio etiam chorda septima interprete. Quarè dum in eremo, vbi nulla hominum habitatio, nullum diuersorium, Moysis oculis obijcitur rubus, Eucharistiæ character; significatum reor, ad singularem aliquam de Sacramentorum omnium maximo notitiam cælitùs obtinendam, requiri mentem à curarum strepitu liberam, vitam à vanis conuersationibus seiunctam; iussus autem Moyses sine calceamentis calcare solum spinosum, vt rubum ardentem, & incombustum meliùs aspiceret, symbolicè monuit exilium indicendũ esse corporalibus cõmodis, & asperas mortificationis semitas terendas ijs, qui lumine superno ad recondita de Eucharistico Sacramento penetranda illustrari exoptant.

Exod. 3.

Vigerius.

Mens à curarum strepitu libera Eucharistiæ secreta scrutabitur.

Peculiaris fuit prærogatiua Elisei, vt in excelsis curru flammifero vectatum videre magistrum suum Eliam, eiusquè pallio è sublimi delapso locupletari potuerit: mysticum sensum de Sacramento Dominico carnis antelapsa notula dilucidaui, luce à D. Chrysostomo mutuata. Superest, vt circumstantiam loci, vbi hoc potissimo fauore donatus fuit Eliseus, animaduertamus; Extrà vrbem Iericho fuisse ex enarratione 4. Reg. 2. constat. Iericho autem eùm nomen habeat, vt Masius aduertit ad cap. 2. Iosue, vel ab ipsius planitie Lunę nascẽtis figuram delineante, vel à suaueolentia florum, & aromatũ, quibus Ierichontini horti abundabant, & præcipuè gleba illa selectissimarum rosarum, & balsami ferax erat; Iericho itaquè appositè mundum vicissitudinibus obnoxium, & sensuum delinimentis plenum repræsentat. Longè igitur à Iericho profectus Eliseus de mysterijs Eucharistiam respicientibus fit particeps, vt concipiamus simile donum illis concedi solùm, qui tales vitæ rationes sectantur, quæ affectum à rebus caducis, atq; inconstantibus remouent, animumq; à mundi illecebris penitùs auertunt.

Chrysost.

4. Reg. 2.

Masius.

Longè à Iericho, id est à mundo Eliseus de mysterijs Eucharisticis edocetur.

Videte

Videte Regem Salomonem coronatum in diademate.

NOTVLA VIII.

Christus per sacram Synaxim, vt potentissimus Rex in Ecclesia dominatur.

MYsticus Salomon Dominus noster regali corona redimitus in Eucharisticis nuptijs contemplandus nobis proponitur hic. *Videte Regem Salomonem coronatũ in diademate.* Equidem regia Christi potentia maximè fulget, dum spiritales regni sui fines dilatat, & munit per altaris alimoniam, quam fidelibus suppeditat, hac enim esca suauissima, suo dulci imperio hominum corda feliciter subiectat. Rectè Timotheus presbyter concione de occursu Christi sub finem. *Vactmus*, inquit, *diuinæ, & mysticæ mensæ, per quam Mundus est stabilitus, & Orbis terrarum consistit, & regnum custoditur, & Ecclesia multiplicatur.* Consonat Augustinus lib. 1. ad Ianuarium. *Sacramento*, ait, *Corporis Domini subiugatus est Mundus.*

Timoth.

Augustin.

Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Psal. 2. In hoc monte instituta fuit Eucharistia; quarè dum ibi Redemptor noster se Regem constitutum enunciat, innuit eam fore Eucharistiæ virtutem, vt per eandem regnaturus esset, homines nimitùm, quos adeò iucundo pabulo refecisset, suis mandatis suauiter deuinciendo.

Psal. 2.

Diuino spiritu monitus Ioseph futuram præuidens sterilitatem extremam septennio duraturam, tritico vndiquè cõgregato horrea regia cumulauit; narratur Genes. 41. Aduenit miserabile tempus, quo dira fames populos acerbè vexabat: confugiunt vniuersi ad Ioseph pro re frumẽtaria, quam ab eo obtinent, numerata in pretium pecunia; absumptis verò nummis, greges, & armenta pro alimentis tradunt; his quoquè consignatis omnibus, ingrauescente adhuc fame, campos, & quidquid possidebãt Aegyptij, quin & se ipsos regis seruituti adijciendos pro tritico offerunt. *Emit igitur Ioseph omnem terram Aegypti, vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis. Subiecitq; tam Pharaoni, & cunctos populos eius à nouissimis terminis Aegypti, vsquè ad extremos fines eius.* Gen. 47. Ioseph Aegyptios, & eorum gazas, atquè te(r)ras cunctas potestati, & dominationi regiæ frumenti subministratione subigens, Christum in typo retulit, qui pane triticeo in substantiam sui corporis transmutato supercæleste edulium conditurus erat, & illo fideles pascendo regnum in orbe terrarum spirituale amplificaturus. Egregiè Augustinus lib. 12. c. 28. contra Faustinum. *Ipse mihi* (scil. Christus) *in Ioseph innuitur, qui persequentibus, & vendentibus fratribus in Aegypto post labores honoratur. Didicimus enim labores Christi in orbe gentium, quem significabat Aegyptus, per varias passiones Martyrum, & nunc videmus honorem Christi in eodem orbe terrarum, erogatione frumenti sui sibi omnia subiugantis.*

Genes. 41. — Genes. 47.

Christ. Eucharistici panis erogatione spiritale regnũ in terris amplificat. Augustin.

Veste, bysso, purpura, auro, atq; gemmis conspicua, cuius fimbriam concinnabant malogranata, priscę legis summus sacerdos exornabatur. Singula descripta habentur Exod. 28. Amictus ille de pretiosiori supellectile condecoratus accomodatè satis honorificum cultum ab Euangelij sectatoribus incarnato Dei filio vero sacerdoti deferendum præmonstrabat. Sed cur malogranata in extimis potiùs oris, quàm in superiori aliqua parte illius vestimenti collocabantur? Equidem malum punicum, vt potè à natura coronatum, regiæ dignitatis symbolũ efformat. Perbellè igitur malogranatis in limbo vestimenti sacerdotalis, regna vniuersa Xp̃o, vt sacerdoti maximo, ac proinde, vt Eucharistici Sacramenti conditori, & largitori fore subijcienda, præadumbratum fuisse arbitror.

Exod. 28.

Cur in Aaronicæ vestis limbo mala punica collocãtur.

Videte Regem Salomonem coronatum in diademate.

NOTVLA IX.

Christus, Rex maximè proditur, dum Eucharisticam cœnam instituit, *in qua nocte tradebatur.* 1. ad Corinth. 11.

DIadema est insigne satis notum regiæ dignitatis, & magnificentiæ: verùm nullum diadema auro purissimo affabrè elaboratum, margaritis, smaragdis, pyropis, alijsq; pretiosis lapillis fulgentissimum, itá verum

ſtum regem indicare poteſt, vt benefi-
centia etiam in hoſtes; Quarè maximè
Regem ſe declarauit Chriſtus, viuificum
cibum pro hominibus eo tempore con-
dendo, quo ab eorum aliquibus ad ne-
cem acerbiſſimam deſignabatur.

Quando Dauid à vindicta, quam faci-
lè de Saule ſumere poterat, abſtinuit,
tunc Saul futurum illum Regem indubi-
tanter agnouit. *Nunc ſcio quòd certiſſimè*
regnaturus ſis, & habiturus in manu tua
1. Reg. 24. *regnum Iſraël.* 1. Reg. 24. Sed quis non
fateatur euidentius argumentum eſſe re-
galis poteſtatis pro ſummis iniurijs red-
dere eximium honorem, pro odio, quo
maius eſſe nequit, dilectionem extremam,
pro maioribus maleficijs potiora bene-
ficia, pro amariſſimo felle, ferculum omni
dulcedine plenum reddere, quæ omnia
modis planè mirificis præſtitit Redem-
ptor noſter in ſacra cœna? meritò igitur
tunc Rex diademate illuſtratus dicitur.

Pro iniurijs honorem reddere, regię poteſtatis argumentum.

Facies & menſam de lignis Setim, haben-
tem duos cubitos longitudinis, & in latitu-
dine cubitum, & in altitudine cubitum, & ſe-
miſſem. Et inaurabis eam auro puriſſimo:
faciesque illi labium aureum per circuitum,
& ipſi labio coronam interraſilem altam qua-
tuor digitis, & ſuper illam, alteram coronam
Exod. 25. *aureolam.* Exod. 25. Quid myſterij, ge-
minæ coronæ erectę ſuper menſam panes
propoſitionis ſeruantem, quæ Domini-
cum conuiuium repræſentabat? An ea-
rum altera præſignabat Chriſtum glo-
rioſè triomphaturū in Eccleſia per vir-
tutem auguſtiſſimi Sacramēti iuxtà præ-
miſſa in antecedenti notula; altera verò
typum referebat regij animi, quem cle-
mentiſſimus Dominus demonſtraturus
erat, non impijs modò hoſtibus indul-
gendo, ſed ijs etiam ſupercæleſtium da-
pum regale epulū ſuppeditando? Con-
ſonat illud carmen ab Eccleſia in ſolem-
nitate corporis Domini repetitū. *Chri-*
ſtum regem adoremus dominantem gentibus:
Qui ſe manducantibus dat ſpiritus pingue-
dinem.

Regia Chriſti munificentia non modo hoſtibus indulgendo, ſed ijs etiam ſacrā dapem ſuppeditando.

Sciens quia omnia dedit ei Pater in ma-
Ioan. 13. *nus:* Ioan. 13. Amplam regiam poteſta-
tem, non ſolùm quoad ſpiritalem domi-
nationem, ſed etiam quoad ius, atque
dominium per ſe directum in omnes res
creatas, qua Chriſtus vt homo ob gra-
tiam vnionis donatus fuit, ſignificari hoc
aſſerto, nullus vt opinor, qui proprium
verborum ſenſum perpēdit, inficiabitur;
alioquin vniuerſalis notę ſignificatio di-
minuerur, & quidem nullo rectæ ſermo-
cinationis adminiculo; qui enim omnia
dedit, nihil eorum, quæ dari poterant,
negauit, ergò non ſpiritale ſolùm, ſed &
temporale ius regnorum conceſſit. Sed

A animaduertamus quæſo, quandò, & quā
de cauſa hanc excellentem, & vniuerſa-
lem ſuam regiam poteſtatem declarauit
Seruator noſter. Sanè cùm ad Apoſtolo-
rū pedes abluēdos accinctus erat, imme-
diatè poſt inſtitutur Euchariſticā cœnā.
Vide dicta ſuperiùs ad Verſ. *Qui paſcitur*
inter lilia, cap. 2. vbi ordo huius hiſtoriæ
ex Patrum teſtimonijs traditur. Et quidē
pedum lotionem peractam eſſe ante Eu-
chariſtiæ inſtitutionem, oſtendunt Ian- Ianſenius. Baronius. Maldonatus.
ſenius concord. cap. 130. Baronius ad
ann. Chriſti 34. num. 58. Maldonatus ad
cap. 13. Io. num. 2. Quare licet Domi-
nus, quam potuiſſet Monarchiam tem-
B poralem noluerit exercere, & talibus,
opibuſq; renunciarit, præſidiarias cohor-
tes, atq; armatorum excubias non ad-
miſerit, vt ſubmiſſioni, & paſſioni locum
daret; voluit tamen ſapientiſſimus ma-
giſter purpuræ, & diadematis genuinos
characteres docere, beneficium nimirum
amorem illum, qui bonum rependit ijs,
à quibus hoſtiliter impetitur, & atrocio-
ribus iniurijs laceſſitur: hunc amorem
demōſtrauit benignus Redemptor, dum
eo tempore, quo ad mortem à perfidis
Iudæis deſignabatur, & à ſacrilego Iuda
tradebatur, immortalitatis alimoniam
confecit, à qua nec proditorem ipſum
excluſit.

Regē tùm maximè præbuit ſe Chriſtus, cùm atrocioribꝰ appetitus iniurijs, hoſtibus ſacrā dapem ſuppeditauit.

C Diſquiri poteſt, cur regium titulum in
Cruce ſibi ſuprà verticem erectum non
reiectauerit Dominus. *Et impoſuerunt*
ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam: Hic
eſt Ieſus Rex Iudaeorum. Matth. 27. po- Matth. 27.
terat enim inſpirare Pilato, vt annueret
Iudæis illius inſcriptionis mutationem
poſtulantibus, vt Ioan. 19. habetur; & Ioan. 19.
nonnè aliàs ab eiſdem ad ſceptrum, &
diadema quæſitus, regalem ſplendorem
declinans, profugit? Ioan. 6. Sed quan- Ioan. 6.
dò, & quale regnum admittat Redem-
ptor, animaduertamus. Equidem iam
Euchariſtici Sacramenti beneficium ho-
minibus in ipſum impiè ſæuientibus con-
tulerat, & in ipſo Crucis ſtipite heroi-
D cam illam beneficentiam exercitaturus
erat, quæ hoſtes benigna indulgentia
amplexatur: veniam enim pro crucifi-
xoribus implorans, ſic Patrem rogauit.
Pater dimitte illis: non enim ſciunt quid
faciunt. Luc. 23. Ecce qualis regni Luc. 23.
ſui titulum agnoſcit Dominus,
& vt omnium oculis, atq;
conſiderationi obij-
ciatur, non
recuſat.

In diademate, quo coronauit eum mater sua.

NOTVLA X.

Beatissima Virgo Eucharisticæ institutioni plurimùm cooperata est.

D Vabus præcedētibus notulis Christum Regem in Ecclesia regio diademate propter augustissimum Sacramentum coronatum, fulgentem contemplati sumus; nunc [illegible] quatione hoc diadema à Virgine matre illi delatum sit, quod his verbis, *In diademate, quo coronauit eum mater sua*, indicatur, disquirendum est. Obijcitur nobis primò corporis, & sanguinis Domini; quæ in sacra mensa adseruantur, substantia ab illibata Virgine subministrata, dum hæc filium Dei in vtero concepit, nouem mensibus de purissimo suo sanguine pauit, ab aluo emissum Diuinum infantem proprijs lactauit vberibus; sub hoc igitur capite, Virginem Sanctissimā in altaris Sacramentum influxisse, nemini dubium esse potest; vnde Patres ad singularem eiusdem Virginis laudem referunt Diuini ferculi confectionem, vt potè ab ipsa dependentem, & nos illi hoc titulo valdè deuinctos esse admonent. D. Augustinus in psal. 98. sic loquitur. *De carne carnem Mariæ accepit* (scilicet filius Dei) *& ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit*. D. Epiphanius serm. de laudib. B. V. *Virginem appello veluti Sacerdotem pariter, & altare, quæ quidem mensam ferens dedit nobis cælestem panē*. Petrus Damianus in serm. de Natiuit. B. V. *Hic dilectissimi fratres, hic rogo perpendite, quàm debitores simus huic Beatissimæ Dei genitrici, quantasq; illi post Dominum gratias agere debeamus: illud siquidem corpus, quod Beatissima Virgo genuit, quod in gremio fouit, quod fascijs cinxit, quod materna cura nutriuit, nunc de sacro altari percipimus, & eius sanguinem in Sacramento nostræ redemptionis haurimus. Impar est illi omne humana lingua præconium, quæ de intemerata carnis suæ visceribus cibum nobis posuit animarum, eum videlicèt, qui de semetipso perhibet. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi.*

Augustin.

Epiphanius

Petrus Damianus.

Præterea interueniente Virginis consensu salutiferi pabuli donum nobis est collatum, vt satis declarauimus tom. 1. de Eminentia Virginis cap. 7. quæst. 40.

Annuente Virgine Eucharistiæ donum collatum est.

A Vndè, & quando hæc consensit, vt carnem, & sanguinem ex suis visceribus sumeret Dei filius, simul etiam consensit, vt eadem caro in cibum, & sanguis in potum Eucharisticum fidelibus aliquandò traderetur, quod ibi rationibus, & Patrum effatis stabiliuimus, & Deiparam eo affectu lac tribuisse Christo puppulo, vt ille posteà supercæleste ferculum redderet in sacra Synaxi, adnotauimus eodem tomo cap. 11. quæst. 6. Similem animi sensum in eadem Virgine fuisse, credere possumus, tempore, quo vterum gestans ad nutriendum in aluo puerulum alimenta sumebat, & hoc forsan innuere voluit Damascenus libello de corpore, B & sanguine Christi. *Hic tanquam in vtero Virginis, inquit, in mensa mystica, posita est materia panis, & vinum aqua mixtum, his enim mater nutriebatur, & materiam præbebat corpori infantis.*

Damascen.

Sedens Abraham in ostio tabernaculi vidit tres viros transeuntes, & ad aliquantulum cibi sumendum beneuolè inuitat, oblatum fauorem non recusant viatores, & ecce Patriarcha statim coniugem Saram sic alloquitur. *Fac, inquit, subcinericios panes. Ipse verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum*. Genes. 18. Sed mirum videtur, quòd conficiendi panis C subcinericij munus, quod proprium videtur vel ancillarum, vel famulorum, vxori suæ Abraham committat. An forsan hic domi domesticis ministerijs destinatas mulieres, & ad iussa capessenda paratos viros non habebat? Hoc veritati non videtur consonum; sub id enim temporis amplis affluebat opibus Patriarcha, qui etiam iampridem aciem in Reges construere potuit, numeratis in prælium vernaculis suis trecentis, decem, & octo. Mysterium percipiamus hic. Prandium illud Eucharistici conuiuij symbolum fuisse, innuit Ambrosius lib. 1. de Abraham c. 5. Hispalensis comment. in Genes. c. 14. Quarè sicut Abraham D præsignabat Christum sacrosanctæ mensæ auctorem, ita Sara Beatæ Virginis figura erat, quæ & ipsa operis multum in apparatu eiusdē Dominicę mensę posuit. Immaculata Virgo statim ac enixa est Iesum, pannis eum inuoluit, & reclinauit in præsepio. Luc. 2. Quid symbolicè ille amictus? An carnem Redemptoris aliquandò fore sacris accidentibus velandam præadumbrauit? Insinuasse videtur D. Chrysostomus orat. in B. Philog. *Hæc mensa, inquit, vicem explet præsepij, nam & hic ponitur corpus Domini, non quidem fascijs inuolutum, sed vndequaquè spiritu sancto conuestitū*. Rectè corpus

Genes. 18.

Ambrosius, Hispalēsis, Sara subcinericiū panem conficiens, B. V. præfigurat Eucharistico pani cooperantem.

D. Chrysost.

Dominicũ *spiritu sancto connectitum* dicitur, vt dum oculis corporeis sacras species intuemur, mentis aciem intendamus in amorem Diuinum, qui Christum sub panis, & vini accidentibus pro nostra refectione cooperuit. Quid verò Seruatoris nostri recens nati reclinatio in Bethleemitico præsepio significarit, discamus à S. Zenone Veron. de Natiuit. Christi cap. 3. *In stabuli præsepe deponitur, pabulorum pastorem, pabulumq; se esse contestans.* Christus igitur fasciolis circumuestitus, & in stabulo Bethleemitico positus, Eucharistiæ mysterium repræsentauit, cui quanta cooperata sit augustissima Dei parens, optimè proditur, dum quem peperit Dei filium, *pannis inuoluit, & reclinauit in præsepio.*

S. Zeno.

Calculus ille, quem forcipe de altari tulerat supremus ille è classe Seraphim spiritus apud Isai. 6. ex recepta Patrum dilucidatione, Damasc. lib. 4. de fide cap. 14. Iustin. Martyr. quæst. 44. ad orthodoxos, Eucharistiam præsignauit. Sed quamobrem forcipe, & non manu calculum illum accipit Seraphim? Nonnè ad immediatè contrectandum typum illius Sacramenti, in quo amor triumphat, dignior videbatur nobilissimi Seraphim manus, quàm forceps? Seraphim enim amore in Deum exæstuant; sed forcipe augustissimam cæli Reginam denotatam agnouit Anastasius Sinaita lib. 8. anagogicarum contemplationũ in Hexameron. *Hunc inquit, carbonem Dei verbi prius descripsit, ac figurauit ille quoquè carbo, quem vidit Isaias in medio esse forcipe, & purgare eius peccata forceps autem Christi per duas pinnulas tum tenens, est intemerata eius mater, & sanctissimum eius corpus.* Duæ igitur mysticæ forcipis pinnulæ ad nos Dominicum Sacramentum detulerunt, quarũ altera fuit corpus Christi à Virgine genitum, altera verò eiusdem Virginis consensus, vt quam carnis, & sanguinis substantiam Verbum ab ipsa sumebat, in sacrosanctum cibum, & potum hominibus traderet.

Isai. 6. Damascen. Iustin. Martyr.

Anastasius Sinaita.

Christi caro, sanguisque Virgine consentiẽte hominibus traditur.

Progrediebatur Israelitarum cœtus, duce Moyse, per aridos deserti tractus, vbi nulla erant flumina, amnes nulli, cisternæ nullæ, vbi gleba anhela siccitate exæstuans mille pandebat rimas, quibus velut apertis orib', vel imbres ab æthere, vel è fontibus riuulos, vel à rupibus profluentes vndas implorabat, vndè homines, & iumenta adeò acerbo sitis cruciatu angebantur, vt tumultuantes populi querulis vocibus Moysi insultarent: hic ad Dominum in opportunitatibus paratissimum adiutorem, pro aquarum inopia subleuanda confugit; iubetur virgam tumere, & ad silicem recurrere latices daturum vberrimos, petram virga bis diuerberat Moyses, & ecce fluenta ad hominum, & iumentorum recreamen copiosa excurrunt. *Cumquè eleuasset Moyses manum, percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet, & iumenta.* Numer. 20. Aqua, quæ fluxit è petra, ad sitientes Israelitas refrigerandos, altaris Sacramentum, cuius gratia, cupiditatis, & peccati sitim extinguit, interprete Hugone Cardinale in cap. 6. Ioan. præadumbrauit; & accinit D. Bernardinus feria 5. in cœna Domini, serm. 54. Virga quoquè illa tot prodigiorum operatrix typum Virginis matris admirabilis sustinuit, quæ cùm gemino, vt declarauimus, modo ad Eucharistię confectionem concurrerit, aqua è petra bis virga percussa emanante, optimè indicatum est.

Num. 20. Hugo Cardin. D. Bernardinus.

In diademate, quo coronauit eum mater sua.

NOTVLA XI.

Gloriosam Christo coronam illius inclyta mater Virgo componit, fideles ad sacram mensam suauiter pertrahendo.

IVniorem filium Rebecca ad meliorẽ benedictionem ab Isaac genitore reportandam, de qua nihil ille cogitabat, extimulauit, quin & ingenioso inuento tantùm inualuit, vt Iacob paterna benedictione donatus fuerit. Genes. 27. historia hæc refertur. Memorata benedictio Eucharistiam denotauit, Paschasio de corpore, & sanguine Christi cap. 21. dilucidatore; Rebecca quoquè ex D. Bernardo serm. de verbis illis Apocalyp. *Signum magnũ &c.* Virginis Mariæ figura fuit. Dum igitur Rebecca ad frumenti, & vini benedictionem consequendam natum chariorem perduxit, in typo expressit, quantum Beata Virgo suis precibus operetur, vt fidelibus, quorum vnumquemq; singulari matris affectu amplexatur; gratiam impetret, qua ad salutiferam refectionem accipiendam efficaci vocatione promoueantur.

Gen. 27. Paschasius. D. Bernard.

Sapientia, quæ posuit mensam, Pro- Prou. 9.

uerb. 9. principaliter est filius Dei incarnatus, qui verè sapientia Patris dicitur, & sacrum conuiuium instruxit; in secundario verò sensu Beatissima Virgo intelligitur, quæ sapientia dici potest, abstracto nomine pro concreto sumpto, ad indicandam singularem, & eminentem sapientiam, qua diuinitùs ditata fuit, & Dominicam mensam parauit, quatenùs Christus, qui in ea sumitur, ab ipsa Virgine secundùm carnem genitus, & eadem consentiente in immortalitatis alimoniam datus, vt ante lapsa notula declarauimus. Occurrit hic Andreæ Cretensis homil. de dormitione Virginis, effatum. *Ostendit autem suam quoquè sanctissimam mensam, vtpotè quæ ipsum totum viuum panem, Dominum nostrum Iesum, qui est æterna, qui creatam continet naturam, ex fermento Adamicæ conspersionis panem factum in vtero gestauit œconomicè, qui sanctè ad eum accedunt, reducit ad vitam recentiorem, & reddit in Deo perfectos.* Hæc sapientia misit ancillas suas, vt vocarent, ad arcem, & ad mœnia, Misit nimirùm illas ad arcem, & ad mœnia, vt indè elatiori voce conuiuas accirent. Huic expositioni consonant Chaldaica, originalis, & Septuaginta, qui sic vertunt. *Cum excelsa prædicatione conuocabit ad craterem.* Quare hæ dictiones, *vt vocarent*, duplici commate includendæ sunt, vt bene Salazar aduertit in citatum Prouerb. locum, sub numero 106. Sed quænam sunt ancillæ Virginis, quibus hæc mandat, vt clamore valido ad altaris conuiuium Euangelij sectatores aduocent? An diuinæ inspirationes? Verissimè quidem, nam hæ Deiparæ Virgini ancillantur, Deo ità disponente, qui & eas, & alias quascunq; gratias hominibus impertiendas Mariæ imperio, & nutui subiectauit, Bernardo teste, serm. de aquæductu in Natiuit. Virg. *Totis igitur*, inquit, *medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus Mariam veneremur: quia sic est voluntas eius, qui totum nos voluit habere per Mariam.*

Andreas Cretensis.

Chald. Septuag.

Salazar.

Beatissima Virgo diuinis inspirationibus fideles excitat ad Altaris conuiuium.

D. Bern.

D. Epiphanius de laudibus Virginis, sic eam salutando celebrat. *Aue clibanus intellectualis, qui ignem, & panem vitæ calidum mundo in esum attulit, de quo Saluator mundi Christus ait. Accipite, & comedite, hoc est corpus meũ, quod pro vobis frangitur in remissionẽ peccatorum.* Verùm, cùm plura hoc in eximio elogio Virginis encomia considerari possint, premamus, cur calidus dicatur vitæ panis, quem in esum Beata Virgo mundo attulit. Certè panis calidus suo odore ità homines recreat, vt eos etiam ad manducandum sæpè prouocare soleat. Concinnè igitur

Epiphanius.

A admodum Epiphanius indicauit Beatissimæ Virginis munus immittendi fidelibus desiderium, quo excitantur ad comedendum viuificum panem, dum illũ calidum ab eadem Virgine allatum fuisse asserit. Vel calidus est panis Eucharisticus, quia hæc feruorem deuotionis in sacra Synaxi impetrat nobis, vndè faciliùs eam reperimus.

Beatissima Virgine excitante sacro ferculo inhiant fideles.

Porrò non solùm honorificam fidelium coronam Christo texit Angelorum Imperatrix, eos ad altare conuocando per excitantem gratiam, quam illis obtinet, sed alio etiã modo, nempè iucundissimã cõmunicantibus reddendo mensam Dñicam, qua iucunditate illecti suauiter
B impelluntur ad illam frequentandam.

Iacob genitricisq; Rebeccæ obtemperans hœdos attulit, quos palato Isaac mirifica industria aptauit ingeniosa mulier; has benè conditas dapes, eadem Rebecca mandante, Iacob ante genitorẽ Isaac apposuit, quibus ille plurimùm recreatus est. Hoc edulium Eucharisticam refectionem præfigurauit; huic interpretationi aliquantulùm fauet D. Bernardinus Senensis, serm. 54. in cœna Domini art. 2. cap. 2. quatenus ait. *Hæc autem mysticè figurata sunt Genes. 27. in velatione Iacob, & in pia deceptione Isaac.* Rebecca, vt nuper diximus, Beatissimæ Virginis
C typum gerit; quarè, quòd deliciosius aliquando sapiat altaris esca, Reginæ Cæli adscribendum est, quæ gratiam ad gustandum, quàm suauis sit Dominus in sacra mẽsa, pijs animabus impetra resolet.

D. Bernardinus.

Virgini adscribendũ, quòd deliciosè sapiat Altaris alimonia.

Accumbebant geniali conuiuio Iesus, & eius mater; deficiente vino rogat pia genitrix gnatum, vt succurrat, qui latices in optimum merum transmutauit. narratur Ioan. 2. Ex vulgata Patrum declaratione symposium illud Eucharistici epuli symbolum fuit; vinum verò magnas Sancti Spiritus consolationes indicare, ex scripturarum vsu, nemo vel mediocriter versatus in Biblicis monumentis ignorat. Ex his igitur satis inno-
D tescit Beatissimæ Virgini interpellanti diuina solatia tribuenda esse, quibus cõmunicantes quandoq; singulariter delibantur.

Ioan. 2.

Virgine interpellante diuina tribuuntur solatia in sacra mensa.

Sanctus Germanus in theoria Ecclesiæ sic vbera Virginis Mariæ præconizat. *Crateras Sanguinis Christi interpretetis mammas Deiparæ salutare lætitiæ poculum, & tutelare, ac conseruatorium totius generis humani.* Sed quid his verbis insinuare voluit probus auctor? An quòd Dei genitrix eo affectu mammas exugendas præbuerit Diuino infanti, vt alimonia, quam ipse ex carne, & sanguine suo confecturus erat, nobis instar lactis dulcesceret?

D. Germanus.

sceret? Ita interpretati sumus tom. 1. de Eminentia Virginis cap. 11. quæst. 6. An verò, quòd Immaculata Virgo cùm pios Christi sectatores materno diligat amore, suis precibus efficit, vt hi, dum de Christi carne, & sanguine vescuntur, lactea cælestis oblectamenti suauitate demulceantur? Vtraq; expositio placet, & valdè congruit muneri matris complectæ, ad quam teneram prolem fouere lacte spectat; vndè Phauorin. apud Gelliũ lib. 12. noctium Atticarum cap. 6. ne à proprio, quem genuerat, lactandi filium officio, quædam fœmina impediretur, aliam dissuadentem sic rogat, *Oro te mulier, sine eam totam integram esse matrem filij sui*; & cap. *siquis à liberis*, §. *si mater ff. de agnoscendis, & alendis liberis*, decernitur matrem teneri ad alendum filium, quantum ille est in infantili ætate: vndè in memorata lege Vlpianus Iurisconsult. controuersiam inter coniuges excitatam, diremit; Vxor nimirùm à marito ob alimenta filijs subministrata, pretium exigebat, maritus verò ad illud soluendũ se non esse adstrictũ aiebat. *Neque enim impetrare debes ea*, inquit Vlpianus, *quæ exigente materno affectu in filiam tuam erogatura eras, etiamsi à Patre suo educaretur.* Et rectè quidem, eo enim tempore, quo filius est pupulus, lac suppeditari solet matri à natura, quæ veluti optima magistra matrem docet suas esse partes filiũ tunc enutrire.

Phauorin. apud Gellium.

Vlpianus.

Perpendẽdum est, quod diximus pertinere ad matrem lac præbere filio, quàdiù puer tenerulus est, & lactens, sic & Beatissima Virgo mater nostra spiritualis lacteum stillicidium supernæ dulcedinis influit in eos, qui cordis puritate puerulis, & animi submissione paruulis similes sunt, atquè Mariam Sãctissimam vt parentem charissimam peculiari affectu amant, & studio excolunt ardentissimo, & quod aliquandò visibili forma exhibitum fuit D. Bernardo, cùm in os eius blanda mater Maria de suis papillis lac deriuauit, spiritaliter fit sæpiùs, & maximè cùm Diuino pabulo reficiuntur, in animabus castitatis nitela, & humilitate præditis, atq; eiusdem Virginis obsequio addictis, & mancipatis.

Diuinæ dulcedinis lacte B. Virgo in sacra mensa eos pascit, qui puritate, atq; humilitate sunt præditi.

Olim infantibus Sacrosancta Eucharistia administrabatur, qua de re videri possunt Suarez tom. 3. in 3. part. disput. 62. Sect. 4. Vasquez tom. 3. in 3. part. disput. 212. cap. 2. Cardinal. de Lugo de Sacramento Eucharistiæ disput. 13. sect. 2. Hæc autem consuetudo iustis de causis nunc sublata est, quas citati auctores indicant. Vide Concil. Trident. sess. 21. cap. 4. Sæculis etiam antelapsis, ijs, qui

Suarez.

Vasquez.
Card. de Lugo.

Conc. Trident.

A recenter baptismali lauacro abluti erãt lactis, & mellis aliquid prægustandum porrigebatur, testibus Tertulliano de coron. milit. cap. 3. Hieronymo aduersus Luciferianos cap. 4. Baronio tom. 2. anno Christi 294. Fas sit ex hoc duplici more concipere, quales oporteat esse communicantes, vt ritè disponantur ad prælibandam lacteam, & mellitam dulcedinem, quæ à beneuolentia indulgentissimæ Virginis misericordiæ matris emanat, nimirùm vt eo animi candore enitere studeant, qualem à baptismatis fonte, eo nuper loti referunt.

Tertull.
Hieronym.
Baronius.

Communicantes animi candore enitere debent.

B *In die desponsationis, & lætitiæ cordis illius.*

NOTVLA XII.

Eucharisticas nuptias ingenti cum exultatione celebrauit Redemptor noster.

C HVius Versiculi expositorem audiamus Theodoretum. *Quamobrem, ait, desponsationem, diem illam vocauit, & diem lætitiæ cordis eius, tunc enim nuptiarum communio facta est, nam post cœnam, inquit, accipiens panem, & gratias agens, fregit, deditq; discipulis suis dicens. Accipite, comedite ex eo omnes; Hoc est enim corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum: hoc facite in meam commemorationem. Edentes igitur spõsi membra, & bibentes eius sanguinem, nuptialem ipsius communionem assequuntur; idcirco sponsi ministri filias Sion, & Hierusalem exhortãtes, Egredimini, inquiunt, & videte charitatis eius diadema.* His germana habet Aponius lib. 5. in

Theodoret.

D Cant. cuius verba dedimus suprà notula prima. In humanis connubijs omnia serena, & iucunda esse oportet: quidquid infaustum, aut luctuosum est, procul amandari solet, immò pro vniuersa iucunditate sumũtur epithalamia Ierem. cap. 25. *Perdamq; ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ.* Et Apocalyp. 18. *Et vox citharœdorũ, & musicorum, & tibia canentium, & tuba non audietur in te amplius; & vox sponsi, & vox sponsæ non audietur adhuc in te.* Ità & spiritalibus nuptijs, de quibus hìc iuxtà allatam Theodoreti, & Aponij explicationem associatur maximè lætus dies.

Aponius.

Ierem. 25.

Apoc. 18.

In

In die desponsationis, & lætitiæ cordis illius: scilicet quandò Christus plenissima cum volupcate, & exultatione Eucharisticam cœnam condidit, in qua, vt cum Beato Laurentio Iustiniano loquar; *Ecclesia amoris pignore, proque fœdere maritali corporis, & sanguinis sui sacramenta concessit, vt non solùm in spiritu, verùm etiam essent duo in carne vna.*

Laur. Iust. De triumphali Christi agone c. 3.

Antiquo æuo genialia fœdera non nisi Luna plena nectebãtur, vt tradit Dempsterus Paralipomen. ad cap. 37. lib. 5. Antiquitatũ Romanarum Ioannis Rosini: huius autem eam esse puto rationẽ, vt Luna si nõ diminuta luce splẽdeat, cumulatiùs arridere valeat connubiali gaudio; illud autem aliquantulũ subtriste, & infaustum reddere videatur, si aliqua in parte offuscetur, quod illi contingit, quãdò non plenè à Sole irradiatur. Liceat è prophanorum notitia ad sacra arcana inuestiganda transilire; Equidem Dominica cœna parata fuit Paschatis festo, quod sub plenilunio celebrabatur, vt ex illo Exod. 12. constat. *Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias, & domos suas. Sin autem minor est numerus, vt sufficere possit ad vescendum agnũ, assumet vicinum suum, qui iunctus est domui suæ, iuxtà numerum animarum, quæ sufficere possunt ad esum agni. Erit autẽ agnus absque macula, masculus, anniculus: iuxtà quem ritũ tolletis & hædum. Et seruabitis eum vsque ad quartam decimam diem mensis huius: immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperã.* Forsan vt indicaretur Eucharisticum sponsalitium tanta cum iucunditate à Domino nostro tunc iniri, vt extrum nihil fuerit admittendum, mœstitiæ quæcunque vel minima signa eliminanda. Quarè decebat etiam, vt fax noctis completo lumine effulgens, completum gaudium contestaretur.

Dempster.

Exod. 12.

Ab Eucharistico sponsalitio minima quæque mæstitiæ signa eliminantur.

Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriã ei, quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se, & datum est illi, vt cooperiat se byssino splendenti, & candido. Apoc. 19. Byssus est genus lini tenuissimi, Plinio docente lib. 19. cap. 1. & sic etiam accipitur à nobilissimis interpretibus, Alcasario cap. 1. Apoc. vers. 13. not. 11. Cornelio à Lapide in cap. 25. Exod. linũ autem cùm sit; quis ei albedinem deneget? *Bissus quidem, quæ plus, quàm nix refulget*, inquit Anastasius Sinaita lib. 6. Hexamer. niueus autem color, lętitię notissimus est character. Ecclesia igitur Christo Agno, qui tollit peccata mundi, per sacram Synaxim desponsata, veste alba donatur, vt hilari sponso hilaritatis amictu applaudat. Laudatissimus consonat ritus in solemnitate corporis

Apoc. 19.

Alcasar.

Cornelius à Lapide.

Anastasius Sinaita.

Domini Sacerdotes, & sacras aras candido exornandi apparatu.

Priscæ mensæ, in qua propositionis panes inferebantur, fulcimenta, liliorum figuram efformabant, vt tradunt Aristæas lib. 10. de septuag. interpret. & Ioseph lib. 3. Antiquit. cap. 7. lilium lętitię symbolũ est, vt ad illud Cant. 2. *sicut liliũ inter spinas*, adnotat Guilhelmus, & Dominus lilium cum Salomone confert, eũ hic elegantes vestitus hilaris in publicũ exibat: *Considerate lilia agri, quomodo crescunt; non laborant, neque nent.* Matth. 6. Candido autem amictu populis se obijciebat Rex Salomon, quandò maximè lætus, & iucundus ab eis conspici optabat, teste citat. Ioseph lib. 8. Antiquit. c. 2. Lilia igitur effigiata in fulcris legalem mensam Eucharistiæ figuram sustentantibus venustè præsignarunt, sacram mensam exultante, & gestiente Seruatore nostro fundatam esse.

Aristæas. Ioseph.

Guilhelmus

Matth. 6.

Ioseph.

Sacra mensa gestiente Seruatore nostro fundata.

Cuncta gaudiosa erant, cùm arca fœderis de domicilio Obededom in Ciuitatem Dauid transuectabatur: dulci symphonia personabat æther, suauissimus canentium concentus aures demulcebat, populi iubilo efferebantur, Augustissimus Dauid Rex alba in veste lætabundus saltitabat. Paralip. 1. cap. 15. *Igitur Dauid, & omnes maiores natu Israel, & tribuni ierunt ad deportandam arcam fœderis Domini de domo Obededom cum lætitia. Cumque adiuuisset Deus Leuitas, qui portabant arcam fœderis Domini, immolabantur septem tauri, & septem arietes. Porrò Dauid erat indutus stola byssina, & vniuersi leuitæ, qui portabant arcam, cantoresque & Chonenias princeps prophetiæ inter cantores: Dauid autem etiam indutus erat ephod lineo.* Rectè vniuersalis lætitiæ signa arcam fœderis comitabantur ad indicandum fausta, & hilaria omnia sibi vendicare Altaris Sacramentum arca præsignatum, & potissimùm iure institutionis, quæ summa cum Christi iucunditate peracta fuit. Sed luculentiorem adhuc huius mysterij significationem contemplemur; Quid duplici insigne conspicuus Dauid, stola nimirùm byssina, & ephod lineo, bino lætitiæ emblemate propter candorem præmonstrabat? An Christum de sua progenie nasciturũ, qui in cœna Eucharistica gemino gaudio replendus erat; nempè illam struendo, & in ea sacratum panem, & vinũ sumendo? Ità sanè mea fert existimatio.

1. Paralip. 15.

Altaris Sacramentum fausta sibi omnia vendicat.

Cur Dauid stola byssina, & ephod lineo conspicuus ante arcam.

Lautũ, & quale magnificentiam regiã declarare posset, conuiuium Rex parari iusserat, ad honorandas quas filius suus construxerat nuptias, postquam suo quisque coniuratum ordine consederat: epu-

epularum Dominus triclinium ingreſſus, vt epulantium cœtum intueretur, quendam inter eos ſine veſte nuptiali vidit; excandens ſtatim, vt in obſcurum ergaſtulum detruderetur, imperat. *Ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores.* Matth. 22. Cur quæſo ſic ſubſtomachatur homo ille Rex? nimirum quia, cùm illud geniale eſſet ſymponium, candida veſte ſuperindui renebantur conuiuæ ad cumulandam feſtiuitatem connubialem, quam ſordido indumentoro pannoſus hoſpes funeſtare auſus fuerat; meritò igitur pœnas intolerabilis audaciæ luit. Et quidem quòd amictus genialis ad exhilarandos hymenæos adhiberetur, conſtat, quia de byſſo erat, & vt adnotat Ferdinandus Theſaur. ſacr. ſcript. Verb. *Byſſus*; & quòd albati ad nuptias pergerent antiqui, colligitur ex Sydonio Apollinari lib. 5. cap. 7. & apertè explicat Ioannes Sanaro lib. 5. epiſtol. 16. Sed myſticum huius parabolæ ſignificatum attendamus: opiparo illo epulo pro thalamis filij Regis inſtructo, cœna Euchariſtica denotatur, in qua Dominus ſummo cum animi geſtientis ſenſu nuptias Euchariſticas celebrauit. Quantùm autem grauatè ferat, vt quis ſine veſte illius gaudij, quod à charitate emanat (fructus enim charitatis, gaudium.) accedere præſumat ad ſacram hilaritatis voluertæ menſam, ſignificatum eſt ſub typo indignati Regis, qui conuiuam veſte cœnatoria deſtitutum, diro carcere mulctauit.

Matth. 22.

Ferdinandus. Sydonius Apollinar. Io. Sauar.

Aegrè fert Dominus ſine charitatis veſte fideles ad ſacram Menſam accedere.

In die deſponſationis, & lætitiæ cordis illius.

NOTVLA XIII.

Cur in Euchariſtico ſponſalitio affluenti lætitia perfuſus fuit Chriſtus.

O*Mnia, quæ offerebantur in lege veteri, ſacrificium altaris præmonſtrabant, fuit etiam ſignis multiplicibus reſeratum*, inquit D. Bernardinus Senenſis feria 5. in cœna Domini, ſerm. 54. in principio. Ingenti igitur gaudio exultauit beneficentiſſimus, & amantiſſimus Ieſus Euchariſticæ cœnæ tempore, quia rei veritate perfecit, quod per tot ſæcula pluribus in figuris, & ſacrificijs erat adumbratum, & cuius tanta flagrabat cupiditate. *Deſiderio deſideraui hoc*

D. Bernardinus.

A *Paſcha manducare vobiſcum.* Summum enim eſt ſolatium votis omnibus exoptata aſſequi; huius lætitiæ ſimulacrum fuit conuiuium, quod Abraham eo die parauit, quo ab vberibus Iſaac gnatus ſuus anulſus fuit. *Creuit igitur puer, & ablactatus eſt: fecitq; Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius.* Geneſ. 21. Egregiè Rupertus lib. 6. comment. in Geneſ. cap. 19. *Illic profectò*, inquit, *grande fuit conuiuium, nam derelictis lactis, id eſt infantilibus ritibus, verbi gratia brutorum animalium ſacrificijs, traduxit ſuos ad verum, & vnicum ſacrificium corporis, & ſanguinis ſui, hoc eſt vtique grande illud conuiuium.*

Geneſ. 21. Rupert.

B Solet humanus ſponſus ob futuræ prolis conceptam ſpem in celebrandis hymenæis plurimum iucundari; Chriſtus ſpiritales iniens nuptias cum Eccleſia per inſtitutionem auguſtiſſimi Sacramẽti fœcundam fideliũ ſobolem præuidens præ gaudio geſtit, feſtiuè enim, & veriſſimè in ſolemnit. Corpor. Domini canitur. *A fructu frumenti, vini, & olei multiplicati fideles.* Accinit Method. martyr in conuiu. decem Virg. qui explicans verba illa Apoſtoli ad Epheſios 5. *Ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia*, aſſerit in hoc ſacramento eam tanquam ſponſam ſibi eligere, & amplecti. *Hac ratione*, inquit, *impletur illud, creſcite, & multiplicamini,* C *aucta quotidiè Eccleſia per congreſſũ, & communionem verbi adhuc deſcendentis ad nos ſecundum paſſionis commemorationem, quæ in hoc myſticè fit.* Audiendus eſt etiam hic B. Laurentius Iuſtinianus de Chriſti agone cap. 22. *Plurimos, ait, videns animas Chriſti per huius Sacramenti inſtitutionem futuros eſſe Eccleſia ſua fructus, feruida charitate, iucunda exultatione in latiſſima iubilationis vocem prorupit, & ait. Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vo*D*biſcum.*

Spiritales nuptias iniens cũ Eccleſia per Euchariſtiã Dominus futuræ ſobolis gaudio geſtit. Method. Martyr.

B. Laurentius Iuſtin.

CAPVT QVARTVM CANTICORVM.

Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es! Oculi tui columbarum absq; eo, quod intrinsecùs latet. Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad. Vers. 1.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

A QVONIAM venustas, & egregiæ animi dotes, quibus præstat sponsa, ad sponsi dignitatem spectãt, idcirco spõsus hic de his panegyricum texit, & primò omnia, quæ ad decorem sponsæ concurrunt, summarim indicat, gemino pulchritudinis encomio eam extollens, scilicet ob dona corporis, & animæ à natura tributa, tùm ob eorum incrementum industria comparatum; & ad singularia deueniens orditur à laude oculorum; hi enim veluti gemmæ splendidiores in monili pulchritudinis collucent, & ad conciliandum amorem vim maximam habent: commendat autem modestiam, & verecundiã pudicæ sponsæ illis verbis, *absque eo quod intrinsecus latet*, quibus subinnuit, non elatis oculis pulchritudinem suam iactare, sed illis demissis occultare potiùs, vel capillis à fronte pendulis, vel nuptiali flammeo. Aequantur præterea crines Galaaditanis capris, quarum vellera fulua sunt, & prolixa, quæ duæ qualitates maximè amantur in muliebri capillamento. Galaad autem erat mons altissimus, vt colligitur ex Ieremia cap. 22. *Galaad tu mihi caput Libani*: hic autem à duobus potissimùm celebertimus erat, ab arboribus nimirùm plurimo aromate lacrymantibus, vt colligitur ex Genesi cap. 37. *Et sedentes, vt comederent panem, viderunt Ismaelitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata, & resinam, & stacten in Aegyptium*; & à felici gramine, pabulorumq; vbertate, vnde in eo pecudum, & caprarum greges magno in numero alebantur. Porrò capras, quæ in tractu Galaaditano pascebantur, vellera flaui coloris habuisse, non leuibus argumentis probant grauissimi expositores. De qua re Sotomaior, & Gaspar Sanctius videri possunt super hunc locum.

Ierem. 22.

Genes. 37.

Sotomaior Gaspar Sanctius.

B *Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es!*

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Anima per sacram Synaxim condecoratur gratiæ augmento.

C VNDE, quæso, tanta formæ elegantia in spiritali sponsa, vt ea gemino, & admirabundo encomio à diuino dilecto celebretur? Sanè à gratiæ sanctificantis, & virtutum incrementis, quibus potissimùm per cre-

crebras communiones cumulata est; Et si eximia animi venustas virtus moralis censetur, quod & agnouerunt Philosophi, vnde Cicero 1. Officiorum ait, *Formam Marce honesti tenes, qua si oculis cerneretur, vt ait Plato, mirabiles sui excitaret amores*; quantò sublimior erit illa pulchritudo, quæ in anima ex diuina gratia, & virtutibus infusis concinnatur? de qua inter alios Clemens lib. 3. pedagogi, cap. 11. benè loquitur. *Pulchritudo enim optima primùm est pulchritudo animæ, vt sæpè significauimus, quando fuerit anima ornata sancto spiritu, & ijs, quæ ab eo oriuntur inspirata lætitijs, iustitia, prudentia, fortitudine, temperantia, bonorum amore, & pudore, quo nullus color nitidior vnquam visus est*. Porrò pulchra dicitur anima, primò per gratiam, qua sanctificata accedit ad communionem, & iterùm pulchra per gratiæ incrementum, quod consequitur in Dominica mensa. *Quàm pulchra es, quàm pulchra es?*

Cicero.

Clem. Alex.

Genesis 44 *Præcepit autem Ioseph dispensatori domus suæ dicens: imple saccos eorum frumento, quantum possunt capere: & pone pecuniam singulorum in summitate sacci.* Mysterium hoc loco Eucharistiei Sacramenti adumbratum nouit S. Ambrosius lib. de Ioseph cap. 11. existimans frumentum, idest communionem sub specie panis, omnibus quidem fidelibus tribui, sub specie autem vini etiam solis sacerdotibus dilectissimo Beniamino repræsentatis seruari. *Triticum*, inquit, *multis datur, scyphus vni, qui Sacerdotali donatur munere.* Sed quid significat pecunia pro pretio frumenti allata à singulis fratribus Ioseph? certè gratiam sanctificantem, quam accedens ad sacram synaxim deferre debet; frumentum autem, quod cum eadem pecunia reportauerunt filij Iacob, accommodatè denotat gratiæ lucra, quibus locupleta ntur dignè communicantes, quæ æqualiter dispositis æqualia dantur; meliùs verò dispositis, maiora, quod etiam in eisdem fratribus Ioseph adumbratum fuit, quorum singulorum facci repleri fuerunt, & eadem pecunia reddita; Beniamin autem typum viri perfectioris referens, non solùm pecuniam, & frumentum, sed & scyphum reportauit. Immò credibile est, nullum tanta cum dispositione Eucharistiam sumere, vt omnem eam hauriat gratiam, quam fons ille gratiæ subministrare paratus est. Hoc præsignarem crediderim in illo conuiuio, Marci 6. in quo postquã Christus in deserto adeò ingentem multitudinem satiauit, adhuc superauerunt duodecim cophini fragmentorum, ità vt, qui saturari fuerant, reliquiarum magnã

Genes. 44.

S. Ambros.

Gratiæ lucra melius dispositis maiora dantur.

Non tanti haurtur gratiæ, quanti fons Eucharisticus subministrare paratus est.

A copiam admirarentur. Sed quoniam hac de re agunt Scholastici, aliqua breuiter attingemus. Sit ergò

PVNCTVM THEOLOGICVM

De gratia, quam ex opere operato confert Eucharistia.

DISQVISITIO I.

An Sacramentum Eucharistiæ conferat augmentum gratiæ habitualis.

B Nonnulli Auctores in ea videntur esse sententia, quòd sumenti Sacramẽtum Eucharistiæ, augmentum solius auxilij, & gratiæ actualis conferatur; quamuis verò nullum gratiæ sanctificantis habitualis detur augmentum communicanti, homo tamen magis, ac magis per auxilium C actuale sacræ Synaxis roboratur contra tentationes, ne ab illis superetur, & contra venialia, vt ab eis mundetur, & maiori feruore charitatis accenso excitetur ad maiorem perfectionem. Pro hac parte fuisse Alexandrũ 4. p. q. 41. mẽb. 2. in antiqua impressione, 10 noua aũt mẽb. 8. ar. 2. & D. Bonauent. in 4. dist. 12. p. 2. ar. 1. q. 3. refert Vasquez to. 3. in 3. p. disp. 203. c. 1.

Alexander. Bonauent. Vasquez.

Dico, per Eucharistiæ dignam sumptionem gratiæ habitualis ex opere operato conferri augmentum, quod vt omninò certum tenendum est cum communi, & vera sententia; & solidè probari potest primò ex illo Ioan. 6. *Caro mea* D *verè est cibus, & sanguis meus verè est potus*; cùm enim de propria ratione cibi sit nutrire, & augere vitã, sequitur, quòd hic cibus spiritualis nutriat, & augeat spiritualẽ vitam, & licèt cibus corporalis non semper augeat vitam corporalem; cùm viuens non sit semper in statu augmenti, nihilominùs in vita spiritnali datur semper status augmenti, & sic semper per sumptionem Eucharistiæ nouum vitæ spiritualis augmentum adiungitur; hoc autem augmentum vitæ spiritualis, est gratiæ sanctificantis incrementum per modum qualitatis inhærentis in anima, per quam magis hæc vnitur, & confor-

Conclusio. Digné Eucharistiam sumentibus confertur augmẽtum gratię habitualis ex opere operato. Ioan. 6.

Tt ma-

matur Deo, magisq; naturæ Diuinæ, eiusq; pulchritudinis particeps efficitur. Eadem veritas definitur ab Eugenio IV. in decreto fidei, quod est in Concilio Florentino post sessionem vltimam, §. 3. de effectu huius Sacramenti, vbi hæc habentur. *Huius Sacramenti effectus, quem in anima operatur dignè sumentis, est adunatio hominis ad Christum. Et quia per gratiam homo Christo incorporatur, & membris eius vnitur: consequens est, quòd per hoc Sacramentum, in sumentibus dignè gratia augeatur*. In idem conspirat Concilium Tridentinum pluribus in locis, sess. 13. cap. 2. vbi hæc traduntur. *Sumi autem voluit* (scilicet Christus) *Sacramentum hoc tanquam spiritualem animarum cibum, quo alantur, & confortentur viuentes vita illius, qui dixit: Qui manducat me, & ipse viuet propter me; & tanquam antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præseruemur*; quibus verbis non solùm præseruatio à mortalibus, & curatio à venialibus, vt effectus huius Sacramenti assignantur, sed etiam vitæ spiritualis nutritio, & augmentum. Et sess. 7. can. 6. de Sacramentis, definitur Sacramenta continere gratiā, quam significant, & ipsam conferre non ponentibus obicem; per hanc verò gratiam non intelliguntur auxilia actualia, aut sancta cogitatio excitans ad feruorem charitatis, & deuotionis, quæ etiam dantur sumenti hoc Sacramentum, sed intelligitur gratia gratum faciens, quæ est sanctitas animæ. Et idem indicatur can. 7. & can. 8. Porrò cùm anima per has gratiæ sanctificantis accessiones, semper magis Deo vniatur, magisq; illius perfectissimæ pulchritudini conformetur, ad eam quandòq; spiritalem elegantiam peruenit, vt benè illi conueniat hæc admiranda commendatio, *Quàm pulchra es, quàm pulchra es?*

Eugenius IV. in Conci lio Florent.

Concilium Trident.

Ex dictis collige, ex eo quòd Eucharistiæ Sacramentum institutum sit ad cōseruandam, & augendam vitam spiritualem animæ, non secùs ac cibus materialis conseruat vitam naturalem, hunc finem non competere ex propria institutione alteri Sacramento.

Cibus Eucharisticus ad vitā spiritualem conseruandam institutus.

Obiectio. Dices, etiam Confirmationis Sacramentum esse institutum ad augendam vitam spiritualem; per hoc enim videtur differre à Baptismo, quòd Baptismus sit ad generandam vitam, Confirmatio verò ad augendum, & corroborandum hominem ad fidem Christianam liberè, & audacter profitendā; ergo nullum videtur esse discrimen inter fines Eucharistię, & Confirmationis, etenim idem cibus qui nutrit, etiam auget, & corroborat vitam: ergo Eucharistia immediatè respicere videtur eundem finem, quem respicit etiam Confirmatio.

A

Respondeo potissimam differentiam inter hæc Sacramenta Eucharistiæ, & Confirmationis, attendendam esse ex materia, & fine eorum; unde licèt verum sit, quòd puer genitus spiritualiter per Baptismum indigeat augmento vitę spiritualis, & robore ad præliandum pro fide Christi, tamen non eodem, & pari modo hæc præstantur à Confirmatione, & Eucharistia; nam Eucharistia cùm detur sub specie cibi corporei, causat effectus proportionatos in anima illis, quos cibus naturalis in corpore operatur: Confirmatio verò, cùm detur sub Chrismate, non autem sub alimento, confortat, & corroborat per vnctionem modo correspondenti illi, quo veteres luctatores per oleum ad luctam parabantur. Ex quo patet, quòd vires diuerso modo spiritales corroborentur per hæc Sacramenta; Eucharistia enim nutriendo roborat, Confirmatio verò vngendo, vires confortat: & licèt vtraq; Sacramenta conferāt gratiam cum ordine ad auxilia ad benè operandum, & resistendum tentationibus, id tamen fit cum hoc discrimine, quòd Eucharistia exigit illa auxilia in ordine ad eum finem, vt homo benè operando crescat in gratia, & sanctitate interna, & augeatur eius vita spiritualis; & exigit hoc, quia cùm per spiritualem nutritionem acceperit substantiam hominis, ideò reddidit robustiorē ad omnes operationes, siuè necesse sit præliari, siuè sine prælio mereri; Confirmationis verò Sacramentum exigit ea auxilia ad eum finem peculiariter, vt possit tentationes superare, alacriter pugnare contra hostes visibiles, & inuisibiles, pro fide Christi.

Responsio.

Discrimen inter Eucharistię Sacramentum, & Confirmationis.

B

C

Collige secundò, hoc augmentum gratiæ, quod confertur per dignam sumptionem Eucharistiæ, habere peculiarem ordinem, & exigentiam proportionaliter ad vberiora auxilia actualia gratię cōgruentia fini Sacramēti Eucharistici; est. n. cōmunis, & vera sententia gratiā Sacramentalem super gratiam habitualem addere specialia auxilia diuina ad illos actus particulares, in ordine ad quos dirigitur peculiariter tale Sacramentum; hæc autem auxilia actualia dantur congruis temporibus.

D

DIS-

DISQVISITIO II.

Vtrùm communicanti meliùs dispoſito maior gratia ex opere operato confe- ratur in ſacra Sy- naxi.

Declaratur quid ſit Sacramenta cauſare gratiam ex opere operato.

NOtandum, ſenſum huius Theologicæ phraſis, Sacramenta cauſare gratiam ex opere operato, eſſe cauſare gratiam in ſuſcipiente ſatis diſpoſito, ſeu nõ habente obicẽ, prout conſiderantur ſecundum entitatẽ ſuam, ſeu quatenus operantur effectum ſuum, iuxtà normam naturalis agentis, abſtrahendo ab omni dignitate conferẽtis, & merito ſuſcipientis; & licèt phraſis hæc, ex opere operato, non ſatis latinitati aſſona videatur, optimè tamen exprimit modum, & virtutem, quam habent Sacramenta conferendi gratiam, vt nuper declarauimus; hæretici verò more ſuo garriendo magnoperè damnãc hanc formulam loquendi, vtpotè non ſatis grammaticalem, quia potiùs regulas Grammaticæ ſectantur, quàm veritatis declarationem: Porrò prædicta phraſis antiqua ſatis eſt, quatuor enim ante ſæcula eam vſurpauit Innocentius Tertius lib. 3. de Myſterio Miſſæ, & abeo tempore in ſcholis Theologorum vſu recepta eſt; vndè cùm nomina ſint ſigna ad placitum ad exprimendos mentis conceptus, etiam pro hominum communi conſpiratione variari, & noua inueniri, atq; approbari poſſunt, nec eſt quid nouum etiam apud probatiſſimos humanioris literæ ſtudioſos, noua verba inuenire, & alia antiquare, & ipſe Cicero in Tuſculanis de ſe teſtatur, ſe multa verba primò vſurpaſſe, & prius quædam, quæ barbara videbantur, placidiora euaſiſſe, qualia ait eſſe, beatitudinem, & beatitatem.

Innocentius 3.

Cicero.

Concluſio. Gratia, quã Euchariſtia confert ex opere operato, proportionem habet cũ diſpoſitione communicantis. D. Thom. Richard. Suarez. Card. de Lugo.

Dico gratiam, quam ex opere operato confert Euchariſticum Sacramentum, proportionem habere cum diſpoſitione communicantis, ità vt meliùs diſpoſitus abundantiori gratia donetur. Eſt ſententia hæc communis Theologorum, qui de omnibus Sacramentis hoc aſſerunt; D. Th. 3. p. q. 69. art. 6. Richardi in 4. diſt. 4. cap. 52. num. 3. Suarez. tom. 3. in 3. p. diſp. 7. ſect. 5. Cardinalis de Lugo de Sacramentis, diſp. 9. ſect. 2. & aliorum &c.

A Probatur primò ex Tridentino ſeſſ. 6. cap. 7. vbi ait nos iuſtificari, iuſtitiam in nobis recipientes, vnuſquiſq; ſuam ſecundùm menſuram, quam Spiritus Sanctus partitur ſingulis prout vult, & ſecundùm propriam vniuſcuiuſq; diſpoſitionem, & cooperationem, & licèt Concilium loquatur de iuſtificatione, quæ fit per Baptiſmum; ex eodem tamen colligitur in vniuerſum, gratiam dari inæqualem ſecundùm menſuram propriæ diſpoſitionis ex opere operato in alijs omnibus Sacramentis. *Trident.*

Probatur ſecundò, quia Diuina ſapientia maximè elucet in inſtitutione omniũ Sacramentorum, & modo præcipuo in
B Euchariſticæ menſæ inſtructione; vndè dicitur, *Sapientia ædificauit ſibi domum, poſuit menſam, & miſcuit ſibi vinum.* Prouerb. 9. ergo gratia proportionata, & accommodata diſpoſitioni recipientis confertur in illa ſacra menſa. Patet, quia potiſſimùm prudentia, & ſapientia diſpenſatoris elucet, ſi dona conferat iuxtà diſpoſitionem recipientis. Confirmatur primò, quia ſicut conſtat Diuinam ſapientiam, quæ omnia in pondere, numero, & menſura conſtituit, ſic præſcripſiſſe, vt agens in paſſum meliùs diſpoſitum, effectum perfectiorem operetur; vndè melior diſpoſitio ligni facilitat in- *Prouerb. 9.*
C troductionem formæ ignis, ità conſentaneum omninò videtur Diuinæ Prouidentiæ, Sacramenta ea ratione inſtituiſſe, vt operarentur gratiam in recipientibus per modum entis naturalis, atq; adeò meliùs diſpoſitis perfectiorem. Confirmatur ſecundò, quia ſicut ſatis comprobatum eſt, Diuinam ſapientiam ſuauiter cuncta diſponere: ità nulla ratione negari poſſe videtur, quin eo modo Sacramenta omnia, & præcipuè Euchariſtiæ Sacramentum inſtituerit, vt ad illud maiori cum deuotione, reuerentia, & dilectionis feruore recipiendum ſuauiter excitarentur, & allicerentur fideles,
D maiora gratiæ incrementa darentur, apparatui maiori in recipiente correſpondentia.



DISQVISITIO III.

Quænam ſit diſpoſitio recipiẽtis Euchariſtiam, rationẽ cuius maior gratia ex opere operato conferatur ab eodẽ Sacramento.

NOrandum plures conſiderari poſſe diſpoſitiones in communicante, Gratiam nimirùm, & B ſanctitatem habitualem, & actualẽ deuotionem, reuerentiam, dilectionem, alioſq; virtutum ſupernaturalium actus; Rurſùs pluralitatem eorundem actuum, & intenſionem cuiuſcunq; eorum, vel omniũ, qui eliciuntur vel paulò antè, vel ipſo tempore, quo Sacramentum ſumitur.

1. Cõcluſio Melior diſpoſitio ea eſt, quæ cõſtituitur ex actibus virtutum, quã quæ à ſola habituali gratia deſumitur.

Dico primò meliorem diſpoſitionem eam eſſe, quæ conſtituitur ex actibus virtutum, quàm illam, quæ deſumitur à ſola habituali gratia, & ſanctitate. Probatur primò, quia inter alias rationes, ob quas congruum fuit, vt Sacramentum ſic inſtitueretur, vt conferret maiorem gratiam meliùs diſpoſito; fuit vt fide- C les excitarentur, & allicerentur ad majorem deuotionem, reuerentiam, & charitatis feruorem, vt diximus in præcedenti diſquiſitione: hæc autèm diſpoſitio in actibus potiſſimùm, non autèm in ipſo habitu ſanctitatis conſiſtit; ergo hæc conuenientior cenſenda eſt. Probatur ſecundò, illa eſt melior diſpoſitio recipientis Euchariſtiam, quæ magis proximè diſponit ad recipiendam gratiam; ſed diſpoſitio, quæ conſiſtit in actibus charitatis, cæterarumq; virtutum, magis proximè diſponit ad recipiendam gratiam, quàm illa, quæ conſiſtit in habituali gratia, & ſanctitate, ſeù habitu charitatis & aliarum virtutum; nam hęc D tantùm diſponit remotè, quatenùs inclinat ad ipſos actus, & ſunt eorum principia, & ſolùm dignificat ſubiectum, ergo &c.

2. Cõcluſio Inter diſpoſitiones actuales, illæ meliores, quæ per actus fiunt, qui magis vniunt Deo creaturam

Dico ſecundò, Inter diſpoſitiones actuales, meliores illas eſſe, quæ fiunt per actus, qui magis creaturam ſupremo Numini vniunt, & aſſimilant, quales ſunt actus charitatis, & ſic proportionaliter diſcurrendum eſt per alias virtutes, quarum perfectionis gradus attendendi ſunt penès maiorem formalitatem, ſeù rationem, quam habent remouendi à peccato, & dirigendi, & pertrahendi hominẽ A ad Deum. Demùm actus intenſiores eiuſdem virtutis meliorem diſpoſitionem operantur, quã remiſſiores, vt per ſe patet, Quarè omni nixu contendendũ eſt, vt in receptione eiuſmodi Sacramenti ingeminatos dilectionis actus eliciamus, nec non fidei, ſpei, deuotionis, obſequij, & venerationis tantũ ergà Sacramentũ, gratiarum actionis, criminum deteſtationis; & ſemper nouo conatu enitendum nobis eſt, vt hi actus ſemper intenſiores, & validiores producãtur; quod ſi re non valemus aſſequi, ad vota ſaltem confugiamus.

B *Oculi tui columbarum.*

NOTVLA II.

Sacra communio, quem exigit, vnicum, & fidelem in Deum amorem fouet, & auget.

OCuli columbini notiſſimi ſunt conſtantis, & ſinceri amoris characteres, ſemper enim co- C lumba in ſuum ſponſum oculos dirigit, illius ſolo amore detinetur, illius præſentia mirificè oblectatur; vndè in columbis inuiolatam caſti connubij fidem adumbratã celebrans Propertius, ſic cecinit. Propertius.

Exemplum innuptæ tibi ſint in amore columbæ,
Maſculus, & totum fœmina coniugium,

Accinit Pontanus. Pontanus.

——————— certuſquè columbis
Eſt amor, & thalami ſunt vincula certa mariti.

quarè dum ſacer ſponſus dilectæ oculos oculis columbarum æquat, probè commendat illius ſincerum animum, fidei D candorem, & affectum purum, quo ad ſacras Altaris nuptias accedit, ità vt ab illa inſtar columbæ aſpiciatur, reſpiciatur, ſuſpiciatur.

Oculi amantis, & amatæ ſponſæ non columbæ oculis, ſed columbarum oculis aſſimilantur, columbarum nimirùm viciſſim ſe intuentiũ, harũ enim oculi ſunt nitidi, iucundi, & in amore duces; oculi verò vnius columbæ conſorte viduatæ mæſti, triſtes, & gemebundi ſqualent, quo quid aptius cogitari poterat ad ſignificanda fomenta, & incrementa reciproci amoris inter diuinum ſponſum, & animam in ſacro conuiuio; dum enim

Columbarum oculi amoris indices inter Chriſtũ, & animam in ſacra mẽſa.

hæc

hæc sinceræ fidei oculo præsentem in Eucharistia, quem vnicè diligit, Christū contemplatur, illum vnicum amoris sui scopum agnoscit, illum solum in delicijs habet, in eam pariter infinitus amator vicissitudines mirificas, cumulatasquè amoris accensiones iaculatur, quibus mutuus ille amor alitur, magis, magisquè crescit. A

Stabant ex Diuino mādato duo Cherubim vicissim se respicientes versis vultibus in Propitiatorium, Exodi. 25. O egregium pro re nostra simulacrum, sicut enim arca manna continens Propitiatorio operta augustissimum Altaris Sacramentum repræsentabat, ità perbellè mutui illi Cherubim intuitus in Propitiatorium directi, præsignabant admirabiles sacri amoris reciprocationes, & adiectiones, quæ fiunt inter Diuinum amatorem, & dilectas animas antè Eucharisticum Sacramentum; solet enim amor foueri, & augeri inter amantes, dū se ad inuicem aspiciunt, & respiciunt. B

Exod. 25.

Quid mutui in Propitiatorium Cherubim intuitus præsentabant?

Celebraturus cum discipulis Pascha Seruator noster, quod maximè in votis habebat, vt nimirū antequàm pro nostra salute super Crucis aram æterno Patri ipsemet Hostia litaretur, carnem suam in Sacratissimo Eucharistię pabulo nobis manducandam præberet: Petrum, & Ioannem ad instruendam magnam illam cœnam præmisit. *Et misit Petrum, & Ioannem.* Lucæ 22. Sed quamobrem hos potius, quàm alios è discipulorum cætu destinauit? Certè Sacramento vacare ne putes. Nonnè Petrus ille est, qui suū in Christum amorem tergemina assertione comprobauit, & dixit illi tertiò, *Tu scis, quia amo te?* Ioannes verò ille erat discipulus potissimùm dilectus, *ille est,* inquam, *quem diligebat Iesus?* Quarè, ambo hi discipuli mutui amoris inter Redemptorem, & deuotam animam, simulacrum satis apertum delineant, nempè vt intelligamus præcipuum, quem exigit apparatum Altaris epulum, esse perfectam, & mutuum Christi, & animæ amorem. Porrò dum in Eucharistica mensa reficiuntur simul Petrus, & Ioannes, appositè monemur enutriri, foueri, & augeri reciprocas amoris vices fidelis animæ, & Christi in illo Sacrosancto edulio. Perbellè insinuauit hoc Theophilus apud Diuum Thomam in catena, ad illud. *Venit autem dies azymorum.* Lucæ. 22. Theophili hæc sunt verba. *Eadem autem quinta feria mittit duos ex discipulis suis, Petrum scilicet, & Ioannem; alterum scilicet vt diligentem; alterum vt dilectum: vndè sequitur: Et misit Petrum, & Ioannem, dicens &c.* C D

Luc. 22.

Præcipuus ad Eucharistii apparatus, perfectus, ac mutuus Christi amor, & animæ.

Theophilus.

Lucæ 22.

Absque eo, quod intrinsecùs latet.

NOTVLA III.

Laudatur anima dilecta, quòd ad imitationem Christi seipsum in Eucharistia sub speciebus panis, & vini occultantis, præstantiores dotes & virtutes studiosè celet.

DIVVS Thomas in opusculo de Sacramento Altaris cap. 8. *Tertia ratio,* inquit, *quare corpus suum dat velatum, est instructio morum. Iob. 28. Trahitur sapientia de occultis. Tria verò in hoc Sacramento occultantur, in quibus mores instruuntur, scilicet persona Saluatoris, pulchritudo magna claritatis, mirum opus omnipotentis. De primo Isa. 45. Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator. De secundo Isai. 7. Expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam. De tertio, Ecclesiast. 43. Multa absconditá sunt maiora his, pauca enim vidimus. In his discimus in nobis quandoquè tria virtuosè abscondi posse, nostram personam, pulchritudinem corporalem, bonorum operum intentionem.* Quarè Christum hoc perfectissimæ submissionis genus in Sacrosancto Altaris Sacramento docentem imitari cupit, quidquid egregij, quidquid virtutis, quidquid cælestium donorum habet, peculiari industria ab oculis hominum subtrahere, & intra cordis sui abdita includere pro viribus debet, ne ab humana aura captetur, solùm verò cùm Dei gloria, & proximi vtilitas postulat, opera bona nostra hominum obtutibus obijcere, vt illa videntes glorificent Patrem, qui in cælis est, & ad similia peragenda prouocentur, qua in re ducem, & magistrum sequemur eundem Christum, qui licèt delitescat sub Sacramentalibus speciebus, aliquandò tamen, vt clarius Diuina gloria elucesceret, vel vt aliquis imbecillis in fide corroboraretur, se in Eucharistia videndum exhibuit, vel in figura pueri, vel alterius rei, vt aliàs diximus.

D. Thom.

Iob. 28.

Isa. 45.

Isa. 7.

Ecclesiast. 43.

Fari-

Farina, quam vidua Sarephtana ſeruabat in arca, 3. Reg. 17. Euchariſtiam adumbrabat, vt Auguſt. ſerm. 201. de tempore, & alij Patres notant, conſequenter verò oleum, quod in lecytho detinebat, ſpiritualia chariſmatum dona, quæ maximè in ſacra Synaxi percipiuntur, indicabat; tàm igitur farinam, quàm oleum abſcondit prudens mulier, & non manifeſtat niſi Eliæ Prophetæ: hinc admonemur ſimili cautela nobis opus eſſe, vt ſcilicet ob ſolam Dei gloriam, & non vt videamur ab hominibus, ad ſacram illam menſam accedamus, & vt celemus, & non propalemus dona, & gratias, quibus locupletamur in ſacro conuiuio, ne vento inanis gloriæ diſpergantur. Fauere nobis videtur Drogontius de Sacramento Dominicæ paſſionis, cuius verba excipe. *Non habeo*, inquit, *niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho; pugillus exigua eſt capacitas. farina mundus, & ſubtilis fidei candor, hydria humilitas circumſpecta cuſtodia, ne ventus ſuperbiæ tantam gloriam in puluerem deducat, & diſpergat. Qui modicum in ſe habet, intelligit quibus armis debeat illud cuſtodire, ne & hoc ipſum amittat.* Perpende *paululum olei*, quò enim anima cumulatiori gratia repletur in Euchariſtico Sacramento, eò ſe magis indigere agnoſcit Diuino auxilio, & ſemper parum illi videtur; quod habet ob ingens deſiderium maioris ſanctitatis.

3. Reg. 17. Auguſtinus.

Ad ſacram menſam ob Dei gloriā tantùm, & non vt videamur ab hominibus accedendū. Drogontius.

Quò maiori gratia repletur anima in ſacro conuiuio, eò ſe maiori cuſtodiat humilitate.

Elias in deſerto pane ſubcinericio ab Angelo fuit refectus. *Surge, & comede*, dixit ei Angelus. Quid inde? *Reſpexit, & ecce ad caput ſuū ſubcinericius panis, & vas aquæ: comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vſque ad montem Dei Horeb.* Non vacat myſterio circunſtantia illa loci deſerti, traditur panis ſubcinericius typus panis Euchariſtici in loco campeſtri, vbi nulla eſt hominum habitatio, nulli populorum congreſſus, vt hinc inſtruamur, quo animi ſenſu ſacram Altaris refectionem ſumere debeamus, nimirùm, vt omni inanis gloriæ, vel humanæ laudis affectu ablegato inter hominum multitudinem ſic viuamus, & in populorum concurſu ſic communicemus, vt cor noſtrum in ſolum Deum dirigatur, illiq; ſoli placere, nobis curæ ſit, ac ſi ſoli cum ſolo Deo eſſemus. Anima, quæ huius occultationis eſt ſtudioſa, celebratur hìc à ſacro Sponſo his verbis, *abſque eo quod intrinſecus latet*; potiſſimùm autem à virtute Euchariſtici Sacramenti anima talis redditur.

3. Reg. 19.

Humanæ laudis affectus omnis ablegetur, vt Deo magis in ſacro ferculo placeamus.

Abraham litaturus Iſaac gnatum vnicè dilectum, derelictis famulis ſolus per- A rexit in montem. Gen. 22. vt in tanto ſacrificio peragendo omnem applauſū euitaret, & nulla humanæ laudis aura vel leuiſſima deliniretur. Adnotauit hoc Philo lib. de Abraham. *At laudis*, inquit, *apud vulgus paranda cupidine ad hoc facinus concitatus eſt? At quæ laus captabatur in ſolitudine, vbi nemo erat applauſurus? data opera longè à terra relictis etiam duobus famulis, ne ſe coram teſtibus oſtentare videretur.* Sed vndè, quæſo, in Abraham tantum inanis gloriæ odium? Vndè tantus celandi, quod adeò erat præclarum facinus, amor? Recolendum hic eſt, quòd Patriarcha Abraham, vt habetur cap. 18. Geneſ. prandium priùs B parauerat tribus viris, in quo Euchariſticum conuiuium præſignatum fuiſſe docent Iſidorus Hiſpalenſis comment. in Gen. cap. 14. & alij Patres, quarè virtutem illius præſenſiſſe credendum eſt, quæ maximè inducit ad ea, quæ quò nobiliora, & excelſiora ſunt, eò cautiùs obtegenda.

Gen. 22.

Philo.

Gen. 18.

Iſidorus Hiſpalen.

Virtutes quò excellētiores, eò cautiùs obtegendæ.

Vidi Dominum (inquit Iſaias cap. 6.) *ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatū: & ea, quæ ſub ipſo erant, replebant templum. Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus volabant.* Sed cuius vultum? Dei ne, an ipſorum cooperiebaC tur? Sanè vtraque expoſitio ſuos habet patronos non vulgares, vnuſquiſquè faciem ſuam velabat, Pagninus, & Vatablus legunt; cui lectioni, cùm pluribus alijs adhærens, ſicut & aliàs adhæſi, diſquiro quamob cauſam facies ſuas alarum vmbraculo obtegant Seraphim; an quia non ſatis elegantes? non equidem; quia ab amore feruentiſſimo, quo feliciſſimè ardent beatiſſimi illi ſpiritus, venuſtè ſplendent, gratiam ſpirant. Quæ igitur huius occluſionis ratio? hanc facilè crediderim, vt ſoli Deo, quidquid pulchri habent, innoteſcat. Verùm ſi Seraphim ſimulacrum excelſo Domini ſolio adſtantium, adnotante Chryſo-D ſtomo homil. de Chriſti miraculis præmonſtrauit, quales debeant eſſe ad Euchariſticum Sacramentum accedentes. Certè optimè inſtruuntur, vt, quò ardentius inſtar Seraphim in Deum exæſtuant, quò ſublimiorem perfectionis apicem attingunt, eò diligentiùs ſtudeant, ne ab hominibus cognoſcantur, ne eorum encomijs celebrentur, ne populari aura efferantur, diuini tantùm honoris rationē habeant, illumq; ſolum ab vniuerſis excoli, & præconizari exoptent, ambiant.

Iſai. 6.

Pagninus, Vatablus.

Cur facies ſuas alarum vmbraculo tegant Seraphim.

Quidquid pulchri eſt, ſoli Deo innoteſcat. Chryſoſt.

Oculi tui sicut columbæ, legunt Septuaginta.

NOTVLA IV.

Deuota anima per Eucharisticũ Sacramentum facillimè diuersos virtutum actus elicit.

Columbas solatibus radijs repercussas, dum collum inflectunt, cæruleo, viridi, aureo, rubeo, alijsquè permixtis coloribus, quibus nomina assignare nõ est facile, nitere non sine oblectamento conspicimus: quare dum oculi, scilicet interni affectus dilectæ animæ assimilantur columbis solis iubare illustratis, & varios colores vibrantibus, quid, amabò, ità excogitari potest accõmodum ad repræsentandam miram facilitatem, qua anima pia admirandos diuersarum virtutum actus edit, dum tota in contemplatione Eucharistici Sacramenti absorpta, Diuini illius solis fulgore irradiatur? Et sicut columbæ ceruix omni excluso labore, leui solùm interueniente motu adeò admiranda colorum varietate à solis splendore, cui est exposita, picturatur; ità anima fidelis à Diuino sole, quem tota mentis acie contemplatur in augustissimo Altaris Sacramẽto, tales gratiæ radios excipit, vt multiplices, ac mirificos præstantissimarum virtutum actus facillimè eliciat; hæc modò cærulei venustatem per cælestes affectus refert, modò hilari spe virescit, modò aurea charitate fulget, Diuinitatisquè participatione quadam condecoratur, modò modestiæ verecundia rubet, modò demùm plurimarum virtutum conglomeratis actibus ità nobilitatur, vt vere de ea cani possit, quòd

Eucharistici solis radijs anima repercussa, mirificos elicit virtutum actus.

Mille trahat varios aduerso Sole colores, colores inquam, qui sunt eximiæ perfectionis ornamenta splendentia, quorum ne vocabula quidem memorare fit in promptu. Huius Eucharistici solis illustrationes expertus D. Anselmus in cælestibus alloquijs gratus & gratulabundus sic fatur. *Venit mundissimus sol vsq; ad miserum peccatorem, & ipsa sua carne, & sanguine clbauit.*

D. Anselmus.

Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de Monte Galaad.

NOTVLA V.

Pabulum Eucharisticum sanctas cogitationes nutrit, & mira tenacitate annectit.

In capillis, mentis operationes adumbrari sacrarum paginarum expositores passim docẽt; nam sicut illi à capite trahunt originem, ità hę à capite, siuè cerebro, ibi enim resident sensus interni, qui sunt instrumenta operationum intellectus: Galaad verò Christi typum esse docet Richardus de S. Victore hic, & benè; nam Galaad acetuum testimonij sonat, quod, vt aduertit D. Thomas, & Beda, Christo quadrat, in quo omnia Diuinæ legis testimonia, & symbola coaceruata sunt; quo posito, liquet quàm aptè ex capris Galaad multiplici, & longo vellere conspicuis à pingui gramine, & pascuorum perfectione comparatio desumatur ad indicandum, quàm abundet anima pia cælestibus cogitationibus sacra Altaris refectione impinguata. Non multùm ab hoc scopo recedere videtur memoratus Richardus, qui cùm per capillos, atque per capras, cogitationes sanctas, ac pias meditationes intelligat, per montem quoquè Galaad Christum, vt monuimus. De monte Galaad capras istas dici ascendere, ait, *quia quidquid boni cogitat anima, piaquè eius affectiones omnes à Christo sunt, qui loquitur in anima cogitationes pacis, & cuius spiritus suggerit eas in occultis: atque adeò is, in quo ha meditationes coaceruantur, testimonium h bet, quòd in eo Christus maneat, & ab illo ascensum harũ meditationum habet.* Porrò crebro affrictu ad arbusta, & cortices aromate sudantes, caprarum pili viscoso humore in monte Galaad delibuti, sicut facillimè inter errandum frondibus, & ramusculis implicabantur, ità difficillimè ab illis se extricabant; quo symbolo quàm admirabiliter virtus Sacrosanctæ Eucharistiæ hic adumbratur, quæ ità mentis cogitationes, & animæ piæ affectus ad se trahit, adeò strictis vinculis sibi copulat, talibus

Capilli quid in sacris paginis adumbrant.

Richard. de S. Victore.

D. Thomas Beda.

Richardus.

Eucharistię virtus piæ animæ affectus ità ad se trahit, vt à

À quibus irretitur amoris vinculis expedire ſe neſciat. D. Hieron.

A talibus amoris nexibus irretit, vt ab illis ſe expedire neſciat anima deuota, & ſic feliciter alligata monti Galaad, ſcilicet Chriſto detinetur; vndè meritò D. Hieronymus hom. 24. in epiſt. 1. ad Corinth. appellat Euchariſtiam mentis vinculum; & luculentiùs ad rem noſtram

B. Laurentius Iuſtin.

Laurentius Iuſtinian. tract. de incendio Diuini amoris cap. 5. *O quàm mirabilis eſt*, inquit, *dilectio tua Domine Ieſu, qui antequam aſcenderes in cælum, dimiſiſti homini poteſtatem, vt te qui velit, habeat in Altari, & tuo corpori taliter nos incorporare voluiſti, & ſanguine potare pretioſo, vt ſic tuo inebriati amore, tecum vnum cor, & vnam animam haberemus inſeparabiliter colligatam.*

Cæſarius Arelatenſis

B Cohæret Cæſarius Arelatenſis hom. 7. cuius verba excipe. *Aduertimus in aquis figuram gentium demonſtrari: in vino autem ſanguinem Dominicæ paſſionis oſtendi. Ac ſic, dum in Sacramētis vino aqua miſcetur, Chriſto fidelis populus incorporatur, et iungitur, et quadā ei copula perfecta charitatis vnitur: vt poſſit dicere cum Apoſtolo: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio, an fames? an perſecutio? &c.*

Inter myſteria, quibus redundant verba illa à ſanctiſſimo ſene illo Iacob, ex diuino ſpiritu prolata, dum filijs ſuis benedictionem impartiretur, & fauſta Iudę

C precaretur, illud vnum pro ſcopo præſenti, Phœbum veluti inter ſydera irradiare mihi videor conijcere, cùm ait.

Geneſ. 49.

Ligans ad vitem aſinam ſuam. Gen. 49. Si enim velimus ſacri arcani latebras perſcrutari, rectè quidem nouerimus, quòd

Xp̄s Dominꝰ vitis, quę vinum Euchariſticum nobis propinat. Ioan. 15.

Chriſtus Dominus ea vitis eſt, quæ vinum illud Euchariſticum germinans Virgines, nobis affluenter propinat; cùm ipſemet dixerit. *Ego ſum vitis vera.* Ioan. 15. Huic viti per ſacræ alimoniæ gratiā nectitur anima, quę appellari non incongruè poteſt aſina; quia ex contracta Protoplaſti lue, ad errandum per mundi

D deuia maximè propenſa eſt, ea fermè ratione, qua ſtolida aſina laxata, hùc, illùcque ſolet diuagari. Huic inquam viti nexu adeò valido deuincitur, vt Deum ſolum amet, ſoli Deo mente adhæreat, Deum ſolum deſideret, Deum ſolum in votis habeat, & in Deo tota ſit.

A *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quę aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas.*
Verſ. 2.

Indicatur ſenſus ad corticem litteræ.

B CVm dentium albedo plurimùm conferat ad venuſtatem, hāc in dilecta commēdat ſponſus hic, æquando eius dentes ouibus tonſis, de amne, & lauacro ſubeuntibus. Porrò duo ad munditiem ſpectantia in his ouibus conſiderare poſſumus, alterum in depoſitione per tonſionem vetuſti velleris, cui ſordes adhærere ſolent; alterum in ablutione, per quam ſi quæ ſordium reliquiæ remanſerant, detergantur. Verùm ſi candor dentium ſatis denotatur in ouibus à tonſione recentibus, & ablutis, cur additur gemina

C eorum proles? *Omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas.* Opportuna adiunctio ad ordinatam dentium coniunctionem indicandam; cùm enim oues recenter villis ſpoliatæ, aqua madentes, à lauacro conſertæ, & conſtipatæ gradiuntur comitantibus agniculis, ità ſe mutuò fouent, vt vnum earum omnium aſpicientium oculis corpus candidiſſimum appareat, non ſolùm in extima ſuperficie, ſed etiam in parte inferiori repletis vacuis inter illorum crura ab interpoſitis agniculis. Dici etiam poteſt, quòd his ouium gemellis fœtibus candidiores quidam dentes ſignificantur primores,

D nimirùm qui labijs conteguntur, & ad eorum apertionem ſpectantur, minutioreſquè ſunt, quàm molares, eorumquè candor ſicut præcipuè oculis eſt obuius, ità principaliter gratus. Ad horum autem maiorem albedinem, & nitorem repręſentandum maximè congrua eſt lana, qua recentes ouium fœtus veſtiuntur, cùm purior, minuſquè obſoleta ſit, quàm in vetuſtis ouibus. Quarè licèt comparatio gregis tonſarum de amne, & lauacro ſubeuntium, albedinem dentium in vniuerſum exprimat, ſignatiùs tamen nitidiores aliqui dentes demonſtrantur per agniculos, ut diximus.

Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus; & sterilis non est inter eas.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

B Sapientia admirabili anima pura ab Eucharistico Sacramento insignita commendatur hìc.

Quid in dentibus denotetur.

IN dentibus sapientiam denotari, admittere videntur quotquot huius loci expositores dicunt per dentes intelligi Ecclesiæ Doctores, pro qua expositione sunt, Augustinus in Psalm. 3. & lib. 2. de doctrina Christiana, Gregorius Papa, Philo Carpathius, Iustus Orgelitanus, Aponius, & alij. C Et sanè quàm aptè dentiū munus sapientiam repræsentet, non est difficile iudicare, sicut enim dentes cibum diuidunt, mandunt, ruminant, & ad optimam nutritionem illum disponunt, & si quid inutilis, vel nimis duri sentiunt, mordere renuunt; ità sapientia, quæ sibi, & alijs pro spiritalis vitæ alimento esse possunt, inuestigat, aptat, atque inutilia propulsat. Rectè ad rem nostram locutus est Gregorius Nyssenus hom. 7. *Vt corporeum alimentum*, inquit; *dentibus comminuendo paramus, ità vt visceribus nostris idoneum fiat, eo modo facultas quadam est in anima, quæ doctrinas comminuit, & per quam vtilis fit illi doctrina, qui eam re-* D *cipit*. In eundem scopum collineant verba illa D. Ambrosij serm. 16. in Psalm. 118. *Par est, vt diuidas primum, si solida tibi videtur esca, quæ sumitur, & distinguens eam, atque emollitam sine noxa aliqua anima in omnia eius membra naturali diuisione transfundas, vt vitalem eius succum omne eius corpus epuletur.* Porrò hæc sapientia in dentibus adumbrata comparatur ouibus à tonsione, & lauacro mundis, & gemino partu fœcundis, vt indicetur, quòd sapientia cordis munditiem postulat, & gemellos edit fœtus, studendo nimirùm æquè suæ, ac alienæ saluti

Augustin.

Gregorius. Philo Carpathius. Iustus Orgelitanus. Aponius.

Gregorius Nyssenus.

D. Ambrosf.

A consulere, hoc enim est verè sapere. Sed vbi, quæso, meliùs singularis sapientiæ dono ditari possumus, quàm in Eucharistico conuiuio? ibi enim cùm Christus profusa liberalitate nobis se ipsum totū in cibum, & potum tradat, ne mini dubiū esse potest, quin etiam thesauris sapientiæ, quibus ille abūdat, animam nostram repleat, si modò hæc ea, qua par est, nitear puritate.

Eucharistico in conuiuio sapientiæ dono ditatur communicātes.

Elegantissimè prælineatum fuit hoc in illis duobus Cherubim collocatis apud Propitiatorium. *Duos quoque Cherubim aureos, & productiles facies ex vtraque parte oraculi. Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero. Vtrumq; latus Propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculū, respiciantq; se mutuò versis vultibus in Propitiatorium, quo operienda est arca.* Exodi 25. etenim sicut Propitiatorio illo continente arcam, in qua erat manna, Altaris Sacramentum adumbrabatur, ità illi Cherubim in Propitiatorium respicientes, personas cælesti puritate insignes ab eodem Sacramento admirabili sapientia illustratas significabant, Cherub enim plenitudinem sapientiæ sonat ex Gregorio hom. 6. super Ezechielem, Non longè ab hoc scopo abire videtur Richardus Victorinus lib. 6. de Beniamin maiore cap. 20. *Quid itaquè aliud est Cherubim vultus suos in Propitiatorium vertere, quàm in Diuinarum rerum speculatione, & inuestigatione rationalem creaturā attendere, & ex inspecta similitudine ad Diuinitatis intelligentiam altiùs proficere?*

Exod. 25.

Gregorius.

Richardus. Victorinus

Degustato Adam fructu à Deo prohibito, sapientiæ iacturam fecit, audita enim voce Dei ad auram post meridiem deambulantis in Paradiso latebras quæritabat, quibus se absconderet à facie Domini. Et quid insipientius, quàm se velle subtrahere ab obtutibus Dei, intima quæquè cordis intuentis? Quod peruenustè perpendit Chrysostomus hom. 17. in Genes. *Nihil peccato peius, dilecte. Ipsum enim, vt introierit, non solùm confusione totos nos replet, sed & insipientes facit eos qui anteà intellectu, & sapientia multa præditi erant. Animaduerte, obsecro, quàm insipienter egit nunc, qui anteà tanta pollebat sapientia &c. audita Dei voce deambulantis in horto ad meridiem, occultauit se tam ipse, quàm vxor ipsius à facie Domini Dei in medio ligni Paradisi. Quanta est hoc insipientia, quòd à Deo, qui vbiq; præsens est, qui ex nihilo res vt essent, produxit, qui abscondita facit, qui finxit sigillatim corda hominum, & nouit omnia opera eorum, qui scrutatur corda, & renes, qui etiam ipsos cordis motus cognoscit, abscondere se tentant?*

Prohibito fructu degustato, sapientiæ iacturam fecit Adam.

Chrysost.

Verùm si cibus Eucharisticus est institutus, vt illata damna ab illo fructu, quem

Cibus Eucharisticus ad damna, quæ

quæ veritus Adamo cibus intul. te, repa. auda, inſtitutus.

contra præceptum Diuinum comedit Adam, repararet, & contrarios omninò effectus operaretur, vt paſſim docent Patres; ſanè ſicut per illius fructus comeſtionem, primus parens Adam ſapientiam amiſit, ità per Euchariſticam refectionem, ſapientiæ donum anima deuota conſequetur. Audiendus eſt hic Anaſtaſius Sinaita lib. 10. anagogic. contemplat. in Hexameron, vbi loquens de ſacra Altaris alimonia, hæc habet. *Ecce habes eſcam, habes etiam viſus recuperationem, & Dei agnitionem, quem per eſcam ignorauerant Protoplaſti.*

Anaſtaſius Sinaita.

Vrbanus 4.

Appoſitè Vrbanus Papa IV. in Clemente. de reliq. & vener. Sanctorum: *Dedit ſe Chriſtus nobis in pabulum, vt quia* B *per cibum homo corruerat, per cibum releuaretur ad vitam. Cecidit homo per cibum ligni mortiferum, releuatus eſt homo per cibum ligni vitalis; in illo pependit eſca mortis, in iſto pependit vita alimentum; illius eſus meruit læſionem, huius guſtus intulit ſanitatem. guſtus ſauciauit, & guſtus ſanauit. Vide, quia vndè vulnus eſt ortum, prodijt & medela, & vndè mors ſubijt, exindè vita euenit. De illo ſiquidem guſtu dicitur, quacunque die comederis, morte morieris; de iſto verò legitur, ſi quis manducaueris ex hoc pane, viuet in æternum.*

Ambr.

Myſteriū Euchariſticum agnouit Ambroſius lib. de Ioſeph cap. 11. quando memoratus Patriarcha in ſacco Beniamin frumento pleno etiam ſcyphum ſuū C reponi iuſſit. Sed nonne ſcyphus ille, in quo Ioſeph vaticinari ſolebat, ſapientiæ nouus typus erat? optimè ergò ſapientiæ donum cum Euchariſtico Sacramento coniunctum eſſe diuinitùs tunc indicatum habemus.

Quid Ioſephi ſcyphus in ſacco Beniamin poſitus adumbret?

Nato Ieſu in Bethleem, ſtella admirando iubare coruſcans illuxit in plagis Orientalibus, Magoſq; ita ſua luce illuſtrauit, vt illa præuia ad quæritandum verum Regem recens natum itineri ſtatim ſe commiſerint. Quid indè? hæc tandē veniens ſtetit ſupra vbi erat puer, Matth. 2. ſcilicet veluti in proprio centro ſupra Bethleem, quæ eſt domus panis, vt nimirùm palam fieret, admirandas diuinæ ſapientiæ irradiationes conferri ijs, qui accedunt ad domum panis Euchariſtici. Non obſcurè quod proſequimur argumentum innuit illud Eccleſiaſt. 15. *Cibabit illum pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum.*

Matth. 2.

Quid ſydus ſupra Bethleem conſiſtens præſignauit?

Eccleſ. 15.

A *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcēderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas.*

NOTVLA II.

Euchariſticum conuiuium pias cogitationes, & affectus ſubueniendi pauperibus excitat.

B DEntes pro meditatione accipiuntur à tribus Patribus apud Theodoretum; ſicut enim dentiū munus eſt terere cibum, & ad nutritionem diſponere, ità meditationis partes ſunt diligenter animaduertere, quæ animæ proficere poſſunt, eaquè ad ſpiritualem refectionem aptare: quarè hic dum à ſacro ſponſo dilectæ ſuæ meditatio aſſimilatur ouibus, quæ vellera depoſuerunt pro conficiendis veſtibus, & alijs hominum commodis deſeruientibus, atquè ita in illis eùm non incongruè virtus, quæ pauperibus, & egenis C diuitias diſpertit, adumbretur, benè innuitur hanc maximè cogitare de adiuuandis egeſtate oppreſſis, & hoc plurimùm affectare; huiuſmodi autem animi ſenſus, & deſideria potiſſimùm anima in ſacra menſa concipit, dum enim attentè conſiderat, qua profuſa liberalitate opulentiſſimo Altaris conuiuio excipitur, reficitur, ſaginatur, facilè inducitur ad vices Domino adeò liberali rependendas, quod ſe præſtare poſſe nouit, ſi opes ſuas pauperibus perſonam ipſius Domini repræſentantibus, largiſſimè communicet. Prætereà dum animaduertit à Chriſto Domino tanti fieri quemlibet pauperem, & infimæ conditionis homunculū, D vt eum ad ſuam regalem Euchariſtię menſam libenter admittat, ſummoperè ſtimulatur ad plurimi faciendos miſeros, & egenos, & illos eleemoſynis ſubleuandos, & recreandos.

Dentes meditationis typus.

Chriſtum ſub Euchariſtia exiſtentem repræſentatum in Lazaro, de quo Lucæ 16. adnotat Auguſt. lib. 2. quæſt. Euangelicarum, cuius hæc ſunt verba. *Vere paſſiones ſunt Domini, ex infirmitate carnis, quam pro nobis ſuſcipere dignatus eſt; canes verò, qui ea lingebant, gentes ſunt, quas homines peccatores, & immundos dicebant Iudæi; & tamen paſſiones Domini in*

D. Auguſt. Lazarus Chriſtū repræſentat ſub Euchariſtia exiſtentem.

Sa-

Sacramentis corporis, & ſanguinis eius per totũ ſam orbem ſuauitate lābunt deuotiſſima. Verùm nonne etiam Lazarus ille ita eſuriebat, vt cuperet ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis? & conſequenter Chriſtum etiam ſub Euchariſtia exiſtentem repræſentat famelicum, & alimoniam à nobis expoſtulantem, atq; adeò niſi quis valdè immitis ſit, facilè alimoniam illi ſuppeditabit, paſcendo nimirùm pauperes eſurientes, quos ſui perſonam repræſentantes nobis aſſignauit.

Ioan. 6.

Poſtquàm ſatiauit multitudinē Chriſtus in deſerto, mandauit Apoſtolis, vt colligerent fragmenta. *Collegerunt ergò*, inquit Ioan. 6. *& impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ ſuperfuerunt his qui manducauerant.* Illo conuiuio præſignatum fuiſſe Altaris conuiuium notat Chryſoſtomus hom. 8. in Marcum: inter alia verò præclara, quæ in ea fragmentorum collectione myſteria prænotata fuerunt, hoc eſſe reor, quòd ſacræ menſæ conuiuæ doceantur, quali ſtudio opes ſaltem illas, quæ ſtatui cuique proprio non ſunt neceſſariæ, in ſuſtentationem pauperum deſtinare, & erogare debeant. Pertinenter ad rem noſtram loquitur Chryſoſtomus hom. 51. in Matth. *Vis corpus Chriſti honorare? non deſpicias ipſum nudum: neque hic quidem in Eccleſia ſericis pannis induas, foris autem frigore, ac nuditate confici negligas. Qui enim dixit, Hoc eſt corpus meum, & rem ſimul cum verbo cōfecit, idem dixit: Eſurientem me vidiſtis, & non cibaſtis, & in quantum non feciſtis vni eorum minimorum, nec mihi feciſtis.*

Chryſoſt.

Sacræ mēſæ cōuiuæ, quæ ſtatui proprio neceſſaria nō ſunt, opes pauperibus erogare docentur.

Chryſoſt.

Diſcipuli poſt Euchariſticam refectionem hymno dicto exierunt in montem oliuarum, Marci 14. qui mons cùm notiſſimus ſit eximiæ miſericordiæ typus, non obſcurè tunc præmonſtratum fuit, ab Euchariſtiæ ſumptione ad culmen, & faſtigiū miſericordię, cuius eſt miſeris ſubuenire, nos facilè euehi.

Marci 14.

Oliuarum mons miſericordiæ typus.

A *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas.*

NOTVLA III.

Sacra Synaxis inducit ad meditanda ea, quæ pacem, & concordiam cum proximis fouent.

B PRæcedenti notula ex Patrum ſententia vidimus per dentes ſignificari meditationē, oues verò ab amne aſcendentes comitantibus agnitulis, cùm ita ſe in vnum agmen colligere, & conſtipare ſoleant, vt vnum corpus conſtituere videantur, vt in cortice litteræ indicauimus, aptiſſimo typo mutuam pacem, & concordiam repræſentant: quo poſito, dum dilectæ meditatio ouibus ſic ſimul ordinatim conſertis comparatur, eam C maximè de ſeruanda pace, & charitatis vnione cū proximis cogitare nobis innuitur; has verò pacis cogitationes potiſſimū ſuggerit, & mutuæ charitatis affectus excitat ſacroſanctū Altaris Sacramentū.

Oues in vnū ſe colligētes agmen pacem mutuam referunt, & concordiā.

Apud antiquos conſuetudo inoleuit, vt prandium pararent ad eliminandas diſſenſiones, ſi quæ excitatæ eſſent inter perſonas cognatione, vel affinitate coniunctas. *Conuiuium ſolemne*, inquit Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. *maiores inſtituerunt, illudquè Chariſtia appellauerunt, cui præter cognatos, & affines nemo interponebatur: vt ſi qua inter neceſſarias perſonas querela eſſet orta, apud ſacra menſa, & inter hilaritatem animorum, fautoribus* D *Concordiæ adhibitis, tolleretur.* Ad hunc morem alludit Ouidius 2. de Faſtis.

Valer. Max.

Ouid.

Proxima cognati dixere Chariſtia chari,
Et venit ad ſocios turba ꝓpinqua Deos.

Sed nonnè Euchariſticum conuiuiū maximè inſtitutum eſt, vt vnanimes, & vnicordes reddat, quos excipit, & reficit? vndè menſa Euchariſtica, menſa pacis appellatur à Chryſoſtomo hom. de proditione Iudæ, & D. Auguſtinus tract. 26. in Ioan. panem Euchariſticum, panem concordiæ nominat. *Litigabant*, inquit, *Iudæi, quia panem concordiæ non intelligebant, neque ſumere volebant.* Eundem titulum eidem Sacramēto tribuit S. Thomas

Euchariſticū epulum, vt vnanimes fideles reddat, inſtitutum.

Chryſoſt.

Auguſtin.

D. Thomas

mas in Catena in cap. 6. Ioan. *Litigabant ergò, ait, Iudæi, quia panem concordiæ non intelligebant, ad inuicem litigabant: qui autem manducant talem panem, non litigant ad inuicem, ſed per hunc Deus facit vnanimes in domo.* Hùc etiam reſpexit

Cyprian.

Cyprianus de cœna Domini illis verbis. *Quibus vnus eſt panis, vnum eſt corpus, & omnium vnum cor, & anima vna vni Chriſto adhærens.* Et hinc eſt, quòd Eccleſia in oratione ſecreta Miſſæ, quæ dicitur in feſto Corporis Chriſti, pacem, & vnitatem in hoc Sacramento deſignari affirmat.

Peruenuſtum ſymbolum mutuæ concordiæ, & charitatis, quam fouet ſacra Synaxis, nobis delineatum fuit in illis duobus Cherubim mutuò ſe reſpicientibus verſis vultibus in propitiatorium, quo operiebatur arca, Exod. 25. ſicut enim arca, in qua manna ſeruabatur, Euchariſtiam ſignificabat, ita reciproci amoris, & mutuæ concordiæ clara atteſtatio eſt mutuus intuitus.

Cherubim mutuò ſe reſpiciẽtes, verſis vultibus in propitiatorium pacis ſymbolũ repræſentant.

Pſal. 127.
Chryſoſt.

Illud Pſal. 127. *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum, in circuitu menſæ tuæ*, quod Chryſoſtomus hom. 61. ad popul. de ſacræ menſæ conuiuis intelligit, & ita etiam applicat Eccleſia in ſolemnitate Corporis Domini, non obſcurè indicat, à virtute Euchariſtiæ germina pacis pullulare, & adoleſcere; in oliua enim pacem denotari ſatis compertum eſt, vndè Virgilius Aeneid. 8.

Virgil.

Paciferaq; manu ramum prætendit oliuæ.
& oleaginas coronas dari ſolitas ijs, qui triumphum ſolum procurant, neque in prælio fuerunt, ſcribit Aulus Gellius.

Aulus Gell.

Quid mixtio aquæ in vino, quod conſecratur.

Mixtio aquæ in vino, quod conſecratur, plura innuit myſteria, inter quæ nõ minimum hoc exiſtimo, ſcilicet inſinuari ſummam vnionem, quæ fit tùm inter Chriſtum, & communicãtes, tùm etiam inter ipſos communicantes; aqua enim multitudinem populorum adumbrat.

Beda.

Huic exiſtimationi fauet Beda citatus à S. Thoma in Catena ad cap. 22. Lucæ. *Quia*, inquit, *& nos in Chriſto, & in nobis Chriſtum manere oportet, vinum Dominici calicis aqua miſcetur. Teſte enim Ioanne, aqua multa populi multi.*

A *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas.*

NOTVLA IV.

Perfecta rerum terrenarum abdicatio, & aſſiduum ſtudium cooperandi ſaluti animarum, acuit appetitum Euchariſtici pabuli.

B

OVES, quæ depoſito tõſura vellere ab amne gradiuntur, quò magis ob nuditatem, & aquam, qua madent, exteriùs frigeſcunt, eò magis interiùs calent, atquè ita in eis calore efficaciùs operante alimentum citiùs abſumitur, eſurieſq; vehemẽtior prouocatur, quæ eo etiam acuitur, ſi gemellīparæ ſint, quo ex ſubminiſtratione alimenti eorum ſubſtantia imminuta

C

nouo cibo eſt reparanda: quarè hæ ſolent ſumma contentione ad paſcua progredi, auiditate magna mandere, manſitare, cibumq; ad ſtomachũ demittere. Deus verò, qui ab edendo nomen habet, aliquandò pro appetitu edendi ſumitur, vndè apud vulgum ſatiare dentem idem eſt, ac famem explere, & qui cibo inhiat, dicimus habere dentes rotatos: quocircà dum dentes dilectæ Dei ouibus auidè paſcentibus comparantur, ſanè denotatur vehemens appetitus, quo illa fertur in cibum ſpiritualem, ſcilicet Euchariſticum, qui verè eſt cibus animæ iuxta illud: *Caro mea verè eſt cibus.* Porrò ſicut

D

oues reciſo vellere, & ablutæ ab omni puluere, ſi quid illius poſt tonſionem remanſerat, & à frigore extrinſeco aquæ, aucto interiori calore fameſcunt, ita diuitiarum, & terrenarum rerum contemptor, & verè ſpiritu pauper, eò magis intus ferueſcente amoris diuini affectu eſurit Altaris dapem, quò exteriùs ad mundi obiecta frigeſcit, & ſicut cætera mundi pabula illi deſipiunt, ita ſolum Euchariſticum illi ſapit; vt peruenuſtè Cyprianus ſerm. in cœna Domini adnotat. *Vident hæc Sacramenta pauperes ſpiritu, & hoc vno contenti ferculo, omnes mundi huius delicias aſpernantur, & poſſidentes*

Quò magis mundi pabula nobis deſipiũt, eò ſapit magis cibus Euchariſticus.

S. Cyprian.

dentes Christum, aliquam huius mundi possidere supellectilem dedignantur. Et optimè Gabriel Biel serm. 1. in festo Corporis Christi exponens illud, *Esurientes impleuit bonis*, perpendit, quantum opum, & cæterarum rerum, quæ in mundo magni fieri solent, perfecta abdicatio acuat famem Eucharisticę alimoniæ. *Esurientes impleuit bonis. Nec breuius, nec efficacius cælestis edulij vtilitatem, & fructum edicere potuit, dum non quoslibet, non vtiq; diuites (de quibus mox subiunxerat. Et diuites dimisit inanes) sed esurientes bonis prædixerat adimpleri. Esurientes sunt pauperes, quorum animus renuit consolari in hoc mundo, quorum stomachus insitiam esuriens, à noxijs humoribus sæcularium delectationum euacuatus est, qui extinctis manibus desiderijs sitiunt ad Deum, quatenùs veniant, & appareant ante faciem eius, de quibus Propheta prædixerat, parasti in dulcedine tua pauperi Deus.* Prætereà, sicut oues tonsæ, & aqua ablutæ esuriunt, & eò magis, si geminos partus fineuixæ, ita qui mundanis omnibus rebus à se ablegatis, spiritalis prolis generationi, & educationi sedulò vacat, maximè Eucharisticum cibum appetit, quia maiori semper diuinæ gratiæ alimento, quod abundè suppeditat sacra Synaxis, indiget ad vires spiritales roborandas, & fœcundandas, quibus Deo nouam prolem progignat, & progenitam nutriat, & foueat.

Gabr. Biel.

Opum abdicatio Eucharistici ferculi famē acuit.

Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate. Isaiæ 55. De Altaris Sacramento sermonem hic esse suprà ad versicul. *Reuertere: similis esto, &c.* cap. 2. ex Patrum interpretatione diximus. Porrò si persitientes ij, qui vehementi appetitu ad Dominicam mensam anhelant, intelliguntur, vt ibidem declaratum est, huius ardentissimi desiderij qualem arbitramur fuisse causam? Sanè cūctis vale dixisse mundi diuitijs, non aurum, non argentum, nullas possidere gazas; *qui non habetis argentum*, inquit sacer textus. O felix inopia, quæ ad veras pertrahit opes, ad supercælestes videlicet, & inexhaustos Eucharistiæ thesauros.

Isai. 55.

Qui mundi diuitijs vale dicunt vehemēti appetitu ad sacram mensam anhelant.

Edent pauperes, & saturabuntur. Psal. 21. Sed cur potiùs pauperes, quàm diuites edendo saturantur? An quia solis illis, qui à quibuslibet sæculi emolumentis animos suos abdicarunt, qui nec pretiosa indumenta, nec monilia, nec gemmas, nec aulæa curant; nec opiparè gaudent epulari, sed qui tenui victu vitam vix sustentant; ij fame illius diuini cibi, qui omnem humanum explet appetitum, mirum in modum incitantur. Concinnam Augustini accipe insinuationem, expositione 2. in præmemoratum Psalmum. *Beati, inquit, pauperes, quia hi ideò edunt, vt saturentur, edunt enim pauperes, qui autem diuites sunt, non saturantur, quia non esuriunt.*

Psal. 21.

Qui tenui gaudent victu, ij vehemētiori sacræ dapis fame incitantur.

D. August.

Instruxit aciem numeratis in prælium tercentum, & decem octo vernaculis, vt quinque Reges è manibus hostium vindicaret inclytus Patriarcha Abraham, sub dubio Marte inimicas phalāges adoritur, profligat, triumphum agit. Victori occurrit Rex Sodomorum, qui vt grati animi vices suo liberatori rependeret, eum flagitat, vt vniuersas opes ingenti cum vitæ discrimine sub ancipiti prælio recuperatas, sibi reseruare ne grauetur, sola personarum, quas ab hostibus eripuerat, restitutione contentus. Sed detrectat omninò generosus Abraham, nec minimam illius amplæ supellectilis portionem, licèt iure belli ad ipsum, & ad commilitones suos spectaret, suscipit, nempè quia pugnarat solo charitatis stimulo incitatus, atquè adeò terrenarum diuitiarum præmia reiectat. *Da mihi animas, cætera tolle tibi*, dixit Sodomorū Rex: cui Patriarcha. *Leuo (ait) manum meam ad Dominum Deum excelsum, possessorem cæli, & terræ, quòd à filo subtegminis vsquè ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt.* Solam verò panis, & vini refectionem à Sacerdote Melchisedech oblatam admittit. *At verò Melchisedech Rex Salem proferens panem, & vinum, erat enim Sacerdos Dei altissimi, benedixit ei, & ait: Benedictus Abraham Deo excelso, qui creauit cælum, & terram: & benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt.* Gen. 14. Non vulgare quidem latitat hac in re Sacramentum. Quis enim mystico in sensu est Abraham, qui debita sibi spolia abnegauit, & pro tot exantlatis laboribus, & periculis toleratis in subleuando proximo, sola refocillatione panis, & vini, à Melchisedech suppeditata recreatur? certè fidelis anima, quæ pretiosa quæcunq; tellus producit, ablegat, quidquid enim purioris auri dant Ganges, Tagus, & Pactolus, quascunq; margaritas, & gemmas edunt Erythræum, & Hydaspes, flocci facit, vitā in saluti animarum cooperatione cuicunque exponit discrimini, prouinciam qualemcunquè difficilem aggreditur, atdui nihil recusat; vnū hinc affectans stipendium, Eucharisticam scilicet alimoniam, quia sicut satis illi mercedis est pro Christi amore in proximorum beneficium desudasse, periculaquè subijsse, ita de solo Christo, quem in sacra mensa suscipit, sibi texit corо-

Gen. 14.

Eucharistica alimonia satis merces dis est pro plurimis in proximorū beneficium laboribus exantlatis;

nam,

nam, & nihil vltra deſiderat.

Hæc omnia ad feliciſſimam praxim redacta in D. Philippo Nerio contueri poſſumus; hic non modò paternis bonis, & opulentæ hæreditati renunciauit, ſed & Cardinalitiam dignitatem pluries recuſauit, totus verò erat in propaganda ſpirituali prole; hinc adeò inhiabat Euchariſtico conuiuio; vt etiam cùm infirmus decumbebat, nulla die à tali refectione poſſet abſtinere; illius ſola recordatione geſtiebat; quoties præ manibus calicem vacuum habebat, mirificè exhilarabatur. Verùm quibus verbis palam fiet, quàm ſuauiter illi ſaperet corporis, & ſanguinis Christi ſumptio? tale B enim erat, & tantum oblectamentum, quo afficiebatur, vt facilè innoteſceret omnibus eam ab eo deguſtari dulcedinem, quam paucis delibare conceſſum eſt. Calicem ab ore, cui pluries in vno ſacro admouere conſueuerat, auellere non poſſe videbatur. Mos illi erat labia alternis quoquè momentis ſugere; tanto cum animi affectu Christi ſanguinem hauriebat, vt in illius parte, quam ore apprehendebat, dentium ipſius impreſſa veſtigia apparerent. Non licebat cuiquam vinum ad abluendum calicem illi offerre, niſi ipſe nutu peteret; ſtudioſè à circumſtantibus facie ſubtracta, nulli ad eam viſendam locus relinque- C batur. Sumpta ſacra hoſtia prægrandē, & delicatam buccellam in ore habere videbatur; lingua digitos, & labia lambebat; præ ſuauitate non ſtatim deglutiebat, ſed in ore, quantum poterat, retinens more eorum, qui bene conditum cibum paulatim manſitant, paulatim collabi in ſtomachum ſinebat; idem in hauſtu ſanguinis. Hæc omnia referuntur in vita eiuſdem Sancti deſcripta ab Antonio Gallonio.

Ant. Gallonius. In vita S. Philippi Nerij.



A *Sicut vitta coccinea labia tua: & eloquium tuum dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, abſq; eo, quod intrinſecùs latet.*

Verſ. 3.

Indicatur ſenſus ad corticem litteræ.

Roſeum labiorum colorē elegantis vultus maximam partem commendaturus ſponſus corallis æquare potuiſſet, ſed nō minor laus vitta, ſeu faſciola coccinea exprimitur; etenim coccum purpura acutius, & viuidius rubeſcens rutilat, vt inter alios adnotat Ioannes Ferdinandus in theſauro, Verbo *Coccum*, num. 1. & conſonat D. Ambroſius ſerm. 18. in Pſal. 118. vbi ait in cocco eſſe ſpeciem ignis. Porrò non ſolùm venuſtas labiorum rubentium celebratur hic, ſed etiam gratia quædam in concluſis labijs, quæ & congruo tempore ſilentium ſeruant, & ſuauia verba, vbi opus eſt, effundunt. Circa C aliam partem huius verſiculi, *Sicut fragmen &c.* Interpretum aliqui exiſtimant genis ſponſæ comparari hic diſſecto in fruſta malo punico, cuius rubicunda grana purpuraſcentes genas repræſentent: alij verò pluriores corticem mali granati adduci in comparationem genarum ſponſæ exiſtimant, eo quòd non ſolùm ruberibus granis intùs locupletetur malum punicum, ſed etiam exteriori cortice roſeo perfuſo colore condecoratur, atq; ita aptum eſſe ſymbolum ad ruborē genarum denotandū. Non deſunt plura, quæ hanc poſteriorem expoſitionem probabiliorem reddant; in primis eſt D verſio Septuaginta, quæ habet, *Sicut cortex mali punici genæ tuæ.* Prætereà non ſolùm in Palæſtina mala granata cortice rubentia fuiſſe eruditè colligit Gaſpar Sanctius hic, ſed etiam in alijs orbis partibus ſuauiter rubere externum malorū punicorum corticem non rarò conſpicimus, ea præcipuè parte, quæ ſolis aſpectui obuia eſt. Adde, quòd in extimo cortice mali punici expolita quædam lenitas, & non indecorus tumor eſt, quo commodiùs elegantia genarum ſignificatur. Demùm verba illa, quæ ſubnectuntur, *abſque eo, quod intrinſecùs latet*, indicare videntur, externo quidem mali

Io. Ferdinandus.
D. Ambr.
Septuag.
Gaſpar Sanctius.

punici

punici cortice purpureo colore eleganter suffuso roseas genas repræsentari, aliquid verò pulchritudinis in sponsa intus latentis innui eadem mali punici similitudine, quatenùs nimirùm hoc viuida illa rubentia grana sub cortice, & membranarum inuolucris contegit.

Sicut vitta coccinea labia tua: & eloquium tuum dulce.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Commendatur pia anima, quæ sicut in Eucharistica mensa charitate repleta est, ità de ea frequenter loquitur.

Charitatem in roseo colore adumbrari sat notũ est, vndè commodè charitatem, & de ea iucundum eloquium in labijs dilectæ Dei coccineæ vittæ simillimis designari nullus

C

Petr. Dam.

inficiabitur. Appositè Petrus Damianus opusculo 50. de Institutione monialis cap. 3. *Terretur, ait, aduersarius, cùm Christiani labia, Christi videt rubentia cruore.* Sed à quo meliùs hoc charitatis minio illiniuntur labia sponsæ, quàm à Christi sanguine, qui in Eucharistico conuiuio propinatur?

Sponsæ labia charitatis minio illiniũtur, dũ Christi sãguine inebriatur.

Fuit olim, & modò viget consuetudo cœnam, & conuiuia parandi ad beneuolentiæ fœdera inter homines socianda, & charitatis vincula magis adstringenda, vndè Clemens Alexandrinus 2. pædagogi cap. 1. *Fit quidem cœna,* inquit, *propter charitatem, sed non est cœna charitas, verùm beneuolentiæ, quæ sua libenter impendit, indicium.* Verùm si ad charitatem fouendam plurimum habent momenti apparatæ mensæ, in quibus demortuorum animalium, & terræ fructuum epulæ apponuntur, quantò efficacior esse debet ad charitatem non modò excitandam, & inflammandam in humano corde, Eucharistica mẽsa, quæ & ad immensã Christi charitatem erga nos demonstrandam instituta est à Christo, *qui cùm dilexisset suos, in finem dilexit eos,* & In ea quidquid cibi, & potus sumitur, charitas est. Clemens Alexandrinus 2. pædagogi cap. 1.

Clem. Alex.

D

Ad charitatem excitãdam Eucharistica mẽsa efficacissima.

Clem. Alex.

A *Charitas autem re vera est cæleste nutrimentum, rationale epulum, omnia sustinet, omnia sperat, omnia suffert, charitas nunquam excidit.* Verè enim manducatur caro Christi, & sanguis eius bibitur, qui ratione Diuinitatis charitas est. Deus enim charitas est; qui verò charitatis dapibus abundè est refectus, & charitatis vino largè potatus, facillimè charitatis verba eructat. Elegantissimè accinit Basilius dilucidans illud psal. 44. *Eructauit cor meum verbum bonum. Cum eructatio,* inquit, *siue ructus flatus sit arcanus ille, & occultus. qui erumpentibus bubulis sursum versus efflatur. & expirat præsumpti alimenti feruorem; isque nutritus vino illo pane,*

Basil.

B *qui de cælo descendit, & dat vitam mundo, & plenè exsatiatus omni verbo, quod procedit de ore Dei, secundum consuetam scripturæ tropologiam, anima sanè sacris educata, disciplinis conuenientem, & accommodatam sumptis edulijs emittit eructationẽ.* Et subdens verba Matthæi 12. *Ex abundantia cordis os loquitur,* hæc subnectit. *Bonus homo de bono thesauro profert bona. Quoniam ergò spiritualis erat, optimaquè nutritio verbum bonum Propheta eructauit. Bonus namque homo de bono cordis sui thesauro bonum profert. Quæramus igitur nos ex verbo cibum ad exsatiandas nostras animas. Iustus enim,* inquit, *comedens explet animam suam, vt quibus nutrimur, non quodcunque verbum, sed bonum remittamus.* Cohæret D. Augustinus serm. 7. de diuersis. *Vos de illis sitis, de quibus dicitur, manducabunt pauperes, & saturabuntur, at saturati salubriter eius panem, gloriamq; ructate.*

Matth. 12.

D. August.

Sicut vitta coccinea labia tua: & eloquium tuum dulce.

NOTVLA II.

Laudatur gratia sermonum, quæ diffusa est in labijs cælestis sponsæ per virtutem Sacramenti Eucharistici.

Inter alios effectus, quos præstat Eucharistia, est linguam, & labia dirigere, & aptare Diuinis eloquijs. Rectè Theodoretus quæst. 24. in Exodum, explicans illud 12. eiusdem Exodi. *Et sument de sanguine eius, ac ponent super vtrumquè postem,*

Linguã diuinis aptare eloquijs, Eucharistiæ effectus.

Theodoret.

ſtem, & in ſuperliminaribus domorum, in quibus comedent illum, ità loquitur. *Hæc autem vniuerſa myſteriorum noſtrorum ſunt ænigmata: nam eo nos vngimus agni noſtri ſanguine non ſolùm limen, ſed vtrumquè poſtem purgantes; & ſanctificantes exteriùs linguam, & labia; interiùs autem, & ſecundùm intellectum pro limine rationalem partem, & pro vtroquè poſte facultatem iraſcẽdi, & concupiſcendi.* Occurrunt hìc pia, & florida verba Richardi de S. Victore part. 2. in Cantica Canticorum cap. 19. *Labia*, inquit, *ſponſæ, vittæ comparantur, quia ſicut vitta conſtringit crines, ne diſſolutè defluant, ità deuota anima labia ſua ligat, & cohibet, ne mala, vel inutilia loquatur, & in perniciem propriam, vel aliorum defluant, & diſſoluantur. Quæ vitta coccinea dicitur, quia per coccinum charitas intelligitur, quo labia hæc ligantur. Per dilectionem namquè Dei, & proximi continentur, & reprimuntur verba, ne videlicet proferantur, quod vel Deum offendat, vel proximo noceat, dilectio hæc Dei lectio, vel Dei electio dici poteſt. Legit enim Deum in cordis ſchola, ibi diſcit Deum noſcere, Deum ſapere. Eligit etiam Deus in amore, & elegit eam Deus, & præelegit, vndè & præ alijs in ea legit, & diſcit quæ cogitat, loquitur, atquè agit. Qui vnus ſpiritus eſt cum Deo, quæ aliena ſunt ab eo, ſicut non ſentit, ità non loquitur. Qui bonitati ſociatur, ab ea per noxia non diſiungitur. Qui adhæret veritati, à vanitate auertitur, quia veritas, & vanitas in vno domicilio non commorantur, & qui deuotus fuerit, per inutilia verba non defluit. Labia ergò ſponſæ, quia verba comprimunt, nè diſſolutè fluant, vittæ comparantur. Quia verò per dilectionem Dei tinguntur, coccino aſſimilantur.*

Richard. de S. Victore.

Inter præcipuas dotes, quibus Seruator noſter admirabilis fuit inter mortales, ea erat, qua ſuauitate ſermonis cæleſtem doctrinam effundebat in audientiũ animos, quos ità verborum dulcedine deliniebat, & capiebat, vt eius mellita oratione detenti homines, & illo eloquij nectare penè dicam enutriti, & ſaturati ipſam corporis quandoquè non curarent refectionem. Faceſſat mihi neſcio cuius Herculis fabula, quem, vt eius in dicendo copiam, & vim magno cum lepore commixtam, qua auditores alliciebat, & quadam vi ad ſe attrahebat, ſignificarent Priſci ſcriptores; effingebãt leonis ſpolio indutum, & claua inſtructum, à cuius perforato linguæ cuſpide, catenulæ aureæ nonnullæ exiliebant, quæ auribus hominum innexæ ingentem eorum trahebant cateruam. Veriſſima proferamus, nonnè numeroſa virorum multitudo ab eius tàm dulci oratione

Chriſti ſuauitas in ſermonibus.

A (*diffuſa erat enim gratia in labijs eius*) allecta, atq; recreata, ieiuna illum comitabatur? *Quod cùm cognouiſſent turbæ, ſecutæ ſunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei.* Luc. 9. Porrò cum Chriſtus mores ſuos communicãti inſtillet (iuxtà ea, quæ diximus ad verſ. *Sicut lilium inter ſpinas*) quis inficiabitur hanc etiam ſermonis gratiam in benè diſpoſitum deriuare? Vt hac prærogatiua donentur in ſacra Synaxi, omnes quidem fideles diligentem apparatum præmittere debent, ſed maximè qui alijs præſunt; plurimum enim ad conciliandum ſibi ſubditorum amorem, & ad eorum
B viſcera, vt ità dicam rapienda, valet locutio mitis, & cum venuſtate blanda: quod optimè adnotauit Annæus Seneca lib. 1. de ira cap. 5. *Legum*, inquit, *præſidem, ciuitatiſquè rectorem decet, quandiù poteſt verbis, & his mollioribus ingenia curare, vt facienda ſuadeat, cupiditatẽq; honeſti, & æqui concilìet animis, faciatquè vitiorum odium, pretiũ virtutum.* Idem floridè docuit Ambroſ. lib. 2. de officijs, cap. 7. *Popularis enim* (ait) *& grata eſt omnibus bonitas, nihilq; quod tam facilè illabatur humanis ſenſibus. Ea ſi manſuetudine morum, ac facilitate animi, moderatione præcepti, & affabilitate ſermonis, verborumquè honore, patienti quoque ſermonum vice, modeſtiaq;*
C *adiuuetur gratia, incredibile quantùm procedit ad cumulum dilectionis. Legimus enim non ſolùm in priuatis, ſed etiam in ipſis Regibus, quantum facilitas blanda affabilitatis profuerit, aut ſuperbia, verborumq; obfuerit tumor, vt Regna ipſa labefactaret, & poteſtatem ſolueret.*

Luc. 9.

Seneca.

D. Ambr.

Sicut vitta coccinea labia tua: & eloquium tuum dulce.

NOTVLA III.

D Laudat ſponſus ſacer labia dilectæ ſuæ, quæ, vt Euchariſtiam decẽter recipiant, à ſcurrilibus, & profanis eloquijs ſe continent, diuinis verò laudibus feruidè occupantur.

Vetuſtiſſimus ritus fuit tẽplorum aditus, & limina floribus, cælaturis, emblematibus, alijſquè præclaris ornamentis cõdecorare, vndè Virgilius

Virgil.

gilius 3. Geoegic.

Et viridi in cāpo templū de marmore ponā.

Et fundie:

In floribus pugnā ex auro, solidoq; elephāto
Gangaridum faciā, victorisq; arma Quirini:

Ee in primo Aeneidos.

Talis erat Dido: talem se lata ferebat
Per medios, instans operi, regnisq; futuris.
Tum foribus Diua, media testudine templi
Septa armis, solioq; altè subnixa, resedit.

Ex quibus colligitur, quòd plurimū operis Dido collocabae in insteuendis, perpoliendis, & adornandis foribus Diuæ.

S. Paulin.

De hac consuetndine meminit S. Paulinus in hymnis.

Spargite flore solū, prætexite limina sertie.

Tertullian.

& Teetullianus in Apolog. cap. 35. *Quàm recentissimis, & ramosissimis laureis postes præstruebant, quàm elatissimis, & clarissimis lucernis vestibula enubilabant, & aliqui tanta Religione, templorum limina excolebane, vt ad illius sanctitatem illibatam conseruandam, sanguinem effundere, mortem etiam acerbissimam subire parati essent.* Hùc

Tibull.

Tibullus alludens cecinit.

Non ego, si merui, dubitē procūbere tēplis,
Ee dare sacratis oscula liminibus.
Non ego tellurē dubitē perrepere supplex,
Et miserum sancto tundere poste caput.

Sed si taneum laboeis, & diligentiæ adhibebatur in concinnandis templorum foeibus, & liminibus, vt debitus honor numini, quod illis inesse falsò existima- C batur, persolueretur; quātum quæso studij, sedulitatis, & solertiæ adhibendum erit, vt ea labia, quæ Cheistum in Eucharistia exceptura sunt, impollura seruentur, atq; in laudes diuinas feruenti deuotione effusa supremo Numini aditum non indecorum præbeant?

Studij plurimū adhibendum vt labia, quæ Christū exceptura sūt, impolluta seruentur.

Sicut communicans templum Dei efficitue, ita & eius labia, templi limina fiunt. Appositè Hugo Catensis supee illud Ioan. 6. *Qui manducat meam carnē, & bibie meum sanguinem, in me manet, & ego in illo,* ait. *In me manet tanquam membrum in corpore, & ego in illo, sicut Dominus in hospitio, Sacerdos in templo, sicut* D *sponsus in thalamo.* Quia ergò dilecta Dei summa diligentia nitebatue labia cohibere, ne diffluerent in verba inutilia, & diuinis vacarent laudibus, vt cōgruenti ornatu tanquam mystici templi decorata limina Christum Saceedotem summum exciperent in sacea communione, hoc illi encomium tribuitur his verbis, *Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.* Poerò inter innumera, quæ nos ad diuinas laudes celebrandas alliciunt, maximè impellit Eucharistiæ beneficium; vndè Dauid Psal. 134. *Psallite,* inquie, *nomini eius, quoniam*

Hugo Catens.

Eucharistię beneficium fideles allicit ad diuinas laudes. Psal. 134.

A *suaue:* his verbis innuens laudes Deo esse concinendas, quia suauitatem diuinam in sacra Synaxi, vt in suo fonte nobis degustandam dedit, quod egregiè perpendit D. Augustinus in citatum locum. *Quid suauius pane Angelorū? Quomodo ergò non est suauis Dominus, quando panem Angelorū manducauit homo?* Hanc dulcedinem spiritu prælibans Beatissima Virgo, statim atq; consensit Incarnationi Verbi, & futuræ institutioni huius Sacramenti, vt diximus tom. 1. de Eminentia Deiparæ cap. 7. quæst. 41. prorupit in laudes, Deum magnificando pro tanto Sacramento, quod venustè Gabriel Biel sec. 1. in festo Corporis Chri- B sti, his veebis elucidauit. *Esurientes impleuit bonis. Virgo Beatissima ab aeterno à Patre in matrem suo filio electa, postquam Sancti Spiritus operatione tria sata farinæ purissimæ in eius visceribus castissimis, caro scilicet, anima, & Deitas commixta in vna Verbi persona vniebantur. Sicq; panis vita, panis Angelorum, panis, qui de cælo descendit, in Virginis matris coctus est vtero, eodem Spiritu Sancto docente, intellexit eundem filium suum iam cibum hominum factū, qui est cibus Angelorum, sub Sacramentali panis, & vini specie, homines fructu multiplici refecturum. Ideò in laudibus, quibus anima sua pro accepto beneficio magnifica-* C *bat Dominum exultante spiritu eius in Deo salutari suo, hoc ipsum grande mysterium prophetando cecinit, & expressit dicens. Esurientes impleuit bonis.*

D. August.

Gabr. Biel.

Sicut vitta coccinea labia tua: & eloquium tuum dulce.

NOTVLA IV.

Genus eloquij dulcis, & encomiastici est, venerabundo silentio incomprehensibilem excellentiam Eucharistici Sacramēti indicare.

DIximus prædictis verbis non solùm purpureum labiorum coloeem, sed & decorem, quem labia præseferunt, dum congruenter conclusa seruantue, celebrari, atquè adeò silentium labiorum opportunū laudari, satis liquet; vndè Psellus hìc, *Per funiculum,* ait, *silentij dotem accipe.*

Psellus.

Xx Verùm

Verùm ſi diuinorum myſteriorum ſublimitatem ſubmiſſa taciturnitate aliquandò magis celebramus, quàm audaci ſermone, hoc maximè contingit in hoc ſublimiſſimo Euchariſtiæ myſterio, quod B. Thomas de Villanoua pulchrè perpendens concione 2. de corpore Chriſti.

B. Thomas de Villanoua.

Quamdiu namquè, inquit, de diuinis intellectus aliquid pronunciat, licet ſublimiter, & disertè, cum rei excellentia quodammodo loquendo certat, & propria intelligentia viribus fretus, cum rei potentia, & magnitudine luctari videtur. Cùm verò in iſto loquendi certamine, à rei excellentia victus tacendo ſuccumbit, cùm ſuperatus ſilet, tunc incipit de ineffabilibus dignè loqui. Et hæc Dei ſupra intellectum victoria ſuprema eius, & vltima laus eſt; de re enim ineffabili tunc pro noſtra virili dignè loquimur, dum ad hoc loquendo peruenimus, vt ſuperati taceamus. Propter quod Pſalmographus Deo canit. Tibi ſilentium laus. Et poſt plura pro eodem argumento allata, ſubnectit. *Quæ omnia etſi in omnibus alijs myſterijs vera ſint, in hoc tamen Dominici corporis admirabili Sacramento, longè apertiùs, euidentiùſq; monſtratur. Quid enim de tam ineffabili myſterio, omnis lingua etiam Angelica perſonare poteſt, niſi Manhu? id eſt, quid eſt hoc? ſi quis de illo audacter aliquid loquitur, nondum intelligit, quemadmodum oporteat eum loqui. Inacceſſibile eſt enim, & quod neque Angelicus penetrare poſſit obtutus.*

Pſal. 8.

Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem, inquit Dauid Pſal. 8. Non leuis videtur dubitatio, quomodo enim infantes ſugentes vbera matris, qui voces articulis formatas exprimere neſciunt, præconia Deo abſoluere queunt? Sed nonnè pluries diximus Sacramẽtum Euchariſticum lacte deſignari, atq; adeò communicantes lactentes nominari poſſe quis negabit? hi verò dum humili taciturnitate inſtar infantium hoc ineffabile myſterium Euchariſticum fatentur, ſummam illius laudem attingunt.

Communicantes deuoto ſilentio Deum maximè laudare poſſunt S. Nilus.

S. Nilus enarrans reuelationem quãdam magiſtri ſui S. Io. Chryſoſtomi, qui dum miſſæ ſacrificium celebraret, Angelos circumſtantes conſpexit, ſic ait. Plurimæ ſtatim ex beatis illis virtutibus è cælo deſcendentes ſtolis indutæ ſplendidiſſimis, nudis pedibus, intentis oculis pronæ, Altare cum ſilentio magno, & reuerentia, quoad venerandum illud myſterium expletum fuit, circumſteterunt. Ita ille epiſtola ad Anaſtaſium tom. 5. Biblioth. Patrum.

Nouæ fulgentis ſtellæ ductu peruenerunt ad Chriſti recens nati incunabula Orientales Magi, Bethleemiticum præ-

A ſepe ingreſſi, infantulum poplite flexo adorant, eiquè auri, thuris, & myrrhæ dona largiuntur; vt Matth. 2. ſacra enarrat hiſtoria. Optimè prorsùs, etenim diuinũ illum pupulum ſuperno illuſtrati lumine ſub mortali carne Dei filium eſſe probè nouerant, ad quem venerandum creaturam omnem proſterni maximè decet, & illi ſubiectionem, atq; famulatum muneribus cõteſtari valdè congruũ eſt. Sed cur non etiam magni puſionis excelſa encomia celebrant, panegyricũ non texunt, aut laudes non ingeminant? nam labia omninò compreſſiſſe, dum de eorum collocutionibus nullam facit mẽtionem Euangeliſta indicare videtur;

Matth. 2.

Magi cur diuini puſionis laudes non celebrant?

B Matthæus enim hoc ſolum refert, *Et procidentes adorauerunt eum, & apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.* Quamobrem igitur tacuerunt? num idcircò, quia dicendi artem non callebant? verùm in omni ſcientia apprimè verſati erant, vtpotè Chaldæorum ſapientes, quorum doctrina, & eruditio ſumma eminebat: doctiſſimos itaq; fuiſſe, & non vulgariter eloquentes fateamur, atq; adeò benè indicaſſe infinitam Dei magnitudinem, & diuina arcana potiùs deuota taciturnitate venerari poſſe, quàm finitis hominum effatis plenè enunciari. Quod apud priſ-

C cum æuum non latitaſſe conijcio ab illo Harpocratis ſimulacro, qui digito ori appoſito in Serapidis Aegyptiacum tẽplum ingredientibus, incircumſcriptã, atq; ineffabilem illius ſuperſtitioſi Numinis excellentiam, ſilentio colendam, non verbis exprimendam ſignificabat. Sed pro noſtro ſcopo, dum Magi in ſcholis adamuſſim eruditi, & ſupercæleſti luce irradiati, ante Verbum Incarnatum ſilent in Bethleem, quæ cùm ſecundùm nominis ethymon panis domum ſonet, ſymbolicè nos edocent, ſublime Euchariſtici panis myſterium meliùs ſubmiſſo ſilentio, & fide animoſa comprehendi, quàm ſapientum poſſe eloquio explicari.

Euchariſtiç myſterium ſubmiſſo ſilentio meliùs, quàm ſapientũ eloquio comprehẽditur, atq; explicatur.

D Aduerte, quamuis eximiam ſacroſanctæ Euchariſtiæ eminentiam, laudabili quandoq; ſilentio, & admirabundo affectu à nobis excoli liceat, non propterea tamen ab eius pro virili noſtra concinendis laudibus abſtinendum eſſe; quin immò, & ſermones ſæpiùs de ea immiſcendos ad excitandum, & inflammandum noſtrum in Chriſtum amorem. Concionatores quoque partes ſuas eſſe agnoſcant, vt omnibus ingenij viribus, auguſtiſſimi Altaris Sacramenti præconia populis enuncient; & ad illius maiorem ſemper venerationem audientium animos in dies alliciant: memores tamen

Cõcionatorũ munꝰ ad Euchariſtiç cultũ fideles allicere.

men ſublimem tanti Saccamenti excel-
lentiam ab vlla dicendi copia poſſe nun-
quam ſatis commendari, nec illam hu-
manæ modò, ſed & Angelicæ facundiæ
limites tranſcendere. Huc reſpicit fe-
ſtiuum illud, quod in ſolemnitate Domi-
nici corporis inuitamentum decantari
ſolet. *Quantum potes, tantum aude: quia
maior omni laude, nec laudare ſufficis.*

*Sicut fragmen mali punici, ita ge-
næ tuæ, abſque eo, quod in-
trinſecùs latet.*

NOTVLA V.

Deuotè communicans ita diui-
na luce irradiatur, vt ſemper
videat aliquid, de quo in
conſpectu Dei eru-
beſcat.

COrtex mali punici ea po-
tiſſimùm parte rubeo
colore tingitur, quæ ſo-
lares radios excipit.
Quid, quæſo, ita aptum
ad repræſentandam ani- C
mam ſolis Euchariſtici
iubare percuſſam, & ita irradiatam, vt
cognita peccatorum fœditate, atq; im-
perfectionum turpitudine in ſacra men-
ſa coram Deo rubore perfundatur? ru-
beus enim color pudoris certiſſimum ar-
gumentum eſt; vndè Richardus de S.
Victore verecundiam, qua ſuffundi-
tur anima ob culpas, laudari hic exiſti-
mat. *Malo granato aſſimilantur*, inquit,
*genæ deuotæ animæ, quæ rubet foris, ideſt
erubeſcit de peccatorum præteritorum me-
moria, & recordatione, de cogitatione tur-
pium, ſiue tentationum quotidiana, & vere-
cunda conſideratione, de infirmitate quoque,
atque imperfectione.* Sed cur genæ po- D
tiùs rubenti mali granati cortici, quàm
roſis æquantur hic? nonnè roſæ aptiſſi-
mæ ſunt ad nitidum ruborem genarum
deſignandum? vndè Nonnus de Cad-
mo lib. 4. Dionyſ. *Tanquam roſa rubent
genæ.* Et Venantius Fortunatus lib. 6.
carm. 2. ſic cecinit.

Lactea cui facies incocta rubore coruſcat,
Lilia mixta roſis, aurū ſi intermicet oſtro
Decertata tuis nunquā ſe vultibus æquāt.

Nō eſt incōſiderata, & ſine myſterio hæc
comparatio; Roſæ etſi purpurea venu-
ſtate ſint conſpicuæ, illam tamen facilè
deperdunt ob foliorum tenuitatem, &

Richardus de S. Victore.

Nonnus.

Venant.

A teneritudinem mutationi valdè obno-
xiam; cortex verò mali punici ob duri-
tiem, & ſoliditatem, ruborem diù ſer-
uat, atq; adeò hoc meliùs, quàm roſis
adumbratur firmus, & conſtans virtutis
habitus, quo anima de culpis, deque ſua
vilitate ad præſentiam diuini ſponſi in
ſacra menſa modeſtè verecundatur.
Præterea cortex mali punici amatorem,
tùm in ſe, tùm in pelliculis, quas intrinſe-
cùs contegit, habet; quo appoſitè deſi-
gnatur cordis amaritudo, quam de ſuis
peccatis, & de ſua ingratitudine, alijſq;
imperfectionibus ſentit anima, dum in-
finitam Dei bonitatem, & dilectionem
B oſtenſam in Euchariſtia attentè conſide-
rat, & hoc indicatur illis verbis, *abſq; eo,
quod intrinſecùs latet.*

Pia anima infinitā Dei bonitatē in Euchariſtia conſiderās, facili negotio de ſua ingratitudine dolet.

Dices, nonnè etiam cortér mali puni-
ci dulcia grana ſuo ſinu claudit? ita ſanè.
Sed nonnè etiam dum cor per pœnitudi-
nis virtutem, amarulentum eſt, ſimul
diuina conſolatione dulceſcit? Demùm
non ſolùm de proprijs criminibus, ſed
etiam de alienis diſcit anima erubeſcere
in Euchariſtico conuiuio, in quo quia
maxima charitate proximo vnitur, illius
perſonam ſuſtinet, & vice illius pudore
de admiſſis culpis ſuffunditur, amareſ-
cit, & triſtatur, quod Deo acceptiſſimū
eſt, & plurimum habet momenti ad il-
C lum flectendum, vt peccata proximo
condonet.

Cor vbi per pœnitudinem amarū redditur, diuina ſtatim conſolatione dulceſcit.

Cùm Romani capitis pœnam Philip-
po Macedoniæ Regi, ob grauiſſima ab
eo patrata facinora, molirentur, Deme-
trius hoc animaduertens, filium adole-
ſcentem ingenuum Romam mittit, vt pa-
trocinij munere pro parente fungatur.
Verùm enimuerò probus adoleſcens ne-
faria patris ſcelera referri audiens in Se-
natu, & plenè, ac planè probata cogno-
ſcens, pudore ſuffuſus erubeſcit, vocēq;
verecundo ſilentio comprimit. Quid Se-
natus? ſola illa verecundia, & rubore
permotus, parenti ignoſcit, filioq; pa-
tris delicta libenter condonat; &, *Vade*,
D inquit, *adoleſcens; dic parenti, rubore tuo
ſua ſcelera diluta manere, parcimus eius
ſanguini, quem rubore tuo compreſſiſti.*
Verùm ſi honeſti iuuenis verecundia tā-
rum indulgentiæ facinoroſo Philippo à
Romano Senatu potuit obtinere, quā-
tò faciliùs proximo peccanti inge-
nuus deuotæ animæ pudor ve-
niam à Deo in Euchariſtico
conuiuio maximè ad cle-
mentiam procliui im-
petrabit?

Ingenuus deuotæ animæ pudor veniam faciliimè in Euchariſtico cōuiuio impetrat.

A *Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, abſque eo, quod intrinſecùs latet.*

NOTVLA VI.

Sacra Synaxis deſiderium effundendi ſanguinem ad Chriſti imitationẽ accendit.

Plutarch.

MArtij ardoris incitamentum eſt rubeus color, vn- B dè illo vexilla galeæ, paludamenta, chlamydes, cæteraq; militaria inſtrumẽta tingebãtur. Perſæ Plutarcho teſte in Artaxerſe, rubrũ deferebant in bello indumẽtum: quarè purpureus in maxillis ſponſæ color hic celebratus animæ dilectæ ardens votum quæcunq; perpeſſu difficilia perferendi, ſanguinem emittendi, & mortem ipſam pro Chriſto oppetendi accommodarè exprimit. Sed vbi hanc cupiditatem concipit anima? certè in Euchariſtico conuiuio.

Chriſtus tunc maximè pati affectabat, cũ Euchariſticum pabulũ inſtituit.

1. ad Corinth. 11.

Lucæ 22.

Sat notum eſt cibum, & potum ſuas qualitates manducanti & bibenti cõmu- C nicare. Verùm, cùm Chriſtus Seruator noſter auguſtiſſimũ hoc Altaris Sacramẽtũ inſtituit, tunc maximè affectabat tormẽta, ſanguinis ſui effuſionem, & mortẽ acerbiſſimam pro noſtra ſalute, vt conſtat ex illo Pauli 1. ad Corinth. 11. *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem*; & Lucæ 22. *Hic eſt calix, nouum teſtamentũ in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur.* Quocircà, cùm totum ſe ipſum nobis tradiderit in cibum, & potum; ſanè talem cibum, & potum nobis parauit, qui propenſionem ad libenter cruciatus quoſcũnq; ſubeundos, & vitam ipſam ponẽ- D dam pro Chriſto, & proximo in nos tranſmittere poſſet.

Prou. 23.

Chryſoſt.

Auguſt.

Richardus Victor.

Quando ſederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende, quæ appoſita ſunt ante faciem tuam, & ſtatue cultrum in gutture tuo. Prouerb. 23. Hunc locum de Euchariſtico conuiuio exponunt plures Patres. Chryſoſtomus hom. in pſal. 116. Auguſtinus tract. 84 in Ioan. Richardus Victorinus in declamat. ad Bernard. Perpendenda ſunt illa verba, *diligenter attende, quæ appoſita ſunt, & ſtatue cultrum in gutture tuo*; his enim ſatis clarè ſignificatur, quòd ſicut carnem Chriſti in Eu- A chariſtia manducamus, quam ille tormentis ſubiecit pro nobis, & ſanguinem bibimus, quem in noſtram ſalutem effudit, ità & nos, vt vices referamus, debemus cultrum ſtatuere in gutture noſtro, ideſt maximè appetere vitam pro Chriſto, & pro proximo Chriſtum repræſentante profundere. Placet ſubnectere verba memorati Chryſoſtomi. *De menſa illa inebriati ſunt, de qua dictum eſt. Accedens ad menſam potentis conſidera ea, quæ apponuntur tibi, ſciens quòd talia te oportet præparare. Quid eſt, talia te oportet præparare, niſi corpus, & ſanguinem, quod accipis? nam & illi Apoſtoli de ipſo calice inebriati erant, de quibus dicebatur. Hi B ebrij ſunt muſto, cùm eſſet hora diei tertia. Sed quàm præclarus eſt iſte calix? Videte quanta eſt claritas ex paſſionibus Apoſtolorum, & Martyrum!* Nec retticenda ſũt, quæ luculentius ſcripſit pro hoc argumẽto Auguſtinus citato loco. *Vt quẽadmodum Chriſtus pro nobis animam ſuam poſuit, ſic & nos debeamus pro fratribus animas ponere. Nimirùm hoc eſt, quod legitur in prouerbijs Salomonis. Si ſederis cœnare ad menſam potentis, conſiderans intellige, quæ apponuntur tibi, & ſic mitte manum tuam, ſciens quòd te talia oportet præparare. Nam quæ menſa eſt potentis, niſi vndè ſumitur corpus, & ſanguis eius, qui animam ſuam poſuit pro nobis? Et quid eſt* C *ad eam ſedere, niſi humiliter accedere? Et quid eſt conſiderare, & intelligere, quæ apponuntur tibi, niſi dignè tantam gratiam cogitare? Et quid eſt ſic mittere manum, vt ſcias quia talia te oportet præparare, niſi quod iam dixi? quia ſicut pro nobis Chriſtus animam ſuam poſuit, ſic & nos debemus animam pro fratribus ponere. Hoc beati Martyres ardente dilectione fecerunt, quorum ſi non inaniter memoriam celebramus, atq; in conuiuio, quo ipſi ſaturati ſunt, ad menſam Domini accedimus, oportet, vt quemadmodum ipſe, & nos talia præparemus.*

Vt paria Chriſto referamus, vitam pro Chriſto oppetere cupiamus. Chryſoſt.

Auguſtin.

1. Machab. 6.

Chriſti ſanguis in Euchariſtico cibo propoſitus fideles prouocare debet ad dimicandũ p Chriſto.

Iſa. 6

Chryſoſt.

Ad prælium excitabantur elephantes viſo vuæ, & mori ſanguine. 1. Machab. 6. *Et elephantis oſtenderunt ſanguinem* D *vuæ, & mori, ad acuendos eos in prælium*; ſanè maioris efficacitatis eſſe debet ſanguis Chriſti in Euchariſtico cibo propoſitus ad animos fidelium prouocandos, ad dimicandum pro Chriſto, & proximo vſq; ad ſanguinis effuſionem, & mortem.

Iſai. 6. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, &c.* Hunc locum de Euchariſtia accipit Chryſoſtomus hom. de Chriſti miraculis, cuius verba attulimus aliàs; ſed peculiari animaduerſione dignum eſt, quòd illi Seraphim, dum duabus alis caput obnubilabant, duabus pedes obtegebant, & duabus

bus ad latera extensis volabant, crucis simulacrum quoddam efformare videbantur; quo quid magis accommodum excogitari poterat ad repræsentandum, quantum ipsi Domino sit accepta deuota illa anima, quæ ad Altaris Sacramentũ accedit seraphico amore ardens, & crucis figuram effigians, vt de nulla re magis cogitet, quam de Christi cruce, & passione, nil magis in voto habeat, quã crucem, & mortem quantumuis acerbissimam subire, & aspera quæcunq; perpeti, vt qua meliori potest ratione, vices dilecto suo rependat?

Deo gratissima est anima, quæ ad Eucharistiã accedens de Christi cruce cogitat.

A

Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine virtutis suæ. Isai. 63. loquitur propheta de Christo ijs vestimentorũ ornamentis decorato, in quibus maximè gloriosus apparet. Hęc vestimenta Christi sectatores sunt, vt exponit Forrerius, & sic etiam D. Hieronymus in illud psal. 132. *quod descendit in oram vestimenti eius*, fideles per vestimentum illud designari putat. *Nos*, inquit, *si vestimentum Christi sumus, nuditatem eius nostra vestimus fide.* Verùm tũc maximè apparemus nos esse erecta tropæa, & decora insignia Christi triumphantis, cum ita sanguine illius conspergimur in sacra communione, vt & memoriam sanguinis, quem in passione ipse effudit, recolamus, & simul desiderium (sanguinem pro sanguine dandi) flagrantissimum concipiamus.

Isai. 63. B

Forrer.
D. Hieron.

C

Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex eâ, omnis armatura fortium. Vers. 4.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

HAEC turris in summo montis Sion fastigio erecta erat ab ipso Dauide Iebusæis profligatis, & expulsis; de qua re plura habent Interpretes hoc loco, & præcipuè Sotomaior, Gaspar Sanctius, Ghislerius, & alij; illam verò rotundam, & ex marmoribus candidis affabrè constructam annotãt etiam grauissimi Scriptores; quarè perbellè lacteum, erectũ, procerum sponsæ collum rotunditate, & congruenti proportione elegans designat. Porrò clypei, & cætera victorialia arma ex turre dependentia, aureum, & gemmatum monile vario artifice elaboratum, pluribus figuris orbicularibus, varijsq; emblematibus distinctũ, collum sponsæ exornans satis congruè repræsentabant.

Sotomaior
Sanctius.
Ghisler.

Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis, &c.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Summa fortitudo, qua dilecta anima in sacra Synaxi corroborata est, commendatur hic.

DOtem fortitudinis laudari hic existimat Gillebertus serm. 26. *Iam fortia*, inquit, *ad sponsam, & de sponsa loquitur, nam delicata in superioribus, vbi sic ait. Collum tuum sicut monilia: virtus fortitudinis tantò in sponsa pretiosior, quantò rarior; rara planè, mulierem enim fortem quis inueniet?* Itá etiam sentit Sotomaior hoc loco vberiori commento, cuius hæc sunt verba. *Atq; ita videri potest sponsus hac comparatione laudare, atq; commendare non solùm statum, seu habitum corporis sponsæ, sed etiã egregiam eius fortitudinem, seu virtutem, & inuictam animi constantiam, quasi viraginis.* Pro qua expositione faciunt, quæ memoratus Soto subnectit, scilicet. *Iuxta sensum dramaticum, seu historicum intelligendus est sponsus hac comparatione: sicut turris David collum tuum, &c. præsertim laudare, atq; commendare statum, seu habitum corporis sponsæ erectum, & celsũ: quæ laus maximè in collo apparet, & cernitur. Vndè rectitudo, seu præstantia colli, pro rectitudine, ac præstantia totius corporis, per synecdochem vsurpatur hoc loco.* Itá ille. Verùm, vt Aristoteles docet in physiognomica, figura corporis erecta vires robustas indicat, & huius rei rationem subdit Camillus Baldus in suo commentario super citatum locum his verbis. *Cui enim robur multum inest, illi*

Gillebert.
Sotomaior
D
Idem
Aristot.
Camillus Baldus.

neceſſe eſt multos ſpiritus ineſſe; quarè & multum caloris, vbi calor, ibi ignis eſt, cuius proprium eſt petere ſurſum, & ſecum ferre ea, in quibus praualet, quod videmus accidere in radijs ex pyrio puluere factis, qui ſi accendantur, impetuosè in aera feruntur, & aſcendunt. Hac igitur ratione, qua calorẽ multum poſſident, erecta ſunt, cuius indiciũ etiam eſt, quòd irati caput attollunt, & eriguntur, iraſci autem etiam eſt calorem augeri, nam ira eſt ebullitio ſanguinis circa cor, ebullitio à calore fit. Quarè ſi ſponſus humanus hic per collum erectum, robuſtum corporis temperamentum in ſponſa commendat, quis inficiabitur, à ſponſo diuino ſponſæ ſpiritalis conſtantiam, & fortitudinem ſub hac allegoria prædicari? Sed vndè piæ animæ tale robur, tanta fortitudo, adeò inuicta conſtantia, vt hæc æquari poſſit inexpugnabili turri Dauidicæ? vndè tot armorum genera, tot firma munimina, tot parta trophæa, vt propugnaculis, & mille clypeis, & omni fortium armaturæ, atq; inſignibus victoriarum, quæ à deuictis hoſtibus abſtulerat Dauid, aſſimilentur? ſanè hæc omnia ab Euchariſtica alimonia, hæc enim, quem reficit, ita roborat, ita munit, vt ad res perpeſſu difficillimas alacriter ſuſtinendas, & ad triumphandũ de morte ipſa paratum reddat. Auſcultemus D.Cyprian, lib.1.epiſt.epiſtola 2. ad Cornelium fratrem. *Cùm ad hoc fiat Euchariſtia prout poſſit accipientibus eſſe tutela, quos tutos eſſe contra aduerſarium volumus, munimento Dominicæ ſaturitatis armemus; nam quomodo docemus, aut prouocamus in confeſſione nominis ſanguinem ſuum fundere, ſi eis militaturis Chriſti ſanguinem denegemus? aut quomodo ad martyrij poculum idoneos facimus, ſi non eos ad bibendum priùs in Eccleſia poculum Domini iure communicationis admittimus?*

Euchariſticũ ferculũ quem reficit, ita corroborat, vt ad difficillima quęque ſubeunda promptiſſimũ reddat, D.Cypr.

Robuſtiſſimum Guliam armatum, inſtructiſſimum bellatorem, Martis fulmen, Iſraelitarum terrorem, vno lapidis ictu imbellis Dauid, caſtrenſis diſciplinæ ignarus proſtrauit; lapidũ grando Stephanum Protomartyrem proſternere nõ potuit; hic enim, dum lapidum turbine quateretur, poſitis genibus ſupplex pro lapidantibus exorabat. Sed vndè in Stephano adeò inconcuſſa fortitudo? vndè tanta in lapide à Dauid proiecto, vis? Proh ſublimem Euchariſtici Sacramenti virtutem! Dauid lapidem, quo Goliam deiecit, traxit è paſtorali pera, quæ cùm panes aſſeruare ſoleret, typum ſacri tabernaculi, in quo panis Euchariſticus aſſeruatur, gerebat; quarè ad præſignandum quantum roboris ad profligandos quoſcunq; hoſtes, & ad inſignes victorias

Euchariſtici panis figura vim Dauidico lapidi contulit ad Goliam ſternendum.

A reportandas, allaturus erat panis hic Euchariſticus, pera paſtoralis ſola illius figura adeò admirabilem vim lapidi illi contulit. Cur autem Stephanus adeò ſtrenuus, & firmus contra irruentes lapidum impetus extiterit, facilè nouerit, qui meminerit quotidianæ Euchariſticæ refectionis, qua ille quotidie fouebatur, vt colligitur ex hiſtoria de Apoſtolorum geſtis, cap. 2. Act. 2.

Stephanus Euchariſtię virtute firmus contra lapidũ impetus redditur.

Ariſtoteles ſect. 10. problem. 59. docet animantia eò robuſtiora, & animoſiora reddi, quò maiori ſanguinis feruentis copia abundant; qualem, quæſo, vigorem, qualem ſtrenuitatem, quam animi alacritatem pia anima trahet à B frequẽti illius hauſtu in Euchariſtia, cùm ſanguis Chriſti in Euchariſtia, charitatis ardore ebulliat? Ariſtot.

Poſtquàm ſitiens Iſraeliticus populus latices è petra ad bonam Moyſis percuſſionem profluentes hauſit, ad certamen contrà Amalech aduocatur. *Elige viros, & egreſſus pugna contra Amalech.* Exodi 17. ſic iniunxit Dominus Moyſi illius populi duci. Sed cur ab aquæ potu ad capeſſenda arma inuitantur Iſraelitæ? Scio à Peſcennio Imperatore, teſte Spartiano, vinum militibus fuiſſe interdictum, illudq; poſcentibus reſpondiſſe, Nilum habetis, & vinum quæritis? Eundem morem à Leone Imperatore, & Carthaginenſibus ſeruatum memorant hiſtorici; è contrà verò Conſtantinus Imperator, Arcadius, & Honorius, vinum militibus conceſſerunt. Sed videant alij, an aquam, vel vinum propinare magis profit ad generoſiùs dimicandum. Certum eſt, quòd aqua illa ab Iſraelitis deguſtata, Euchariſtici Sacramenti gratiam præmonſtrauit, quæ animi vires mirabiliter confirmat, & auget. Celeberrimum D.Auguſtini teſtimonium affero, ſerm. 93. de Tempore. *Bibit de petra populus, & ſtatim bellum inijt contra Amalech. Videte fratres poſteaquàm quiſque de petra biberit, ideſt Chriſti Sacramenta ſuſceperit, neceſſe eſt illi ad pugnam procedere.* D *Quiſquis ergò Chriſto coniungitur, non ad delicias, non ad voluptates, ſed ad prælium præparetur.*

Exod. 17.

Peſcennius. Spartianus.

C Leo Imper. Conſtant. Arcadius. Honorius.

D. Auguſt.

Validiſſimum munimen, quo humana imbecillitas obfirmatur Euchariſtico edulio, præſignauit oraculum illud Iſaiæ 3. *Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet à Ieruſalem, & à Iuda validũ, & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ.* His verbis minatur Deus ingens malum populo delinquenti, ſcilicet ſubtractionem roboris ab alimentis, quibus veſcebantur illi homines, vt eorum vires eneruarentur; eſculenta enim, & pocu- Iſai. 3.

lenta, infirma, & debilia, vitam debilē, & infirmam reddunt; robusta verò, & vigorosa, vitam quoq; robustam, & vigorosam efficiunt, quod tàm in vita corporali, quàm spiritali militat. Quarè cùm Eucharistica alimonia omne spiritale robur in se contineat, hac enutriente, ò quales vires excitabuntur in nobis; eadem autem deficiente, ò qualis imbecillitas nos afficiet. Pulchre hoc aduertit Basilius in citatum locum. *Quid illud tandem est, nimirùm quod dixit Dominus, quia caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, quibus autem non suppetunt hæc, his vtiquè desit robur panis, & aquæ, vbi autem infirmæ dapes, ibi necesse est tales effici, qui istis enutriuntur.*

Dum Eucharistica alimonia enutrimur, mirabiles in nobis excitãtur vires. Basilius.

Agnoscebat optimè, quàm validas suppeditet vires mensa Dominici panis, Beatus ille Thomas Morus; hic enim vir sapientissimus, & rectissimus Angliæ Cancellarius, quotidiè multum temporis orationi, piæ lectioni, & meditationi colloquens cum Deo tribuebat, adeòq; cùm negotium aliquod arduum tractandum erat, sumebat sacram Synaxim, vt ex ea quasi oraculo dirigeretur, & corroboraretur ad rem illam ritè, & fideliter ex Dei lege, & mente perficiendam. Testis est Stapletonius in vita Mori.

Thomas Morus. Stapletonius.

Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis, &c.

NOTVLA II.

Eminens, & triumphalis obedientia, quam pia anima in sacra Communione acquisiuit, celebratur hìc.

Collū obediētiæ symbolum.

QVAM aptum symbolum obedientiæ sit collum, patet illius naturam, & compositionem consideranti. Etenim in collo ossa reperiuntur, nō quidem contumacia, & continua, qualia in tibijs, & brachijs sunt, sed multipliciter spondylis, seu verticillia diuisa, neruis, & ligamentis tali naturæ artificio connexa, vt flexilia, & apta sint in vtramquè partem moueri. Collum quoq; caput sustinet, illiq; adeò cōiunctum est, vt non sine vitæ amissione separari queat. Hęc omnia exactæ obedientiæ virtutem exprimunt, quæ ad superioris nutum flexibilis est, eiq; semper, tanquam capiti spiritali in omnibus vitæ rationibus affectu, & intellectu conformi copulatur. Hæc verò obedientia colli metaphora adumbrata turri Dauidicæ, quæ in excelso Sionis fastigio sita in sublime recta ferebatur, & ex ipsa arma, victoriarum trophæa dependebant, comparatur hic, vt illius designetur rectitudo; verus enim obediens Deū semper respicit in Superiore, cui obtemperat, & vt quàm ferax sit trophæorum, simul declaretur, iuxta illud Prouerbiorum, *Vir obediens loquetur victorias.* Porrò perfectissima hæc obediētia sacræ Synaxis peculiare donum est. In formula orandi, quam Christus Seruator noster præscripsit Matth. 6. *Sic ergo orabitis: Pater noster, qui es in cælis: sanctificetur nomen tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra.* Perpendenda sunt hæc postrema verba, quæ desiderium morem gerendi in omnibus Deo indicant, ità vt simulacrum quoddam obedientiæ illius, quam superni spiritus in cælesti aula Deo exhibent, exprimatur. *Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra.* Sed quonam medio tàm sublimis obedientia haberi hic potest? Sanè à mensa Dominici panis sperari licet, vndè subditur: *Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie.* Audiamus Hugonem Cardinalem ad hunc locum. *Vel sicut in cælo*, inquit, *in anima iusti, & in terra, scilicet in carne: vt scilicet caro consentiat spiritui.* Et subdit: *Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. Vt expositum est. Sed quia voluntati tuæ per omnia obedire non possemus, nisi viaticum haberemus: Panem nostrum substantialem da nobis hodie.* Et si in sacro conuiuio manducemus carnem Christi, qui fuit victima obedientiæ, *factus est obediens vsque ad mortem*, procul dubio talis cibus, nisi ponatur obex, ad obediendū magnam nobis communicabit propensionem.

Prou. 21. Eucharistię peculiare donum perfectissima obedientia. Matth. 6. Hugo Cardin.

Prætereà sumens Eucharistiam, & cōtemplans Christum, non modò voci Sacerdotis consecrantis sine mora obtemperantem, sed etiam permittentem se ab eius manibus contrectari, eleuari, deprimi, huc, illucq; moueri, in os inferri, deglutiri, atq; alijs fidelibus in esum dari, quasi humano subiectum arbitrio, hæc, inquam contemplans nimis indocilis est, nimis durus, nimis peruicax, si ab adeò admirandæ obedientiæ magistro parere nō apprehendit, non discit.

Ab obediētię magistro Christo Domino parere discendū

Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis, &c.

NOTVLA III.

Regia Altaris mensa conuiuas ingenua libertate, & animo regio conspicuos desiderat.

SIcut ceruicis depressio seruitutem denotat, ità erectio libertatem; quatè dum hic collum sponsæ turri, quæ recta in altum tendit, comparatur, non vili mancipatui addicta, sed libera ea libertate, quæ sponsam veri Regis Christi decet, declaratur. Huius interpretationis auctor est Gillebertus serm. 26. *Sicut turris David collum tuũ &c. Libera planè ceruix, & seruilis conditionis ignara, tàm erecta, tàm munita, vt turris David. Non puto, quòd aliquo abiecta seruitutis iugo collum istud atteratur: graue iugum super filios Adam à die natiuitatis eorum, sed hæc iam non videtur de filiabus Adam, iam veterem natiuitatem regenerationis nouitate mutauit, carnalem nesciens Adam, ex quo transiuit ad Christũ, ex quo secundò adhæsit, vnus spiritus effectus cum illo; ideò libera, quoniam vbi spiritus Domini, ibi libertas, qua nos Christus liberauit; libertas data, non innata.* Hæc verò libertas, quæ peccati seruitutem excludit, rationisq; imperio sensuum appetitiones subiugat, maximè exigitur in assidente ad sacrum conuiuium; vndè in eo epulantes, Principes nominantur, vt constat ex illo Isaiæ 21. *Pone mensam, contemplare in specula comedentes, & bibentes, surgite Principes, &c.* cuius loci interpretationem ex D. Hieronymo in cit. locum accipe. *Vndè Propheta præcipitur, vt vescens in mensa Domini, & illius saturatus cibo, diligentiùs contempletur quæ ventura sint mundo: diciturq; per eum ad omnes credentes, vt comedentes, & bibentes corpus, & sanguinem Domini, vertantur in principes Ecclesiæ.* Hac igitur clausula, *sicut turris David collum tuum*, celebrat diuus amator Eucharistici symposij sponsam præmemorata libertate decoratam, & ingenuo spiritu eminentem.

Gilleberr.

Sacræ mensæ assidẽtes animæ libertate donantur, quę peccati seruitutẽ penitùs excludit.

Isai. 21.

D. Hieron.

Adolescens ille non minus propriæ substãtiæ dissipator, quàm paternæ obedientiæ contemptor in miserum famulatum incidit, nam *adhæsit vni ciuium* A *regionis illius. Et misit illum in villam suã, vt pasceret porcos.* Luc. 15. sed fame oppressus panem amantis patris suspirans, *Surgam*, inclamat, *& ibo ad Patrem meũ, & dicam ei; Pater peccaui in cælum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.* Quid hinc? pater illum à longè respiciens accurrit, & non vt famulum, sed vt carissimum filium dulci osculo, alijsq; paterni amoris blandimentis excipit; iubet absq; mora stolam primam depromi, veri filij exeri insignia, calceamenta, & annulum, lautumq; parari conuiuium. Sed non absq; mysterio pater tot ingenui filij signis illum exornatum ad conuiuium admittit; eo nimirùm conuiuio B adumbrata erat sacra Altaris refectio, (vt ex Anastasio Sinaita lib. 9. anagog. contemplat. in Hexameron, & alijs Patribus notauimus aliàs) ad quam accedentes seruitute peccati deposita, libertate, qualem decet filios Dei, conspicui esse debent.

Luc. 15.

Anastas. Sinaita.

Ad Altaris conuiuium accedentes peccati seruitute deposita, libertate filiorum Dei conspicui esse debent.

Vbicunquè fuerit corpus, illic congregabũtur & Aquilæ. Matth. 24. De corpore Christi sermonem hic esse, quod in sacra Synaxi traditur, per Aquilàs verò denotari accurrentes ad Eucharisticam mẽsam, adnotat Chrysostomus hom. 24. in cap. 10. 1. ad Corinth. cuius verba plura mysteria indicantia subijcio. *Hæc ergo* C *cùm intelligamus, dilectissimi, velimus inuicem vnitatem seruare. Ad hoc enim nos inducit sacrificium illud formidandum, & admirabile, quod iubet nobis, vt cum concordia, & charitate maxima ad se accedamus, & aquilæ in hac vita facti ad ipsum cælum euolemus, vel potiùs supra cælum. Vbi enim cadauer, inquit, illic & aquilæ. Cadauer corpus Domini propter mortem: nisi enim ille cecidisset, nos non surrexissemus. Aquilas autem appellat, vt ostendat, ad alta eum oportere contendere, qui ad hoc corpus accedit, & nihil cum terra debere ei esse commune, neq; ad inferiora trahi, & repere, sed ad superiora semper volare, & in solem iu*D*stitiæ intueri, mentisq; oculum acutissimum habere. Aquilarum enim, non graculorum hæc mensa est.* Sed satis notum est etiam, quòd Aquila auis dominatrix, & regia est, atq; ità notum imperij, & libertatis insigne; quo in typo benè adumbratur, quàm procul sit omnis seruilis peccati conditio ab ijs, qui ad regium Altaris conuiuium optimè disponuntur.

Matth. 24.

D. Chrysost.

Peccati seruitus procul ab ijs, qui ad regiũ Altaris cõuiuiũ benè disponũtur.

Postquàm insigni illa benedictione locupletauit filium natu minorem Isaac, è venatione rediens Esau postulauit & ipse aliquam benedictionem. *Benedic etiam*, inquit, *& mihi, pater mi.* cui pius genitor; *Dominum tuum illum constitui,*

&

A & omnes fratres eius seruituti illius subiugaui: frumento, & vino stabilivi eum, & tibi post hæc fili mi, vltra quid faciam? Cui Esau: Num vnam, inquit, tantùm benedictionem habes, pater? mihi quoq; obsecro, vt benedicas. Cumq; eiulatu magno fleret, motus Isaac, dixit ad eum: In pinguedine terræ, & in rore cæli desuper, erit benedictio tua. Viues in gladio, & fratri tuo seruies. Gen. 27. Sed quinam erant hi fratres, quorũ dominus Iacob constituitur, cum hic vnicum germanum natu grandiorem, Esau nimirùm, haberet? Certè numerus multitudinis pro singulari hic ex vsitata Hebræorum phrasi accipitur, vndè paulò infrà senex genitor Isaac alloquens B gnatum Esau, subsumit, fratri tuo seruies. Mysticum huius historiæ sensum disquiris? Disce ab Augustino tom. 10. serm. 78. de Tempore, per Esau virum errabundũ, & agrestem venatorẽ significari effrænem sentientis partis appetitũ, in Iacob verò prælineatam fuisse hominis partem spiritalem. Hæc omnia, inquit, fratres charissimi, sicut dicit Apostolus, in figura contingebant illis: scripta autem sunt propter nos: concepit ergò corporaliter de beato Isaac Rebecca, quia conceptura spiritualiter de Christo Ecclesia; in Esau enim carnales intelliguntur: in Iacob verò spiritales: isti enim duo populi, sicut B. Apostolus euidenter assignat, cum carnales demonstrat, & spiritales insinuat: sic enim C ait: manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, inimicitia, contentiones, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidia, ebrietates: ecce fructus populi pertinentis ad Esau: qui autem sunt fructus, qui pertinent ad Iacob? idem Apostolus in consequentibus adiungit, dicens, fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, longanimitas, fides, bonitas, modestia, continentia; ecce opera spiritualium ad Beatam Iacob, idest ad pium populum pertinentia. In mentem quoq; reuoca, quod Paschasius tract. de Sacramento corporis, & sanguinis Christi c. 21. dicit, illa felicissima frumenti, & vi- D ni benedictione præadumbratam fuisse Altaris alimoniam; hinc facilè percipies partes illius esse, qui de cælesti pabulo dignè participare vult, inordinatos concupiscentiæ motus cohibere, hinc enim est mysticè Esau seruire Iacob fratri, scilicet carnis opera subijci Spiritui.

Gen. 27.

Augustin.

Quid per Esau, & Iacob significetur?

Paschas.

Carnis reprimat motus, qui dignè de cælesti pabulo participare desiderat.

Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis, &c.

NOTVLA IV.

Nobilis animi libertas, quæ in sacræ mensæ conuiua exigitur, per illius diuini cibi sumptionem mirabiliter augetur.

NON solùm hoc versic. spiritalis libertas, qua fidelis anima decorata ad sacrum conuiuium accedit, commendatur, vt anteacta notula dilucidatum est, sed etiam quantùm ea incrementi suscipiat per sacrosanctum edulium, indicatur: Occurrit hic Chrysostomus hom. 45. in Ioan. *Hic sanguis facit, vt imago nobis regia floreat: hic sanguis pulchritudinem, atq; nobilitatem animæ, quam semper irrigat, & nutrit, languescere non finit.*

Chrysost.

Ierichontinam vrbem expugnaturo C magnanimo Duci Iosue, nouam illius subiugandæ normam præscripsit Dominus, nimirùm vt per sex dies arca circũferretur per murorum circuitus, hac lege, vt septimo illucescente præirent Sacerdotes sonum edentes septenis tubis, quarum in solemnitate anni Iubilæi vsus erat; vt enarratur Iosue 6. Sed quamobrem non perstrepebant argenteæ illæ bellicæ tubæ, quæ ad martialem pugnantium ardorem excitandum ex diuino mandato adhibebantur, iuxta Numeror. cap. 10. Vt propositæ dubitationis nodum soluamus, subeat recordatio priuilegiorum, quæ Iubilei annus secum afferebat, inter ea enim erat perfecta liber- D tas, qua donabantur Hebræi, qui necessitate compulsi se ipsos vendiderant. *Vsque ad annum Iubileũ operabitur apud te, & postea egredietur cum liberis suis, & reuertetur ad cognationem, & ad possessionem patrum suorum.* Leuit. 25. Dixi, *perfecta libertas*, nam etenera, licèt se ipsos venderent, non tamen ità in potestatem dominorum transibant, vt sub iugo mancipatus oppressi essent; nempè quia à Domino iam erepti erant de durissima illa Pharaonis seruitute. *Non eum opprimes seruitute famulorum, vsquè ad annum Iubileum operabitur apud te, mei enim serui sunt, & ego eduxi eos de terra Aegypti.* ibidem.

Iosue 6.

Num. 10.

Anno Iubilei perfecta libertate donabantur Hebræi.

Leuit. 25.

Ibid.

A Potiùs igitur Iubilei tubæ, quàm caſtrenſes inſonabant ante arcam fœderis (notiſſimam Euchariſtiæ figuram) vt intelligeremus ſingularem illius Sacramenti virtutem, quæ fideles, poſtquàm hi ſeruilem peccati conditionem abiecerunt, ad eam poſtea perfectiſſimam eleuat libertatem, qua illi ſuis dominantur cupiditatibus, & rebelles petulantis appetitus commotiones in officio continent.

Euchariſtię virtute et fideles donātur libertate, vt ſuis cupiditatibus perfectiſſimè dominentur.

Exod 3.

Paſcenti Moyſi oues Iethro ſoceri ſui, apparuit rubus accenſus, ſed à voracibus flammis inconſumptus, *Videbat quòd rubus arderet, & non combureretur*. Exod. 3. Myſterij nouitatem admirans vir Dei ad prodigioſam rem propiùs conſpiciēdam, iam greſſus dirigebat, vbi de medio rubi Numen in eo reſidens inclamat, *Ne appropies huc: ſolue calceamentū de pedibus tuis: locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt*. Iſraelitis verò, dum paſchalem agnum manducarent, demandatum fuit, vt in pedibus calceamenta haberent. Exod. 14. Sed ſi tam rubus, quàm agnus paſchalis Euchariſtiæ Sacramētum præfigurabant (de agno vulgatum ſatis eſt interpretamentum, de rubo verò optimè Vigerius chorda ſeptima) percunctor, cur Moyſi nudipedē incedere iniungitur, Iſraelitis verò in eſu Agni calceamenta in pedibus detinere? Scio diſcoopertis plantis ambulare ſeruitutis characterem apud Priſcos fuiſſe, ſicut libertatis inſigne calceamenta perferre in pedibus, vt notauimus de Eminentia Deiparæ tom. 1. cap. 14. qu. 1. Vndè creator per Iſaiam futurā Hieroſolymitarum captiuitatem comminās dixit. *In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum*. Iſai. 3. Sed ſi ità res ſe habet, amabò, qui nexus inter famulatus ſymbolum, & libertatis emblema, quæ idem Sacramentum præmōſtrabant? O admirabile arcanum: Dū Moyſi imperatum eſt, vt calceamenta deponeret ante rubum, appoſitè vnuſquiſquè fidelis inſtruitur per gratiam ſacroſanctæ Synaxis illum perfectionis apicem attingere poſſe, qua diuino obſequio ſe totum addicat, & deuoueat; hoc verò feliciſſimo mancipatu ad completam ſubleuatur homo libertatē, etenim ſeruire Deo regnare eſt, quod præclarè adumbratum habetur in Iſraelitis pro libertatis hieroglyphico calceamēta in pedibus deferentibus, dum paſchalem Agnum comedebant.

Exod. 14.

Vigerius.

Seruitutis nota diſcoopertis plantis ambulare; calceamenta perferre libertatis.

Iſai. 3.

Dum in Euchariſtica menſa diuino ſe addicit obſequio fidelis anima, ad abſolutiſſimam ſubleuatur libertatem.

B, C, D

De amore carnali, qui hominem concupiſcenti appetitui mancipat, quidam Poeta eleganter ſic cecinit.

Eſt laberinthus amor, ſi tu delaberis intus,
Non tu liber eris, ſed labor intus erit.

A Veriſſimè quidem, ſed ſicut carnali amori è diametro opponitur diuinus amor, ità hic nos à cōcupiſcentis appetitus ſeruitute vendicat, & de hoc cani certiſſimè poteſt.

Diuinus amor à concupiſcentis appetit⁹ ſeruitute nos vendicat.

Hortus, nō laberinth⁹ amor, ſi laberis int⁹,
Et tu liber eris, nec labor intus erit.

Quàm benè verò anima deuota per ſacram Synaxim in amorem hunc diuinum ingrediatur, ex illis Chriſti verbis innoteſcit, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo*. In me, qui ſum charitas, *Deus enim charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*.

Ioan. 6.

1. Io. 4.

B *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in lilijs. Verſ. 5.*

Indicatur ſenſus ad corticem litteræ.

QVOD maximè placet in adoleſcētula ad nuptias præparata, eſt illibata virginitas, cuius argumentum ſatis notum ſunt vbera non collapſa, aut decidentia, ſed cum vigore ſtantia, venuſtè ſphærica, & æqualia, quæ omnia hic ſimilitudine geminorum hinnulorum capreæ paſcentium in lilijs exprimuntur: cùm enim lilia ſint caule procero, & hinnulorum altitudinem facilè æquent, fit vt tantùm eorundem hinnulorum capita appareant, quæ vt plurimum erecta geſtant, ęqualia quoquè ſunt vtpotè gemellorum, & rotunditatem quandam habent, atq; ideò non incongruè vbera non inclinata, concinna circumlatione, & æqualitate conſpicua repræſentant. Porrò quòd capreę paſcantur odoratis, tradit Aldrouandus de quadrupedibus lib. 1. cap. 19. & cōſequenter pabula inter lilia ſuauiter fragrantia illi grata eſſe debent.

Aldrouand.

Duo vbera tua, ficut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pafcuntur in lilijs.

Enucleatur fenfus fpiritalis Euchariftiam refpiciens.

NOTVLA VNICA.

Laudatur in dilecta anima pudicitia ab omni labe feruata, virtute Euchariftici Sacramenti.

IAM diximus in fenfu ad fuperficiem litteræ incorrupti pudoris indicia effe vbera non fubacta, fed erecta, & venuftè fphærica, qualia eminent capita hinnulorum capreæ pafcentium inter lilia. Obferuáda præterea funt in hac comparatione aliqua, quæ maximè ad tutelam illæfæ caftimoniæ plurimùm conferunt. Hinnuli capreæ vifu acutiffimo pollentes à longè melius profpectant, quàm cætera animalia; quo non incommodè denotatur magna circumfpectio, quæ neceffaria eft ad præcauenda pericula puritatis violandæ. Hinnuli capreæ celeres, & agiles currunt, vndè velocitatem aptè fignificant, quæ maximè requiritur ad declinandum concitato curfu ab occafionibus contaminandi pudicitiæ candorē. Pro hac pernicitate, qua regius Vates à Deo donatus erat, gratias agebat illis verbis, *Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum.* (Pfal. 17.)

(Veneris fimulacrum apud veteres teftudinem pede premens.) Imaginem Veneris antiqui pingebāt pede teftudinem premente, quo fymbolo fignificare volebant fub dominio, & poffeffione Veneris impudicè eos effe, qui tardi motus inftar teftudinis funt in deflectendo à periculo labendi in turpes carnis illecebras. Lilia, in quibus hinnuli pabula fumere dicuntur hic, perfonas virginitate infignes defignare fatis notum eft, & innuitur etiam hymno illo Ecclefiaftico.

Qui pafcis inter lilia
Septus choreis virginum.

(Confortiū cū puritatis cultoribus ad fouendā virginitatē, efficax.) Vndè fignificatur confortium cum ftudiofis illæfi pudoris cultoribus ad fouēdam virginitatem vim magnam habere. Verùm fi cum puritatis amatoribus ver-

A fari plurimum habet momenti ad eandem virtutem cuftodiendam, quantum quæfo efficaciùs hoc præftabit familiariter cum Chrifto virginitatis fonte agere in facro conuiuio, & quod magis eft, fo carne illius virginea frequenter vefci? (Nil efficacius ad puritatem fouendā, quā Chrifti carne vefci.) Per lilia etiam denotari confecratas hoftias, fatis congruè dici poteft, tùm ob rationes, quas attigimus in expofitione primi verficuli cap. 2. tum etiam, quià in illis Chriftus adeft myfticum lilium adeò eminenti candore virginitatis nitens, vt lilijs omnibus, fcilicet virginibus æquipolleat: in hoc igitur vno lilio, fed virtute pluribus lilijs pafcitur dilectæ animæ virginalis puritas, dum illo

B in facra menfa vefcitur. D. Hieronymus lib. 2. comment. in cap. 5. Michææ fuper illa verba: (D. Hieron. Michçæ 5.) *Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda*, fic loquitur. *Quòd autem Bethleem ipfa fit Ephrata, liber Genefeos oftendit, in quo fcriptura cōmemorat: Mortua eft Rachel, & fepulta in via Ephrata, hæc eft Bethleem. Et in vtroq; nomine fignificat Sacramentum: Domus enim panis dicitur, propter panem viuum, qui de cælo defcendit.* Cohæret D. Ambrofius lib. 2. de Iacob cap. 7: fuper illud Genefis 35. (D. Ambr. Gen. 35.) *Interea locutus eft Deus ad Iacob: furge, & afcende Bethel, & habita ibi, facquè Altare Deo*, vbi hæc habet. *Vndè prophetanti aduentum Domini Iefu, refponfum*

C *diuinum eft datum: Exurgens afcende in locum Bethel, hoc eft in domum panis, vbi natus eft Chriftus, ficut Michæas Propheta teftatus eft dicens, Et tu Bethleem domus Ephrata non es minima, vt fis inter principes Iuda: Ex te enim exiet Princeps Ifrael, & egreffus eius ab initio, à die fæculi. Verè domus panis, quæ domus Chrifti eft, qui nobis panis falutaris aduenit è cælo; vt iam nullus efuriat, cibum fibi immortalitatis acquirens. Ibi iubetur habitare Patriarcha; ibi Altare facere Deo, qui apparuit ei. Ibi Deos accepit alienos, & abfcondit eos fub terebintho: ibi quoquè fepulta eft Rachel in via Ephrata, hæc eft Bethleem. Ibi etiam columnam ftatuit Iacob fupra monumentum*

D *eius.* Ibi, id eft in Bethleem, quæ eft domus panis, typum nimirùm gerens Euchariftici panis; ibi, inquam, fepulta eft Rachel illa decora facie, & venufto afpectu, quæ adeò admirabilem coniugij amorem in Iacob excitauit, qui vt optatis cum ea nuptijs frueretur, prorogatam vltra feptēnium feruitutem fuftinere nō recufauit. Rachel igitur adeò vehemens connubij illecebra fepulta eft in loco adumbrante Euchariftiam, quò palam fieret efficax huius Sacramenti virtus in comprimendo concupifcentiæ illectamento, in confepeliendo carnalis (Efficax Euchariftiæ virtus ad carnis concupifcentiā coercendā.)

conlugij desiderio, atq; adeò in concil- A liando cælibatus affectu. Et quid aliud significat columna illa erecta supra monumentum Rachel, nisi firmam, & inconcussam animi constantiam in cohibendo toto huius mortalis vitæ decursu connubialis copulæ appetitu?

Donec aspiret dies, & inclinentur umbræ, vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Vers. 6.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

Genebrard.

GEnebrardus hoc loco mõtem myrrhæ per allusionem ait esse montem Moria, quia Mor Hebræis est myrrha, vndè eadem vox parua inflexione, myrrha in Moriá transit, & in hoc monte Moria ædificatum est templum Hierosolymitanum à Salomone, vt idem Genebrardus notat, quem sequuntur plures; eundem autem esse montem myrrhæ, & collem thuris

Sanctius.

per epexegesim notat Sanctius hic: quarè his verbis sponsus, *Vadam ad montem* C *myrrhæ, & ad collem thuris, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ*, indicat se iturum in vrbem Hierosolymitanam, vt in patrijs ædibus vitam traducat, atq; vt suauiter alliciat sponsam puellam agrestem ad secum cohabitandum relicta paterna domo, & natalibus aruis, illam adeò pulchram prædicat, vt ne minimo quidem næuo maculata sit, atq; ideò dignam vrbe, magnifica domo, regia aula. Prætereà illi tacitè proponit adeò vehementem amorem suum in eam esse, vt ad texendam illi sponsalitiam corollam, & diadema regium componendum paratus sit, nulla periculorum, aut laborum habita ratione, ferarum sæuitia cõ- D tempta, flores, gemmas, & aurum perquirere per inhospitalia montium iuga, verticem Hermonis, & Sanir congelatis niuibus coopertum, Palæstinæ quoq; fines transilire, scandere non calcatos Tauri montis gradus, vbi Amanus, foueas, & cauernas leonum, & pardorum penetrare, & lustrare, vt quæ ad illam venustè decorandã aptiora sint, ipsemet [illegible] Hoc enim certissima amoris exar[illegible] ...is argum[illegible] ...stimat sponsus ...um sit [illegible] ...ituta ad in... ...ndar[illegible] ...enti animo à

A lare, & natali solo absens secum viuat: Verissimũ namquè est antiquum amorẽ à recenti propulsari, quò respicit prouerbium illud, *Clauus clauo pellitur*, vt notat D. Hieronymus ad Rusticum Monachum. Philosophi etiam mundani solent amorem veterem amore nouo, quasi clauum clauo expellere. Et Ouidius de remedio amoris sic cecinit. Hieron.

Successore nouo tollitur omnis amor. Ouid.

Hunc sensum respicere existimo subsequentia verba, *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus* B *pardorum.* & à prædicta expositione nõ dissentit Sherlogus in hunc locum. Sherlog.

Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA VNICA.

C

Christus sui exemplo allicit dilectam animam post sumptã sacram Synaxim ad orationis, & mortificationis studium.

PLacent expositores illi, qui dicunt hunc modum loquendi, *Donec aspiret dies*, esse periphrasim vespertini temporis, ac si diceretur, donec aduesperascat, atq; adeò denotari fines huius vitæ, quæ propter breuitatem vnius diei spatio significatur: D quarè sensus erit, quoadusq; viuam, vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

Iam diximus per montem myrrhæ, & collem thuris Hierosolymitanum tractum indicari: dum igitur diuinus sponsus se profecturum in hunc montem ait, mysterium illud adumbrari puto, quandò post cœnam, in qua Christus se ipsum, & Apostolos communicauit, perrexit cum discipulis ad montem Oliueti. Hymno

Matth. 26. ne dicto, inquit facer textus, *exierunt in montem Oliueti*, vbi anguſtia, mœrore, & tædio pretius cœpit pauere, tædere, & mœſtus eſſe, vbi ſudore ſanguineo perfuſus, *factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram*, moras in oratione eò longiores trahebat, quò intenſiùs affligebatur, *Et factus in agonia, prolixiùs orabat*, Lucæ 22. Luc. 22. In hoc monte traditur, comprehenditur, ligatur, illinc trahitur ad domum Caiphæ, ad Pilati prætorium, ad Herodis aulam, reducitur ad Pilati tribunal, flagellatur, ſpinis coronatur; ſcandit tandem Caluarium, clauis Cruci affigitur, amariſſimo felle potatur, pro crucifigentibus exorat; & ecce mons myrrhæ eminentiſſimæ mortificationis, acerbiſſimæ paſſionis, ecce collis thuris feruentiſſimæ orationis. Vadam igitur, inquit ſponſus Chriſtus poſt ſumptam ſacram ſui corporis alimoniam, quoaduſquè viuam, ad hunc myrrhæ montem, & ad hunc collem thuris; quibus verbis tacitè inuitat dilectā ſponſam, quam in ſacra menſa conuiuam habuit, vt ſecum conſcendat ad montem myrrhæ, perfectiſſimæ mortificationis feracem, & ad collem thure ardentiſſimæ orationis redolentem; exigit enim firmum ſpiritalis connubij fœdus, vt ſponſa fida, fido ſemper, & amanti ſponſo comes adhæreat; & nimiùm eam dedeceret ſolius menſæ eſſe ſociam. Appoſitè à D. Anſelmo in 1. ad Corinth. 11. inducitur Chriſtus nos alliciens in ſacra communione ad ſuæ paſſionis ſequelam: *Accipientes, inquit, corpus meum memores mei eſſe debetis, vt diligenter recogitetis, quis ego ſim, & quæ inter homines conuerſatus, operatus ſim, vel quæ pertulerim, vt ſicut præceſſi, ſequamini.* Et D. Bernardus tom. 2. tract. de præparatione ad Miſſam. *Procedens*, ait, *ad Altare, recordare Chriſtum euntem ad crucem, & fige cor ad ea, quæ in paſſione geſta ſunt.* Quòd verò affectum animæ ad cælū eleuet ſacra Synaxis, pulchrè tradit D. Paulinus epiſt. 9. exponens illud Lucæ 22. *Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo.* Verba Paulini accipe: *Beatus qui manducabit panem in regno Dei, quia Chriſtus idem & panis, & regnum eſt, quo nos ſaginamur, & ſerpens tabeſcit, cuius fames, & pœna eſt cibus vita noſtra Chriſtus Ieſus; qui factus eſt nobis in eſcam, vt eo pane viuentes, & ſecundùm eum ambulantes, poſſimus iuxta Apoſtolum dicere, noſtra autem conuerſatio in cælis eſt.*

Eucharisticæ menſæ conuiuæ ad mortificationem, & orationē inuitantur.

D. Anſelm.

Communicātes Chriſti paſſionē recolere, atque imitari debent.

D. Bernard.

D. Paulin. Luc. 22.

Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.
Verſ. 7.

Horum verborum ſenſum ad ſuperficiem litteralis ſonus nuper indicauimus, ſupereſt vt, quid innuant ad rem noſtram, ſubnectamus. Quarè

Enucleatur ſenſus ſpiritalis Euchariſtiam reſpiciens.

NOTVLA VNICA.

Diuinus ſponſus pulchritudinē eximiam, qua dilecta anima ità decorata eſt in ſacro conuiuio, vt abſterſa omni piaculorum labe, tota ſpecioſa appareat, præconizat hìc.

HANC ſingularem dilectæ animæ ſpiritalis formæ præſtantiam nullo næuo maculatam à ſacræ Synaxia virtute prouenisse, tradit B. Laurentius Iuſtinianus in ſer. de Euchariſtia: *In circuitu planè menſa Altaris filij ſui, quos per verbum veritatis genuiſti Deo, ſacratiſſimi corporis Domini paſtum tam ſedulò tam piè, tam deuotè, vt in voce pſalmi, in exultatione mentis, in fidei confeſſione epulantium feſtiuus in aula cæleſti concipet ſonus. Singulare prorsùs dilectionis accepiſti pignus in huiuſmodi participatione myſterij, certamquè de ſponſo tuo præſentiam, cui optimè tui amoris æſtus aperire, vota perſoluere, fundere orationes, gratias agere, decantare hymnos, ingeminare preces, exhibere laudes, atq; ſuauiſſima vales pia deuotionis depromere carmina. Equidem ex quo tanto adhæſiſti ſponſo, corpuſq; tuum corpori eius aſſociatum eſt, effecta es ſpecioſa, & ſuauis in delicijs, decora, & ornata in veſtibus, venuſta, & grata in moribus, ignita, & ſancta in deſiderijs, prudens, & ſenſificata in cogitationibus, fœcunda, & locuples in filijs, ſic dilecta, vt Dei filius affectus de te Canticorum illud clamet, & dicat: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum*

B. Laurent. Iuſtin.

lorum tuorum, & in vno crine colli tui. Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa? pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vestimentorum tuorum super omnia aromata. Fauus distillans labia tua sponsa, mel, & lac sub lingua tua, & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuæ malorum punicorum cum pomorum fructibus. Hinc meritò exultationis tuæ exurgit causa, quòd tam elegantis, tamque potentis, & immortalis regis amore facta sis digna; pluribus te idem commendauit præconijs, immensis ornauit monilibus, cruoreque suo interiores tuas rubicundas effecit genas.

B

Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. 1. ad Corinth. 5. Sermonem hic esse de Sacramento Eucharistiæ docet Chrysostomus homil. 15. in hanc epist. Sed difficultatem non leuem inuoluere hæc verba videntur, quia si Apostolus vocat Corinthios azymos, quomodo postea hortatur, vt vetus fermentum expurgent? quale enim fermentum habent, quod deponant, si iam sunt azymi, idest sine fermento? si verò dicatur, quòd adhuc aliquod fermentum remanserit, vrget rursus difficultas, non enim apparet, qua ratione à massa farinæ fermento aspersa, seu à pane fermentato fermentum extrahi possit. Azymos quidem Corinthios fuisse, idest sine fermento mortalis culpæ existimat Apostolus, non tamen sine exiguo aliquo peccatorum venialium fermento, vndè meritò illos exhortatur, vt, tum per pœnitudinem, tum per Sacramenti Eucharistici virtutem illud abijciant. Fauet memoratus Chrysostomus citata hom. dicens. *In hoc sensibili fermento azymum fermentum fieri potest; fermentum autem nunquam azymum, hic autem contra* (scilicet in sacra Synaxi) *rursum fieri potest.* Quòd verò Sacramentum Eucharisticum auferat peccata venialia, concors est Patrum, & Theologorum sententia. Augustinus serm. 7. de diuersis. *Eius carnibus pascemini, cuius effusione peccata dimittuntur, debita donantur, macula deterguntur.* D. Thomas opusc. 58. cap. 32. *Tria mala sunt in peccato veniali, scilicet quædam macula conscientiæ, quædam pœna tristitiæ, & quædam aduersitas offensæ diuinæ. Contra hæc tria mala propriè valet potus sanguinis Christi, qui est purus, lenis, & pretiosus: ratione puritatis lauat, ratione lenitatis sanat, ratione pretiositatis placat.* Et eodem opusculo cap. 21. *Quatuor mala nostra, languores sunt, quasi vincula culpæ, quibus*

1. ad Corinth. 5.
Chrysost.

Idem

Eucharisticũ Sacramẽtum aufert peccata venialia.
D. August.

D. Thomas

A

stringuntur animæ, scilicet dæmonis tentatio, fomitis repugnatio, cordis macula, & creatoris offensa. Contra hæc valet fructus Virginis, idest corpus Saluatoris. Contra hæc quatuor mala ordinantur quatuor Dominici corporis fructus primi, qui nos liberant à vinculis culpæ. Dæmonem fugat, fomitem refrigerat, maculam cordis mundat, iram Dei placat. B. Paschasius Abbas lib. de Sacramento corporis, & sanguinis Domini cap. 21. exponens illud Zachariæ. *Et quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum?* hæc habet. *Vbi notandum, quòd nonnisi electorum est cibus, ex quo bonum salutis Ecclesiæ, & pulchritudo decoris præstatur; quia etsi quotidiè sordescit, exindè reparatur, vt sponsa Christi sine macula talibus inueniatur respersa muneribus, alioquin dum quotidiè peccamus, etsi in minimis, quomodo sine macula esse possimus?* Magister sententiarum in 4. distinct. 12. & ibi D. Thomas art. 2. quæstiunc. 1. Bonauentura 2. p. art. 5. qu. 2. & sequuntur communiter Scholastici, & hæc veritas tradita est in Catechismo Pij V. his verbis. *Remitti, verò Eucharistia, & condonari leuiora peccata, quæ venialia dici solent, non est quòd dubitari queat.* Huc etiam respexit Tridentinum sess. 13. c. 2. *Sacramentum hoc, esse antidotum, quo liberamur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præseruamur.* Alias Patrum auctoritates pro hac parte affert Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 63. sect. 10. sed quod in quæstionem vocari potest, est, quomodo peccata venialia per Eucharistiam auferantur. Sit ergò

Paschas.

Zachar. 9.

Magister sententiarum.
D. Thomas
Bonauent.

Catechismus Pij V.

Trident.

C

Suarez.

D

PVNCTVM THEOLOGICVM

Quanam ratione à venialibus culpis per sacram Synaxim fideles liberentur.

DISQVISITIO I.

Quænam dispositio requiratur in communicante, vt ei venialia remittantur.

Eucharistię virtute dupliciter remittuntur peccata venialia.

NOtandum, duplici modo à nobis considerari posse peccata virtute Eucharistiæ remitti in eo, qui est in statu gratiæ, vel mediatè excitando quandoq; feruorem deuotionis, charitatis, vel etiàm detestationis specialis omnium peccatorum venialium, quatenùs rationem aliquam diuinæ offensæ includunt, quibus actibus præparatur, & disponitur homo ad gratiam remissiuam peccatorum suscipiendam; vel etiam immediatè abstergendo C maculas aliquorum venialium. Primus modus communiter admittitur, solùm in controuersiam vocatur postremus modus.

Conclusio. Dico, ad remissionem venialium consequendam ex opere operato Sacramenti promanantem satis esse præuiam negationem affectus, seu complacentiæ ad veniale, licèt non præcesserit expressa detestatio, seu actualis feruor charitatis sufficiens ad obtinendam gratiam sine vllo Sacramento remissiuam peccati. Hæc assertio non ità clara est, posset enim quis dicere hoc Sacramentum solùm pri D mo modo explicato in principio quæstionis, auferre venialia; probabilissima tamen est, & fundatur primò in varijs effatis Patrum exaggerantium admirandam virtutem huius Sacramenti in delendis maculis venialium; si autem fieret solùm per inspirationes, & actualia auxilia, quæ disponunt immediatè etiã sine Sacramento ad gratiam remissiuam venialium, remotè solùm, & per accidens hoc Sacramentum tolleret venialia. Secundò videtur consonare menti *D. Thomas* D. Thomæ 3. p. quæst. 79. art. 4. Præterea optima ratione suadetur, quam af-

A fert Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 63. sect. *Suarez.* 50. quòd nimirùm Sacramentum hoc cõferr gratiam remissiuam peccati mortalis per accidens in eo, qui non ponit obijcem, pro qua re plura supra in explicatione versiculi, *Oleum effusum &c.* capitis primi attulimus, ergo multò magis conferet immediatè gratiam remissiuã venialium in eo, qui est in statu gratiæ, & non habet effectum ad veniale, cùm magis per se ad venialia remittenda videatur institutum. Demùm conferunt hunc effectum communiter alia Sacramenta dignè suscipientibus, ergò perfectiùs, & propriùs hunc eundem effectum operabitur Sacramentum hoc, cuius est, vt pas- B sim tradunt Patres, debiles corroborare, languentes sanare, venustam, & decoram reddere animam.

DISQVISITIO II.

Vtrùm Sacramentum Eucharistię infallibiliter operetur remissionem venialium in communicante nõ habente vllum affectũ, aut complacentiam ad venialia.

PRO parte negatiua videtur esse, quòd eodem modo Eucharistia liberet à venialibus, quo præseruat à mortalibus, vt tradit Conciliũ Tridentinum, sed præser- *Conc. Trid.* uationem à mortalibus hoc Sacramentũ operatur per sanctas inspirationes, & pios affectus excitantes hominem ad nõ peccandum, ex quibus tamen non sequitur infallibiliter præseruatio à mortali- D bus, ità videtur posse dici de ablatione venialium, nimirùm quòd hæc non semper sequatur post sumptionem Eucharistiæ, nihilominùs

Conclusio. Dico, in proposito casu semper sequi aliquam saltem peccatorum venialium ablationem ex vi Sacramenti Eucharistici sumpti. Patet, quia si Sacramentũ hoc ex opere operato confert gratiam remissiuam venialium, vt suprà diximus, nulla est ratio asserendi, quòd non operetur hunc effectum in eo, qui est in statu gratiæ, & nulla complacentia ad venialia afficitur; & sic dilui potest argumentum pro parte negante adductum, quod

solum

ſolum procedit in opinione admittente ab Euchariſtia remitti remotè, & per accidens peccata venialia per inſpirationes, & pios affectus nimirùm, quibus excitatur homo ad actus feruidæ charitatis, deuotionis, & aliarum virtutum,per quos diſponitur ad obtinendam gratiā remiſſiuam venialium.

DISQVISITIO III.

An omnia peccata venialia remittantur virtute Euchariſtici Sacramenti.

IN concluſione præcedētis diſquiſitionis dixi, ſaltem aliquam venialiū peccatorum ablationem ſequi ex vi Euchariſtiæ, non enim omninò certū eſt, omnia venialia auferri etiam ſuppoſita carentia complacentiæ ad venialia omnia; & pro parte negante, quam ſequuntur plures Theologi, eſt, quòd ſicut hoc Sacramentum non confert omnibus æquale augmentū gratiæ, ſed correſpondens, & proportionatum gradui diſpoſitionis, idem dicendum erit de gratia remiſſiua peccatorum venialium, nimirùm quòd non omnibus æqualis conferatur, ſed pro gradu, & qualitate diſpoſitionis,& conſequenter quòd non ſemper ex vi huius Sacramenti auferantur omnia venialia. Et quidem iuxtà hanc opinionem ſaltem affirmādum puto, ab Euchariſtia ex opere operato ei, qui eſt in ſtatu gratiæ, licèt tepidè communicet, remitti aliqua peccata venialia, & veriſimile omninò eſse, quòd remittantur venialia, quæ ſubreptitia dicuntur. Hoc ſaltem euincunt verba Catechiſmi Pij V. *Remitti verò Euchariſtia, & condonari leuiora peccata, quæ venialia dici ſolent, non eſt quòd dubitari queat.* Pro parte verò affirmante eſt, quòd cùm virtus Sacramenti Euchariſtici, ſicut & cæterorum nitatur merito Chriſti infinito, conſequenter completum operari debet effectum ex parte ſua; quarè non apparet, quomodo limitari poſſit ad remittenda potiùs hæc venialia, quàm illa, ſi nullus ſit obex in ſuſcipiente Sacramentum; nullum autem eſse obicem in eo, qui eſt in ſtatu gratiæ, & omni affectu complacentiæ ad venialia omnia caret, ſatis conſentaneum humanæ fragilitati videtur.

Catechiſm. Pij V.

Concluſio. Dico certum eſſe, omnia peccata venialia ſaltem aliquandò remitti virtute Sacramenti Euchariſtici illud ſumenti in ſtatu gratiæ, & carenti omni affectu, ſeu complacentia ad omnia venialia, ſiue hæc remiſſio fiat immediatè, ſiue mediatè. Hæc concluſio eſt conformis Catechiſmo Pij V. vbi ſine limitatione dicitur remitti peccata venialia: conſonat Patrum effatis de dignitate, & ſublimi virtute huius Sacramenti: conſentanea etiā eſt fini huius Sacramēti ordinati ad eximiam ſanctificationem animæ.

Dixi, *ſaltem aliquandò*, quia cùm non ſit certum, ſed ſolum probabile ex opere operato remitti ab Euchariſtia omnia, ſed aliqua tantùm venialia; & omninò veriſimile ſit, ſimul dari auxilia apta ad excitandum hominem, vt eliciat actus feruentis charitatis, & deuotionis, quibus diſponatur ad obtinendam gratiam remiſſiuam cæterorum venialium, aliquandò contingit, vt illis auxilijs non correſpondeat communicans, & ſic non ſe diſponat ad gratiam remiſſiuam reliquorum omnium venialium; aliquandò euenit, vt perfectè illis correſpondeat, & ſic ſe diſponat ad obtinendum gratiā remiſſiuam omnium venialium.

Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Verſ. 8.

HVnc litteræ ſonum ad ſuperficiem innui ſupra.

Enucleatur ſenſus ſpiritalis Euchariſtiam reſpiciens.

NOTVLA VNICA.

Dilecta anima in ſacra Synaxi puriſſimo candore facta conſpicua inuitatur à Diuino ſponſo, vt oblita natalis huius mundi ſoli, parentum, & cognatorū, ſecum affectu viuat in cæleſti Ieruſalem, vbi coronanda eſt.

LIbanus candidationem ſonans aptè repræſentat Sacram Altaris menſam, in qua candore admirando pia anima inſignitur; ab hoc igitur Libano Diuinus

nus ſponſus ſponſam ſibi valdè acceptam ob eximiam puritatem, quam præcipuè aſsecuta eſt virtute Euchariſtici Sacramenti ad ſecum commigrandum, etiam nunc dum in terris degit, per ſubleuationem affectus in magnificas cæli ædes ſuauiter allicit. Ex Hebræo pro, *veni*, habetur *mecum*; ac ſi dicat ſponſus, mecum de Libano ſponſa mea, mecum de Libano, mecum anima dilecta, quæ tota pulchra es, & macula non eſt in te; exigit enim tanta venuſtas ſublimem, & glorioſam metropolim, nec te pigeat auellere cor ab hac agreſte, & vili huius mundi habitatione, quæ ſi quandoq; roſarum coronas ſubminiſtrat, illæ citò marceſcunt, tu verò mecum manens regia cæleſti coronabere lectiſſimis, & non corruptibilibus gloriæ floſculis, quos tui amore incitatus per aſpera difficultatum iuga labore plurimo, ſudore copioſo, ac etiam ſanguineo effuſo, furêtlum Iudæorum inſtar leonum, & pardorum truculenta rabie laniatus, vt beatitatis tuę decorem adaugeam, collegi.

[Lectio Hebræa.]

Conſonat his, quæ in hac expoſitione proſequimur, oraculum illud Ezechiel. 16. *Similam, & mel, & oleum comediſti, & decora facta es vehementer nimis, & profeciſti in regnum.* Simila, mel, & oleum Euchariſtiam deſignant: ſimila, quia eſt flos farinæ triticeæ, aptiſſimam materiam ſubminiſtrat ad conficiendum panem, qui poſteà per conſecrationem tranſubſtantiatur in corpus Chriſti; mel dulcedinem, & ſuauitatem, quæ in ipſa Euchariſtia deguſtatur, indicat; in oleo verò chariſmatum dona ab hoc Sacramento effluentia denotantur: enutrita igitur hoc cibo Euchariſtico anima deuota, quam in ſpiritu prævidebat Propheta, decora facta eſt vehementer nimis, & ideò digna regalibus Diuini ſpōſi nuptijs, & ab eodem ſponſo experita ad ſecum cohabitandum in regia cæli aula, obtemperans hæc profecit in regnum, commigrauit ſcilicet per affectū ad fortunatum regnum, ità vt degens in hac mortali vita dicere poſſet cum Apoſtolo, conuerſatio mea in cælis eſt.

[Ezech. 16.]

[Euchariſtico cibo enutrita anima, regalibus diuini ſponſi nuptijs digna efficitur]

Propinato Apoſtolis ſui ſanguinis poculo Dominus prędixit illis ſtatim futurā ſocietatē in regno beatifico. *Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic eſt n. ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Dico autem vobis: non bibam amodò de hoc genimine vitis vſq; in diem illum, tùm illud bibam vobiſcum nouum in regno patris mei*; Matth. 26. quibus verbis Chriſtus non ſolùm ius quoddam ad futuram reſurrectionem, & gloriam per ſacram Synaxim acquiſitum demonſtrauit, vt diximus in explicatione verſiculi, *Tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina*, cap. 1. ſed etiā voluit diſcipulorum cogitationes, vota, & affectus ab hoc mundo ſubleuare, & ad beatitatis æternæ regnum illis per paſſionem acerbiſſimam, quam toleraturus erat, paratum euehere, ità vt in ſupernis ſpiritalem vitam cum Chriſto, licèt in carne degentes, traducerent.

[Matth. 26.]

[Per ſacram Synaxim ſiā ea virtute donetur, vt in terris cæleſtem vitam agere videatur.]

Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

Verſ. 9.

Indicatur ſenſus ad corticem litteræ.

Sponſus his verbis, quæ fuerint illi maxima amoris incitamenta, inſinuat, ſcilicet vnius oculi, & crinis intuitus; nam mulieres antiquitùs, vt notiſſimum honeſtatis, & pudicitiæ inſigne, velum deferebant, quo caput ita regebant, vt vno oculo tantùm liberato contentæ eſsent ad proſpiciendam viam, & vix aliqua comarum pars appareret, de quo more flammea, ſeu velo celandi faciem, & caput, quem ſeruabant verecundæ mulieres, meminit D. Hieronymus epiſt. ad Demetriadem. *Illa, inquit, tibi ſit pulchra, illa amabilis, illa inter ſocias habenda, quæ ſe neſcit eſſe pulchram, & procedens ad publicum, non pectus, non colla denudat, nec pallio reuoluto ceruices aperit, ſed qua celat faciem, & vix vno oculo, qui via eſt neceſſarius, patente ingreditur*: De qua re etiam videri poteſt Tertullianus lib. de velandis Virginibus ad finem, & Clemens Alexandrinus lib. 1. pædagogi cap. 10. & lib. 3. cap. 11. Quantum verò acuta ſint oculorum, & crinium iacula ad ſauciandos amore animos, ſat notum eſt. Vulgatiſſimum eſt illud Propertij.

[D. Hieron.] [Tertullian.] [Clem. Alex.]

Si neſcis, oculi ſunt in amore duces. [Propert.]

Et illud Maronis Ecloga 8. [Virgil.]

Vt vidi, vt perij, vt me mal' abſtulit error

Accinit Ouidius in epiſt. [Ouid.]

Tūc ego te vidi, tunc cœpi ſcire quis eſſes,
Illa fuit mentis prima ruina meæ.
Et vidi, & perij, nec notis ignibus arſi.

Et 3. Amorum, Elegia 10. alloquens amaſiam. [Idem]

Perque tuos oculos magni mihi Numinis instar,
Perq; tuos oculos, qui rapuere meos.

Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Dilecta anima in sacra Synaxi ità sanctificatur, vt affectum omnem, & cogitatum in diuinum sponsum dirigés, mirabili amoris telo eum feriat.

Richard. de S. Victore

RIchardus de S. Victore sic explicat hunc locũ, C *Hunc spiritualem visum, & salutis tuæ desiderium vehementer in te diligo, hoc vno solo oculo, idest contemplatione vnica, & singulari tuæ salutis, & mei amoris, atquè fruitionis cor meum vulneras, & in vno crine colli tui. Collum, caput, & membra coniungit. Collum itaquè mihi es, dum animas cõuertere, & mihi coniungere studes. Vnus crinis colli, est vnica cogitatio, & præcipua intentio, quæ circa hoc laboras. In hac gemina sollicitudine, & cura tàm propriæ salutis, quàm alienæ, amorem meum specialiter tibi vendicas, & ad intima cordis mei penetras. Placet quoquè mihi, & singulariter* D *me tangit simplex intentionis oculus, quo nihil contra me, nihil præter me quæris. Per hoc n. toto corpore lucida es, idest bono, & sincero opere; vt meritò lauderis, & amore tuo cor meum vulnerare didiceris.* Porrò quidquid encomij prædictis verbis continetur, & in subsequentibus huius capitis, B. Laurentius Iustinianus relatus supra in explicatione verficuli 7. tribuit dilectæ animæ dependenter à virtute Eucharistici Sacramenti. Collineare etiã videntur in nostrum scopum nonnulla verba, quæ citatus auctor habet. *Ex quo tanto adhæsisti sponso &c. ignita, &*

B. Laurent. Iustin.

A *sancta in desiderijs, prudens, & sensificata in cogitationibus, fœcunda, & locuples in filijs.* Et quid aliud innuit, *ignita, & sancta in desiderijs*, nisi quòd nihil aliud magis in voto habeat, quàm dilecto placere, amoremq; erga diuinum sponsum sincerum, & illibatum, sicut vinculum sacri connubij Eucharistici exigit, seruare; de qua obligatione egregiè Aponius lib. 1. in Cantic. *Sponsa* (scilicet anima deuota) *effecta est, corpus, & sanguinem suo corpori coniungendo, per quod Sacramentum spopondit, se præter eum nullum alium amatorem toto corde diligere, pretiosum eius fidei annulum magno studio conseruare. Prudens, & sensificata in cogitationibus*, di- B rigendo nimirùm mentis aciem in ea, quæ ad Dei gloriam, & propriam salutẽ spectant, quod est summum genus prudentiæ. *Locuples in filijs*, idest fœcunda spiritalis prolis, quàm studiosè fouet, & alit.

Aponius.

In illo Matth. 24. *Vbicunquè fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ*, præsignari Eucharisticum Sacramentum, ex D. Chrysostomo adnotauimus supra ad versic. 4. notula 3. Verùm nonnè inter alias aquilæ præstantes dotes, quibus à natura insignita est, hæc non minima videtur, quòd aduersùs Solis radios obtutum immota tenet, & tanti iubaris splendore mirificè oblectatur; quo non C obscurè denotatur deuota anima in sacra mensa assueta vnicum animi affectũ, & mentis intuitum in Eucharisticum solem intendere. Aquila etiam genuinæ, ac legitimæ prolis suæ amantissima est, in eaq; educãda maximè sollicita. Hæc, vt testatur Aldrouandus in historia de auibus lib. 1. *pullos suos gestat præter morem cæterarum auium, quæ pullos pedum digitis comprehensos, quò lubet, ferunt. Timent enim eis ab Auibus, quæ ipsis volant altiùs. Aquila verò cùm omnes volatus sublimitate superet, ea de re secura, attamen, quia telo potest impeti, pullos suis alis exceptos per sublime vehit insigni pietatis argu-* D *mento, quasi corpore clypei vice telis obiecto sese discrimini malit exponere, quàm pullos perire, non detrectans vel vitæ propriæ dispendio, quàm fœtui dederit, incolumem conseruare. Hinc maxima sollicitudine pro nido, pullisquè tutandis excubias agit*, quo quàm aptè exprimitur solertia, & studiũ animæ charitate feruentis in procuranda salute proximorum, quos in Christo generat, & vt filios tenerrimè diligit.

Matth. 24.

D. Chrys.

Deuota anima in sacra mensa assueta vnicum cordis affectũ in Christum intendit.

Aldrouãd.

Vulnerasti cor meum soror mea Sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

NOTVLA II.

Quantū amabilis reddatur anima ob fiduciam, quam de diuina bonitate concepit in sacra Synaxi, demonstratur hìc.

LVcem huic expositioni affert, quod aliquandò Christus dilectę suę spōsæ Gertrudi per reuelationem aperuit, cuius rei verba sincerè subijcio, quæ referuntur lib. 3. cap. 7 insinuationum diuinæ pietatis. *Die Sanctorum Innocentium, dum in præparatione ad communionē tumultibus cogitationū impediretur, & diuinum super hoc auxiliū postularet, tale à dignissima Dei miseratione accepit responsum. Si quis humana tentatione impugnatus firmâ spe sub protectionem meam confugerit, inter cæteros est, de quo possum dicere. Vna est columba mea, tanquam electa ex millibus, qui in vno oculorū suorum transuulnerauit cor meum diuinum, in tantum, quòd si scirem me non posse subuenire illi, hoc tam molestia esset desolatio cordi meo, quòd eam omnes cælestes deliciæ non possent alleuare, quia in corpore meo, quod diuinitati coniunctum est, electi semper habent aduocatum, qui cogit me compati ipsis in diuersis indigentijs suis. Et illa: Domine mi, quali modo immaculatum corpus tuū, in quo nunquam habuisti aliquam contradictionem, poterit te cogere ad compatiendum nobis in deiectionibus nostris tam diuersis? Ad quod Dominus: Intelligenti facilè persuasum est. Nam Apostolus dicit de me. Debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret; & subiunxit. Vnum oculorum electa mea, quo transuulnerat cor meū, secura confidentia est, quam habere debet de me, quòd verè possim, sciam, & velim sibi in omnibus fideliter adesse, quæ confidentia tantam vim facit pietati meæ, quòd nullatenùs possim ipsi abesse. Et illa: Domine mi, cùm confidentia tam securum sit bonum, quòd nullus ipsam absquè dono tuo habere possit, quid demereri potest, qui ea caret? Cui Dominus: Quilibet tamen pusillanimitatem suam aliqualiter deuincere potest, saltem testimonio scripturarum. Et si nō integro corde, tamen ore dicere potest mihi illud Iob: Et si in profundum Inferni demersus fuero, indè me liberabis, & illud. Etiamsi occideris me, tamen in te sperabo, & similia.* Quātum verò Eucharistiæ Sacramentum cōfidentiam nostram in Deo obfirmet, locupletissimus testis est D. Hieronymus hom. 24. in epist. 1. ad Corinth. *Hæc, inquit, mensa est neruus nostræ salutis, mentis viaticum, fiduciæ fundamentum, spes, salus, lux, vita.*

Insinuat. diuinæ pietatis.

Eucharisticum sacramentū confidentiā nostrā in Deo maximè obfirmat.

D. Hieron.

Vtramq; refectionem, quam præbuit Christus quatuor millibus, Marci 8. & illam, quam exhibuit quinque millibus, Lucæ 9. multiplicatis septem panibus, & paucis pisciculis, typum fuisse Eucharistici conuiuij, docet D. Ambrosius in Lucam cap. 9. & saturata adeò copiosa turba, *quod superfuit de fragmentis, tulerunt discipuli septem sportas plenas*. Matth. 15. quo facto quàm benè ostendit Christus qualem de sua diuina bonitate fiduciam Eucharistica mensa nos doceat, quòd nimirum, quandò res eò perueniunt, vt humano auxilio penitùs destitutæ censeantur, credamus tunc nobis præsto adfuturum ipsum, qui septem panibus, & paucis pisciculis superefluenter satiauit quatuor millia hominum extra mulieres, & paruulos, & qui panit superabundanter quinque panibus hordeaceis, & duobus piscibus quasi quinq; millia hominū, Ioan. 6. & Israelitis in deserto omni alimonia carentibus copiosam ab æthere suppeditauit escam. *Qui mandauit nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit. Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis, & cibaria misit eis in abundantia.* Psal. 77.

Marci 8. Lucæ 9.

D. Ambr.

Matth. 15.

Ioan. 6.

Psal. 77.

Pluebat cælum iussu Dei singulis diebus manna, vt eo vescerentur Israelitæ peregrinantes in deserto, sed excepto Sabbato in alteram diem seruari prohibitum illis erat, ità vt si seruaretur, statim computresceret, & vermibus scateret. Cur hoc? notissimum Eucharistiæ symbolum manna illud erat, hinc igitur instruimur, quomodò sollicitudinē nostram in auctorem talis cibi proijcere debeamus.

Sæpiùs diximus sacram Altaris mensam nomine lactis compellari. Irenæus lib. 4. cap. 74. *Ille, qui erat panis verus, & perfectus, Patris lac nobis se ipsum præstitit, quod erat secundum hominem eius aduentus, vt quasi à mamilla carnis eius enutriti, & per talem lactationem assueti manducare, & bibere verbum Dei in nobis ipsis cū continere possimus.* Quarè si Christus matris munere ergà mensæ Eucharisticæ accumbentes fungitur, etiam hi instar infantulorum lactentium, qui maternæ

Irenæus.

Potius igitur Iubilei tubæ, quàm caſtrenſes inſonabant ante arcam fœderis (notiſſimam Eucharistiæ figuram) vt intelligeremus ſingularem illius Sacramenti virtutem, quæ fideles, poſtquàm hi ſeruilem peccati conditionem abiecerunt, ad eam poſtea perfectiſſimam eleuat libertatem, qua illi ſuis dominantur cupiditatibus, & rebelles petulantis appetitus commotiones in officio continent.

Eucharistiæ virtute et fideles donãtur libertate, vt ſuis cupiditatibus perfectiſſimè dominentur.

Pascenti Moyſi oues Iethro ſoceri ſui, apparuit rubus accenſus, ſed à voracibus flammis inconſumptus, *Videbat quòd rubus arderet, & non combureretur*. Exod. 3. Myſterij nouitatem admirans vir Dei ad prodigioſam rem propiùs conſpiciẽdam, iam greſſus dirigebat, vbi de medio rubi Numen in eo reſidens inclamat, *Ne appropies huc: ſolue calceamentũ de pedibus tuis: locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt*. Iſraelitis verò, dum paſſchalem agnum manducarent, demandatum fuit, vt in pedibus calceamenta haberent. Exod. 14. Sed ſi tam rubus, quàm agnus paſchalis Eucharistiæ Sacramẽtum præfigurabant (de agno vulgatum ſatis eſt interpretamentum, de rubo verò optimè Vigerius chorda ſeptima) percunctor, cur Moyſi nudipedẽ incedere iniungitur, Iſraelitis verò in eſu Agni calceamenta in pedibus detinere? Scio diſcoopertis plantis ambulare ſeruitutis characterem apud Priſcos fuiſſe, ſicut libertatis inſigne calceamenta perferre in pedibus, vt notauimus de Eminentia Deiparæ tom. 1. cap. 14. qu. 1. Vndè creator per Iſaiam futurã Hieroſolymitarum captiuitatem comminãs dixit. *In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum*. Iſai. 3. Sed ſi ità res ſe habet, amabò, qui nexus inter famulatus ſymbolum, & libertatis emblema, quæ idem Sacramentum præmõſtrabant? O admirabile arcanum: Dũ Moyſi imperatum eſt, vt calceamenta deponeret ante rubum, appoſitè vnuſquiſquè fidelis inſtruitur per gratiam ſacroſanctæ Synaxis illum perfectionis apicem attingere poſſe, qua diuino obſequio ſe totum addicat, & deuoueat; hoc verò feliciſſimo mancipatu ad completam ſubleuatur homo libertatẽ, etenim ſeruire Deo regnare eſt, quod præclarè adumbratum habetur in Iſraelitis pro libertatis hieroglyphico calceamẽta in pedibus deferentibus, dum paſchalem Agnum comedebant.

Exod 3.

Exod. 14.

Vigerius.

Seruitutis nota diſcoopertis plantis ambulare; calceamenta perferre libertatis.

Iſai. 3.

Dum in Eucharistica menſa diuino ſe addicit obſequio fidelis anima, ad abſolutiſſimam ſubleuatur libertatem.

De amore carnali, qui hominem concupiſcenti appetitui mancipat, quidam Poeta eleganter ſic cecinit.

Eſt laberinthus amor, ſi tu delaberis intus,
Non tu liber eris, ſed labor intus erit.

A Veriſſimè quidem, ſed ſicut carnali amori è diametro opponitur diuinus amor, ità hic nos à cõcupiſcentis appetitus ſeruitute vendicat, & de hoc cani certiſſimè poteſt.

Diuinus amor à concupiſcentis appetit⁹ ſeruitute nos vendicat.

Hortus, nõ laberinth⁹ amor, ſi laberis int⁹,
Et tu liber eris, nec labor intus erit.

Quàm benè verò anima deuota per ſacram Synaxim in amorem hunc diuinum ingrediatur, ex illis Chriſti verbis innoteſcit, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo*. In me, qui ſum charitas, *Deus enim charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*. Ioan. 6. 1. Io. 4.

B *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in lilijs. Verſ. 5.*

Indicatur ſenſus ad corticem litteræ.

QVOD maximè placet in adoleſcẽtula ad nuptias præparata, eſt illibata virginitas, cuius argumentum ſatis notum ſunt vbera non collapſa, aut decidentia, ſed cum vigore ſtantia, venuſtè ſphætica, & æqualia, C quæ omnia hic ſimilitudine geminorum hinnulorum capreæ paſcentium in lilijs exprimuntur: cùm enim lilia ſint caule procero, & hinnulorum altitudinem facilè æquent, fit vt tantùm eorundem hinnulorum capita appareant, quæ vt plurimum erecta geſtant, ęqualia quoquè ſunt vtpotè gemellorum, & rotunditatem quandam habent, atq; ideò non incongruè vbera non inclinata, concinna circumlatione, & æqualitate conſpicua repræſentant. Porrò quòd capreę paſcantur odoratis, tradit Aldrouandus de quadrupedibus lib. 1. cap. 19. & D cõſequenter pabula inter lilia ſuauiter fragrantia illi grata eſſe debent. Aldrouand.

Duo

Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in lilijs.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA VNICA.

Laudatur in dilecta anima pudicitia ab omni labe seruata, virtute Eucharistici Sacramenti.

IAM diximus in sensu ad superficiē litteræ incorrupti pudoris indicia esse vbera non subacta, sed erecta, & venustè sphærica, qualia eminent capita hinnulorum capreæ pascentium inter lilia. Obseruáda præterea sunt in hac comparatione aliqua, quæ maximè ad tutelam illæsæ castimoniæ plurimùm conferunt. Hinnuli capreæ visu acutissimo pollentes à longè melius prospectant, quàm cætera animalia; quo non incommodè denotatur magna circumspectio, quæ necessaria est ad præcauenda pericula puritatis violandæ. Hinnuli capreæ celeres, & agiles currunt, vndè velocitatem aptè significant, quæ maximè requiritur ad declinandum concitato cursu ab occasionibus contaminandi pudicitiæ candorē. Pro hac pernicitate, qua regius Vates à Deo donatus erat, gratias agebat illis verbis, *Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum.* (Psal. 17.)

(Veneris simulacrum apud veteres testudinem pede premens.) Imaginem Veneris antiqui pingebant pede testudinem prementē, quo symbolo significare volebant sub dominio, & possessione Veneris impudicę eos esse, qui tardi motus instar testudinis sunt in deflectendo à periculo labendi in turpes carnis illecebras. Lilia, in quibus hinnuli pabula sumere dicuntur hic, personas virginitate insignes designare satis notum est, & innuitur etiam hymno illo Ecclesiastico.

Qui pascis inter lilia
Septus choreis virginum.

(Consortiū cū puritatis cultoribus ad fouendā virginitatē, efficax.) Vndè significatur consortium cum studiosis illæsi pudoris cultoribus ad fouendam virginitatem vim magnam habere. Verùm si cum puritatis amatoribus versari plurimum habet momenti ad eandem virtutem custodiendam, quantum quæso efficaciùs hoc præstabit familiariter cum Christo virginitatis fonte agere in sacro conuiuio, & quod magis est, carne illius virginea frequenter vesci? (Nil efficacius ad puritatem fouendā, quā Christi carne vesci.) Per lilia etiam denotari consecratas hostias, satis congruè dici potest, tùm ob rationes, quas attigimus in expositione primi versiculi cap. 2. tum etiam, quia in illis Christus adest mysticum lilium adeò eminenti candore virginitatis nitens, vt lilijs omnibus, scilicet virginibus æquipolleat: in hoc igitur vno lilio, sed virtute pluribus lilijs pascitur dilectæ animæ virginalis puritas, dum illo in sacra mensa vescitur. D. Hieronymus lib. 2. comment. in cap. 5. Michææ super illa verba: *Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda*, sic loquitur. (D. Hieron. Michææ 5.) *Quòd autem Bethleem ipsa sit Ephrata, liber Geneseos ostendit, in quo Scriptura cōmemorat; Mortua est Rachel, & sepulta in via Ephrata, hæc est Bethleem. Et in vtroq; nomine significat Sacramentum; Domus enim panis dicitur, propter panem viuum, qui de cælo descendit.* Cohæret D. Ambrosius lib. 2. de Iacob cap. 7. super illud Genesis 35. (D. Ambr. Gen. 35.) *Interea locutus est Deus ad Iacob: surge, & ascende Bethel, & habita ibi, facquè Altare Deo,* vbi hæc habet. *Vndè prophetanti aduentum Domini Iesu, responsum diuinum est datum; Exurgens ascende in locum Bethel, hoc est in domum panis, vbi natus est Christus, sicut Michæas Propheta testatus est dicens, Et tu Bethleem domus Ephrata non es minima, vt sis inter principes Iuda? Ex te enim exiet Princeps Israel, & egressus eius ab initio, à die sæculi. Verè domus panis, quæ domus Christi est, qui nobis panis salutaris aduenit è cælo, vt iam nullus esuriat, cibum sibi immortalitatis acquirens. Ibi iubetur habitare Patriarcha, ibi Altare facere Deo, qui apparuit ei. Ibi Deos accepit alienos, & abscondit eos sub terebintho; ibi quoquè sepulta est Rachel in via Ephrata, hæc est Bethleem. Ibi etiam columnam statuit Iacob supra monumentum eius.* Ibi, idest in Bethleem, quæ est domus panis, typum nimirùm gerens Eucharistici panis; ibi, inquam, sepulta est Rachel illa decora facie, & venusto aspectu, quæ adeò admirabilem coniugij amorem in Iacob excitauit, qui vt optatis cum ea nuptijs frueretur, prorogatam vltra septēnium seruitutem sustinere nō recusauit. Rachel igitur adeò vehemens connubij illecebra sepulta est in loco adumbrante Eucharistiam, quò palam fieret efficax huius Sacramenti virtus in comprimendo concupiscentiæ illectamento, in consepeliendo carnalis (Efficax Eucharistiæ virtus ad carnis concupiscentiā coercendā.)

coniugij deſiderio, atq; adeò in conci- A liando calibatus affectu. Et quid aliud ſignificat columna illa erecta ſupra monumentum Rachel, niſi firmam, & inconcuſſam animi conſtantiam in cohibendo toto huius mortalis vitæ decurſu connubialis copulæ appetitu?

Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Verſ. 6.

Indicatur ſenſus ad corticem litteræ.

Genebrard. GEnebrardus hoc loco montem myrrhæ per alluſionem ait eſſe montem Moria, quia Mor Hebræis eſt myrrha, vndè eadem vox parua inflexione, myrrha in Moriā tranſit, & in hoc monte Moria ædificatum eſt templum Hieroſolymitanum à Salomone, vt idem Genebrardus notat, quem ſequuntur plures; eundem autem eſſe montem myrrhæ, & collem thuris Sanctius. per epexegeſim notat Sanctius hic: quarè his verbis ſponſus, *Vadam ad montem* C *myrrhæ, & ad collem thuris, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ*, indicat ſe iturum in vrbem Hieroſolymitanam, vt in patrijs ædibus vitam traducat, atq; vt ſuauiter alliciat ſponſam puellam agreſtem ad ſecum cohabitandum relicta paterna domo, & natalibus aruis, illam adeò pulchram prædicat, vt ne minimo quidem næuo maculata ſit, atq; ideò dignam vrbe, magnifica domo, regia aula. Præterea illi tacitè proponit adeò vehementem amorem ſuum in eam eſſe, vt ad texendam illi ſponſalitiam corollam, & diadema regium componendum paratus ſit, nulla periculorum, aut labo- D rum habita ratione, ferarum ſæuitia contempta, flores, gemmas, & aurum perquirere per inhoſpitalia montium iuga, verticem Hermonis, & Sanir congelatis niuibus coopertum, Palæſtinæ quoq; fines tranſilire, ſcandere non calcatos Tauri montis gradus, vbi Amanus, foueas, & cauernas leonum, & pardorum penetrare, & luſtrare, vt quæ ad illam venuſtè decorandā aptiora ſint, ipſemet afferat. Hæc enim certiſſima amoris exardeſcentis argumenta exiſtimat ſponſus plurimum incitamenti habitura ad inducendam ſponſam, vt libenti animo à lare, & natali ſolo abſens ſecum viuat: Veriſſimū namquè eſt antiquum amorē à recenti propulſari, quò reſpicit prouerbium illud, *Clauus clauo pellitur*, vt notat D. Hieronymus ad Ruſticum Monachum. Hieron. Philoſophi etiam mundani ſolent amorem veterem amore nouo, quaſi clauum clauo expellere. Et Ouidius de remedio amoris ſic cecinit.

Succeſſore nouo tollitur omnis amor. Ouid.

Hunc ſenſum reſpicere exiſtimo ſubſequentia verba, *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus* B *pardorum.* & à prædicta expoſitione nō diſſentit Sherlogus in hunc locum. Sherlog.

Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

Enucleatur ſenſus ſpiritalis Euchariſtiam reſpiciens.

NOTVLA VNICA. C

Chriſtus ſui exemplo allicit dilectam animam poſt ſumptā ſacram Synaxim ad orationis, & mortificationis ſtudium.

PLacent expoſitores illi, qui dicunt hunc modum loquendi, *Donec aſpiret dies*, eſſe periphraſim veſpertini temporis, ac ſi diceretur, donec aduer- D peraſcat, atq; adeò denotari finē huius vitæ, quæ propter breuitatem vnius diei ſpatio ſignificatur: quare ſenſus erit, quoadusq; viuam, vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

Iam diximus per montem myrrhæ, & collem thuris Hieroſolymitanum tractum indicari: dum igitur diuinus ſponſus ſe profecturum in hunc montem ait, myſterium illud adumbrari puto, quandò poſt cœnam, in qua Chriſtus ſe ipſum, & Apoſtolos communicauit, perrexit cum diſcipulis ad montem Oliueti. *Hym-*

Matth. 26. no dicto, inquit ſacer textus, *exierunt in montem Oliueti*, vbi anguſtia, mœrore, & tædio pectus cœpit pauere, tædere, & mœſtus eſſe, vbi ſudore ſanguineo perfuſus, *factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram*, moras in oratione eò longiores trahebat, quò intenſiùs affligebatur, *Et factus in agonia, prolixiùs orabat*, Lucæ 22. A

Luc. 22. In hoc monte traditur, comprehenditur, ligatur, illinc trahitur ad domum Caiphæ, ad Pilati prætorium, ad Herodis aulam, reducitur ad Pilati tribunal, flagellatur, ſpinis coronatur; ſcandit tandem Caluarium, clauis Cruci affigitur, amariſſimo felle potatur, pro crucifigentibus exorat; & ecce mons myrrhæ eminentiſſimæ mortificationis, acerbiſſimæ paſſionis, ecce collis thuris feruentiſſimæ orationis. B

Vadam igitur, inquit ſponſus Chriſtus poſt ſumptam ſacrem ſui corporis alimoniam, quoadusquè vinam, ad hunc myrrhæ montem, & ad hunc collem thuris; quibus verbis tacitè inuitat dilectã ſponſam, quam in ſacra menſa conuiuam habuit, vt ſecum conſcendat ad montem myrrhæ, perfectiſſimæ mortificationis feracem, & ad collem thure ardentiſſimæ orationis redolentem; exigit enim firmum ſpiritalis connubij fœdus, vt ſponſa fida, fido ſemper, & amanti ſponſo comes adhæreat, & nimium eam dedeceret ſolius menſæ eſſe ſociam.

Euchariſticæ menſæ conuiuæ ad mortificationem, & orationẽ inuitantur.

Appoſitè à D. Anſelmo in 1. ad Corinth. 11. inducitur Chriſtus nos alliciens in ſacra communione ad ſuæ paſſionis ſequelam. *Accipientes, inquit, corpus meum memores mei eſſe debetis, vt diligenter recogitetis, quis ego ſim, & quæ inter homines conuerſatus, operatus ſim, vel quæ pertulerim, vt ſicut præceſſi, ſequamini.* Et D. Bernardus tom. 2. tract. de præparatione ad Miſſam. *Procedens*, ait, *ad Altare, recordare Chriſtum euntem ad crucem, & fige cor ad ea, quæ in paſſione geſta ſunt.* C

D. Anſelm.

Communicãtes Chriſti paſſionẽ recolere, atque imitari debent.

D. Bernard.

Quòd verò affectum animæ ad cælũ eleuet ſacra Synaxis, pulchrè tradit D. Paulinus epiſt. 9. exponens illud Lucæ 22. *Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo.* Verba Paulini accipe: *Beatus qui manducabit panem in regno Dei, quia Chriſtus idem & panis, & regnum eſt, quo nos ſaginamur, & ſerpens tabeſcit, cuius fames, & pœna eſt cibus vita noſtra Chriſtus Ieſus, qui factus eſt nobis in eſcam, vt eo pane viuentes, & ſecundùm eum ambulantes, poſſimus iuxta Apoſtolum dicere, noſtra autem conuerſatio in cælis eſt.* D

D. Paulin. Luc. 22.

Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.

Verſ. 7.

HOrum verborum ſenſum ad ſuperficiem litteralis ſonus nuper indicauimus, ſupereſt vt, quid innuant ad rem noſtram, ſubnectamus. Quarè

Enucleatur ſenſus ſpiritalis Euchariſtiam reſpiciens.

NOTVLA VNICA.

Diuinus ſponſus pulchritudinẽ eximiam, qua dilecta anima ità decorata eſt in ſacro conuiuio, vt abſterſa omni piaculorum labe, tota ſpecioſa appareat, præconizat hìc.

HANC ſingularem dilectæ animæ ſpiritalis formæ præſtantiam nullo næuo maculatam à ſacræ Synaxis virtute prouenisse tradit B. Laurentius Iuſtinianus in ſer. de Euchariſtia: *In circuitu planè menſa Altaris filij ſui, quos per verbum veritatis genuiſti Deo, ſacratiſſimi corporis Domini paſcuntur edulio tam piè, tam deuotè, vt in voce pſalmi, in exultatione mentis, in fidei confeſſione epulantium feſtiuus in aula cæleſti concinetur ſonus. Singulare prorsùs dilectionis accepiſti pignus in huiuſmodi participatione myſterij, certamquè de ſponſo tuo præſentiam, cui oportuit tui amoris æſtus aperire, vota perſoluere, fundere orationes, gratias agere, decantare hymnos, ingeminare preces, exhibere laudes, atq; ſuauiſſima vales pia deuotionis depromere carmina. Equidem ex quo tanto adhæſiſti ſponſo, corpuſq; tuum corpori eius aſſociatum eſt, effecta es ſpecioſa, & ſuauis in delicijs, decora, & ornata in veſtibus, venuſta, & grata in moribus, ignita, & ſancta in deſiderijs, prudens, & ſenſificata in cogitationibus, fœcunda, & locuples in filijs, ſic dilecta, vt Dei filius affectus de te Canticorum illud clamet, & dicat: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum*

B. Laurent. Iuſtin.

lorum tuorum, & in vno crine colli tui. Quàm pulchra sunt mammæ tuæ soror mea sponsa: pulchriora sunt vbera tua vino. & odor vestimentorum tuorum super omnia aromata. Fauus distillans labia tua sponsa, mel, & lac sub lingua tua, & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuæ malorum punicorum cum pomorum fructibus. Hinc meritò exultationis tuæ exurgit causa, quòd tam elegantis, tamque potentis, & immortalis regis amore facta sis digna; pluribus te idem commendauit præconijs, immensis ornauit monilibus, cruoreque suo interiores tuas rubicundas effecit genas.

Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. 1. ad Corinth. 5. Sermonem hic esse de Sacramento Eucharistiæ docet Chrysostomus homil. 15. in hanc epist. Sed difficultatem non leuem inuoluere hæc verba videntur, quia si Apostolus vocat Corinthios azymos, quomodo postea hortatur, vt vetus fermentum expurgent? quale enim fermentum habent, quod deponant, si iam sunt azymi, idest sine fermento? si verò dicatur, quòd adhuc aliquod fermentum remanserit, vrget rursus difficultas, non enim apparet, qua ratione à massa farinæ fermento aspersa, seu à pane fermentato, fermentum extrahi possit. Azymos quidem Corinthios fuisse, idest sine fermento mortalis culpæ existimat Apostolus, non tamen sine exiguo aliquo peccatorum venialiũ fermento, vndè meritò illos exhortatur, vt, tum per pœnitudinem, tum per Sacramenti Eucharistici virtutem illud abijciant. Fauet memoratus Chrysostomus citata hom. dicens. *In hoc sensibili fermento azymum fermentum fieri potest; fermentum autem nunquam azymum, hic autem contra* (scilicet in sacra Synaxi) *rursum fieri potest.* Quòd verò Sacramentum Eucharisticum auferat peccata venialia, concors est Patrum, & Theologorum sententia. Augustinus serm. 7. de diuersis. *Eius carnibus pascemini, cuius effusione peccata dimittuntur, debita donantur, maculæ deterguntur.* D. Thomas opusc. 58. cap. 32. *Tria mala sunt in peccato veniali, scilicet quædam macula conscientiæ, quædam pœna tristitiæ, & quædam aduersitas offensæ diuinæ. Contra hæc tria mala propriè valet potus sanguinis Christi, qui est purus, lenis, & pretiosus: ratione puritatis lauat, ratione lenitatis sanat, ratione pretiositatis placat.* Et eodem opusculo cap. 21. *Quatuor mala nostra, languores sunt, quasi vincula culpæ, quibus stringuntur animæ, scilicet dæmonis tentatio, fomitis repugnatio, cordis macula, & creatoris offensa. Contra hæc valet fructus Virginis, idest corpus Saluatoris. Contra hæc quatuor mala ordinantur quatuor Dominici corporis fructus primi, qui nos liberant à vinculis culpæ. Dæmonem fugat, fomitem refrigerat, maculam cordis mundat, iram Dei placat.* B. Paschasius Abbas lib. de Sacramento corporis, & sanguinis Domini cap. 21. exponens illud Zachariæ. *Et quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum?* hæc habet. *Vbi notandum, quòd nonnisi electorum est cibus, ex quo bonum salutis Ecclesiæ, & pulchritudo decoris præstatur; quia etsi quotidiè sordescit, exindè reparatur, vt sponsa Christi sine macula talibus inueniatur respersa muneribus; alioquin dum quotidiè peccamus, etsi in minimis, quomodo sine macula esse possimus?* Magister sententiarum in 4. distinct. 12. & ibi D. Thomas art. 2. quæstiunc. 1. Bonauentura 2. p. art. 5. qu. 2. & sequuntur communiter Scholastici, & hæc veritas tradita est in Catechismo Pij V. his verbis. *Remitti verò Eucharistia, & condonari leniora peccata, quæ venialia dici solent, non est quòd dubitari queat.* Huc etiam respexit Tridentinum sess. 13. c. 2. *Sacramentum hoc, esse antidotum, quo liberamur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præseruamur.* Alias Patrum auctoritates pro hac parte affert Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 63. sect. 10. sed quod in quæstionem vocari potest, est, quomodo peccata venialia per Eucharistiam auferantur. Sit ergo

Marginal notes:
1. ad Corinth 5.
Chrysost.
Idem
Eucharisticũ Sacramẽtum aufert peccata venialia.
D. August.
D. Thomas
Paschas.
Zachar. 9.
Magister sententiarum.
D. Thomas
Bonauent.
Catechismus Pij V.
Trident.
Suarez.

PVN-

PVNCTVM THEOLOGICVM

Quanam ratione à venialibus culpis per sacram Synaxim fideles liberentur.

DISQVISITIO I.

Quænam dispositio requiratur in communicante, vt ei venialia remittantur.

Eucharistię virtute dupliciter remittuntur peccata venialia.

NOtandum, duplici modo à nobis considerari posse peccata virtute Eucharistiæ remitti in eo, qui est in statu gratiæ, vel mediatè excitando quandoq; feruorem deuotionis, charitatis, vel etiam detestationis specialis omnium peccatorum venialium, quatenùs rationem aliquam diuinæ offensæ includunt, quibus actibus præparatur, & disponitur homo ad gratiam remissiuam peccatorum suscipiendam; vel etiam immediatè abstergendo
C maculas aliquorum venialium. Primus modus communiter admittitur, solùm in controuersiam vocatur postremus modus.

Conclusio. Dico, ad remissionem venialium consequendam ex opere operato Sacramenti promanantem satis esse præuiam negationem affectus, seu complacentiæ ad veniale, licèt non præcesserit expressa detestatio, seu actualis feruor charitatis sufficiens ad obtinendam gratiam sine vllo Sacramento remissiuam peccati. Hæc assertio non ità clara est, posset enim quis dicere hoc Sacramentum solùm pri-
D mo modo explicato in principio quæstionis, auferre venialia; probabilissima tamen est, & fundatur primò in varijs effatis Patrum exaggerantium admirandam virtutem huius Sacramenti in delendis maculis venialium; si autem fieret solùm per inspirationes, & actualia auxilia, quæ disponunt immediatè etiã sine Sacramento ad gratiam remissiuam venialium, remotè solùm, & per accidens hoc Sacramentum tolleret venialia. Secundò videtur consonare menti

D.Thomas D. Thomæ 3. p. quæst. 79. art. 4. Prætereà optima ratione suadetur, quam af-
A fert Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 63. sect. 10. quòd nimirùm Sacramentum hoc cõfert gratiam remissiuam peccati mortalis per accidens in eo, qui non ponit obicem, pro qua re plura supra in explicatione versiculi, *Oleum effusum &c.* capitis primi attulimus, ergo multò magis conferet immediatè gratiam remissiuã venialium in eo, qui est in statu gratiæ, & non habet effectum ad veniale, cùm magis per se ad venialia remittenda videatur institutum. Demùm conferunt hunc effectum communiter alia Sacramenta dignè suscipientibus, ergò perfectiùs, & propriùs hunc eundem effectum operabitur Sacramentum hoc, cuius est, vt pas-
B sim tradunt Patres, debiles corroborare, languentes sanare, venustam, & decoram reddere animam. Suarez.

DISQVISITIO II.

Vtrùm Sacramentum Eucharistię infallibiliter operetur remissionem venialium in communicante nõ habente vllum affectũ, aut complacentiam ad venialia.

PRO parte negatiua videtur esse, quòd eodem modo Eucharistia liberet à venialibus, quo pręseruat à mortalibus, vt tradit Conciliũ Tridentinum, sed præseruationem à mortalibus hoc Sacramentũ operatur per sanctas inspirationes, & pios affectus excitantes hominem ad nõ peccandum, ex quibus tamen non sequitur infallibiliter præseruatio à mortali-
D bus, ità videtur posse dici de ablatione venialium, nimirùm quòd hæc non semper sequatur post sumptionem Eucharistiæ, nihilominùs Conc. Trid.

Dico, in proposito casu semper sequi aliquam saltem peccatorum venialium ablationem ex vi Sacramenti Eucharistici sumpti. Patet, quia si Sacramentũ hoc ex opere operato confert gratiam remissiuam venialium, vt suprà diximus, nulla est ratio asserendi, quòd non operetur hunc effectum in eo, qui est in statu gratiæ, & nulla complacentia ad venialia afficitur; & sic dilui potest argumentum pro parte negante adductum, quod Conclusio.

solum

solum procedit in opinione admittente ab Eucharistia remitti remotè, & per accidens peccata venialia per inspirationes, & pios affectus nimirùm, quibus excitatur homo ad actus feruidæ charitatis, deuotionis, & aliarum virtutum, per quos disponitur ad obtinendam gratiã remissiuam venialium.

DISQVISITIO III.

An omnia peccata venialia remittantur virtute Eucharistici Sacramenti.

IN conclusione præcedẽtis disquisitionis dixi, saltem aliquam venialiũ peccatorum ablationem sequi ex vi Eucharistiæ, non enim omninò certũ est, omnia venialia auferri etiam supposita carentia complacentiæ ad venialia omnia; & pro parte negante, quam sequuntur plures Theologi, est, quòd sicut hoc Sacramentum non confert omnibus æquale augmẽtũ gratiæ, sed correspondens, & proportionatum gradui dispositionis, idem dicendum erit de gratia remissiua peccatorum venialium, nimirùm quòd non omnibus æqualis conferatur, sed pro gradu, & qualitate dispositionis, & consequenter quòd non semper ex vi huius Sacramenti auferantur omnia venialia. Et quidem iuxtà hanc opinionem saltem affirmãdum puto, ab Eucharistia ex opere operato ei, qui est in statu gratiæ, licèt tepidè communicet, remitti aliqua peccata venialia, & verisimile omninò esse, quòd remittantur venialia, quæ subrepticia dicuntur. Hoc saltem euincunt verba Catechismi Pij V. *Remitti verò Eucharistia, & condonari leuiora peccata, quæ venialia dici solent, non est quòd dubitari queat.* Pro parte verò affirmante est, quòd cùm virtus Sacramenti Eucharistici, sicut & cæterorum nitatur merito Christi infinito, consequenter completum operari debet effectum ex parte sua; quarè non apparet, quomodo limitari possit ad remittenda potiùs hæc venialia, quàm illa, si nullus sit obex in suscipiente Sacramentum; nullum autem esse obicem in eo, qui est in statu gratiæ, & omni affectu complacentiæ ad venialia omnia caret, satis consentaneum humanæ fragilitati videtur.

Catechism. Pij V.

Conclusio. Dico certum esse, omnia peccata venialia saltem aliquandò remitti virtute Sacramenti Eucharistici illud sumenti in

A statu gratiæ, & carenti omni affectu, seu complacentia ad omnia venialia, siue hæc remissio fiat immediatè, siue mediatè. Hæc conclusio est conformis Catechismo Pij V. vbi sine limitatione dicitur remitti peccata venialia: consonat Patrum effatis de dignitate, & sublimi virtute huius Sacramenti: consentanea etiã est fini huius Sacramẽti ordinati ad eximiam sanctificationem animæ.

Dixi, *saltem aliquandò*, quia cùm non sit certum, sed solum probabile ex opere operato remitti ab Eucharistia omnia, sed aliqua tantùm venialia; & omninò verisimile sit, simul dari auxilia apta ad excitandum hominem, vt eliciat actus feruentis charitatis, & deuotionis, qui-

B bus disponatur ad obtinendam gratiam remissiuam cæterorum venialium, aliquandò contingit, vt illis auxilijs non correspondeat communicans, & sic non se disponat ad gratiam remissiuam reliquorum omnium venialium; aliquandò euenit, vt perfectè illis correspondeat, & sic se disponat ad obtinendum gratiã remissiuam omnium venialium.

Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leo-

C *num, de montibus pardorum.* Vers. 8.

HVnc litteræ sonum ad superficiem innui supra.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA VNICA.

Dilecta anima in sacra Synaxi purissimo candore facta conspicua inuitatur à Diuino sponso,

D vt oblita natalis huius mundi soli, parentum, & cognatorũ, secum affectu viuat in cælesti Ierusalem, vbi coronanda est.

LIbanus candidationem sonans aptè repræsentat Sacram Altaris mensam, in qua candore admirando pia anima insignitur; ab hoc igitur Libano Diuinus

nus sponsus sponsam sibi valdè acceptam ob eximiam puritatem, quam præcipuè assecuta est virtute Eucharistici Sacramenti ad secum commigrandum, etiam nunc dum in terris degit, per subleuationem affectus in magnificas cæli ædes suauiter allicit. Ex Hebræo pro, *veni*, habetur *mecum*; ac si dicat sponsus, mecum de Libano sponsa mea, mecum de Libano, mecum anima dilecta, quæ tota pulchra es, & macula non est in te; exigit enim tanta venustas sublimem, & gloriosam metropolim, nec te pigeat auellere cor ab hac agreste, & vili huius mundi habitatione, quæ si quandoq; rosarum coronas subministrat, illæ citò marcescunt, tu verò mecum manens regia cælesti coronabere lectissimis, & non corruptibilibus gloriæ flosculis, quos tui amore incitatus per aspera difficultatum iuga labore plurimo, sudore copioso, ac etiam sanguineo effuso, furentium Iudæorum instar leonum, & pardorum truculenta rabie laniatus, vt beatitatis tuę decorem adaugeam, collegi.

Lectio Hebræa.

Consonat his, quæ in hac expositione prosequimur, oraculum illud Ezechiel. 16. *Similam, & mel, & oleum comedisti, & decora facta es vehementer nimis, & profecisti in regnum*. Simila, mel, & oleum Eucharistiam designant: simila, quia est flos farinæ triticeæ, aptissimam materiam subministrat ad conficiendum panem, qui postea per consecrationem transubstantiatur in corpus Christi; mel dulcedinem, & suauitatem, quæ in ipsa Eucharistia degustatur, indicat; in oleo verò charismatum dona ab hoc Sacramento effluentia denotantur: enutrita igitur hoc cibo Eucharistico anima deuota, quam in spiritu prænidebat Propheta, decora facta est vehementer nimis, & ideò digna regalibus Diuini spõsi nuptijs, & ab eodem sponso expetita ad secum cohabitandum in regia cæli aula, obtemperans næc profecit in regnum, commigrauit scilicet per affectũ ad fortunatum regnum, ità vt degens in hac mortali vita dicere possit cum Apostolo, conuersatio mea in cælis est.

Ezech. 16.

Eucharistico cibo enutrita anima, regalibus diuini sponsi nuptijs digna efficitur

Propinato Apostolis sui sanguinis poculo Dominus prędixit illis statim futurã societatẽ in regno beatifico. *Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est n. sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis: non bibam amodò de hoc genimine vitis vsq; in diem illum, cùm illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei*; Matth. 26. quibus verbis Christus non solùm ius quoddam ad futuram resurrectionem, & gloriam per sacram Synaxim acquisitum demonstrauit, vt diximus in explicatione versiculi, *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina*, cap. 1. sed etiã voluit discipulorum cogitationes, vota, & affectus ab hoc mundo subleuare, & ad beatitatis æternæ regnum illis per passionem acerbissimam, quam toleraturus erat, paratum euehere, ità vt in supernis spiritalem vitam cum Christo, licèt in carne degentes, traducerent.

Matth. 26.

Per sacram Synaxim aia ea virtute donatur, vt in terris cælestem vitam agere videatur.

Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

Vers. 9.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

Sponsus his verbis, quæ fuerint illi maxima amoris incitamenta, insinuat, scilicet vnius oculi, & crinis intuitus; nam mulieres antiquitùs, vt notissimum honestatis, & pudicitiæ insigne, velum deferebant, quo caput ita tegebant, vt vno oculo tantùm liberato cõtentæ essent ad prospiciendam viam, & vix aliqua comatum pars appareret, de quo more flammea, seu velo celandi faciem, & caput, quem seruabant verecundæ mulieres, meminit D.Hieronymus epist. ad Demetriadem. *Illa*, inquit, *tibi sit pulchra, illa amabilis, illa inter socias habenda, quæ se nescit esse pulchram, & procedens ad publicum, non pectus, non colla denudat, nec pallio reuoluto ceruices aperit, sed qua celat faciem, & vix vno oculo, qui viæ est necessarius, patente ingreditur*. De qua re etiam videri potest Tertullianus lib. de velandis Virginibus ad finem, & Clemens Alexandrinus lib. 1. pædagogi cap. 10. & lib. 3. cap. 11. Quantum verò acuta sint oculorum, & crinium iacula ad sauciandos amore animos, sat notum est. Vulgatissimum est illud Propertij.

D.Hieron. Tertullian. Clem. Alex.

Si nescis, oculi sunt in amore duces. — Propert.

Et illud Maronis Ecloga 8. — Virgil.

Vt vidi, vt perij, vt me mal' abstulit error

Accinit Ouidius in epist. — Ouid.

Tũc ego te vidi, tunc cœpi scire quis esses,
Illa fuit mentis prima ruina meæ.
Et vidi, & perij, nec notis ignibus arsi.

Et 3. Amorum, Elegia 10. alloquens amasiam. — Idem

Perque tuos oculos magni mihi Numinis instar,
Perq; tuos oculos, qui rapuere meos.

Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Dilecta anima in sacra Synaxi ità sanctificatur, vt affectum omnem, & cogitatum in diuinum sponsum dirigés, mirabili amoris telo eum feriat.

Richard. de S. Victore

Richardus de S. Victore sic explicat hunc locũ. *Hunc spiritualem visum, & salutis tuæ desiderium vehementer in te diligo, hoc vno solo oculo, idest contemplatione vnica, & singulari tuæ salutis, & mei amoris, atque fruitionis cor meum vulneras, & in vna crine colli tui. Collum, caput, & membra coniungit. Collum itaque mihi es, dum animas cõuertere, & mihi coniungere studes. Vnus crinis colli, est vnica cogitatio, & præcipua intentio, qua circa hoc laboras. In hac gemina sollicitudine, & cura tàm propriæ salutis, quàm alienæ, amorem meum specialiter tibi vendicas, & ad intima cordis mei penetras. Placet quoque mihi, & singulariter me tangit simplex intentionis oculus, quo nihil contra me, nihil præter me quæris. Per hoc n. toto corpore lucida es, idest bono, & sincero opere; vt meritò lauderis, & amore tuo cor meum vulnerare didiceris.* Portò quidquid encomij prædictis verbis continetur, & in subsequentibus huius capitis,

B. Laurent. Iustin.

B. Laurentius Iustinianus relatus supra in explicatione versiculi 7. tribuit dilectæ animæ dependenter à virtute Eucharistici Sacramenti. Collineare etiã videntur in nostrum scopum nonnulla verba, quæ citatus auctor habet. *Ex quo tanto adhæsisti sponso &c. ignita, &*

A *sancta in desiderijs, prudens, & sensificata in cogitationibus, fœcunda, & locuples in filijs.* Et quid aliud innuit, *ignita, & sancta in desiderijs*, nisi quòd nihil aliud magis in voto habeat, quàm dilecto placere, amoremq; erga diuinum sponsum sincerum, & illibatum, sicut vinculum sacri connubij Eucharistici exigit, seruare; de qua obligatione egregiè Aponius lib. 1. in Cantic. *Sponsa* (scilicet anima deuota) *effecta est, corpus, & sanguinem suo corpori coniungendo, per quod Sacramentum spopondit, se præter eum nullum alium amatorem tato corde diligere, pretiosum eius fidei annulum magno studio conseruare. Prudens, & sensificata in cogitationibus,* dirigendo nimirùm mentis aciem in ea,

Aponius.

B quæ ad Dei gloriam, & propriam salutẽ spectant, quod est summum genus prudentiæ. *Locuples in filijs*, idest fœcunda spiritalis prolis, quam studiosè fouet, & alit.

Matth. 24.

D. Chrys.

In illo Matth. 24. *Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ*, præsignari Eucharisticum Sacramentum, ex D. Chrysostomo adnotauimus supra ad versic. 4. notula 3. Verùm nonnè inter alias aquilæ præstantes dotes, quibus à natura insignita est, hæc non minima videtur, quòd aduersùs Solis radios obtutum immota tenet, & tanti iubaris

C splendore mirificè oblectatur, quo non obscurè denotatur deuota anima in sacra mensa assueta vnicum animi affectũ, & mentis intuitum in Eucharisticum solem intendere. Aquila etiam genuinæ ac legitimæ prolis suæ amantissima est, in eaq; educáda maximè sollicita. Hæc, vt testatur Aldrouandus in historia de auibus lib. 1. *pullos suos gestat præter morem cæterarum auium, quæ pullos pedum digitis comprehensos, quò lubet, ferunt. Timent enim eis ab Auibus, quæ ipsis valent altiùs. Aquila verò cùm omnes volatus sublimitate superet, ea de re secura, attamen, quia telo potest impeti, pullos suis alis exceptos per sublime vehit insigni pietatis argu-*

Deuota anima in sacra mensa assueta vnicum cordis affectũ in Christum intendit.

Aldrouãd.

D *mento, quasi corpore clypei vice telis obiecto sese discrimini malit exponere, quàm pullos perire, non detrectans vel vita propria dispendio, quam fœtui dederit, incolumem conseruare. Hinc maxima sollicitudine pro nido, pullisque tutandis excubias agit*, quo quàm aptè exprimitur solertia, & studiũ animæ charitate feruentis in procuranda salute proximorum, quos in Christo generat, & vt filios tenerrimè diligit.

Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

NOTVLA II.

Quantū amabilis reddatur anima ob fiduciam, quam de diuina bonitate concepit in sacra Synaxi, demonstratur hìc.

LVcem huic expositioni affert, quod aliquandò Christus dilectę suę spōsæ Gertrudi per reuelationem aperuit, cuius rei verba sincerè subijcio, quæ referuntur lib. 3. cap. 7 insinuationum diuinæ pietatis. *Die Sanctorum Innocentium, dum in præparatione ad communionē tumultibus cogitationū impediretur, & diuinum super hoc auxiliū postularet, tale à dignissima Dei miseratione accepit responsum. Si quis humana tentatione impugnatus firmà spe sub protectionem meam confugerit, inter cæteros est, de quo possum dicere. Vna est columba mea, tanquam electa ex millibus, qui in vno oculorū suorum transuulnerauit cor meum diuinum, in tantum, quòd si scirem me non posse subuenire illi, hoc tam molesta esset desolatio cordi meo, quòd eam omnes cælestes deliciæ non possent alleuare, quia in corpore meo, quod diuinitati coniunctum est, electi semper habent aduocatum, qui cogit me compati ipsis in diuersis indigentijs suis. Et illa: Domine mi, quali modo immaculatum corpus suū, in quo nunquam habuisti aliquam contradictionem, poterit te cogere ad compatiendum nobis in deiectionibus nostris tam diuersis? Ad quod Dominus: Intelligenti facilè persuasum est. Nam Apostolus dicit de me. Debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret; & subiunxit. Vnum oculorum electa mea, quo transuulnerat cor meū, secura confidentia est, quam habere debet de me, quòd verè possim, sciam, & velim sibi in omnibus fideliter adesse, quæ confidentia tantam vim facit pietati meæ, quòd nullatenùs possim ipsi abesse. Et illa: Domine mi, cùm confidentia tam securum sit bonum, quòd nullus ipsam absquè dono tuo habere possit, quid demereri potest, qui ea caret? Cui Dominus: Quilibet tamen pusillanimitatem suam aliqualiter deuincere potest, saltem testimonio scripturarum, Et si nō tutegro corde,*

Insinuat. diuinæ pietatis.

A *de, tamen ore dicere potest mihi illud Iob: Et si in profundum Inferni demersus fuero, indè me liberabis, & illud. Etiam si occideris me, tamen in te sperabo, & similia.* Quātum verò Eucharistiæ Sacramentum cōfidentiam nostram in Deo obfirmet, locupletissimus testis est D. Hieronymus hom. 24. in epist. 1. ad Corinth. *Hæc,* inquit, *mensa est neruus nostræ salutis, mentis vinculum, fiduciæ fundamentum, spes, salus, lux, vita.*

Eucharisticum sacramentū confidentiā nostrā in Deo maximè obfirmat. D. Hieron.

Vtramq; refectionem, quam præbuit Christus quatuor millibus, Marci 8. & illam, quam exhibuit quinque millibus, Lucæ 9. multiplicatis septem panibus, & paucis pisciculis, typum fuisse Eucharis-
B stici conuiuij, docet D. Ambrosius in Lucam cap. 9. & saturata adeò copiosa turba, *quod superfuit de fragmentis, tulerunt discipuli septem sportas plenas.* Matth. 15. quo facto quàm benè ostendit Christus qualem de sua diuina bonitate fiduciam Eucharistica mensa nos doceat, quòd nimirum, quandò res eò perueniunt, vt humano auxilio penitùs destitutæ censeantur, credamus tunc nobis præsto adfuturum ipsum, qui septem panibus, & paucis pisciculis superefluenter satiauit quatuor millia hominum extra mulieres, & paruulos, & qui pauit superabundanter quinque panibus hordeaceis, & duobus piscibus quasi quinq; millia hominū,
C Ioan. 6. & Israelitis in deserto omni alimonia carentibus copiosam ab æthere suppeditauit escam. *Qui mandauit nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit. Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis, & cibaria misit eis in abundantia.* Psal. 77.

Marci 8. Lucæ 9.

D. Ambr.

Matth. 15.

Ioan. 6.

Psal. 77.

Pluebat cælum iussu Dei singulis diebus manna, vt eo vescerentur Israelitæ peregrinantes in deserto, sed excepto Sabbato in alteram diem seruari prohibitum illis erat, ità vt si seruaretur, statim computresceret, & vermibus scateret. Cur hoc? notissimum Eucharistiæ symbolum manna illud erat, hinc igitur
D instruimur, quomodò sollicitudinē nostram in auctorem talis cibi proijcere debeamus.

Sæpiùs diximus sacram Altaris mensam nomine lactis compellari. Irenæus lib. 4. cap. 74. *Ille, qui erat panis verus, & perfectus, Patris lac nobis se ipsum præstitit, quod erat secundum hominem eius aduentus, vt quasi à mamilla carnis eius enutriti, & per talem lactationem assueti manducare, & bibere verbum Dei in nobis ipsis eū continere possimus.* Quarè si Christus matris munere ergà mensæ Eucharisticæ accumbentes fungitur, etiam hi instar infantulorum lactentium, qui maternæ

Irenæus.

 pietati

pietati fidentes nullam ſui curam de cætero habere ſciunt, in ſinu diuinæ bonitatis ſuauiſſimè conquieſcere debent, hinc ſibi omnia pollicentes.

Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

NOTVLA III.

Adeò eximiam ſanctitatem aſſequitur per Euchariſtiam deuotè ſumptam anima fidelis, vt in re quacunq; minima diuino ſponſo placere maximè ſtudeat, quod illi acceptiſſimum eſt.

RES, quæ, quia ſunt exiguæ quantitatis, non facilè diſcerni poſſunt, vt clarius intueamur, vno oculo aperto retento alterum claudere ſolemus, quia ſic virtus viſiua in ſe magis vnita efficacior, & intenſior redditur: hoc etiam obſeruant, qui è tormento bellico plumbeum globulum in præfixum ſcopum collineant; quarè dum ſponſus diuinus ſe vulneratum, ſeu ſibi cor ablatum in vno oculorum ſponſæ dicit, indicat quàm vehementer rapiatur in amorem deuotæ animæ, quæ eò perfectionis, virtute maximè Euchariſtiæ, deuenit, vt actiones ſuas quaſcunq; minimas in Dei obſequium dirigat, & de hoc ſemper cogitet, quod ſubſequentia verba innuunt, *in vno crine colli tui*, crinis enim ſat notus eſt cogitationis noſtræ typus.

D. Auguſt.

Iã adnotauimus in explicatione verſ. 2. huius capitis ex D. Auguſtino lib. 2. Euang. quæſt. Lazarum eſurientem, & cupientem ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, typum fuiſſe Chriſti exiſtentis in Euchariſtia; ſed quænam ſunt hæ micæ, niſi res paruæ, & exiguæ, quæquè nullius videntur eſſe exiſtimationis? has maximè appetit Chriſtus, ideſt minutiſſimas quaslibet actiones noſtras in ſui obſequium directas, cui appetitioni ſatisfaciens ſponſa, dum ſedula vacat quemlibet affectum ſuum, & cogitatum etiam in minimis rebus dirigere ad Dei gloriam, commendatur his verbis: *Vulneraſti cor meum, &c.*

Minimas quaſq; actiones in ſui obſequium vt dirigamus, maximè appetit Dominus.

Vitulus ille tenerrimus, & optimus allatus ab Abraham de armento, vt conditetur in epulas trium illorum virorũ, quos hoſpitio exceperat, Chriſti corporis typus fuit, vt inter alios adnotat Iſidorus Hiſpalenſis comment. in Geneſim cap. 14. *Iſte autem* (inquit) *vitulus tener ſaginatus, Domini Ieſu Chriſti eſt corpus, hic eſt vitulus Dominici corporis, &c.* Sic etiam iubebat Dominus Exodi 12. immolari agnum anniculum tenerrimũ deſignantem Sacramentum Euchariſticum. Sub hac vtraq; figura optimi, & tenerrimi cibi declaratur, quàm delicatè nobiſcum agat Chriſtus in ſacro cõuiuio, vndè facilè anima conuiua diſcit delicatè etiam ſe gerere in vita ſpirituali, & in minimis quibuſquè operam omnem nauare, vt ea Deo grata, & iucunda ſint.

Iſid, Hiſpal.

Exod. 12.

In ſacro conuiuio in minimis quibuſquè operã Deo nauare diſcit anima, vt grata Deo reddatur.

Euchariſticam menſam ſymbolicè ſignificatam fuiſſe in illo conuiuio, quo Chriſtus in loco cãpeſtri ſaturauit quinque panibus hordeaceis, & duobus piſcibus quinq; millia hominum, ſat vulgatum eſt. Sed quale myſterium in hoc, quòd mandauerit diſcipulis, vt colligerent fragmenta? *Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant.* Ioan. 6. nimirum vt hinc diſceremus, quàm illi gratum ſit poſt Euchariſticam refectionem ſolertia, & accurata diligentia, ne exigua, & modica quæcunq; actio noſtra ſuo fruſtretur fine, ſed in diuinam gloriã ordinetur, iuxta illud D. Pauli. *Omnia quæcunq; agitis, in gloriam Dei facite.* Et ſanè dum Chriſtus in qualibet tantilla, & minore minima parte ſpeciei conſecratæ ſe totum nobis omni cum affectu communicat, hoc maximè à nobis exigere videtur, vt in quocunq; opere quãtumuis minutulo, & tantillo, quod nos præſtamus, ſimul omnem cordis noſtri affectum ipſi exhibeamus. Ad hoc alluſiſſe videtur D. Gaudentius ſerm. 19. ad Neophytos. *Contendite pulli generoſi ad ſacram offam, in qua eſt vita, & ex cæleſti illo cibo mica non cadat*; mica, inquam, ſcilicet quælibet particula non ſit nobis abſq; fructu, dum nos ſcimus in ea totum Chriſtum, & omnem eius amoris affectũ adeſſe.

Ioan. 6.

Valdè gratũ Domino poſt Euchariſticã refectionẽ curare, vt minima quæq; actio noſtra ad Dei gloriã dirigatur.

D. Gauden.

Spicilegium ſolerti induſtria agentem Moabitidem puellam Ruth nomine, ad prandium amanter inuitauit perhumanus Booz. *Quandò hora veſcendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto.* Ruth 2. Hic quoquè ſuis mandauit meſſoribus, ne eam à colli-

Ruth 2.

colligendis spicis retraherent, quin data opera demessarum segetum portionē aliquam eidem suppeditarent. *Præcepit autem Booz pueris suis, dicens: Etiamsi vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam: & de vestris quoq; manipulis proijcite de industria, & remanere permittite, vt absq; rubore colligat, & colligentem nemo corripiat.* Ibidem. E cortice huius historiæ spiritalis sensus medullam enucleemus; Ruth inuitata ad comedendum à Booz de Bethleem veniente, animam designat à Christo ad Eucharisticum panem comedendum vocatam, cui interpretamento fauet Hugo Carensis in cap. 17. Prou. & accinit nomen Bethleem, quod domum panis significat; Ruth autem in colligendis à messoribus de relictis aristis, dum sedula insudat, omnemquè nauat operam, diligentiam exactam, atq; laborem indefessum illius, vt ego crediderim, mysticè præfinxit, qui in cunctis, vel etiam minutulis operibus, quæ à multis parui fieri solent, accuratè studet, plurimùmq; aduigilat Deo placere. Hic verò, quod diuinæ gratiæ accessionibus locupletetur, optimè præmōstrauit proiecta à messoribus, Booz ita iubente, in fauorem Ruth manipulorum pars.

Ibidem.

Hugo Carens.

Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa! pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorū super omnia aromata. Vers. 10.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

PRopter vocem Hebræam דדיך *dodecha*, quæ & significat amores, & mammas, aliqui in ea sunt hic sententia, vt putent laudari sponsæ amores, non autem vbera; communior interpretatio affirmat commendari vbera, quæ licèt nuper commendata fuerint cōparatione hinnulorum pascentium in lilijs, nouo hic encomio supra vinum extolluntur. Quarè si hoc plurimum valet ad robur conferendum, quod propterea Constantinus Imperator, & alij insignes in bello duces, qualis fuit Honorius, & Arcadius, militibus propinabant, & Homerus Hecubam sic

Constant. Imper. Honorius. Arcadius. Homerus.

A alloquentem Iliade 6. inducit,

—— Corpora magna virorum
Dulcia vina leuant, animisq; & viribus augent.

Et senex quidam copiosè hausto vino ad certamen inflammatus sic fatur apud Anacreontem.

Anacreon.

Ego iam senex quidem sum,
Iuuenes tamen bibendo
Supero, chorosquè ducens;
Baculi loco gero vtrem:
Ferula nec vllus vsus,
Cupiatnè dimicare?
Veniatquè, dimicetquè.

Maioris efficacitatis prædicantur hic vbera sponsæ ad augendas amoris vires.
B Præterea si vinum gaudij, & hilaritatis fons est, quod etiam notauit Plato 2. de legibus, vberiorem voluptatem, & exultationem à mammis sponsæ promanare innuit sponsus; & pro hac explicatione facit, quod pro *quàm pulchra*, ex Hebræo verti potest, *quàm bona*.

Plato.

Et odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Alludit ad morem puellarum deferentium inter vbera ad pectus odoratos flores, tum ad decorem, & ornatum, tum ad diffundendum halitum gratissimum. Nec mirum, si odor vnguentorum sponsæ præferatur cunctis aromatibus, quia ardenter amanti quid-
C quid fragrantiæ à dilecta exhalat, suauius olere solet, quàm quæcunq; aromata spontè nata, vel vnguentorū compositiones in myropolijs confectæ. Demùm vocatur simul hic soror, & sponsa ad excludendam omnem impudici amoris suspicionem.

D

Quàm

Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa! pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorũ super omnia aromata.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA VNICA.

Commendatur hìc affectus, quẽ concepit pia anima in Sacra mensa vacandi saluti animarum suauitate magis, quàm violentia, vel nimio rigore.

MAmmæ lactis fontes, tenerè diligentis, & compatiẽtis animi sunt symbola: vndè Clemens Alexandrinus 1. pædagog. cap. 6. hæc de lacte. *Hic autem sanguis naturali cõuersus coctione, postquam concepit mater, & vterum gerit, consentiente, & compatiente, vt ita dicam, pietate efflorescit, & senescit, vt infans sit absquè metu: & quod carnis quidem est, humidus est sanguis, vt qui sit veluti quædam caro humida; id autem sanguinis, quod est suauius, & subtilius, est lac.* Vinum verò furoris typus est, quia homines in furorem concitare valet, & belluarum furor etiam vino magis accẽditur, vt notat D. Ambrosius de Elia, & ieiunio cap. 14. *Asperiores etiam ipsas feras reddit, si vini contigerit odor.*

Clem. Alexand. — Vinum furoris typus. — D. Ambr.

D Christum in Eucharistia matris munere fungi, eleganter tradit Chrysostomus in psal. 50. *Parit mulier, nec nutrix efficitur: pudet enim nutricem effici, quæ mater effecta est. At non ita Christus: vt nos progenuit, ita etiam aluit. Ac propterea ciborum, quorum loco carne sua nos pascit, ac poculi vice, cruore suo nos potauit.* Verùm si maternum lac matris mores, & indolem in lactentes filios transfundit, etiam lac Eucharisticum, quo Christus matris instar fideles alit, nisi obex ponatur, maternum affectum communicabit; quarè sicut matres serena fronte, placido vultu, varijsq; amoris blandi-

Christus in Eucharistia matris munere fungitur. — Chrysost.

A mentis filijs papillas sorbillandas præbent, ità qui cum lacte Eucharistico piæ matris affectum hauserunt, proximis, quos vt filios diligunt, benignitatis lac, non autem rigorosæ potentiæ vinũ propinant, quo lenitatis spiritu illis magis prosunt, & faciliùs ad sectanda virtutum vestigia alliciunt. Dum igitur mammæ hic præferuntur vino, significatur quòd sponsa ab Eucharistica alimonia talem ergà proximum traxit amorem tenerrimum, vt vacans saluti animarum blandum, indulgentem, & suauem se demonstret, nisi ad corrigendam aliquandò alicuius pertinaciam cogatur vti rigore.

Ab Eucharistica mẽsa talis ergà proximum trahitur amor, vt blãdũ se in animarũ salute procurãda quisq; demonstret.

B *Vbicunquè fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.* In his aquilis designari sacræ mensæ participes, prænotauimus supra versic. 4. notula 3. ex D. Chrysostomo, & consequenter aquilæ proprietates illis conuenire. Porrò aquila adeò tenerè quos peperit filios diligit, vt Aldrouando locupletissimo teste in historia de auibus lib. 1. ergà eosdem, si quandò ægrotare contingat, magna indulgẽtia, ac benignitate vtatur. Vbi enim ob stomachi debilitatem, solidiorem cibum concoquere nequeant, tum sanguinem è præda exuctum, oreque haustum suo, in os pullorum parentes euomunt, hoc pacto leni, ac digestu facili recreantes cibo, qui morbo fracti duriusculum, seu

Matth. 24. — Chrysost. — Aldrouãd.

C difficiliorem conficere non possunt. Ità qui negotio cooperandi animarum saluti operam nauat, modis beneuolis, & suauibus vti debet cũ proximis, qui spiritu nondũ adulti, sed instar paruulorũ infirmi, & imbecilles sunt in via virtutis; his enim veluti facilioribus alimentis refecti paulatim adolescunt, & robustiores euadunt, quod se obseruasse testatur Apostolus 1. ad Corinth. 3. *Lac vobis potum dedi.*

Qui saluti vacat animarum, modis beneuolis vti debet. — 1. ad Corinth. 3.

Adoriturus Iosue vrbẽ Iericho à Numine edocetur inauditam obsidionis normam seruare, quippè circumducendam arcam fœderis per circuitus murorum septem diebus, quorum postremo præire debebant Sacerdotes, Iubilei tubis sonum edentes, vt Iosue 6. refertur. Sed cur Dominus non præcepit, vt bellatores seligerentur robustioris corporis, laboris magis patientes, spiritu masculo, & ardenti insigniores, quibus cohors valida, & armorum fulgore, & strepitu terrifica instrueretur, quæ arcam præcederet in circuitione? hæc enim ad hostibus obsessis metum incutiendum, faciliùsq; eos subiugandos aptissima esse videbatur. Sed agnosco sacramentum; Sacerdotes illi arcam præeuntes ad expugnandam Ierichontinam ciuitatem,

Iosue 6.

eos repræsentant, qui ab Eucharistiæ virtute (cuius notissima figura fuit arca) stimulantur ad debellanda in proximis peccata; quod munus quia non violento rigore, sed blando affectu obeunt; ad hoc præsignandum non satis accommodata erat acies ex viris strenuissimis clypeo munitis, gladio, & hasta minitantibus, quæ arcam præcedat, compacta, sed appositum admodum huius typum expresserunt Sacerdotes inermes, solùm tubis concinentes, in quibus nulla erat vis, omnis exulabat impetus. Eidē existimationi suffragantur festiuæ tubæ Iubilei anni aure arcam insonantes, castrensibus verò eliminatis, de quibus Numer. 10. Etenim anno Iubilei omnia pacata erant, summa dominabatur tranquillitas, quarè aptè satis Iubilei tubis spirituales magistri indicantur, qui hilari benignitate, placido vultu, verborum suauitate peccatorum animos inescant, & sic charitatis vinculis ad Deum faciliùs attrahunt.

Num. 10.

Spirituales magistri sua benignitate peccatorum animos inescare debēt, vt illos ad Deū faciliùs attrahant.

Moyses mense primo anni secundi ab egressu de terra Aegypti Israelitis comitantibus ad Sinai deserta cùm peruenisset, pluribus iam ante lapsis mensibus enutritus admirabili illo manna (quod æther coepit, depluere decima quinta mensis secundi à memorato discessu, vt Exodi cap. 16. enarrat) exorabat Hobab filium Raguelis, vt secū gradieretur ad promissam terram Abrahæ soboli, spe futuri emolumenti non vulgaris proposita; quo detrectante, & reditum ad lares meditante, subsumit & ingeminat Moyses preces, addit & eius opera plurimum indigere; *Noli, inquit, nos relinquere; tu enim nosti, in quibus locis per desertum castra ponere debeamus & eris ductor noster.* Numer. 10. Sed nullum fuisse huius viri ducatu opus, benè notat Cornelius à Lapide in præallatum locum, vbi hæc habet. *Dixit verò hoc Moses ad Hobab, non quasi opera, & ductu eius indigeret, vtpotè qui columna nubis forinsecùs, & intrinsecùs Deo, vel Angelo erudiebatur, discebatq; quo loco ponēda essent castra; quippè in ea regione, puta in deserto hoc per quadraginta annos pascens oues, tàm, vel magis versatus erat, quam Hobab.* Quam igitur ob causam Moses sic instanter precatur Hobab, ne discedat, & ducis quoq; titulum ei offert? O Mosis sapientiam! O zelum! O sapientiam zelantem! O zelum sapientem! Hobab falsorum Numinum superstitiosus erat cultor, vt autem ab illa vana Religione ad veram pelliceretur, ad quod plurimùm conducebat à commercio Ethnicorum sequestrari, Moyses omni vrbana, & ingeminata supplicatione, magnarumq; pollicitationū lenocinio allectat, ne recedat, & verba, quæ aliqualem adulationis speciem referre videntur, composita adhibet. Mystica pro nostro scopo ernamus; Moyses manna pastus, quod exploratum erat Eucharistiæ symbolum, & paganum Hobab ab idololatria ad veri Numinis cultū pertrahēs omni orationis lenitate, & locutione adeò blanda vsq; ad colorē adulationis, nobile schema efformat viri fidelis, qui à sacræ mensæ refectione eum spiritum saluti proximorum incumbentē di haurit, qui cum omni possibili indulgentia, & verborum lenitudine coniunctus est. Occurrit hic Bruno allegatus à Tilmanno in allegorijs ad præadductum Numer. cap. *Quid est, inquit, quòd Moyses gentilem hominem ductorem exercitus ponere vult, cuius ipse Dominus ductor erat? Sciendum autem, quòd homo vanus, & superbus, nisi quibusdam laudibus, & blanditijs, sua salutis consilijs non acquiesceret; vndè & nobis regula datur, potentes homines & superbos etiam quibusdam velut adulationibus ad iustitiam, & veritatem conuertere, non esse peccatum.*

Num. 10.

Cornel. à Lapide.

Fidelis anima talē hauriat à sacra mensa lenitatis spiritū vt cū omni indulgentia proximorū salutē curet. Bruno.

Fauus distillans labia tua, sponsa, mel & lac sub lingua tua: & odor vestimentorum tuorū sicut odor thuris.
Vers. 11.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

EXtollitur sponsa hic à suauitate loquendi, & à suaueolentia vestimentorū, mel enim, & lac notissima sunt dulcissimæ eloquentiæ symbola, tàm apud profanos, quàm sacros auctores, Prouerb. 16. *Fauus mellis, composita verba.* Vide Pierium Valerianum lib. 26. Pindarus Nemeorum ode 3. propè finem Aristoclidem alloquens ait, Salue amice, ego tibi hoc mitto mel mixtum albo cum lacte.

χαῖρε
φίλος· ἐγὼ τόδε τοι
πέμπω μεμιγμένον μέλι λευκῷ
σὺν γάλακτι.

Quod verò dicitur, *sub lingua tua*, cum Ghislerio puto periphrasim cordis esse, sic enim eadem phrasi cor indicatur Ps. 10. *sub lingua eius labor, & dolor.* & Iob 20.

Prou. 16. Pier. Valer. Pindar.

Ghisler. Psal. 10. Iob 20.

20. *Cùm dulce fuerit in ore eius malum, abſcondet illud ſub lingua ſua*: vndè cor videtur eſſe veluti quoddam promptuariū ſuggereos linguæ verba, quæ proferenda ſunt, iuxtà illud Matth. 12. *Ex abundantia cordis os loquitur*, in quo ſenſo etiam
Matth. 12.
Matth. 15.
accipitur illud Matth. 15. *quæ procedunt de ore, de corde exeunt*; Quaſi dicat ſponſus: Adeò cor tibi dulceſcit, ò dilecta, vt verba, quæ ex illo per labia tua prodeunt, ſuauitatem mihi inſtillent, inſtar faui dulciſſimo melle ſtillantis: ex indumentis verò tuis ſic amœni odores efflant, vt odorari me putem ipſam thuris fragrantiam.

Fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel, & lac ſub lingua tua: & odor veſtimentorum tuorū ſicut odor thuris.

Enucleatur ſenſus ſpiritalis Euchariſtiam reſpiciens.

NOTVLA I.

Dulceſcit Euchariſtica alimonia animæ candore puritatis nitenti.

Drogone.

DRogontius de Sacramento Dominicæ paſſionis Euchariſticum cibum ob diuerſos effectus, quos in animis operatur, diuerſis nominibus, aliàs mellis, fontis aliàs, aliàs panis compellari dicit, cuius verba ſubijcio. *Et quid amplius dicam? vnus, idemq; cibus, & api mel, & ceruo fons aqua, & panis cor hominis confirmat. Hic eſt panis ſolans, ſanat ægrotum, renocat ſanatum, faciem exhilarat, omne delectamentum, & omnem ſuauitatis ſaporem habet.* Expende, *mel api*, ideſt mellis dulcedinem, & ſuauiſſimum nectar in hoc diuino cibo delibat anima api ſimillima.

Inter alia, quæ in ape ſunt admiranda, eſt eximia puritas, de qua re teſtes locupletiſſimi ſunt, Auguſtinus de ciuitate lib. 15. cap. 27. *Alia quippè animantia ſunt, quæ de quibuſquè rebus ſine concubitu ità naſcuntur, vt poſtea concūbant, & generent, ſicut muſcæ; alia verò, in quibus nihil ſit maris, & fœminæ, ſicut apes.* Didymus de apibus. *Eſt hoc animal*, inquit,

Auguſtin.
Didymus.

A *per excellentiam purum, nulli rei grauiter olenti, atquè immundæ inſidens.* Plinius lib. 11. cap. 6. *Apis enim coitus viſus eſt nunquàm.* Virgilius 4. Georgic.

Plin.
Virgil.

Illū adeò placuiſſe apibus mirabere morē,
Quòd nec concubitu indulgent, nec corpora ſegnes
In Venerē ſoluunt, aut fœtus nixibus edūt:
Verùm ipſæ folijs natos, & ſuauibus herbis
Ore legunt.

Et Columella cap. 5. addit. *Verùm maximè cuſtodiendum eſt curatori, qui apes nutrit, cùm alueos tractare debebit, vt pridiè caſtus ſit à rebus Venereis.* Euchariſtici igitur cibi ſuauitatem ſingulariter de-

Columella

Euchariſtici cibi ſuauitas deguſtatur ab eo qui velut apis vni ſtudet puritati

B guſtare ſolet is, qui ad apis exemplar ob omni fœditate ſe abducens vni ſtudet puritati, & cordis munditiei. Sed nonnè hoc etiam indicatur hic, dum mel lacti copulatur? *Mel, & lac ſub lingua tua*: lac enim candidi, ſinceri, & puri animi ſymbolum eſt ob candorem, quem in ſe habet, & quia eſt cibus paruulorum.

Innumera exēpla in huius rei comprobationē afferri poſſent, aliqua ſubijcio. Cæſarius lib. 9. cap. 39. ſic ſcribit. *Noui quandam ſanctimonialem ordinis noſtri, quæ illam accepit à Domino gratiam, vt quandò communicat, tantam ex ipſo ſacro corpore dulcedinem ſentiat, ac ſi mel reciperet: non ſaporem panis, ſed mellis, vt dixi, in maſti-*

Cæſar.

C *catione ſenſit tota illa die, maximè ante perceptionem cibi corporalis, ſaliuam habens mellifluam. Nec mirum, legitur enim de māna, quòd guſtus eius fuerit quaſi ſimila cum melle. Eſt autem eadem ſanctimonialis, virgo vita venerabilis, cuius perſonam ſupprimo, eo quòd adhuc viuat, & ſe prodi non permittat.* Et cap. 40. idem Cæſarius refert. *Similem gratiam, & fortè maiorem audiui collatam fuiſſe Dominæ Alheydi primæ Abbatiſſæ Monaſterij ciuitatis Veſtualiæ: hæc quotieſcunq; corpus Domini à Sacerdote ſuſcepit, non panis ſoliditatem inter dentes, neq; panis ſaporem inter fauces ſenſit, ſed ipſum Sacramentum quaſi fauus mellis ſine maſticatione per guttur eius in ven-*

Idem

D *trem defluxit ſic, vt mira ſuauitate omnia eius interiora replerentur: quandò defuncta eſt, Dominus Florentius Abbas de campo S. Mariæ qui pater eius fuerat ſpiritualis, atq; confeſſor poſt ſepulturam eius omnibus, qui confluxerant, eandem gratiam prædicauit.* Et cap. 46. *Quædam religioſa Virgo, ſæcularis tamen, cum à Sacerdote ſuo corpus Domini peteret, ille iratus cum indignatione reſpondit; vos mulieres ſemper vultis communicare ſecundùm libitum veſtrum, & non dedit ei. Illa verò per totam Miſſam, & poſtea, diù in ore, & in gutture ſuo tantam ſenſit dulcedinem, vt non dubitaret adeſſe totius dulcedinis auctorem.* Porrò non

mirum

mirum si dulcissimo nectare in aliorum A
etiam delicium, & oblectamentum stillent labia sponsæ, etenim sub lingua eius, scilicet intra cor diuina Eucharisticæ refectionis dulcedo abundat, quæ facilè erumpit ad verba, quæ dilecta Dei suauissimè profert. Accinit D. Thomas opusc. 58. serm. 32. *Quia sub lingua, idest in corde plena es spirituali dulcedine, idcircò abundas vtili, & dulci locutione. Matth. 12. Ex abundantia cordis os loquitur, sicut de vase, sic est de corde. Vas plenum felle effundit amaritudinem, plenum melle dulcedinem. Vndè Luc. 6. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & è conuerso.*

D. Thom.

Mel, & lac sub lingua tua.

NOTVLA II.

Beata Virgo perfectiori modo, quàm cæteræ puræ creaturæ Eucharistici cibi suauitatem degustauit.

INter alia damna, quæ ex vetiti pomi esu ad nos Protoparens cum transfusione culpæ originariæ C deriuauit, est, quòd homo redditus fuerit malè dispositus ad cælestes delicias, & præcipuè, quæ in sacra Altaris alimonia delitescunt, degustandas, quod egregiè adnotauit D. Bernardus serm. 85. in Cantic. *Sapientia, inquit, à sapore denominatur, quod virtuti accedens quoddã veluti condimentum sapidam reddat, quæ per se insulsa quodammodo, & aspera sentiebatur. Hunc saporem perdidimus ab ipso penè exortu generis nostri. Ex quo cordis palatum, sensu carnis præualente, infecit virus serpentis antiqui, cœpit anima non sapere bonum, ac sapor noxius subintrare.* D
Sicut igitur qui manducat, ita lingua, palatoq; dispositus esse debet, vt cibi sapore, quem degustat, capiatur, non offendatur; sunt enim quidam, quibus morbi vitio mel amarum videatur, inquit Seneca epist. 109. ita qui Altaris ferculum sumit, spiritale palatum habeat necesse est nullo malo sapore corruptum, aut vitiatum, ad illius supercælestis escæ suauitatem percipiendam. Quarè cùm sanctissima Dei parens ex singulari superni Numinis priuilegio à primordiali noxa immunis fuerit, profectò liquet suauitatem ex ipso suauitatis fonte, Eu-

D. Bernard.

Seneca.

Qui Altaris ferculũ sumit, spiritale palatũ habeat necesse est nullo malo sapore vitiatũ

A charistico scilicet Sacramento hausisse vberiorem præ cæteris mortalibus, qui originaria lue inficiuntur, & licèt baptismatis lauacro emundati, in illis tamẽ contracti contagij vestigium aliquod, quod peccati fomes à Theologis nuncupatur, remanet. Hanc specialem prærogatiuam Virginis innui à supremo Flamine hac clausula, *mel, & lac sub lingua tua*, pietas probabilitati iuncta suadet; sicut enim mel diuinam designat dulcedinem, vndè Ecclesiast. 14. *Spiritus meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel, & fauum*; ità lac suo candore puritatem denotat, vt præcedenti notula admonuimus: appositè igitur ad in-
B dicandum summum delicium, quo perfundebatur in diuini pabuli sumptione Beatissima Virgo, quia fuerit semper tota formosa, tota illibata, tota nitida, mel, & lac sub lingua eius dicitur.

Beatissima Virgo Eucharistici fontis dulcedinẽ vberiorẽ præ cæteris mortalibus degustauit.

Ecclesi. 14.

Collige, cùm Sacramentum Eucharisticum magis pro sola Virgine, quàm pro reliquis fidelibus simul sumptis, fuerit institutum; quod satis probauimus tom. 1. de Eminentia Deiparæ cap. 17. quæst. 10. congruum valdè fuisse, vt à Deo singulariter præeligeretur, & seruaretur, ne eam originea labes contaminaret; sic enim omni remota primordialis pomi contra diuinum mandatum à Protoplaste nostro comesti, acerbitate,
C quæ Eucharisticæ dulcedinis gustum desaporare solet, purissimo ore admirabilẽ illius sacrosanctæ alimoniæ suauitatem abundè persentire poterat.

Eucharistia pro sola Virgine magis, quàm pro cæteris fidelibus simul sumptis instituta.

Dixi in titulo notulæ, *inter puras creaturas*, vt Incarnatum Dei filium exciperem, sicut enim hic sanctitate, & puritate longè Virginem matrem suam superabat, ita quando in cœna se ipsum communicauit, eminentioribus, & copiosioribus oblectamentis affectus est.

Quòd autem in cœna Redemptor noster, quam instituerat, Eucharistiam sũpserit, docent Basilius in Anaphora de calice loquens. *Benedixit, sanctificauit,*
D *ac gustauit, & diuisit discipulis suis.* Chrysost. hom. 83. in Matth. *Ipse quoq; bibit ex eo, ne auditis verbis illius dicerent: quid ergò sanguinem bibimus, & carnem comedimus? ac ideò perturbarentur. Nam cùm priùs de his loqueretur, multi ob verba solùm scandalum sunt passi. Ne igitur id quoq; accideret, primus ipse hoc fecit, vt tranquillo animo ad communicationem mysteriorum induceret.* D. Antoninus 1. p. cap. 6. tit. 5. §. 2. *Facta,* inquit, *consecratione, & ipse Sacramentum sumpsit*; & postea subdit. *non quòd egeret, vel nouum effectum gratiæ ex eo susciperet, sed vt exemplum illud accipiendi nobis præberet.* D. Thomas 3. p.

Basil.

Chrysost.

Antonin.

D. Thomas

Vasquez. quæst. 81. art. 1. & cum eo communiter Theologi, quos citat Vasquez tom. 3. in confirmatione, & explicatione citati articuli, vbi hoc maximè probari ex illo Luc. 22. Lucæ 22. *non bibam amodò de generatione vitis &c.* docet. De qua re etiam videri potest Suarez tom. 3. in 3. p. in comment. eiusdem articuli. Porrò quòd mirè sacra illa sumptione recreatus fuerit Christus, colligi potest ex eo, quod docet S. Doctor memorato articulo in respon-sione ad tertium. D. Thomas

Fauus distillans labia tua sponsa, mel, & lac sub lingua tua: & odor vestimentorum tuorũ sicut odor thuris.

NOTVLA III.

Suauiter sapit Eucharistia ei, qui eo animi sensu communicat, vt in spiritali tyrocinio se perpetuò esse meditetur.

Drogont. IAM ex Drogontio prima notula Eucharistici Sacramentum ob diuinam dulcedinem, quæ in eo degustatur, melle significari diximus, lacte verò ex cõmuni Patrum consensu cibus infantium in vita spiritali denotatur. hoc igitur encomio, quod illibatæ sponsæ tribuitur à diuino sponso his verbis: *Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua*, appositè significatur anima sancta, quæ delicijs cælestibus cumulatè perfunditur in sacro conuiuio, & simul ita maiori sanctitati inhiat, vt nihil perfectionis se attigisse, sed semper esse ab exordio arbitretur, lactisq; alimoniam instar paruuli in vita spiritali recenter nati affectet.

Prou. 9. *Sapientia* (inquit Salomon cap. 9.) *immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Si quis est paruulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum.* Sacratæ Eucharistiæ mensa hæc est, vt inter Isidor. alios aduertit Isidorus de vocatione gentium cap. 26. *Dei, inquit, sapientia constituit domum sanctam Ecclesiam, in qua mactauit sui corporis hostias, in qua miscuit vinum sui sanguinis in calice Sacramenti diuini, & præparauit mensam, idest Altare Domini.* Sed quinam sunt hi paruuli, & insipientes, qui maximè inuitantur ad Eucharisticum conuiuium? Sanè qui inchoantes se perpetuò arbitrantur, & in primis vitæ spiritualis rudimentis hærere putant, nihil altum sapiunt, sed humiliter timent. Hos paruulos ad suauissimè epulandum in sacra mensa Christus Eucharistici symposij institutor non admittit modò, sed inuitat, allicit. *Si quis est paruulus, veniat ad me.* Qui se primis vitæ spiritualis rudimẽtis hęrere se putãt ad suauissimè epulandũ in sacra mensa inuitãtur à Domino.

Psal. 127. Illud Psal. 127. *filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensa tua*, de Eucharistica mensa intelligitur à D. Chrysost. hom. 61. ad populum, à D. Thoma, & ab Ecclesia in officio de festo Corporis Christi. Sed cur Eucharistici conuiuij commensales æquantur nouellis, & recentibus oliuarum plantis? cur nõ adultis, & annosis, quæ eum vberiorum frugum sint feraces, aptiores videbantur ad significandam spiritalem fœcunditatem, qua locupletantur epulantes in sacro conuiuio? Verùm, quia hi cum hac spiritali fertilitate simul eum animi sensum retinent, vt licèt multum proficiant in via perfectionis, semper tamen se incipere, & primo in limine versari autument, rectè nouellis oliuarum assimilantur. D. Chrys. D. Thomas. Cur cõmunicantes recentib. oliuarũ plantis æquantur?

Inter alia emblemata, quibus non modò ad decorem, sed ad altissima mysteria adumbranda condecorata erat mensa propositionis, in illius vmbilico erat peruenustus Mæander, de quo Iosephus lib. 3. antiq. cap. 7. scribit. *In mensa autem sculptus erat Mæander magni pretij, gẽmisq; per medium, tanquam stellis variegatus.* Mæander genus quoddam picturæ, seu cælaturæ erat ad similitudinẽ amnis, qui appellatur Mæander, seu Mæandrus, qui flexuosis ambagibus ad fontem reuerti credatur: de quo Ouidiana Musa in epist. Delaniræ, sic cecinit: Iosephus. Ouid.

Mæander toties qui terris errat in ijsdem,
Qui lapsas in se sæpè retorquet aquas.

Mæander itaq; cælatus in mensa propositionis Eucharisticam figurante formã exprimens Mæandri fluuij, qui ad originem, à quã emanat, suos fluctus reuoluit, elegantissimum schema designat virtutis ab Eucharistica mensa deriuantis, qua ad eam sedentes mente semper recurrunt ad suæ vitæ spiritalis primordia, à quibus nondum se discessisse arbitrantur. Eucharistię donũ est, ut nondum è vitę spiritalis primordijs excessisse putare.

Aptari hic etiam potest, quod diximus de aquis Iordanis retrofluentibus ad ingressum arcæ supra ad versic. *Si ignoras te &c.* cap. 1. notula 4.

Pergentibus in Emmaunticum oppidum duobus ex cœtu discipulorum apparuit Christus iã à mortuis rediuiuus,

cum quibus factus commenſalis, *accepit panē, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis; & aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum.* Luc. 24 [Lucæ 24.] & paucis interiectis ſubnectitur; *& ſurgentes eadem hora regreſſi ſunt in Ieruſalem.* Panem illum à Chriſto in ſuum corpus tranſubſtantiatū fuiſſe plurium Patrum calculo affirmat ibidem Maldonatus [Maldonat.], quod & nos aliàs ſatis probauimus: quocirca diſcipuli pane illo ſumpto reuertētes Ieruſalem, vbi Chriſtianæ vitæ exordia habuerunt, aptiſſimè denotant Dominici corporis alimonia paſtos eo ſpiritu imbui, vt ſemper mente redeant ad illud Initium, quo vitæ mores ad normam Euangelicæ perfectionis componere cœperunt, in eoq; ſe adhuc verſari exiſtiment.

Mel, & lac ſub lingua tua.

[Richard. de S. Victore] RIchardus de S. Victore hic per mel intelligit Chriſti diuinitatem, per eius verò humanitatem, lac. D. verò Antoninus [D. Anton.] 1. part. tit. 6. cap. 2. §. 10. hæc verba, *mel, & lac ſub lingua tua*, ad Sacerdotem directa intelligit. *Benè dicit* (ait) *ſub lingua, eo quòd poſtquam Sacerdos ſuper hoſtiam verba conſecrationis finiuit, ibi eſt mel diuinitatis, & lac humanitatis.* quæ expoſitio occaſionem nobis præbet diſcutiendi nonnulla ad Scholaſticam Theologiā ſpectantia. Sit ergò

PVNCTVM

THEOLOGICVM

De ijs, quæ ex vi verborum ſunt in Euchariſtia.

DISQVISITIO I.

Quænam ſint in hoc Sacramēto ex vi verborum, quæ verò per concomitantiam.

[Cōc. Trid.] COnſtat ex definitione Cōcilij Tridentini ſeſſ. 13. cap. 3. quædam eſſe in Euchariſtia ex vi verborum, quædam autem ſolùm ex vi naturalis connexionis, & concomitātiæ. Pro explicatione

Notandum, illud eſſe in Sacramento ex vi verborum cōſecrationis, ſiue quod idem eſt, ex vi Sacramenti, cuius præ-

A ſentia per verba conſecrationis ſignificatur, ac proindè huius præſentia eſt omninò neceſſaria ad veritatem verborum: per concomitātiam verò illud eſt in hoc Sacramento, cuius præſentia non ſignificatur per verba, nec eſt ad eorum veritatem neceſſarium, ſed quod eſt præſens ſolùm ratione naturalis connexionis cū alio, quod eſt in Sacramento præſens ex vi verborum. Atq; hæc acceptio, & explicatio prædictorum terminorum cōmunis eſt apud Theologos.

[1. Cōcluſio Sub panis accidētibus ſolū Chriſti corpus eſt præſens ex vi verborū; ſanguis verò, anima, & diuinitas tantùm per concomitātiam.] Dico primò, ſub accidentibus panis in Euchariſtia ſolum Chriſti corpus eſſe præſens ex vi verborum, ſanguinem autem, animam, & diuinitatem ibidem B eſſe tantùm per concomitantiam. Probatur, quia ſolum Chriſti corpus ſignificatur per verba conſecrationis panis, & præſentia ſolius corporis Chriſti neceſſariò requiritur ad veritatem eorundem verborum: contra verò ſanguis Chriſti, anima, & diuinitas ſunt quidem ſub ſpeciebus panis in Sacramento, vt conſtat, non tamen eorum præſentia per verba conſecrationis panis ſignificatur, nequè eſt neceſſaria ad veritatem eorundem verborum, vt patet, ſed tantùm ſunt in Sacramento, quia eorum præſentia per naturalem connexionem inter ipſa, & corpus Chriſti intercedentem exigitur C à corpore; ergò ſolum corpus Chriſti eſt præſens in Euchariſtia ſub ſpeciebus panis ex vi verborum, ſanguis autem, anima, & diuinitas ſolùm per concomitantiam.

[2. Cōcluſio Sub ſpeciebus vini cōſecrati ſolū ſanguis eſt ex vi verborū; corpus verò anima & diuinitas per cōcomitantiam. Trident.] Dico ſecundò, ſub ſpeciebus vini conſecrati ſolum ſanguinem Chriſti eſſe ex vi verborum; corpus verò, animam, & diuinitatem eſſe per concomitantiam. Quod dicitur de corpore, anima, & diuinitate, patet ex definitione Concilij Trident. ſeſſ. 13. cap. 3. Quod autem dicitur de ſanguine, non ſolùm liquet ex eodem Concilio ibidem, ſed etiam probatur, quia per verba conſecrationis vini ſolùm ſanguis Chriſti ſignificatur, D verba autem conſecrationis cùm ſint practica, id efficiunt, quod formaliter ſignificant.

[3 Cōcluſio Sub vtriſq; ſpeciebus Sacramentalibus non ſunt accidētia corporis & ſāguinis Chriſti ex vi verborū, ſed tantùm per cōcomitantiam.] Dico tertiò, ſub vtriſque ſpeciebus Sacramentalibus nō eſſe accidentia corporis, & ſanguinis Chriſti ex vi verborū, ſed tantùm per concomitantiam. Hæc eſt mens D. Thomæ quæſt. 76. art. 4. vbi expreſsè docet Chriſti quantitatem in hoc Sacramento ſolùm eſſe per concomitantiam, id autem potiori iure aſſerēdum eſt de reliquis accidentibus. D. Thomam ſequuntur Suarez tom. 3. in 3. part. diſp. 51. ſect. 2. Coninch. dubio vnico in art. 2. num. 20. quæſtionis 76. S. Tho- [D. Thom. Suarez. Coninch.]

Thomæ; & alij communiter contra Vasquez tom. 3. in 3. part. disp. 187. cap. 4. & paucos alios. Probatur, quia illud tantùm, vt supra diximus, est ex vi verborum in Sacramento, sine quo veritas eorundem constare non potest; sed veritas verborum potest constare etiam fine accidentibus corporis, & sanguinis; ergo &c. Minor probatur, quia si per diuinam potentiam omnia accidentia corporis Christi, & omnia accidentia sanguinis relicta eius substantia, tollerentur, adhuc verba consecrationis panis, & verba consecrationis vini verificari possent.

Vasques.

Obiectio. Sed contra hanc conclusionem obijcies: vox, *corpus*, in consecratione significat corpus heterogeneum, & organicum, quod præter substantiam includit accidentia, includit enim debitam proportionem membrorum, quæ sine certa figura, densitate, & raritate concipi nō potest.

Responsio. Respondeo distinguendo duplicem figuram, & organizationem; altera est substantialis, quæ consistit in varia dispositione materiæ per diuersas formas substantiales partiales, exigitiuas diuersarum dispositionum, & accidentium, in qua includitur densitas, & raritas substantialis, hoc est plures, aut pauciores partes substantiæ naturaliter exigitiuæ maioris, aut minoris quantitatis, huius, vel illius figuræ, & organizationis accidentalis, & hæc fit vi verborum; altera accidentalis per varias dispositiones accidentales naturaliter consequens ad priorem, & hæc fit tantùm concomitanter, & vi naturalis conuersionis.

Addendum tamen est hìc, cùm dicitur accidentia corporis, & sanguinis, non esse in Eucharistia ex vi verborum, sed per concomitantiam, sermonem esse de accidentibus, quæ Christi corpus, & sanguis habet in cælo: cæterùm Christi corpus ex vi verborum sub accidentibus panis habet illa accidentia, quæ formaliter inuoluit continentia passiua corporis sub iisdem accidentibus; similiter sanguis sub accidentibus vini, ex vi verborum habet accidentia, quæ formaliter inuoluit cōtinentia passiua eiusdem sanguinis sub accidentibus vini. Ratio est, quia hæc continentia per verba consecrationis vini, illa verò continentia per verba consecrationis panis significatur.

4. Conclusio Verbū diuinū non est hic virtute Sacramenti, sed concomitanter. Dico quartò: Verbum diuinum non est hic virtute Sacramenti, sed concomitanter. Est Tridentini sess. 13. cap. 3. docentis diuinitatem esse hic propter admirabilem illam eius cum corpore, & anima hypostaticam vnionem, ergo non virtute Sacramenti, nam ea tantùm dicuntur esse virtute Sacramenti, quæ sunt vi verborum. Atqui ex Concilio diuinitas non est hìc vi verborum, sed ipsius cum anima, & corpore hypostaticę vnionis. Quòd autem per diuinitatem intelligat Concilium etiam personā Verbi, constat; tum quia alioqui doctrina Concilij esset manca, tradit enim vniuersalem regulam dignoscendi ea, quæ in hoc Sacramento sunt ex vi verborum, & quæ ex naturali concomitantia, ergo si per diuinitatem solùm intelligeret naturam diuinam, nihil docuisset de persona Verbi; tum quia assignans rationem huius concomitantiæ, ait esse vnionem hypostaticam, quæ primariò est à Verbo. Fundamentum, quia corpus, & sanguis per se subsistentiam non important, solùm enim dicunt de formali concretam substantiam.

Trident.

1. Obiectio. Sed obijcies primò, corpus, & sāguis, qui sunt termini formales significationis Sacramentalis exprimuntur per modum subsistentis, quia exprimuntur in concreto, & per se stantis, ergo important formaliter subsistentiam, non creatam, quæ in Christo non est, ergo increatam Verbi, quæ omnia in Christo subsistunt. Confirmatur, quia ex parte termini à quo non solùm ex vi verborum conuertitur materia panis, & vini, sed etiam eorum substantia, ergo ex parte termini ad quem non solùm ex vi verborum fit materia corporis, & sanguinis, sed etiam subsistentia, quia in conuersione terminus ad quem succedere debet, proportionatus termino à quo.

Responsio. Respondeo negando antecedens. Ad cuius probationē dico exprimi per modum concreti substantiæ non subsistentis, & nomina corporis, & sanguinis in consecratione, licèt forsan quoad sonum videantur esse concreta, re vera tamen quoad significationem esse potiùs abstracta, & nomen corporis non est concretum, vt homo, sed est nomen significans naturam corporis, vt partem, pars autem non subsistit, vel existit per se: quarè licèt corpus participet de substantia totius, non tamen subsistentia illa significatur nomine corporis, vel partis; idē discurrendū est de sanguine. Confirmatur, quia si corpus, & sanguis importarent formaliter subsistentiam, dici non posset, corpus, aut sanguinem Verbum assumpsisse, quia non potest dici, quòd Verbum assumpsit aliquod subsistens, propter quod dici non potest; Verbum assumpsit hominem, quia homo importat subsistentiam. Ad confirmationem dico subsistentiam panis, & vini cōuerti

concomitanter ad conuersionem substãtiæ; concomitantia autem consistit in hoc, quòd, cum subsistentia creata sit modus substantiæ, nequit substantia conuerti non conuerso eius modo.

2. Obiectio. Obijcies secundò, pronomen, *meum*, in persona Christi prolatum importat vnionem corporis cum Verbo, est enim corpus Verbi formaliter per vnionem.

Responsio. Respondeo cócedendo per illud pronomen, *meum*, significari quidem, quòd illud corpus sit vnitum Verbo, non tamen significari, quòd, prout est sub illis accidentibus, sit vnitum Verbo; nam licet in Sacramento non replicaretur cũ vnione ad Verbum, modò illam retineret extra Sacramentum, adhuc pronomen, *meum*, verificaretur; sicut si Deus replicaret corpus meum Romæ sine vnione cum anima, verè dicere possem, *hoc est corpus meum*, ergò etiam si in Sacramento non replicaretur corpus Christi cum vnione ad Verbum, adhuc Sacerdos in persona Christi verè diceret; *Hoc est corpus meum*, propter vnionem, quam retinet cum Verbo extra Sacramentum. Lege Sotum in 4. dist. 10. qu. 1. art. 2. §. *Aliter tamen arguitur*. — Sotus.

Aduertendum est autem hic, cùm dicitur Verbum esse in Eucharistia per cõcomitantiam, sensum esse, quòd itá sit in Sacramento Eucharistiæ, vt si per impossibile non esset vbiquè per immensitatem, deberet tamen esse in Eucharistia propter vnionem hypostaticam cum natura humana.

Corollar. 1. Ex dictis colligitur, quòd etiam Pater, & Spiritus Sanctus sunt per concomitantiam sub accidentibus panis, & vini, nempè propter connexionem, quã habent cum Verbo, à quo sunt omninò inseparabiles: est verò discrimen inter præsentiã Verbi in Eucharistia, & præsentiam reliquarum personarum, quod in eo consistit, quòd Verbum secundùm corpus, quod in se habet, vel sustentat, subster accidentibus panis, & denominationes, quæ pani tribuebãtur, possint etiam tribui supposito Verbi, ita vt demonstratis accidentibus panis, aut vini possimus dicere, *Hic est Deus*, *Hic est Filius Dei*, scilicet ob communicationem idiomatum humanitati, non autem possumus dicere, *Hic est Pater*, vel *Hic est Spiritus Sanctus*, eo quòd hæ personæ diuinæ nihil in se habent, ratione cuius substent accidentibus Sacramentalibus.

Corollar. 2. Collige secundò, neq; ipsam vnionem hypostaticam esse sub accidentibus consecratis ex vi verborum, sed concomitanter tantùm, quia illa non exprimitur per verba consecrationis, per quæ solùm

A exprimitur corpus, & sanguis, qui est Christi, non prout est Christi; si enim illam Christus exprimere voluisset, Petrus iam dixisset, Hoc est corpus mihi vnitum. Neq; ex eo, quòd Concilium dicit esse hic diuinitatem propter eius cum corpore hypostaticam vnioné, colligi potest vnionem formaliter importari cum ipso corpore; quia eodem modo dixit sub vtraq; specie esse animam ob naturalem eius vnionem cum corpore, & sanguine, & tamen vnio corporis, aut sanguinis cum anima, non importatur nisi concomitanter, alioqui non fuisset idem significatum formale in triduo, in quo nulla erat vnio corporis, & sangui-

B nis cum anima.

DISQVISITIO II.

Quid nomine corporis significetur, cùm dicitur solũ Christi corpus esse præsens ex vi verborum, sub accidentibus panis in Sacramento.

C QVod in quæstionem hic adducitur, est, an dicendum sit solam materiam substantiæ Christi esse ex vi verborum sub accidentibus panis, an verò aliquid compositũ ex materia, & forma substantiali, itá vt sub accidentibus panis non solùm materia, sed etiam aliqua forma substantialis sit præsens ex vi verborum, qua in re variè sentiunt auctores.

Prima opinio est Gabrielis lect. 42. in can. Missæ, & in 4. dist. 11. qu. 1. art. 1. notab. 2. concl. 2. Marsilij quæst. 8. art. 1. in fine, Mayroni dist. 10. qu. 5. affirmantium illud importare nudam mate- — 1. Opinio Gabriel. Marsil. Mayron.

D riam. Fundamentum, quia hoc meliùs saluat, quomodo idem numero corpus vi Sacramenti consecratum fuisset in triduo: nam eadem numero materia, quæ denudata omni forma substantiali iacuit in sepulchro, quæq; tantùm vi verborum fuit sub speciebus panis, est, sitq; præsens in Sacramẽto vi eorundem verborum.

Cõfirmatio. Confirmatur, nam in hac opinione etiamsi Christi corpus esset in cineres redactum, consecrari posset ex vi præsentium verborum, quia adhuc maneret eadem numero materia.

Reijcitur. Sed contra, quia sola materia denudata

data omni forma non est corpus humanum, quale significant verba, *Hoc est corpus meum*, quandò à Christo proferuntur, quia hoc dicit organizationem variarum partium dissimilarium ossis, carnis, neruorum, &c. quæ sola materia habente tantùm partes similares saluari non possint. Vndè Aristoteles humanũ corpus appellat organicum potentia vitam habens, quia per tales partes organicas, & dissimilares, est instrumentum animæ ad varias functiones vitæ obeundas.

Aristot.

2. Opinio Aegidij. Argent.

Secunda sententia Aegidij theor. 38. 39. Argent. in 4. dist. 13. qu. 1. art. 1. conclus. 3. asserentium corpus per verba consecrationis expressum importare materiam, vt substat sub modo extensionis, sanguinem verò importare materiam, vt stat sub modo qualitatis, qui modus licèt connotet quantitatem, & qualitatem, non est tamen quantitas, & qualitas, sed realiter est ipsa materia extensa, & subiecta qualitati, ratione cuius modi materia distinguitur in partes dissimilares carnis, ossis, &c. Fundamentum est idem, ac præcedentis, putant enim materiam in triduo mansisse sine forma substantiali.

Refellitur.

Sed contra, quia neq; vt stat sub modo extensionis materia dici potest corpus humanum, & organicum, quia à tali modo non habet nisi extensionem partium homogenearum; neq; etiam vt stat sub modo qualitatis, nam vel iste modus nihil addit materiæ extensæ, & sic non potest diuersificare, & organizare partes materiæ: vel addit aliquid, quod cùm nequeat esse substantia, nam vel est ipse effectus formalis qualitatis, vel vnio cũ ipsa, quæ necessariò est accidentalis, non saluaretur substantialis conuersio, quæ formaliter terminatur ad materiam, vt stat sub tali modo.

3. Opinio D. Thom. Caietan. Capreol. Durand. Soti. Ferrarien. Nugnez. Suarez. Vasquez.

Tertia sententia S. Thomæ qu. 75. art. 3. ad secundum, Caiet. ibidem in responsione ad secundum, Capreoli in 4. dist. 10. qu. 2. art. 3. Durandi qu. 3. nu. 6. Soti qu. 1. art. 1. Ferrarien. 4. contra gentes cap. 64. §. *Considerandum tertiò*. Nugnez q. 76. art. 1. §. *Grauis difficultas*. Suarez disp. 50. sect. 4. Vasquez docentium tam corpus, quàm sanguinem importare aliquam formam substantialem dantem esse corporis, & sanguinis, quæ in corpore viuo est animal rationale secundùm gradum corporeum, quem virtualiter continet; in mortuo est forma cadaueris, in sanguine autem est propria forma sanguinis, quæ eadem est in coniuncto, & separato, hic enim cùm sit fluidus tanquam liquor in vase informatur

A eadem forma sanguinis. Fundamentũ, quia cùm in quolibet composito vna tãtùm sit forma substantialis, & ex alia parte nequeat sola materia intelligi nomine corporis, & sanguinis, necessariò sequitur, vt præter materiam cum corpore importetur vel anima, vt dans esse corporeum, vel forma cadaueris, nam sub alterutra saluatur natura corporis humani; cum sanguine verò, quia non integrat vnam essentiam physicam cum homine, importatur propria forma sanguinis ab anima, & cadauere diuersa. Saluat autem hæc sententia primò, quòd iuxta Tridentinum, anima non sit in hoc

Fundamentum.

Trident.

B Sacramento ex vi verborum, sed ex naturali concomitantia, quia non est vt anima formaliter, accidit enim corpori humano, vt sit cum anima, quippè cùm esse possit cum cadauere. Secundò saluat, quòd fuerit idem numero corpus mortuum, & viuum; & quòd fuit eadem numero materia, & hypostasis, quamuis fuerit diuersum formaliter ob diuersitatem formæ cadaueris, & intellectiuæ.

Hæc sententia difficilè saluat primò auctoritatem Tridentini asserentis animam in hoc Sacramento non esse ex vi verborum, sed vi naturalis illius connexionis, atq; concomitantiæ, qua partes Christi non ampliùs morituri inter se copulantur; cùm tamen in hac opinione non fiat vi naturalis connexionis, & con-

C comitantiæ cum reliquis partibus Christi, sed vi essentialis identitatis cum se ipsa, vt tribuat esse corporeum, & animatum. Secundò non saluat formalem vnitatem in significato corporis, nam aliud corpus significassent in cœna verba prolata, aliud in triduo. Etenim si hostia consecrata à Christo in cœna fuisset asseruata in illo triduo, in quolibet instanti verum fuisset dicere de illa, *Hoc est corpus Christi*: vel ergò habuisset præsens illud corpus, quod fuit Christi verum, & proprium, & tunc explicandum erit, per quam formam constitueretur, siquidem anima rationalis in illo triduo

D non dabat esse; vel certè habuisset præsens aliud corpus, quod solùm æquiuocè dicitur Christi, & tunc verba illa solùm imperfectè, & æquiuocè acciperentur, & explicandum esset, qua ratione illud aliud corpus fuerit institutum præsens sub illis speciebus.

4. Opinio Scoti. Aureoli. Mayron. Richard.

Quarta sententia Scoti in 4. dist. 11. qu. 3. art. 2. Aureoli qu. 4. art. 1. Mayron. qu. 17. Richard. art. 1. qu. 2. affirmantium per corpus importari materiam cũ forma substantiali corporeitatis, quæ coæua materiæ simpliciter tribuit illi esse corporeum.

Sed

Reijcitur. Sed contrà, quia hæc non saluat substantialem organizationem partiū dissimilarium, quas includit corpus humanum; quia cùm hæc forma sit homogenea, vt patet in corporibus simplicibus, in quibus absq; illa heterogeneitate partium reperitur, nequit dare materiæ heterogeneitatem partium. Neque hanc diuersitatem partium materia habere potest ex diuersitate dispositionū, quas exigit hæc forma, quæ, cùm ipsa sit homogenea, nequit exigere dispositiones heterogeneas, alioqui illas etiam exigeret in corporibus simplicibus, in quibus reperitur.

5. Opinio probabilior. Quinta sententia est eorum, qui admittentes formas partiales in homine, consequenter etiam asserunt per corpus in consecratione panis significari totum constitutum ex materia, & formis partialibus carnis, & ossis, &c.

Conclusio. Dico hanc vltimam sententiam probabiliorem esse; & iuxta eandem asserendum est totum prædictum constitutū ex materia, & formis partialibus carnis, ossis, &c. ipsius Christi ex vi verborum esse præsens sub accidentibus panis, quia hoc totum significatur per nomen, *corpus*, cùm homo dicitur constare ex corpore: quoniam autem formæ partiales in homine eædem manent, etiam in hominis cadauere, neq; necesse est ponere vllam aliam formam totalem cadaueris succedentem animæ, quandò homo moritur, ideò iuxta hanc doctrinam dicendum est, quòd si in triduo mortis Christi aliquis Apostolorum panem consecrasset, corpus omninò idem secundùm materiam, & formas partiales fuisset tunc ex vi verborum sub accidentibus panis, quod nunc est.

Ex dictis sequitur, quòd sub accidentibus panis ex vi verborum sit Christi corpus, non quidem viuum determinatè, sed abstrahens à viuo, & mortuo, quia per verba consecrationis panis nō significatur Christi corpus viuum, alioqui in triduo mortis Christi non potuisset panis consecrari, quia verba consecrationis tunc fuissent falsa, aut certè Christus ex vi verborum reuocatus esset ad vitam, quorum primum omninò repugnat, & secundum est contra communem sensum Theologorum. Adde quòd cùm secundùm communem doctrinam supra traditam nomine corporis humani significetur præcisè constitutum ex materia, & formis partialibus, quod nullo modo includit animam, sed abstrahit ab anima, & à priuatione animæ, cùm indifferens sit, vt sit viuum, & mortuum, similiter dicendum est nomen corporis in consecratione panis etiam nunc significare Christi corpus abstrahens à viuo, & mortuo, atq; vt tale esse ex vi verborum sub accidentibus panis, quamuis de facto, sicut per concomitantiam sub iisdem accidentibus habet omnia sibi connaturaliter debita, ita per concomitantiam sit ibidem viuum.

Probatur assertio. Probatur nostra assertio ex Patribus asserentibus panem fieri carnem Christi, vel conuerti in carnem Christi, vt loquitur Cyprianus serm. 1. de cœna Domini, Cyrillus in epist. ad Corosilum, Theophylactus in cap. 6. Ioannis, & alibi; vndè etiam Christus Ioan. 6. dixit, *Caro mea verè est cibus*; neq; enim iis locis nomine carnis potest aliud significari, quā altera Christi pars composita ex materia, & formis partialibus, quod cùm præcipua eius pars sit caro, figuratè nomine carnis significatur. (Cyprian. Cyrill. Theophyl. Ioan. 6.)

Cōfirmatur. Idem confirmatur ex eo, quòd Ecclesia in festo corporis Christi vtitur illis verbis: *Dogma datur Christianis, quòd in carnem transit panis*; ex quo patet compositum ex materia, & formis partialibus significari per verba consecrationis, & consequenter ipsum esse in Sacramento panis ex vi verborum, cùm nihil possit esse terminus conuersionis Sacramentalis, quod non sit in Sacramento ex vi verborum, vel per ea non significetur.

Obiectio. Dices, admissis etiam formis partialibus, nomen, *corpus*, non modò potest significare constitutum ex materia, & formis partialibus, quod est altera pars hominis omninò contradistincta ab anima rationali, sed etiam potest significare gradum genericum corporis communem ad viuens, & non viuens: cur igitur per illas voces consecrationis, *corpus meum*, potiùs significatur compositum ex materia, & formis partialibus, quàm ratio generica corporis existens in ipso Christo, vt illud potiùs, quàm hoc dicatur esse ex vi verborum sub accidentibus panis consecrati?

Responsio. Respondeo admissis formis partialibus, vt diximus, per illa verba, *corpus meum*, significari potiùs alteram partem Christi compositam ex materia, & formis partialibus, quia certum est Christum voluisse per verba consecrationis, siue consecrationem ipsam repræsentare separationem sanguinis ab eo corpore, à quo idem sanguis in passione, & morte sua fuit separatus; hoc autem fuit compositum ex materia, & formis partialibus, si hæ concedantur modo supra explicato.

Aduertendum, quæ hucusq; dicta sunt, iuxta opinionem admittentem formas par-

partiales, procedere supposito quòd formæ partiales non sint subiectum animæ, vel anima in ijs non recipiatur, sed immediatè solùm recipiatur in materia: quòd si dicatur animam immediatè recipi in formis partialibus, eaq; recedente in morte hominis succedere formam totalem cadaueris, quæ immediatè recipiatur in formis partialibus, tunc dicendum erit ex vi consecrationis panis sub accidentibus eiusdem panis esse illud compositum, quod est commune corpori viuo, & corpori mortuo ipsius Christi, siue quod est commune composito ex materia, formis partialibus, & anima rationali Christi, & composito ex materia, formis partialibus, & forma cadaueris, nam supposita prædicta sententia per illa verba consecrationis (*corpus meum*) huiusmodi compositũ significatur.

Quænam sint formæ partiales, & cur sic nominentur?

Sed quoniam supponimus sententiã, quæ asserit dari formas partiales, placet hic primò explicare, quænam sint hæ formæ partiales, cur sic nominentur, prædictæ sententiæ auctores præcipuos afferre, & rationes, quibus innitatur, contraria demùm argumenta diluere.

Notandum, corpus humanum præter materiam includere formas substantiales carnis, ossis, nerui, cæterorumq; organorum, ex quibus substantialiter disponitur, & componitur ad animam rationalem, tanquam ad vltimum actum substantialem recipiendum, quæ dicuntur formæ partiales, quia singulæ partialiter tantùm disponunt, & organizãt materiam in ordine ad formam totalem, sunt enim singulæ partiales causæ organizationis, & dispositionis, quam in subiecto proximo perfectibili requirit anima intellectiua, cui subordinantur, & deseruiunt vt propria instrumenta, & organa ad varias operationes obeundas. Pro hac opinione sunt Scotus in 4. dist. 11. qu. 3. art. 2. & 7. Mer. qu. 20. Ant. Andr. ibid. qu. 27. Tromb. 8. Met. qu. 2. & Scotistæ communiter. Henr. quodlib 1. qu. 4. quodlib. 2. qu. 2. & 3. quodlib. 4. quæst. 13. & ipse S. Thomas opusc. de natura materiæ, quanquam illud Caiet. negat esse S. Thomæ, Iand. 2. de anima qu. 2. & Auerroistæ communiter. Fundamentum est, quia non repugnant plures formæ substantiales subordinatæ vnicæ totali, & perfectiuæ formæ, ad quam disponunt, in eodem composito; quia omnes habent rationẽ subiecti perfectibilis ab vna forma superiori, & meliùs saluat, tùm quæ philosophia docet, præsertim de resolutione mixtorũ in elementa, tùm quæ Theologia tradit de Christo: *Quod semel assumpsit, nunquam dimisit*; quòd idẽ corpus, quod natum fuit de Virgine, iacuit in sepulchro, & regnat in cælo; & quòd anima Christi non est in hoc Sacramento ex vi verborum, sed ex naturali concomitantia, quæ omnia ægrè saluat opposita sententia. Saluat primò, quia nullam admittit formam cadaueris in Christi corpore mortuo. Secundò saluat, quia idem numero corpus cum iisdem formis partialibus, absq; alia forma substantiali aduentitia iacuit in sepulchro, fuit in vtero Virginis, & regnat in cælo. Tertiò saluat, quia ex vi verborum fit tantùm corpus cum his formis organicis substantialibus; anima verò vi solius naturalis connexionis, qua copulatur cum corpore Christi viuo.

Scotus. Ant. Andr. Tromb. Henr. D.Thom. Iand. Fundamentum.

1. Obiectio. Præcipua argumẽta contra hanc sententiam, sunt hæc. Primò, quia ex duobus entibus in actu fieri nequit vnum per se, sed materia per quamlibet formam substantialem fit ens in actu, ergo nequit cum alia forma substantiali, quæ est in actu, facere vnum per se.

2. Obiectio. Secundò, quia alioqui nullum foret discrimen inter formam substantialem, & accidentalem, nam vtraq; in hac sententia relinquit materiam incompletã; & vlteriùs perfectibilem, & neutra daret esse simpliciter, cùm tamen quæuis forma substantialis, vt contradistincta ab accidentali, det esse simpliciter.

3. Obiectio. Tertiò, sicut anima dat materiæ esse substantiæ, viuentis, sensibilis, & rationalis, ità etiam corpus, quod virtualiter continet.

4. Obiectio. Quartò, vltima dispositio non manet, non manente eo, ad quod est dispositio, sed formæ partiales viuentis sunt vltima dispositio ad animam, ergo non manent, non manente anima, ad quam disponũt, ergo variatur corpus separata anima.

Confirmatio. Confirmatur, quia anima non separatur à materia, nisi introducatur aliqua dispositio disponens ad formam sibi cõtrariam, alioqui daretur naturalis corruptio vnius sine generatione alterius.

Responsio ad primam obiectionẽ. Ad primum distinguendum est duplex ens in actu, alterum completum, quod non ex quacunq; forma, sed ex vltima, & suprema constituitur, & hoc nequit facere vnum per se cum alio ente in actu, quia iam supponitur vltimò cõstitutum in suo esse; alterum incompletum, quod constituitur ex aliqua forma substantiali incompleta subordinata formæ superiori completæ, & hoc facere potest vnũ per se cum alio ente in actu, nempè cum alia forma perfectiore completa, quæ comparatur ad formam imperfe-

perfectiorem, vt perfectiuum ad perfectibile, proindè apta facere vnum per se cum illa, non vt illa habet rationẽ actus, sed vt habet rationem potentiæ, & perfectibilis; forma enim substantialis inferior est actus, & perfectiuum respectu materiæ, subiectum verò, & perfectibile respectu formæ superioris.

Ad secundũ. Ad secundum nego sequelam, nam discrimen inter formam substantialem, & accidentalem est hoc, quòd forma substantialis aut dat esse completum, qualis est vltima, seu suprema, aut disponit substantialiter ad hoc esse completum; accidentalis verò nec dat esse cõpletum, nec ad illud substantialiter disponit.

Ad tertium. Ad tertium distinguo duplex esse corpus, alterum completum prædicabile de toto cum parte, & hoc habetur ex anima, & materia substantialiter organizata: alterum incompletum, & hoc habet materia ex formis partialibus organicis, quibus adueniens anima non dat esse corpori organico simpliciter; nam hoc supponitur ab anima, est enim hæc actus corporis organici, quod vt subiectum præcedit formam.

Ad quartũ. Ad quartum nego minorem, vltima enim dispositio ad animam non sunt solæ formæ substantiales organicæ, sed primæ etiam qualitates in certo gradu combinatæ, qua combinatione, & temperamento dissoluto separatur anima, quamuis non corrumpantur formæ substantiales organicæ, quia illæ saltem ad tempus possunt conseruari cum minori temperamento, quia non manent vtinstrumenta: propterea Aristoteles 2. de generat. animal. cap. 1. carnem mortui appellat æquiuocè carnem, non quòd mutata sit in aliam formam substantialẽ, sed quia dissoluto temperamẽto primarum qualitatum desinit esse organum animæ. Ad confirmationem concedo animam non separari à materia, nisi in ea introducatur aliqua dispositio, nego tamen cum hac dispositione non posse ad tempus conseruari formas partiales viuentis; nego etiam fieri corruptionem vnius sine generatione saltem accidentali alterius, quia non semper oportet ad corruptionem vnius substantiæ aliam statim generari. Lege Scotum loco citato.

(Margin: Aristot. — Responsio ad confirmationem.)

A

DISQVISITIO III.

An totus Christi sanguis sit ex vi verborum sub speciebus vini.

Variæ opiniones circa hāc disquisitionẽ.

ALiqui putant ex vi verborum esse in Sacramẽto illum solum sanguinem, qui in passione effusus est; reliquum verò, qui nunc reperitur in Christi corpore glorioso, esse tantùm concomitanter. Fun-
B dantur in hoc, quia hic tantùm exprimitur in forma consecrationis illis verbis, *qui pro vobis effundetur*: alij verò opinantur totum Christi sanguinem esse in hoc Sacramento ex vi verborum, quia totus Christi sanguis in passione effusus fuit. Fundantur in eo, quòd ex vulnere lanceæ sanguis, qui remanserat in Christi corpore, effusus est.

Reijcitur. Sed contra hoc fundamẽtum est, quia nulla probabilitate affirmari posse videtur, quòd Christus in passione sua totum omninò sanguinem effuderit, nisi velimus id factum esse per miraculum, cuius tamen nullum habemus fundamentum;
C quòd autem nulla huius totalis sanguinis effusionis appareat probabilitas, liquet, quia si sit calix vitreus, in quo sit aqua, etiamsi calice inuerso aqua effundatur, nihilominùs aliquid aquæ remanet adhærescens interioribus calicis lateribus, vt patet ex eo, quòd digitus admotus ijsdem lateribus madescit; & tamen sanguis multò faciliùs adhærescit interioribus lateribus venarum, & sinuum, qui sunt in iecore, corde, & alijs partibus corporis, in quibus sanguis latet, quàm aqua lateribus calicis vitrei, eò m interior calicis superficies læuior sit, quàm superficies interior vasorum continentium sanguinem. Rursùm sanguis est
D multò magis glutinosus, & adhærescẽs, quàm sit aqua, vt patet ad tactum; ergo si semper aliquid aquæ lateribus vasis vitrei adhærescit, idem multò magis asserendum est de Christi sanguine, nisi velimus, vt dixi, ponere in hac re miraculum absq; necessitate. Quòd si interdũ Patres videntur dicere Christum pro nobis effudisse totum sanguinem, id est moraliter, non physicè, sicut etiam dicitur calice inuerso totam aquam in eo contentam effundi, quamuis semper aliquid aquæ lateribus calicis adhæreat.

Notandum, quæstionem esse posse nõ solùm de sanguine, qui remansit in ve-

nis, & jecore Christi mortui, sed etiam A de aliqua gutta, quæ non fuit in surrectione reassumpta, tanquam minùs necessaria ad integritatem corporis gloriosi,

1. Cõclusio. Totus sanguis, qui nunc est in corpore Xpi glorioso, etsi non totus fuerit effusus in passione, ex vi verborũ est sub speciebus vini.

Dico primò, totum sanguinem, qui nunc est in corpore Christi glorioso, etiã si non totus fuerit effusus in passione, esse ex vi verborum sub speciebus vini. Probatur, quia verba, *qui pro vobis effundetur*, non limitant illa præcedentia, *hic est calix sanguinis mei*, ad significandum sanguinem, qui fuit in passione effusus, sed ad exprimendum primarium finem huius Sacramenti, qui est repræsentatio passionis Christi, sicut si Christus conuertisset aquam in vinum his verbis, *hoc* B *est vinum, quod à vobis potabitur*, posteriora verba non limitarent priora ad conuertendam solam aquam in vinum, quod fuisset ab illis potandum, sed tantùm ad denotandum miraculi finem, esto non totum vinum fuisset ab illis potandum.

Confirmatur.

Confirmatur, quia verba illa, *qui pro vobis effundetur*, vt diximus suprà ad versic. *Vox dilecti mei*, cap. 2. sunt extra essentiam formæ consecrationis vini, & verba eiusdem formæ absolutè significant Xpi sanguinẽ: quarè ex vi verborũ totus sanguis, qui nunc est in Christi corpore, ponitur in Sacramento.

2. Cõclusio. Si quid sanguinis reperitur extra corp⁹ Christi, nullo modo est in Sacramẽto.

Dico secundò, si quid sanguinis reperiatur extra corpus Christi, nullo modo C esse in Sacramento. Fundamentum est, quia sanguis per verba consecrationis expressus est sanguis Christi; constat ex pronomine, *meus*, in persona Christi prolatus, quod idem significat, quòd sanguis, qui est meus. *l. si ità, ff. de auro, & argento legato*: est autem sanguis Christi ille, qui hypostaticè est vnitus Verbo, solùm verò sanguis, qui est in corpore Christi, est hypostaticè vnitus Verbo, nã si quid nũc reperitur in terris extra corpus Christi, ille non est hypostaticè vnitus Verbo, & solùm hypostaticè vnitur Verbo, qui ipsius humanitatẽ integrat; nec satis est, vt aliquandò fuerit Verbo vnitus, alioquin omnes partes materiæ, D quæ vi naturalis caloris continuò exhalabant è corpore Christi, & in alias formas conuertebantur, essent in hoc Sacramento, quia illæ fuerunt aliquandò vnitæ Verbo.

An in terris reperiatur pars aliqua sanguinis illius, quem Christus effudit in passione. Baron. Suarez. Vasquez.

An autem re vera in terris reperiatur aliqua pars sanguinis illius, quem Christus effudit in passione, vide Baronium ad annum 804. Suarez tom. 2. in 3. part. disp. 47. sect. 3. §. *Tertiò igitur*, & Vasquez tom. 1. in 3. part. disp. 36. cap. 8. Cardinalem de Lugo de mysterio Incarnationis disp. 14. sect. 6. vbi pro parte A affirmante præter Baronium citatum, alios etiam affert; & extat hac de re reuelatio sanctissimæ Virginis facta ad B. Birgittam lib. 6. cap. 12. reuelationum ipsius, quam etiam citaui tom. 1. de Eminentia Deiparæ cap. 12. qu. 6.

Et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.

NOTVLA IV.

Anima per deuotam Eucharistiæ sumptionem, ità in Deũ operationes suas referre discit, vt adimpleat illud Lucę 18. *Oportet semper orare.*

Richardus Victor.

Vestimentis denotari opera docent Patres passim, & præcipuè Richardus Victorinus hic. *Vestimenta, inquit, animæ sunt opera, quæ in charitate sunt, vel fiunt, quibus vestiti, & non nudi inueniuntur ante Deum electi.* Et consonat illud Job 29. *Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento.* C Accipitur autem hic iustitia nõ pro speciali virtute, sed pro aggregatione omnium virtutum; thus verò notissimum orationis symbolum est, huius enim suffitus peculiari quadam ratione Dei honori deputatus erat, vt notat Gregorius Nyssenus hic, ex quo etiam infertur omnia illa opera ad Dei gloriam directa thure designari, & eò congruentiùs, quia hæc etiam orationis genus sunt; *Semper enim orat, & nõ deficit* (inquit Beda in Lucam cap. 71.) *qui statis horis precatur, & omnia secundùm Deum gerit, & propter eius operatur gloriam.* Cùm autẽ ea perfectio dilectæ animæ, quæ his verbis, D *Et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris*, præconizatur à sponso cælesti, deriuet in eam potissimùm à virtute sacræ Synaxis, vt pulchrê docuit Laurentius Iustinianus, cujus verba attulimus suprà in explicatione versiculi, *Tota pulchra es amica mea*, pàlam fit, quòd celebretur hic anima eam virtutis metam in sacro conuiuio assecuta, vt quidquid agit, vim retineat thuris, scilicet orationis Deo suauiter olentis.

Job 29. Greg. Nyss. Beda. Laurentius Iustin.

Cõmunicãs in sacra mẽsa eam assequitur virtutis metã, vt quidquid agit, oratio nis Deo gratissimę vim habeat.

Inter alias rationes, ob quas panis Eucharisticus, Angelorum panis dicitur, hæc non minima est, quia nimirùm

Angelicos mores deuotè ſumentibus cõmunicat. Vndè fit, quòd ſicut Angeli, ſcilicet cæleſtes ſpiritus (Angelus enim ſonat nuncium, qui eſt nomen officij) cùm legationis munus obeunt, Dei gloriam ſemper reſpiciunt; ità anima deuota eam virtutem ab Euchariſtico pane trahit, vt cuncta ſua opera in diuinã gloriam dirigat.

2. Reg. 6.

Canebat ſimul, & ſaltabat Dauid coram arca Dei. 2. Reg. 6. *Dauid ſaltabat totis viribus ante Dominum. Porrò Dauid erat accinctus ephod lineo. Et Dauid, & omnis domus Iſrael ducebant arcam teſtamenti Domini in iubilo, & in clangore buccinæ. In iubilo, ideſt in vociferatione,* vt notat Abulenſis in hunc locum quæſt. 17. *& clangore buccinæ, ideſt etiam clangebant buccinis coram arca. Per iſta duo intelliguntur omnes ſolemnitates, quæ fiebant coram arca, ſcilicet per iubilum intelliguntur omnes melodiæ, & per clangorem tubæ intelliguntur omnia vaſa muſica, in quibus canebant: ſic dicitur* 1. Paralip. 15. *Dauid, & vniuerſus Iſrael ducebant arcam fœderis Domini in iubilo, & ſonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, & nablis, & citharis concrepantes.* Quarè ad harmoniam muſicæ concordantiæ ſaltationem attemperabat Dauid, ità vt ſingulæ corporis motiones concinnitatem concentui correſpondentem repræſentarent. Verùm, ſi arca, in qua ſeruabatur manna, figurabat ſuauiſſimam Altaris alimoniam, & illa melodia ex cantu, & ſonoris inſtrumentis dulce orationis modulamen, quid aliud præſignabant illi corporis ſaltus accommodati melodiæ, niſi operationes externas, quæ admiranda ſymmetria orationi ob virtutem ſacræ Synaxis connectuntur?

Abulenſ.

Externæ operationes ſacræ Synaxis virtute orationi cõnectuntur.

Iuſſit Dominus ſuper panes propoſitionis, qui in menſa populis obijciebantur, thus lucidiſſimum collocari, Leuit. 24. Sed ſi res, cui lux ineſſet, pro myſterio adumbrando ſuper illos panes imponebatur, cur potiùs gemma aliqua, ex ijs maximè, quæ de ſplendore cum fulgentiſſimis cæli ſyderibus certare poſse videntur; à ſupremo Numine deſtinata non fuit? Equidem ſicut panes propoſiti in menſa, eum ſignificabant panem, quem dixit Chriſtus, *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi*, ità thus orationem deſignat, quæ cùm perfecta eſt, ſic cunctas hominis operationes dirigit, & componit, vt ex orationem olere facilè intelligantur, & ea quibus emicat illa lux, de qua dicitur, *luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* Porrò thus illud lucidiſſimũ ſuper panes inferebatur, vt tali monеremur emblemate inter præcipua, quæ ſacra Synaxis largitur dona, eſse præmemoratum perfectæ orationis genus.

Leuit. 24.

Ioan. 6

Perfecta oratio cunctas hominis operationes dirigit, & componit.

Matth. 5.

Euchariſtiæ donum eſt perfecta oratio.

Admiranda venuſtate, nec non vulgari arte elaborata veteris legis Sacerdotem indumenta condecorabant; ad eorum elegantiam, purpura, hyacinthus, byſſus, pellucidæ gemmæ, aliaq; de pretioſiori ſupellectile cernebantur. Aderant & reſonantia in extimis veſtimenti oris tintinnabula, quæ omnia Exod. 28. relata habes. Verùm ſi hic Sacerdotalis amictus ob tantarum opum, quam in ſe habebat congeſtam copiam, præclarus, & ob ſingulare artificium inſignis conſpiciebatur, nobilior ſanè ſpiritalis theſaurus eo præſignabatur, cœtus nimirùm virtutum vniuerſarum, quibus Sacerdos nouæ legis, & quilibet etiam fidelis de Altaris Sacramento particeps ea ſingulari ſacræ Synaxis gratia donandus erat. Hoc facilè admittes, ſed forſan ſciſcitaberis, quid peculiaris arcani innuebant tintinnabula illa in extrema veſtis parte, quæ Sacerdote incedente, concentum edebant. Equidem ſi animaduertes his vocem orationis denotari, non difficulter intelliges illã quoq; indicari conſonam virtutum choro in ornatu Sacerdotalis veſtis deſignato, veriſſimè enim à Dominica menſa deuoti conuiuæ ſic virtutibus omnibus, & orationis ſimul dono fiunt conſpicui, vt quos frequentes catholicæ perfectionis actus operantur, orationem, & eleuatam in Deum mentem eorum magiſtram, atq; directricem eſſe; non obſcurè dignoſcatur.

Exod. 28.

Communicantes virtutibus omnibus, & orationis dono in Euchariſtica menſa illuſtrantur.

Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. Verſ. 12.

Indicatur ſenſus ad corticem litteræ.

Hortus hic, cui comparatur ſponſa, viridarium eſt ſtudioſè peregrinis arboribus conſitum, floribus non vulgaribus, herbis electis venuſtum, ad ſpeciales delicias Regis, aut alicuius Principis concluſum, & obſeratum. Fons ſignatus, ſeu puteus, qui etiam fons appellatur, pariter clauſus, & obſeratus, ſiue ad ſolius Regis, vel Principis potum reſeruatus; maximè enim decere videtur de illimi fõte chry-

stallinum liquorem regiam magnificentiam haurire, & ideò custodiendum fontem, vel puteum sigillo munitum, seu diligenter obseratum, ne cœno, aut veneno aliquo inficeretur aqua. Vndè Sanctius hoc loco Athenæum lib. 12. cap. 3. ex Agathocle referentem adducit apud Persas esse fontes, ex quibus solus Rex, & filius natu maximus biberet, proposita capitali pœna, si quis alius eum attigisset, & huiusmodi aliquem fuisse in Ierusalem à Salomone conditum verisimile videtur. Similis ergò prædicatur hic sponsa tali fonti obsignato, & horto concluso ob sedulam curam, & magnam, quam adhibet circumspectionem, vt omnia à se eliminet, quæ dilecto suo displicere possunt, & se illi totam illibatam seruet, sciens quantum hoc in delicijs habeat.

Sanctius.

Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA VNICA.

Cõmendatur dilecta anima ob virtutem, quam à sacra Synaxi habuit custodiendi cor obsequio Dei dicatum.

HOC encomium, quo sponsa effertur similitudine laudatissima horti, seu viridarij ad singularem voluptatẽ Regis, vel Principis, concinna florum, arborum, fructuum, & aromatum dispositione conspicui, septi custodia, sera, vel pessulo conclusi, & purissimi fontis obsignati, in quo aqua dulcis, & limpida Domino suo seruari solet, eò potissimum tendit, vt declaret summum studium, quo dilecta anima aduigilat, vt soli diuino sponso illibatum cor seruet, & virtutes, quibus à diuina gratia est exornata, & puritatẽ præcipuè custodiat; hinc enim fit, vt illi reddatur spiritalis hortus electissimus deliciarũ, & paradisus voluptatis, fonsq; limpidissimus, in quo

A sincerà vnda Dei imaginem fideliter repræsentet, à quo penitus volutabrũ turpis concupiscentiæ, & cœnum terreni affectus eliminantur. Quod autem in sponsa commendatur hic, debere acceptum referri singularissimæ sacræ Synaxis virtuti, docet D. Laurentius Iustinianus, cuius verba dedimus suprà in explicatione vers. 7. *Tota pulchra es amica mea.*

B. Laurent. Iustin.

Ioseph ille vir iustus, qui Christi corpus in monumento condidit, typum gerit animæ deuotæ sacram Eucharistiam sumentis. *Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus, & iustus: hic non consenserat consilio, & actibus eorum, ab Arimathia ciuitate Iudææ, qui expectabat*
B *& ipse regnum Dei. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu: Et depositum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento exciso in quo nondum quisquam positus fuerat.* Luc. 23. *Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti.* Matth. 27. *Acceperunt ergò corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus.* Ioan. 19. Duo pro nostro scopo adnotanda sunt: alterum quòd monumentum hoc excisum erat in petra, in quo nondum quisquam positus fuerat, quo denotatur cor purissimum pro solo Dei hospitio seruatum:
C alterum, quòd Ioseph aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, quo indicatur singularis diligentia, quam pia anima post sumptum Christi corpus in sacra communione adhibet in retinendo tanto hospite intra cor suum benè conclusum, & cautè custoditum, ne aromatum fragrantia, scilicet deuotionis spiritus, qui facilè exhalat, euaporet; & ne aditus pateat alijs, qui hospiti diuino iam recepto non benè congruunt.

Luc. 23.
Matth. 27.
Ioan. 19.
Communicans soli Deo suum cor aptet, & post cælestes epulas diuinũ hospitẽ benè custodiat.

De sacræ mensæ conuiuis intelliguntur illa verba Psalmi 127. *Filij tui sicut nouellæ oliuarum*, vt ex D. Chrysostomo, & alijs suprà notauimus in expositione vers. præcedentis, notula 2. Porrò ea
D est oliuæ proprietas, vt alienæ plantæ insitionem non admittat, vt refert Lorinus in citat. Psal. quod appositè designat virtute sacræ Synaxis deuotam animam ita Deo dicatam remanere, vt solum Dei verbum per communionem sibi insitum retineat, externa alia per spiritalem antipathiam excludat: Egregiè D. Ambrosius in psal. 118. *Habes*, inquit, *Apostolicum cibum, manduca illum, vt non deficias, illum autem manduca, vt postea venias ad cibum Christi, ad cibum corporis Dominici, ad epulas Sacramenti, ad illud*

Psal. 127.
D. Chrys.
Quænã oliuę proprietas.
Lorin.
Eucharistię virtute cõmunicans ita Deo vnitur, vt cętera omnia excludat.
D. Ambr.

poc-

poculum, quo fidelium inebriantur affectus, vt lætitiam inducat de remissione peccati, curas sæculi huius, metum mortis, sollicitudinesq; deponat. Hac ergò ebrietate corpus non titubat, sed resurgit, animus non confunditur, sed consecratur. Perpende hoc, *consecratur*, idest mirabiliter Dei obsequio deputatur, & addicitur, ità vt ab omnibus, quæ Dei non sunt, tanquam à profanantibus inquinamentis se accuratè custodiat. A

Emissiones tuæ paradisus malorũ punicorum cum pomorum fructibus, Cypri cum nardo. Vers. 13. B

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

IN horto concluso, benè culto, aquis irriguo, aromatiferæ plãtæ odorem suauissimum exhalant, fœcundissimæquè propagines conspiciũtur, atq; delicati saporis fructus omnes procreantur, quæ omnia congruè paradisi nomine nuncupantur, vtpotè ad completam amœnitatem, & iocunditatem conspirantia. His æquantur egregiæ dotes sponsæ, à qua non minus recreatur sponsus, ac à viridario floribus vernantibus, & odoriferis aromatibus, delicatissimisq; fructibus repleto. C

Emissiones tuæ paradisus malorũ punicorum cum pomorum fructibus, Cypri cum nardo.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA VNICA.

Laudatur anima, quòd ad eam virtutis excellentiam peruenerit per sacrã Synaxim, vt quod illi amabilius, & iucundius erat, Deo obtulerit.

VOX, emissio, seu missio munera significat, quæ ad alios mittuntur, seu, quod idem est, munerũ largitionem, vt notat Sanctius hoc loco num. 86. vndè missalia dona dicebantur, quæ in turbam emissa certatim arripi solent. Malogranata magno in pretio erant, & pro singulari oblectamento habebantur apud Hebræos, vt ex Cyrillo notat citatus Sanctius in illud Zachariæ cap. 12. *Sicut planctus Adadremmon in campo Mageddon*, vbi Septuaginta legunt: *Planctus mali punici, quod in campo succiditur*. Cyprus, vt clarissimæ famæ auctores testantur, arbor est fructus producens visu delectabiles, & botris vuæ simillimos. Videri possunt ea, quæ diximus in explicatione versic. *Botrus Cypri in vineis Engaddi*, cap. 1. Plinius lib. 12. cap. 24. huius arboris celebrat florem à venustate, & à suaui halitu. Ex cypro confici vnguentum regiũ plures non vulgares scriptores tradunt, inter quos Honorius Augustodunensis, & Cassiodorus; sic etiam nardus celebris est ab ingenti fragrantia, & potissimum erat oblectamentum conuiuantiũ, vel quòd capita eorum coronis ex illa contextis cingerentur, vel quòd conuiuæ de ea confecto vnguento se oblinirent, vel quia vino admisceretur conciliandi amoris gratia; de qua re plura eruditè congerit Sherlogus tom. 2. in Cant. vestigatione 13. sect. 1. & quidem nardinum vnguentum inter alia maximè pretiosum esse, præter Plinium lib. 12. cap. 12. & alios scriptores, colligi potest

Sanctius. Zachar. 12. Plin. D Honor. Augustodun. Cassiodor. Sherlog. Plin.

Ioan.12.

Ibid.

poteſt ex Ioanne 12. vbi poſtquam Seruatoris pedes nardo piſtico pretioſo à Magdalena vnctos eſſe hiſtoria Euangelica retuliſſet, ob ſuauiſſimi halitus vim ſic ſubdit, *& domus impleta eſt ex odore vnguenti*, vndè occaſionem increpandi beatam illam fœminam nimia profuſione arripuit hinc Iudas, *Quarè hoc vnguentum non venijt trecentis denarijs, & datum eſt egenis?* tàm igitur Cyprus, quàm nardus deſignant res, quæ à nobis præcipuè æſtimantur, & quibus potiſſimùm delectamur. Quarè hæc verba, *Emiſſiones tuæ paradiſus, &c.* ſic intelligi poſſunt, vt ſponſam, ſcilicet piam animam celebrent, quæ, quod ſibi amabilius, atq; iucundius erat, diuino dilecto donauerit. Verùm cùm quidquid eximiæ virtutis hoc verſic. *Emiſſiones tuæ paradiſus, &c.* adumbratur, à gratia potiſſimùm ſacræ communionis in deuotam animã promanaſſe teſtetur B. Laurentius Iuſtinianus, cuius verba videri poſſunt ſuperiùs relata in explicatione verſic. *Tota pulchra es amica mea*, conſtat hoc ſublimi perfectionis dono in Euchariſtica menſa ditatam fuiſſe eãdem animam, per quod facilis redditur ad libenter offerendum Deo quidquid tenaciſſimo priùs diligebat affectu, & ſumma amplexabatur iucunditate.

Quid Cyprus, & nardus denotent?

B

B. Laurent. Iuſtin.

Pia anima per ſacram Synaxim eo perfectionis dono ditatur, vt Deo libenter offerat quidquid vehemẽter prius diligebat.

C

Iacob ad ſubleuandam inopiam in Aegyptum filios ſuos, vt emerent frumentum, miſit, domi retento Beniamin natu minimo, quem vt præcipuas amoris delicias apud ſe habebat: conſumpto poſtea tritico à præmemoratis filijs delato noua vrgente fame iterùm eoſdem hortatus eſt, vt ad aſportandum frumentum pergerent in Aegyptum. *Interim fames omnem terram vehementer premebat. Conſumptiſq; cibis, quos ex Aegypto detulerant, dixit Iacob ad filios ſuos: Reuertimini, & emite nobis pauxillum eſcarum.* Geneſ. 43. Sed hac ſecunda vice perpendendum eſt, quòd non modò cõtẽtus fuerit Beniamin cũ alijs fratribus dimittere ſibi ſummè charum, & ſuauẽ, verùm & pretioſiora dona ſimul deferenda mandauit. *Sumite de optimis terræ fructibus in vaſis veſtris, & deferte viro munera, modicum reſinæ, & mellis, & ſtoracis, ſtactes, & terebinthi, & amygdalarũ. Pecuniam quoque duplicem ferte vobiſcum: & illam, quam inueniſtis in ſacculis, reportate, ne fortè errore factum ſit: ſed & fratrẽ veſtrum tollite, & ite ad virum.* Gen. 43. Vndè quæſo tanta liberalitas, tanta effuſio, & abdicatio à dilectiſſimo Beniamin, quo antea nolle ſe priuari proteſtatus erat? *Non deſcendet*, inquit, *filius meus vobiſcum*. Frumentum, quod Ioſeph collegit, & aſſeruauit pro annona, typus fuit Euchariſticæ alimoniæ, vt præter Ambroſium lib. de Ioſeph cap. 9. & 11. benè inſinuat S. Leo ſer. de Epiph. vbi ob id Chriſtum Dominum recenter natum in Aegyptiacam regionem voluiſſe aſportari autumat ob amorem, quo erga eam tenebatur; quia in ea præceſſerat Ioſeph frumenti diſtributor, atq; ita diuinam prouidentiam Sacramenti Euchariſtici diſpenſatricem repræſentaus. *Repetens*, inquit Leo, *Hebrææ gentis cunabula antiqua, & veri Ioſeph principatum maioris prouidentia poteſtate diſponens.* O efficax, & admiranda Euchariſticæ refectionis virtus, quæ etiam in ſola figura, & ſpiritu ſumpta potuit ſanctum Patriarcham adeò profuſum reddere, & eò adducere, vt ſe priuaret amabili, & iucundo Beniamin conſortio.

Gen. 43.

D

Ibid.

A

D. Ambr.

D. Leo.

Leo.

B

Sola Euchariſtiæ figura eò nos adducit, vt iucundiſſimis quibuſque rebus nos ſpontè priuemus.

Elias occurrens viduæ illi Sarephtanæ colligenti ligna ad coquendum panem, quem ex pugillo farinæ pro ſuſtentatione propria, & filij ſui conficere cogitabat, dixit: *Mihi primùm fac de ipſa farinula ſubcinericium panem paruulum, & affer ad me: tibi autem, & filio tuo facies poſtea.* 3. Reg. 17. Sed licet durum videatur, quòd propheta velit ſibi priùs parari cibum ex tantilla illa farina, quam pro extremo ſubſidio proprio, & gnati ſui vnicè dilecti ſeruarat mulier paupercula, paret tamẽ illa nihil cunctata. *Quæ abijt, inquit ſacer textus, & fecit iuxta verbum Eliæ.* Sed vndè quæſo tàm feſtina, & ſine mora obedientia? vndè hæc ſubita deliberatio, exiguum illud farinæ priùs deſtinandi in refectionem prophetæ, quàm ſui ipſius, & chariſſimi filij? Hæc vidua Sarephtana fidelem animã, quæ ſacram Synaxim meditatur, præſignabat, vt notat D. Auguſtinus ſer. 201. de tempore. *Dixit ergò vidua illa: Colligo duo ligna, vt faciam mihi, & filio meo, & manducabimus, & moriemur. Verum eſt, fratres chariſſimi, nemo in Ieſum Chriſtum crucifixum credere merebitur, niſi huic ſæculo moriatur. Nam quicunquè corpus Chriſti dignè manducare voluerit, neceſſe eſt vt moriatur præteritis, & viuat futuris.* Et Theophanes Cerameus oratione de Cruce. *Cæterum farina, carnis Dominicæ, qua nutrimur, typum geſſit; duo ligna indicant illa duo ligna, ex quibus crux.* Quarè admirabilis hic effectus vim efficaciſſimam indicauit, quàm habet ſacra Synaxis adumbrata in pabulo, quod vidua illa meditabatur, ad inducendum hominem, vt Deo dicet, & ſacret id, cui potiori affectu adhæret.

3. Reg. 17.

C

D. Auguſt.

D

Theophanes Cerameus.

Vis ſacræ Synaxis ad inducendũ hominẽ, vt Deo dicet, quod vehementiùs amat.

Præcepit Dominus Abraham, vt vnicum filium ſuum Iſaac immolaret. *Tolle*

filium

A *filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis; atquè ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium,* Gen. 22. *quem monstrauero tibi.* Gen. 22. Arduû opus, difficile sacrificium iniungitur Patriarchæ, vt nimirùm litet gnatû Isaac, quo nihil illi amabilius, suauius nihil, nihil iucundius; quod eleganter adnotans Augustinus serm. 73. de tempore; D. August. *Iubetur*, inquit, *filium victimare, solatium paternæ senectutis, & vnicum pignus posteritatis, qui quantò serior, tantò dulcior, quantò solus, & vnicus, tantò charior, aut dilectus.* Et licèt ita sit, ecce nihilominus Abraham paratus, & festinans generoso animo se accingit, vt diuino mandato satisfaciat. Gen. 22. *Igitur Abraham de nocte consurgens strauit asinum suum: ducens* B *secum duos iuuenes, & Isaac filium suum: Cùmque concidisset ligna in holocaustum, abijt ad locum, quem præceperat ei Deus. Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locū procul: dixitq; ad pueros suos: Expectate hic cum asino: ego, & puer illuc vsque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Tulit quoquè ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum; ipse verò portabat in manibus ignem, & gladiū.* Huius promptitudinis nunquam satis commendandæ causam desideras? in memoriam tibi reducendum est, quod Gen. 18. cap. 18. eiusdem Gen. refertur, ab hoc C præstantissimo Patriarcha nimirùm conuiuium instructū fuisse tribus viris, quos hospitio exceperat; quod Eucharisticæ mensæ typum gessit, vt non obscurè innuunt Isidorus Hispalensis comment. in Isid. Hispal. D. Ambr. Beda. Genes. cap. 14. D. Ambrosius lib. 1. de Abraham cap. 5. & venerabilis Beda in Genesim. Quarè à Dominici corporis epulo figurato in illo vitulo tenerrimo, & cæteris dapibus appositis tribus illis peregrinis adeò strenuū spiritum concepit Abraham, vt diuini Numinis gratia vnicè dilectam sobolem, in qua erat potissimum animæ suæ delicium, mactare non renuerit in holocaustum. Sacræ dapis figura fecit, vt Abrahā Deo dilectā sibi sobolē immolare nō dubitaret. Dices D forsan, quòd Abraham cum peregrinis mensæ nō accubuit, comedentibus enim illis *ipse* (inquit sacer textus) *stabat iuxta eos sub arbore*, atque ita non videtur, quòd fuerit particeps illius refectionis repræsentantis sacrum conuiuiū. Verùm, licèt non ore, corde tamen mãducabat, mente nimirùm meditabatur Saluatoris corpus sanctissimum in illo vitulo tenerrimo designatum, igne charitatis concoquendum, fidelibus in edulium dandum, & in ara crucis pro peccatorum expiatione immolandū. Quarè in hoc simulacro sacræ Synaxis vis magis adhuc præmonstrata fuit, quòd nimirùm non solùm Sacramentaliter communicantes, verùm etiam solo spiritu, & desiderio, ea virtute donandi essent, vt ad egregia quæquè perpetranda ob Dei amorem, & ea maximè à se proijcienda, quæ ardentiori affectu diligunt, & impensiori studio fouent, disponantur. Et sanè qui attentè considerat, quòd filius Dei vnigenitus incarnatus, & consecratus in Eucharistia se nobis tradit, qui est æterni Patris delicium immensum, immenso amore dilectus, nimis illiberalis, nimis ingratus, nimis durus est, si vt aliqualem vicem rependat, quidquid plus in amore, & voluptate habet, tanto amatori non offerat, non immolet, non sacrificet.

Nardus, & crocus, fistula, & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrha, & aloë cum omnibus primis vnguentis. Vers. 14.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

IAM in plantis aromaticis, quàm in vnguentis suauiter spirantibus ob sympathiam aliquā inter se connexis enumeratis hic, atquè adeò singulare quid fragrātiæ maioris euaporantibus, significari omninò verisimile est sponsæ præcipuam gratiam in copulandis, & concinnandis miro studio virtutum actibus, quibus semper amabilior sponso redditur.

Nardus,

Nardus, & crocus, fiſtula, & cinnamomum cum vniuerſis lignis Libani, myrrha, & aloe cum omnibus primis vnguentis.

Enucleatur ſenſus ſpiritalis Euchariſtiam reſpiciens.

NOTVLA I.

Laudatur hìc fidelis anima ea gratia donata in ſacroſanctà communione, vt eleganti ad inuicem ſucceſſione ordinet, & componat præſtantiſſimarũ virtutũ actus.

SIcut plantæ odoriferæ, ſi eo ordine conſocientur, quo inter ſe per ſympathiam cohærent, maiorem ſuauitatem ſunt habituræ, vt nardus cum cypro, & hic cum croco, &c. & ſimiliter ſuauiter ſpirãtes ſucci, vel gũmi, ſi habita ratione, quali inter ſe ſympathia connectantur, in vnguentum, vel paſtillum conglutinentur, ſingulare aliquid odoris, & mirificum exhalant, ità virtutum actus plurimum peculiaris præſtantiæ acquirunt, ſi ſpiritu diſcretionis, & prudẽtiæ ità diſponantur, & concinnentur, vt qui ſimul iuncti maiorem perfectionem olent, non diſſocientur. Vide quæ diximus ſupra ad verſ. *Ordinauit in me charitatem*, cap. 2.

Virtutũ actus præſtãtiores ſũt ſi prudẽtiæ ſpiritu concinnentur.

Nardus, & crocus.

NOTVLA II.

Humilitas, & patientia, quam à ſacra Synaxi fidelis anima habuit, commendatur his verbis.

NArdus ſubmiſſionem deſignat, cùm ſit herba humilis. Ita Anſelmus, Hugo Cardinalis hic, & alij: croco verò adumbrari tolerantiam in re-

D. Anſelm. Hugo Cardin.

A bus aduerſis autumat Philo Carpathius. *Crocus enim maximi odoris eſt, inquit, folio anguſto in capillamenti modum, florem cæleſtis arcus colore perſimilem, calicis modo ab anguſto in latum ſeſe explicantem habet, intra quem fructum triplicem, veluti apicem coloris flammei ex vna radicula duplici filo lutei coloris hinc inde munitum profert: gaudet calcari, & atteri pede pereundoque feliciùs prouenit; ideoquè iuxta fontes, & viarum ſemitas latiſſimus eſt, nec melle, ac dulci, ſed vino, aut aqua diſſoluitur. Vndè exercitati virtute patientia, & factis charitatis illuſtres croco comparantur, quia terrenis rebus anguſti, ſed cæleſtibus ampliſſimi, caſtigati, & afflicti corpore, ſed anima vegeti; latiſſimi, & immortales.*

Philo Carpath.

B Verò & nardus humilitatis, & crocus patientiæ naſcitur in anima fideli, potiſſimùm à fœcunda gratia ſacroſanctæ cõmunionis; & primum quòd Euchariſtia arceat tumorem ſuperbiæ, humilitatem verò pariat, in ipſa materia Sacramenti, quæ eſt ex frumento, præſignatum animaduertit B. Albertus Magnus tract. 1. de Euchar. diſt. 3. cap. 1 *Nullum*, inquit, *in genere granorum inueniri poteſt adeò nobile, & adeò dulce, & minus ventoſum, quod humilitatem ſignat, ſicut granum frumenti.*

Euchariſtię virtus ſuperbiæ tumorẽ procul agit

Albert. Magnus.

Quorſum ita ſtrictè iniunxit Deus Iſraelitis, vt ſeptem diebus ſolo azymo pane veſcerentur, cùm agnum paſchalem
C manducaturi erant, immò & omne fermentum à prima die ablegaretur à domibus eorum? Exodi 12. *Septem diebus azyma comedetis: in die primo non erit fermentum in domibus veſtris; quicunq; comederit fermentatum, peribit anima illa de Iſrael, à primo die vſque ad diem ſeptimum.* Fermentatus panis, quia tumidus, inflati animi index eſt, azymus verò inflatione carens ſinceri, & humilis: fermentatum igitur panem eliminabat agnus paſchalis Euchariſtici Sacramenti typus, admittebat verò azymum, vt intelligeretur, quàm futurum eſſet efficax hoc auguſtiſſimum Sacramentũ ad propulſandum ſuperbiæ tumorem, & aduo-
D candam humilitatis virtutem. Conſonat huic argumento quòd Chriſtus in pane azymo conſecrauit, vt cum D. Thoma 3. p. quæſt. 74. art. 4. docent communiter Scholaſtici, quem morem ſequitur Eccleſia Latina, & ſanè nimis contumax eſſet, & dura illa ſuperbia, quam non emolliret, & flecteret admiranda humilitas, quam Chriſtus in hoc Sacramento exercet, de qua diximus in explicatione verſic. *Nardus mea dedit odorem ſuum*: & ſi nimis aſpera, & ſilueſtris eſſet planta, quæ à nobiliſſimo ſurculo

Exod. 12.

D. Thom.

Chriſti humilitas in Sacramẽto

ſibi

A ſibi inſito degeneraret, itá nimis ruſticana, nimis acerba foret anima, quæ humillimi nardi diuini per ſacram Synaxim admittens infitionem, humillima non reddatur; vndè meritò exclamat Auguſtinus lib. de agone Chriſtiano c. 11. *Qua ſuperbia ſanari poteſt, ſi humilitate filij Dei non ſanatur?*

D. Auguſt.

Corpus Chriſti in Sacramēto Euchariſtico habet quidem partes extra partes in ordine ad ſe, non in ordine ad locum (vt declarauimus ſuprà ad verficulum, *En ipſe ſtat poſt parietem, &c.* cap. 2.) modo conſimili vnitur animæ per Euchariſtiam, eam enim ſic replet pluribus gratijs, & donis, vt ſimul illi conferat virtutem non iactandi, ſed cautè celandi perfectiones, & prærogatiuas, quibus intrinsecùs decoratur. Pro hac conſideratione ſubijcio verba Biels ſer. 2. in feſto corporis Chriſti. *Corpus Chriſti, quod eſt in cælo extenſum, & magnum, eſt integrum in Sacramento, quia cum omnibus ſuis partibus, & toto illo, quod eſt de ſine integritate, ſed non quantitatiuè. Ita myſticè Chriſtus animæ, cui vnitur, aſſiſtit, ſanctificans eam magnis donis ratione omniū, quæ ſunt in Chriſto.* Et paulò infrà ſubdit. *Non eſt in Sacramento quantitatiuè. Quantitatiuè eſt in aliquo, quod extenditur, & per partes foris diſtenditur: ſic non eſt de anima, quoniam per hæc magna dona, quæ percipit, ſeu participat, nequaquam foris diſtenditur, inflatur, aut ſenſibus homo magnus apparet, ſed è conuerſo in ſe contrahitur per humilitatem, & quantò maioratur virtutibus, tantò humiliatur moribus, cognoſcens ſe nihil eſſe in omnibus apud ſe, ſed omnia gratuitè à Deo per hanc ſacram communionem immerita recepiſſe, & apud proximum in exteriori ſubiectione.*

B

Euchariſtia eam virtutem animæ cōfert, qua non iactet, ſed celet prærogatiuas, quibus decoratur. Biel.

C

Supplex acceſſit mulier Chananæa ad Chriſtum pro impetrando ſubleuamine filiæ, quæ à Dæmonio torquebatur. *Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa clamauit, dicens ei: Miſerere mei fili David: filia mea malè à Dæmonio vexatur.* Matth. cap. 15. Reſpondit Dominus. *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.* Hæc verba, quæ duritiē quandam redolere videntur, non ægrè fert fœmina illa, nec dedignatur cani ſimilem indicari, quin potiùs ſe talem annuit. *Etiam Domine, nam & catelli edūt de micis, quæ cadunt de menſa Dominorum ſuorum.* Sed vbi eſt gloriæ amor? Vbi faſtus, qui in fœmineum ſexum dominari ſolet? vbi tanta demiſſio? O admiranda Euchariſtici panis virtus, cuius vix meminit Dominus, *non eſt bonum ſumere panem filiorum, &c.* vt illius vim ſubodorata mulier Chananæa adeò ſubmiſsè

Matth. 15.

D

Euchariſtiæ virtute ſubmiſsè de nobis loquimur, & ſentimus.

loquatur. *Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa Dominorum ſuorum.*

Qualem verò in arduis tolerantiam largiatur Sacramentum Altaris, breuiter indicemus. Stupendum ſanè videtur, quòd ingentis botri illius onus in vecte duo viri, vt habetur Numer. 13. indefeſſo labore ſuſtinuerint, modò iuga montium ſcandendo, modò vallium decliuia penetrando, modò per prærupta vias tranſeundo. Quid quæſo potuit illos adeò patientes reddere? Botrus ille Euchariſticum Sacramentum repræſentabat, vt notauimus ex Aponio cap. 1. in expoſit. verſic. 15. vndè vim illius præſentientes tot itineris incommoda, & difficultates conſtanter pertulerunt.

Num. 13.

Apon.

Iacob poſt illā adeò fauſtam à genitore benedictionē obtentam è proprijs laribus ad ignotas plagas tranſmeare, declinaturus irati fratris Eſau excandeſcentiam, matre ità ſuadente cogitur. Gen. 27. Et qui domi delicatè enutritus erat, modò ſexcentis longi itineris incommodis ſubijcitur, ſub dio cubat, laſſata membra non molli lecto, ſed humi ſternit, ſaxum pro ceruicali capiti ſupponit. Siccinè illum beat feliciſſima benedictio? Hinè ſunt fructus illius ſuaues? vbi frumenti, vini, & olei abundātia, per quam opima ſupellex, & quæ ab illa, vt haberi ſolent commoda denotara videntur? Sed videamus quo animo tot perpeſſu difficilia ſuſtineat Patriarcha: certè alacri, nec vel minimam vocem querulam edidiſſe ex ſacra hiſtoria, quæ Geneſeos 28. refertur, colligere poſſumus; quid quæſo adeò generoſos illi ſpiritus pro tot arduis tolerandis indidit? Myſtica perſcrutemur; Iacob frumenti, & vini benedictione locupletatus, ex pluries repetita Paſchaſij interpretatione, hominem Euchariſtia dicatum præſignauit: cùm autem de ſacra illa alimonia veſcens, ab illa talem hauriat virtutem, vt in laboribus, & aſperitatibus quibuſcunq; pro Dei gloria perferendis ſtrenuus euadat, rectè huius typum Iacob poſt frumenti, & vini benedictionem conſtanti animo duriſſimæ vitæ rationes tenens prælineauit.

Gen. 27.

Paſchaſ.

Cōmunicās eam à ſacra menſa haurit virtutē, vt ad ardua quæq; ſubeunda pro Dei gloria ſtrenuus euadat.

Defertur Heli Iſraelis phalanges in fugam coniectas eſſe, & populo ingentia damna à Philiſthæis illata, duos ſuos filios peremptos, nullius commotionis indicia hic oſtendit; ſubditur à nuncio Arcam Dei in hoſtium manus deueniſſe, & ſtatim Heli viribus deficit, repentino lapſu corruit, & interit. 1. Reg. 4. *Reſpondens autem ille, qui nunciabat: Fugit, inquit, Iſrael coram Philiſthijm, & ruina*

1. Reg. 4.

A *magna facta eſt in populo; inſuper & duo filij tui mortui ſunt, Ophni, & Phinees: & arca Dei capta eſt. Cumq; ille nominaſſet Arcam Dei, cecidit de ſella retrorſum iuxta oſtium, & fractis ceruicibus mortuus eſt.* O firmiſſimum Arcæ ſubſidium! Quandiù hac non intelligit Heli ſe eſſe priuatum, acerbiſſimos deperditi exercitus, populi calamitatem, & interemptorum filiorum euentus patienter ſuffert; at vbi arcæ præſidio ſe deſtitutum agnoſcit, tanquam amoto, quo potiſſimùm ſuſtentabatur, fulcimento, ſine vita concidit. Sed vndè tanta virtus in arca? vndè? Nonnè hæc Euchariſtiam figurabat? cõgruum igitur fuit, vt in ea præmonſtraretur, quantum hæc poſſet, quantũ ope-
B retur in nobis; ſuffulta enim Altaris Sacramento anima deuota, quid adeò durum, quid adeò aſperum, quid adeò humano ſenſui repugnans illi accidere poteſt, quod non æquo animo perferat? ſublata autem hac cæleſti alimonia in primo aduerſantis fortunæ aſpectu, nullæ ſuppetunt vires, fractus animus primis difficultatibus ſuccumbit, labori cuicunq; facillimè cedit.

Nihil eſt tã durũ, quod æquo animo non ferat is, qui ſacra Altaris eſca deuotè reficitur.

Quæri poteſt, cur Chriſtus poſtquam à mortuis rediuiuus ſurrexit, exantlatis iam ærumnoſæ vitæ laboribus, iam completa tormentorum omnium tolerantia non inſtituerit Euchariſtiam, ſed ante-
C quàm paſſionis cruciatus ſubiret? Inter alia hoc non minimum reor eſſe myſterium, quòd voluerit nos per hoc Sacramentum, quo ſe ipſum totũm communicauit, participes facere illius conſtantiæ, & patientiæ, quam in paſſione exercere debebat. Huc reſpexiſſe videtur D. Paſchaſius in epiſtola de corpore, & ſanguine Domini ad Frudegardum verſus finem. *Et ideò*, inquit, *noſtræ ſalutis ſũma, quia in iſto conſiſtit Sacramento, deſiderio diù deſideraui adimpleuit, vt cum ſuis antequam pateretur, hoc verum manducaret Paſcha, quatenus per hoc antequam ſe daret in pretium, nos in illo, & ille in nobis vnum eſſemus corpus. Et ideò in cruce nos cum illo ſimul crucifixi ſumus, & in reſurrectione ſimul cõreſuſcitati, vndè ait Apoſtolus: Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt ſapite.*

Cur Chriſtus ante paſſionẽ nõ inſtituit Euchariſtiæ Sacramentum ſed poſt?

Paſchaſ.

A *Fiſtula, & cinnamomum.*

NOTVLA III.

Celebratur dilecta anima ea virtute ditata à ſacra Synaxi, qua ità interiori perfectioni vacat, vt ſimul actiones externas proximorum ædificationi accommodet.

B HVGO Cardinalis dicit, quod potiſſimum eſt excellentiæ huius plantæ fiſtulæ, in eius medullà conſiſtere, cinnamomi verò præcipuam præſtãtiam reperiri in cortice. *Fiſtula*, inquit, *hæc eſt arbor parua, robuſti corticis, cuius tota virtus eſt medulla. Cinnamomum, quod è contrario totam virtutem habet in cortice.* Dum ergò ſimul pia anima, & fiſtula, & cinnamomum nuncupatur, aptè indicatur, quòd ea ità internæ Iuſtitiæ, cuius ſpectator eſt Deus, ſtudioſa ſit cultrix, vt vnà etiam exter-
C na opera, quæ hominum oculis patent, bene componat, vt hæc videntes glorificent Patrem, qui in cælis eſt; quod Apoſtolus ad Romanos 12. fidelibus omnibus exactè iniungit, *Prouidentes bona non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus*; Quaſi dicat; Satagite honeſtè, iuſtè, & prudenter agere non tantũ coram Deo, ſed & coram hominibus, ne homines etiam ſuſpicaces occaſionem habeant aliquid mali, vel inhoneſti de vobis ſuſpicandi, ſed vita, & conuerſatio veſtra ſit ita ſancta, vt non ſolùm Deo probetur, ſed etiam hominibus in exemplum virtutis luceat, & ſplendeat. Quòd autem hæc perfectio tàm internæ conſcientiæ, quàm externorum operum
D ſit peculiare donum ſacræ Synaxis, eleganter inſinuat B. Laurentius Iuſtinianus ſerm. de Euchariſtia. *Equidem*, inquit, *ex quo tanto adhæſiſti ſponſo, corpuſquè tuum corpori eius aſſociatum eſt* (per ſacram ſcilicet communionem, de qua ibi expreſsè loquitur auctor) *effecta es ſpecioſa, & ſuauis in delicijs, decora, & ornata in veſtibus, venuſta, & grata in moribus, ignita, & ſancta in deſiderijs.* Perpende ad rem noſtram, *venuſta, & grata in moribus*, en externa probitas, *ignita, & ſancta in deſiderijs*, en interna ſanctitas.

Hugo Cardin.

Ad Rom. 12.

B. Laurent. Iuſtin.

Præ-

Præceperat Dominus Israelitis, vt caput, pedes, & interiora agni ederent; A *Caput cum pedibus, & intestinis vorabitis.*
Exod. 12. Exodi 12. quid mysterij in hoc indicetur, inuestigemus quæso. Per caput, intentio; per intestina actus interni; per pedes externæ operationes denotantur: quarè dum agnus integer cum omnibus partibus manducandus iubetur, sanè innuitur, quòd agnus Eucharisticus, cuius ille legalis erat typus, ità integrè nobis se tradit in esum, vt non modò sacræ suæ humanitatis sanctitatem quoad actus internos, sed etiam quoad mores, & externa opera iuxta capacitatem, & dispositionem nostram nobis communicet.

Eucharistiæ dono non quoad interNos actus tantùm, verùm etiam quoad externas actiones sanctificamur.

B Pius ille genitor iuniorem ex filijs ad meliorem vitæ frugem redeuntem benignè, & indulgenter excipiens non modò illum osculatus est, sed stola prima, annulo, calceamentis, & veste speciosa condecorauit. Sed sicut & idem filius esuriens panem, quo domus paterna

Luc. 15. abundabat, *Quanti mercenarij*, clamat, *in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo! Surgam, &c.* typû gerebat piæ animæ appetentis panem Eucharisticum, & conuiuium illud opulentum, quo à patre recreatus fuit, significabat Altaris mensam, vt notant

Titus Bostrensis. Anastas. Sinaita.

Titus Bostrensis in 15. Lucæ, & Anastasius Sinaita lib. 9. anagogic. contemplat. C in Hexameron, ità & osculum, & indumenta, cæteraq; ornamenta, quæ liberali, & amante patre habuit filius, gratiosa munera designant, quæ dependenter à sacro conuiuio denotæ animæ com-

Per sacram Synaxim maximishe mo mune ribus cumulatur.

municantur à profuso amore Dei. Quæ cùm ita sint, quis non animaduertet in osculo indicari participationem diuini spiritus interiùs animam perficientis?

D. Ambr. vndè Ambrosius lib. de Isaac cap. 9. *Per osculum*, inquit, *adhæret anima Deo, per quod scilicet transfunditur spiritus osculantis, sicut & hi, qui se osculantur, non sunt labiarum libatione contenti, sed spiritum suum sibi videntur infundere*; in indumentis verò, cæterisquè externi decoris D insignibus, quibus locupletatus fuit præmemoratus filius, præfigurari dona gratiæ perficientia hominé quoad actiones externas, quibus coram hominibus splendidè, & cumulatè iustus, & perfectus enadit.

Cum vniuersis lignis Libani.

NOTVLA IV.

Laudantur affectus maioris sãctitatis, quos anima deuota concepit in sacro conuiuio.

Libani plãtæ senectam nesciunt, perpetuoquè vigore pollent, & adolescunt semper; ob hoc Berchorius in verbo, *cedrus*, adnotat Libanû montem laudatissimum esse à fortitudine, proceritate, firmitate. *Cedrus enim*, inquit, *inuenitur in Libano, qui est mons fortis, altus & solidus, nunquam deficiens, sed perpetuò perseuerans.* quarè per hæc vniuersa ligna Libani accõmodatè designantur noui semper affectus celsioris iustitiæ, quibus potissimum à virtute Eucharistiæ fœcundatur deuota anima. Berchor.

Lignum illud vitæ in terrestri Paradiso symbolum erat Eucharisticæ alimoniæ, vt notant Patres, & præcipuè Paschasius lib. de corpore, & sanguine Domini cap. 9. *Sicut*, inquit, *fuit arbor vitæ in Paradiso, ita sancta Dei Ecclesia, quæ Paradisus deliciarum in Canticis appellatur, habeat in se mysterium vitæ, quod in eodem ligno figurabatur, ex quo qui edunt seruantes mandata vitæ, nequaquam possunt mori in æternum.* Sed sicut vescentes de illo ligno, senectam ignorabant, & iuuenilem virorem retinebant, ità Eucharistico cibo refecti spiritalis iuuentutis gratia vigent, qua alacriùs maiora sanctitatis incrementa continuò sectantur. Hoc directa videntur illa verba, quibus Ecclesia vtitur in Antiphona primæ tertij nocturni, dum solemnitatem celebrat sanctissimi corporis Domini. *Introibo ad Altare Dei, sumam Christum, qui renouat iuuentutem meam.* B. Laurentius Iustinianus de disciplina monasticæ conuersationis cap. 19. inter alios effectus, quos operatur sacra Synaxis, enumerat feruorem, quo anima incalescens incitatur ad semper vlteriùs proficiendum in via perfectionis. *Pia etenim*, inquit, *mens tanti sponsi lætificata præsentia, venerando hoc mediante Sacramento repletur gaudio, exultatione perfunditur, humilitate deijcitur, lumine irradiatur, pace satiatur, roboratur fide, deuotione saginatur, atque indissolubili amoris vinculo Redem-*

Paschas.

Eucharistico cibo refecti spiritalis iuuentutis gratia semper vigent.

B. Laurent. Iustin.

D. uoté cõmonicans semper magis incitatur ad vlterius proficiendum in via perfectionis.

ptori interiùs copulatur. Ex quo feruentior in dilectione, fortior in labore, promptior in opere, in tentatione prudentior, ſollicitior in virtute, in administratione alacrior, necnon & in ipſius frequentatione efficitur ardentior.

Conniuium meridie Ioſeph fratribus ſuis parari iuſſit, dicens diſpenſatori domus ſuæ. *Introduc viros domum, & occide victimas, & inſtrue conuiuium, quoniam mecum ſunt comeſturi meridie.* Gen. 43. Sic etiam Abraham meridiano cõuiuio reſtaurauit tres illos hoſpites. Gen. 18. Cur quæſo non ante meridiẽ, quando Sol non adeò inclementer feruet, non adeò vehemens eſt aeris æſtus, aut cur non poſt meridiem, quando conſopitis caloribus, & remittente ſe Solis iubare dulces ſpirant auræ, vtrumque enim hoc tempus magis opportunum videtur ad delicatam comeſtionẽ, quàm meridianum? Ità ſanè videtur res ſe habere, ſi de ſolo corporali pabulo ageretur, ſed in præmemoratis conuiuijs myſterium Euchariſticæ refectionis repræſentabatur, in qua diuinus Sol ſicut maximè ardet, ita maiorem feruorem in pia anima accendit, quo pulſo omni ſocordiæ tepore, flagrantiſſimo ſublimioris perfectionis deſiderio æſtuans in vita ſpiritali ſemper magis, ac magis progreditur: aptiſſimè igitur ad hoc ſignificandum ſub meridiei ardore conuiuia parantur ab his Patriarchis. Porrò inter Libani arbores celebris eſt cedrus, quæ non ſolùm ſemper viret, ſed adeò fœcunda eſt, vt etiam fructibus onuſta nouos emittat flores; quarè pulchrè repræſentat piam animam ea abundanti gratia locupletatam à ſacroſancta Euchariſtia, qua illa non modò conſtanti tenore virtutis irremiſſa cultrix facta, ſed ad celſioris iuſtitiæ incrementa aſpirans non contenta quibuſcunq; bonis operibus iam partis, nouis deſiderijs maiora patrandi floreſcit continuò. Accinit D. Thomas opuſculo 58. exponens illud Ezechielis cap. 17. *Sumam de medulla cedri ſublimis, & de vertice ramorum eius, & plantabo ſuper montem excelſum, & erumpet in germen, & faciet fructum. Cedrus ſublimis eſt Deus Pater, rami eminentiores antiqui Patres, vertex ramorum B. Virgo, medulla cedri æterna Dei ſapientia, pars de ramorum vertice, caro ſumpta ex Virgine. Spiritus ergò ſanctus medullam cedri, & partem de ſummo ramo ſumpſit, quia Chriſti incarnationem fecit, & hunc quaſi ſurculum nobiliſſimum plantat in montem excelſum, cùm fideles à terrenis deſiderijs ad cæleſtia eleuatis Dominici corporis tribuit Sacramentum. Hinc fructus erupit, quia cor fidele, propria amaritudine relicta vitiorum, virtute corporis Domini ſimilis Chriſti ſpiritales frondes, flores virtutum, & bonorum operum faciat.* Gregorius Nyſſenus hom. 8. in Eccleſiaſten; *Caro, inquit, Verbi, & ſanguis, qui eſt in hac carne, non vnam habet gratiam: ſed eſt & ſuauis ijs, qui guſtant, & appetendus ijs, qui deſiderant, & ijs, qui diligunt, amabilis. Qui ergò hanc amat carnem, non eſt amiens ſuæ carnis, & qui in hunc ſanguinem eſt affectus, mundus erit à ſenſili ſanguine.*

Gen. 43.

Gen. 18.

Cur Ioſeph & Abraham cõuiuia ſub meridiei ardore parari iubent.

Pia anima in Euchariſtica menſa ea cumulatur gratia, vt ad celſioris iuſtitiæ incrementa ſemper aſpiret.

D. Thom.

Ezech. 17.

Greg. Nyſſ.

A B C D

Myrrha, & aloe.

NOTVLA V.

Diuinus ſponſus præconizat piam animã incitatam à ſacra Synaxi ad omne mortificationis genus, & præcipuè ad ablegãda gulæ irritamenta.

Catena triũ Patrum.

Hugo Victorin.

Catena trium Patrũ myrrha, & aloe affirmat ſignificari carnalis ſenſus mortificationẽ. Ab his non diſſentit. Hugo Victorinus, qui per myrrham continentiam, ſeu continentes, per aloe abſtinentiam, ſeu abſtinentes, quia vtræquè à carne, & corde putredines vitiorum expellunt.

Exod. 12.

Præcepit Dominus agreſtes lactucas cum paſchali agno comedendas. *Et edent carnes nocte illa aſſas igni, & azymos panes cum lactucis agreſtibus.* Exodi 12. Hæ lactucæ ob amariſſimum ſaporem, mortificationem ſenſui amaram aptiſſimè deſignant, ſed cum carnibus agni, quaſi ſuaui ſapore conditi facilè comedebantur, quo aptiſſimè denotatur virtus Euchariſtici agni, quæ mortales inducit ad amplectenda quæcunque ſenſui iniucunda ſunt.

Panis Euchariſtici virtus homines ad amplectẽda quæ ſenſui ſunt iniucũda inducit.

Paulò poſtquam Patriarcha Iſaac ditiſſima illa benedictione inſignauit Iacob minorem gnatum, accedenti Eſau pro obtinenda paterna benedictione, pater dixit: *Frumento, & vino ſtabiliui eum, & tibi poſt hæc fili mi, vltrà quid faciam? Cui Eſau: Num vnam, inquit, tantùm benedictionem habes, pater? mihi quoq; obſecro, vt benedicas. Cumq; eiulatu magno fleret, motus Iſaac, dixit ad eum: In pinguedine terræ, & in rore cæli deſuper erit benedictio*

tua. Viues in gladio, & fratri tuo seruies. A

Gen. 27.

Genes. 27. Durum nimis videtur, quòd pientissimus pater obstringat Esau ad seruiendum Iacob, cùm ambo essent germani. Sanè qui nihil aliud, quàm litteræ superficiem considerat, ità facilè iudicabit, sed enucleanda sunt mysteria, quæ veluti medulla intrà huius historiæ corticem includuntur. Insignè Iacob temperantiæ dotem ablegantem sensus oblectamenta, Esau verò nimiam sensui indulgentiam designat, vt notat D. Ambrosius lib. 2. de Iacob, & vita beata cap.

D. Ambr.

3. *Neque enim sancti patriarchæ fuit, vt filium suum degeneri conditioni seruitutis addiceret, sed vt bonus pater cùm duos haberet filios, vnum intemperantem, sobrium alterum, quò vtrique consuleret, intemperanti præfecit sobrium.* Quo posito, cùm sacræ nota figura sacræ Synaxis fit illa benedictio frumenti, & vini, quam reportauit Iacob à patre Isaac, ò quam pulchrè hìc significatur inter alias virtutes, quibus

Sacræ mensæ participes ea donantur virtute, vt facilè blandientis sensus appetitiones coerceant.

ditantur sacræ mensæ participes, eam nõ esse minimam, qua blandientis sensus appetitiones coercentur, delicati cibi reijciuntur, parabiles, & non ad delicias, sed ad vires reficiendas necessarij admittuntur tantùm. Tantam vim agnoscit Clemens Alexandrinus 2. pædag.

Clem. Alex

cap. 1. in Altaris alimonia pro comprimendo appetitu lautarum dapum, vt hoc cælesti cibo vescentes necessitatis vinculo quodã obstrictos ad eliminandas delicatiores epulas affirmet. *Nobis autem, inquit, cibum cælestem venantibus necesse est ventri, qui est sub cælo, imperare, & multò magis eis, quæ ei sunt amica, & grata.* C

2. Reg. 23.

Sitiebat ardentissimè Dauid aquas cisternæ Bethleemiticæ. *O si quis mihi daret, &c.* cui desiderio vt satisfacerent strenuissimi viri, ab amico solo discedunt, penetrant hostiles acies, non pauent armatas cohortes, vitæ pericula non curant, perueniunt ad cisternam Bethleemiticã, hinc chrystallinã aquam asportant, quã intuens Dauid licèt siti cruciatus, nõ haurit, nõ degustat, non primoribus labris delibat, sed libat Domino. O egregiam sensus mortificationem! vndè quæso tãta virtus? In illa aqua spiritu cõtemplabatur sacrã Synaxim regius Pro- D

D. Ambr.

pheta, vt notat D. Ambrosius in Apolog. Dauid cap. 7. *Quòd si altiùs, inquit, velis spectare, & introspicere mysterium, sitiebat Dauid non aquam de lacu, qui est in Bethleem, sed oriundum ex Virgine Christum spiritu præuidebat. Volebat ergò bibere nõ aquam fluminis, sed potum gratiæ spiritualis: hoc est, non aquarum sitiebat elementũ, sed sanguinem Christi. Denique non bibit* A *oblatam aquam, sed Domino libauit, significans sitire se Christi sacrificium, non naturæ fluentum: illud sacrificium, in quo esset remissio peccatorum, illum sitire se fontem æternum, non qui periculis quæreretur alienis, sed pericula aliena depelleret.* Quarè dum

Dauid acerbissimã sitim sustinet meditans Christi sãguinem in sacra Eucharistia fidelibus hauriendum.

sanctus Vates meditatur sanguinẽ Christi fidelibus hauriẽdũ in sacrosancta Eucharistia, aliquid illius admirandæ virtutis præsentiens, sitis acerbissimum tormentum facilè sustinet, & ità abstinet à frigida, & diù concupita aqua, vt non modò eam non bibat, sed nec ore sumat ad aridam linguam tantisper refrigerãdam, aut siccas fauces humectandas.

Surius de S. Vuolstano.

Refert Surius tom. 1. de vitis Sanctorũ B mense Ianuarij. die 19. de S. Vuolstano, quòd *Die quadã cùm ad placitum quoddam exiturus, Missa celebrata cibum sumere statuit, apposita igni auca, nidor adustæ carnis nares celebrantis oppleuit; odor mentem auocauit. Sed cùm diù reluctans, cogitationem auertere non posset, iuramentum ad Sacramenta, quæ tractabat, fecit, nullo se ampliùs pacto id genus cibi comesturum. Completa verò Missa ieiunus ad negotium discessit.*

Eucharistica mẽsa parsimoniæ, & frugalitatis amicos suos conuiuas reddit.

Quantum demùm Eucharistica mensa suos conuiuas reddat ciborum parsimoniæ, & frugalitati amicos, intelligi facilè potest ex illa paschali cœna, quæ ex Christi præscripto instructa fuit, quod C mira venustate perpendit B. Laurentius

B. Laurent. Iustin.

Iustinianus de triumphali Christi agone cap. 2. *In isto semper conuiuio, vbi diuina recumbit in carne maiestas, non seruorum numerositas sericis ornata indumentis, non lautiorum abundantia ciborum, non regius conspicitur apparatus, sed legales cibi, atque mensula pauperrima pannosis hominibus circumsepta. Confundit quippè Dei sapientia in hoc suo immoderatum gulæ appetitum, delicatiora fercula, obsequia famulorum, & sumptuositatis inordinatam voluptatem. Pudeat meritò, confundaturq; humana voracitas Dominico temperantiæ, ac humilitatis erudita exemplo. Frugalitatem, & lasciuiam non solùm admonuit fugiendam, ve-* D *rùm etiam summæ nobis sectandæ humilitatis exhibuit formam. Non erubuit ipse rex magnus, & omnipotens cũ paruis infirmisque discumbere, atq; Dei filius cum ignobilibus manducare.*

Cum

Cum omnibus primis vnguentis.

NOTVLA VI.

Diuinis ſolatijs piam animam ſacra Synaxis replet.

VNguenta, quia ſolent animum exhilarare, & recreare, aptiſſimè denotant ſpiritualia oblectamina, & iubilationes, quibus anima perfunditur; vndè Hugo Cardinalis exponens hæc verba, *Prima vnguenta*, inquit, *ſunt conſolationes ſpirituales*, quas ab Euchariſtia potiſſimùm promanare teſtatur idem auctor in pſal. 29. vbi inter alios effectus ſacræ communionis, hunc recenſet, qui eſt delectare guſtum ſpiritualem. Agelius explicans illud pſalmi 21. *Edent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum; viuent corda eorum in ſæculum ſæculi*, dicit viuere, ſignificare hoc loco hilaritatem, & lætitiam peculiarem prouenientem à ſumptione Dominici corporis, cuius hæc ſunt verba, *Hic de myſteriorum ſumptione loquitur, deindè quid ea myſteria dignè ſumentibus præſtent, exponit. (Viuent corda eorum in ſæculum ſæculi.) Ille namq; panis vita eſt, quem niſi manducauerimus, non habebimus in nobis vitam, vt idem ipſe Saluator noſter aſſerit, quod non ſolùm de æterna vita rectè intelligi poteſt, verùm etiam de lætitia quadam, & gaudio, quo tanti Sacramenti perceptio animum replet: Sic namq; ſæpè in ſcripturis inuenimus vitam nuncupari hilaritatem quandam, atq; animi lætitiam.* Venuſtè hanc lætitiã, quã in corde noſtro excitat Chriſtus deuotè ſuſceptus in Altaris menſa; indicat B. Laurentius Iuſtinianus de diſciplina monaſticæ conuerſationis cap. 19. *Pia etenim mens*, inquit, *tanti ſponſi lætificata præſentia, venerando hoc mediante Sacramento, repletur gaudio, exultatione perfunditur.* Quantum verò hæc diuina ſolaria præſtent omnibus alijs mundi gaudijs, perpendit S. Thomas opuſc. 58. cap. 26. ex illo Eccleſiaſt. 8. *Laudaui igitur lætitiam, quod non eſſet homini bonum ſub Sole, niſi quod comederet, & biberet, atque gauderet. Quaſi dicat. Expertus ſum plurima genera gaudiorum, & delectationum carnis, & mundi, & hæc omnia vanitas, & finis eorum mæror, & luctus, vndè laudaui præ omnibus lætitiam, ſcilicet veram, ideſt teſtimonium bonæ conſcientiæ, & quod non eſſet homini ſub Sole, ideſt melius in hoc mundo, niſi quòd comederet panem; ſcilicet qui de cælo deſcendit, & biberet vinum, quod lætificat cor hominis, ſcilicet ſanguinem Domini.* Vinum gaudio quandoq; adeò ingenti hominẽ replet, vt hic geſtiens choreas ducat, & ſaltet; vndè Anacreon de Baccho cecinit:

Hugo Cardin.

Agelius. Pſal. 21.

Chriſtus in Altari deuotè ſuſceptus, lætitiã excitat maximam.

B. Laurent. Iuſtin.

Solatia, quæ è ſacra mẽſa promanant cæteris mũdi delicijs longè præſtant.

S. Thom.

Anacreon.

Bacchus pater Tonantis
Liber pater, Lyæus
Dum pectus it ſub imum,
Dulci rigans liquore
Saltare perdocet me.
Nec vilis ebrioſo
Mea eſt mihi voluptas,

Et alibi de ſe ipſo,

Puer affer huc Lyæum
Ego iam ſenex quidem ſum;
Silenum at inter omnes
Imitabor in choreis.

Sed nonnè perfectiori iubilo geſtire, exultare, & ſaltare facit Euchariſticum Sacramentum? cuius myſterij egregium delineauit ſimulacrum Dauid, quandò ante arcam gaudio elatus in ſaltationẽ prorupit, ante arcam, inquam, illam, in qua manna ſeruabatur, & repræſentabatur cæleſtis panis, quem nobis Beatiſſima Virgo in arca præſignata attulit. Adeò eminens eſt mentis iubilum, cordis gaudium, animi ſolatium, quod anima deuota à ſacro conuiuio percipit, vt beatificæ viſionis quædam prælibamina degustanda illi exhibeantur, quod innititur illo Pſalmi 33. *Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.* Ponderanda ſunt hæc verba, *guſtate, & videte*, quia tanta eſt diuinæ ſuauitatis transfuſio per Euchariſticum ferculum in animã charitate feruentem, vt hæc non ſatis per ſolum guſtum indicetur, *guſtate*, ſed additur, *videte*, vt nimirùm inſinuetur mirabili quodam modo neſcio quid illius beantis viſionis, quantum tamen ſtatum viatoris decet, communicari. Huius contẽplationis vel auctorem, vel fautorem profero Clementem Alexandrinum 5. Stromatum, cuius verba excipe. *Quæ ſunt ipſæ carnes, & ſanguis Verbi, hoc eſt, comprehenſio diuinæ potentiæ, & eſſentiæ? Guſtate, & videte, inquit, quòd Chriſtus eſt Dominus; ſic enim ſe ipſum impertit his, qui ſunt talis cibi ſpiritualis participes.*

Pſal. 33.

Tãta eſt diuinæ ſuauitatis trãsfuſio per Euchariſticum cibũ in animã, vt beatificæ viſionis prælibamina quędã deguſtare videatur.

Clem. Alex.

Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Vers. 15.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

PErgit sponsus elogium sponsæ, & venustatem, atque dotes illius egregias, quibus plurimum sibi, & alijs prodesse nouscit, assimilat fonti irriganti hortos, vt amœni, & fœcundi semper magis reddantur, & fonti non communi, sed putei instar, cuius non est collectitia, sed viua, & perennis aqua, qualis est illa, quæ largissimo, & præcipiti lapsu de alto Libano decurrit.

Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Christus in sacra Synaxi instar vberrimi fontis adeò copiosam gratiæ aquam transfundit in animam piam, vt hæc velut fons beneficentiæ riuulos transmittat in proximos.

Richardus Victor. RIchardus Victorinus in his verbis abundantem gratiam, quam Christus in Sacramento Eucharistico communicat, animaduertit. *Vndè meritò, inquit, à Christo fluere dicuntur aquæ istæ, quia ab ipso cœpit tempus gratiæ: de Libano cum impetu fluxerunt aquæ istæ, cùm Christo in cœna benedicente panem, Sacramentum Eucharistiæ celebrari cœpit, & vna passibilis præsentia ipsius sublata multis in locis vsquè ad consummationem sæculi nobiscum mansit. Semel quoque oblatus in cruce, multoties in Altari pro*

A *nobis offertur. Et qui iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur, mortis eius mysterium, & effectus ad salutem nostram quotidiè iteratur, ibi enim mors Domini annunciatur. Istæ viuentes aquæ cum magno impetu fluunt, nam hæc gratia per fines Christianitatis currit, & fideles irrigat, & infundit.* Pulchrè accinit Albertus Magnus dist. 3. tract. 1. cap. 7. *Fons, inquit, delectationis est corpus Christi, & riui deriuati à fonte sunt quæ singulis viribus, & virtutibus, & potentijs, & membris diriguntur, & ad quemcunq; non venit hoc nutrimentum pietatis, hæc arescunt, & marcescunt, & destituuntur, & abijciuntur. Iste est fons, de quo dicitur Gen. 2. Fons ascendebat de terra; hoc est de terreno cor-*Albertus Magn.
B *pore Domini in Sacramento, irrigans vniuersam superficiem Paradisi. Paradisus enim locus deliciarum est in nutrimentis Ecclesiæ, in quem locum iste fons delectationis influit, & omnia irrigat interiora animæ, & corporis, ad quæ deriuatur.* Quòd verò anima deuota de affluenti gratia, qua repleta est, instar fontis beneficæ pietatis latices in proximos refundat, adnotauit citatus Richardus, cuius lepida verba affero. *Et de plenitudine, qua abundat, inferiores, & infirmiores visitat, & rigat. Isti sunt horti, & sunt conclusi, dum se custodiunt à peccatis, & excolunt, & exercent in virtutibus, ac bonis operibus. Ad* Richardus Victor.
C *hos quasi in vicino positos, & cognatione spirituali iunctos effluit, & qui deuiant, hos infundit, hos corrigit, hos impinguat, hos consolatur. Et qui plerumq; pusillanimitate trepidant, dum gratiæ profectum minus percipiunt, dum prædicationis, vel consolationis auxilio minùs subleuantur, tales visitat anima deuota, atquè perfecta, quia hos modò subleuat consolatione, modò orationis auxilio, modò doctrina, vel admonitione.* Sed vndè quæso tanta gratia inundat anima, vt tot riuulos piorum officiorum in proximos deriuet? Nonnè à primario fonte Eucharistico, à quo affluenter repleta fuit? Insinuauit hoc optimè S. Cyrillus Alexandrinus hom. 61. ad po- S. Cyrillus Alex.
D pulum Antiochenum. *Ascendebat, ait, ex Paradiso fons fluuios emittens sensibiles, ex hac mensa* (scilicet Eucharistica) *fons ascendit spirituales emittens fluuios.* Et hom. 40. in Ioan. idem repetit. *A mensa hac prodijt fons, qui fluuios spiritales diffundit.* Idem

Si ad totius agni esum non satis erant, qui in domo aderant, vbi paschalis agnus parabatur, aduocandi erant vicini ad conuiuium, Exod. 12. *Sin autem minor est numerus, vt sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum, qui iunctus est domui suæ, iuxta numerum animarum, quæ sufficere possunt ad* Exod. 12.

esum

Sacra mẽſę participes ea beneficẽtia ditâtur, vt & ipſi in proximos beneficentiam, & pietatẽ transferant.

ſum agni. O egregium ſymbolum; quo præmonſtratum fuit edentes ad ſatietatem in ſacra menſa myſticum agnum beneficentiæ, & pietatis fontem, ita beneficentia, & pietate adimplendos fore, vt & ipſi in vicinos, & proximos beneficẽtiam, & pietatem transferant.

Sicut adoleſcens ille ſaniori menti redditus panem in paterna domo appetens, typum geſſit animæ panem Euchariſticum eſurientis, ita pater illum varijs pietatis officijs, & benefici amoris ſignis excipiens Chriſtum ſignificat miſericordi benignitate, & beneficentia profuſa admittentem deuotam animam ad ſacrum conuiuium. Porrò inter alia paternæ pietatis argumenta erga filiũ, B perpendendum eſt oſculum, quod illi dedit; per oſculum ſanè amantis ſpiritus in amatum transmigrare videtur, vt adnotauimus ſupra ad verſic. *Fiſtula, & cinnamomum*. Vndè pietatis affectũ omnem pater in filium oſculo illo tranſmittere voluit, hoc verò perfectiori, efficaciori, & eminentiori modo præſtari à Chriſto per ſacroſanctam Synaxim in anima deuota omninò credendum eſt; quarè cùm Chriſtus in Euchariſtico Sacramento maximæ pietatis, beneficentiæ, & miſericordiæ ſpiritum exerceat (quod benè innuunt verba illa Laurentij Iuſtiniani ſerm. de Euchariſtia. *Hoc Sacramentum frequentatur in Eccleſia, vt* C *iuſtis gratiam, peccantibus veniam; debilibus robur, lætitiam mœſtis; diligentibus exultationem, nutantibus ſpem, credentibus pacem, victoriam certantibus, captiuis libertatem, atq; defunctis conferat requiem*) nemini dubium eſſe poteſt, quin ille etiã ſimilem pietatis, beneficentiæ, & miſericordiæ ſpiritum per Sacramentum Euchariſticum dilectæ animæ communicet. Meritò igitur inter præcipuos huius auguſtiſſimi Sacramenti effectus, hunc, quem hic proſequimur, recenſet D. Thomas opuſc. 58. cap. 26. *Habet*, inquit, *corpus Domini triplicem effectum, operatur enim motum honeſtatem, cordis ſuauitatem, proximi pietatem*.

Laur. Iuſt.

Miſericordiæ, & beneficentiæ ſpiritũ per Euchariſtiã dilectæ animę communicat Dominus.

D. Thom.

D Sumpta completa refectione Ruth in prandio, ad quod perhumaniter inuitata fuerat à liberali Booz, quidquid illi de ferculo ſuperauerat, vt alimoniæ ſubſidium ſocrui ſuæ ſuppeditaret, diligenter ſeruauit, ſimul cum ariſtis, quas ſtudioſo labore colligebat: *Quandò hora veſcendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto. Sedit itaque ad meſſorum latus, & congeſſit polentam ſibi, comeditquè, & ſaturata eſt; & tulit reliquias. Atquè indè ſurrexit, vt ſpicas ex more colligeret*. Ruth 2. & inA fra. *Collegit ergò in agro vſq; ad veſperam: & quæ collegerat virga cædens, & excutiens, inuenit hordei quaſi ephi menſurã, id eſt tres modios, Quos portans reuerſa eſt in ciuitatem, & oſtendit ſocrui ſuę: inſuper protulit, & dedit ei de reliquijs cibi ſui, quo ſaturata fuerat*. Verùm ſi Ruth panem cum meſſoribus Booz manducans, fidelis animæ, Dominicæ menſæ accumbentis, Hugone Carenſi interprete in cap. 17. Prouerb. typum expreſſit, facilè etiam intelligimus quid myſticè ſignificarit eadem adoleſcentula Ruth, dum hæc cibi ſui reliquias diligenter ſeruatas, vnà cum annona ex laborioſo ſpicilegio aggregata ſocrui ſuæ ad eius inopiam ſubleuandam detulit, animam B nimirùm, quæ ab Euchariſtico pabulo eum traxit ſpiritum, quo vt proximorũ neceſſitatibus ſubueniat, omnem nauat operam, indefeſſo ſtudio inſudat, nullis parcit incommodis.

Ruth 2.

Hugo Caren.

Pia anima cum ab Euchariſtico pabulo trahit ſpiritũ, quo proximi neceſſitatibus facilè ſubueniat.

Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.

NOTVLA II.

C Indicantur hìc in anima dilecta profundiſſimę humilitatis, aliarumq; virtutum ſemper perfectiores actus tempore communionis, ob quos magis diſponitur ad vberiores gratiæ influxus recipiendos, dum ſacræ ſpecies perdurant.

D POtiùs puteo, quã ciſternæ æquatur ſponſa, quia ciſterna tantùm collectitiam aquam ſeruare ſolet, puteus autem perennibus aquarum ſcaterbris abundat, quod diſcrimẽ optimè adnotauit D. Hieronymus in c. 1. Oſee in principio. *Puteus*, inquit, *eſt qui perpetuas aquas habet, & de viuo fonte manãtes, ciſterna, vel lacus, qui refrigerat aquam externam, & aduentitiam poſſidet*. Porrò quò altior eſt locus, à quò decidunt aquæ, & profundius receptaculum, eò vehementiori impetu erumpunt, & celeriori; atq; adeò vberiori fluxu deſcendunt, quarè aptiſſimè

D. Hieron.

huius

huius putei similitudine designatur dile- A
cta anima, quæ quia per intensiores virtutum actus, adiuncta semper profundiori sui ipsius demissione, perfectiùs se disponit in sacra Synaxi, eò copiosiores viuæ aquæ, scilicet diuinæ gratiæ fluxus à mystico Libano, idest Christo recipit maximè eo tempore, quo perdurant in stomacho sacræ species. Videri possunt, quæ præsenti scopo faciunt in explicatione versic. *Nardus mea dedit odorem suũ.*

Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius. Vers.16.

Indicatur sensus ad corticem litteræ.

HAEC verba continent votum sponsi precantis felicia, & fausta sponsæ, quam horto floribus suaueolentibus, & plantis aromatiferis amœno assimilauit; cupit autem sponsus vt Aquilo facessat, cuius flatus frigidi, & impetuosi valdè noxij sunt plantis, præcipuè germinantibus, & cõstipant truncos, atquè arborum cortices, C
atq; ita impediunt, ne ex ipsis emanent aromata: optat verò vt adsit Auster, quo perflante humido suo tepore aperiuntur arborum meatus, ex quibus aromata fsciliùs effluunt; eò autem tendit sponsus hac felici precatione, vt eximiæ illæ dotes, atq; virtutes, quas in sponsa laudauit abundè, se prodant; redundat enim in gloriam sponsi habere sponsam pluribus modis insignem, & spectabilem. Hæc expositio congruit communiori grauissimorum auctorum interpretationi existimantium hic Hebræa phrasi, *Surge Aquilo*, adsignificari vt vẽtus Aquilo comprimat suos flatus, & idem sit, ac diceretur: abscede procul D
hinc frigide, & asper Aquilo, veni Auster placide, & benigne adspira, tuo enim calore stillabunt odoriferi succi, qui quoquò versus diffundentur. Non desunt magni nominis expositores duos ventos ortu, naturaq; contrarios Boream, & Austrum aduocari prædictis verbis asserentes, quia verbum, *surge*, accõmodatum videtur ad significandã
S. Ambr. ventorum excitationem. Ita S. Ambrosius octonario 12. in psalm. 118. Ruper-
Rupert. Osorius. Genebrard. tus, Osorius, Genebrardus, Sotomaior,
Sotomaior. plutesq; alij, vel quia ex his duobus flatibus ex oppositis mundi plagis adspi-

rantibus, Zephyrus leni frigore, & tepõre iucundus generetur, qui animantia, herbas, flores, & plantas exhilarare, & demulcere solet: vel quia adeò erat cõstans horti amœnitas, talis perpetuò virentium plantarum firmitas, vt nullum ab aduerso, & perfrigido Aquilone quãtumuis violenter insufflante damnum pati posset, quinimmò per antiperistasim, siue frigus circumobsistens collectò intrinsecùs calore, vitalis plantarum vigor magis augeretur; vndè postea aspero Aquiloni succedens Auster mitis suo placido tepore copiosiùs sudare faciet aromatiferas plantas, cuius similitudinis scopus videtur, vt sponsus indi-
B cet sponsam sic roboratam esse egregijs virtutibus, vt tam in aduersis, quàm in secundis rebus perfectior enadat.

Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius.

Enucleatur sensus spiritalis Eucharistiam respiciens.

NOTVLA I.

Anima dilecta per virtutem sacræ Synaxis ita perficitur, vt eam ad quæcunquè præclara facinora licèt ardua peragẽda, vel minima diuinæ inspirationis aura satis pelliciat.

SIcut Aquilo rigidus, & impetuosus procellarũ, atq; tempestatum excitator aptè designat violentiam, ita Auster mitis, & benignus herbarum iuuentutem, & florum venustatem demulcens, lenitatis, & suauitatis est symbolum. Diuinus igitur sponsus, dum asperum, & durum Aquilonem abscedere mandat ab horto, suscitari verò placidos Austri flatus, indicat depulso minarum, & suppliciorum furore, in Eucharistico Sacramento adeò blando amore animam ad eximias virtutes allicere, vt hæc delinita suauitate ea facilitate præclara quæquè facinora patret, qua ad benignam auram repen-

 tis,

tis, & mitis Auſtri liquefcunt, & effluunt A copioſe ex odoratis plantis aromata.

Nato Ieſu in Bethleem, nouæ ſtellæ fulgenti iubare conſpecto in plagis orientalibus à Magis Regibus, ſe mutuò excitant ad inquirendum cæleſtem Regem nuper in terris natum. *Magi* (inquit Eccleſia in feſto Epiphaniæ) *videntes ſtellam dixerunt ad inuicem: hoc ſignum magni Regis eſt, eamus, & inquiramus eum, & offeramus ei munera, aurum, thus, & myrrham.* Admirabitur hic forſan aliquis, quod viri Regio diademate inſignes relicto patrio ſolo, nobiliumq; proauorum magnificis ædibus longo itineri ſe committant, peregrinas luſtrent vias alieni ſub axe climatis, & non potiùs famulos, B quorum plurimos in obſequium paratos habebant, exploraturos mittant ſolum natale ſuperni Regis, cæteraq; diligenter circumſpecturos, ex quibus pericula magnatibus per ignotas regiones proficiſcentibus præcaueri poſſent. Verùm ſicut Chriſtus in Bethleem natus, ſcilicet in domo panis myſterium Sacramenti Altaris præindicauit, ità etiam eiuſdem Sacramenti ſuauem, & efficacem vim ad pertrahendos homines ad quamcunquè non leuem prouinciam ob Dei gloriam ſuſcipiendam in illa noua ſtella præmonſtrauit; vndè non eſt mirandū, ſi memoratæ ſtellæ ſplendor ita Magos Reges leniter pertrahat, vt poſthabitis C incommodis, multiplici vitæ diſcrimine contempto, inueſtigent cæleſtem Regem recens natum. Quid indulgentius, quid ſuauius, quàm allici ſolo radiantis ſtellæ fulgore?

Eccleſia in feſto Epiphaniæ.

Efficax Eucharistiæ vis ad pertrahendos homines ad quodlibet vel arduū facinus ob Dei gloriā ſuſcipiēdū.

Deferenti cibaria meſſoribus Habacuc occurrit illi Angelus ſuggerens, vt in Babylonem dapes illas Danieli in lacu leonum incluſo aſportaret. *Erat autem Habacuc propheta in Iudæa, & ipſe coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo, & ibat in campum, vt ferret meſſoribus. Dixitq; Angelus Domini ad Habacuc. Fer prandium, quod habes, in Babylonem Danieli, qui eſt in lacu leonum. Et dixit Habacuc: Domine Babylonem non vidi, & D lacum neſcio.* Daniel. 14. Ponderoſum nimis videbatur Habacuc hoc opus ſibi ab Angelo iniunctum. Sed quid tum? Ecce *apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis ſui, poſuitq; eum in Babylone ſupra lacum in impetu ſpiritus ſui.* O facilitas, ò vis ſine vi! in re adeò iuxta humanum iudicium laborioſa ſolo capillo ab Angelo euehitur velociſſimè propheta ferculi portator in Babylonem longiſſimè diſtantem. Cauſam huius requiris? Prandium illud delatum à Propheta præfigurabat Dominici corporis pabulum, capillo verò mentis cogitationem denotari, ſat notum eſt; quo admiſſo, ò quàm benè in præallata hiſtoria ſymbolicè repræſentatur, quòd quicunq; Euchariſtici Sacramenti eſt particeps, vt opus præclarum quantumcunq; arduum promptè præſtet, ſufficit vt Angelus, ſeu diuina inſpiratio eius mentis cogitationem vel leuiter tangat.

Dan 14.

Euchariſtiæ particeps, vt opus aliquod præclarū præſtet, vel leuis inſpiratio ſufficiens eſt.

Statim ac filius Dei in vtero Virginis incarnatus fuit, hæc propria habitatione derelicta iter aggreditur, ſumma velocitate pergit, ſcandit adoleſcentula delicata prærupros montis gradus, vincit pericula, & quæcunq; perpeſſu aſpera, vt ad mœnia cognatæ Eliſabeth vterum geſtantis officij cauſa perueniat. *Exurgens Maria abijt in montana cum feſtinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth.* Luc. 1. O velocem, & promptam peregrinationem, ad quam non alius ſtimulat, niſi benignus, & miris Chriſti amor, quem ſuis detinet viſceribus. Sed nōnè eundem filium Dei incarnatum intra ſe ſumit, qui ſacræ menſæ aſſidet? ab illius igitur ſuaui ſpiritu ita humaniter fouebitur, taliſq; efficietur, vt ad omnē Dei nutum circumferatur, nullâq; gratia illius recuſet ſarcinam, nullis præpediatur obſtaculis.

Luc. 1.

Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluant aromata illius.

NOTVLA III.

Perſecutiones, & aduerſitates in anima dilecta acuunt aliquādò appetitum Euchariſtici cibi, qui quò auidiùs ſumitur, etiam ſuauiùs delinit.

DIximus in cortice litteræ ex multorum ſententia à ſponſo hìc inuitari Aquilonem ad inſufflādum; vndè huic interpretationi inhærendo, quid myſterij innuatur, perſcrutemur. Primò ſatis vulgatum eſt Aquilonem aſperum, & frigidum pro aduerſis ſumi. Præterea certum etiam eſt Aquilonem ſuo frigore conſtipare cutis, & carnis poros, ex quibus adſtri-

adstrictis interni caloris, & spirituum exhalatio impeditur, calore autem, & spiritibus intùs retentis intensior reddita in homine virtus cōcoctrix plus alimenti digerit, atque ideò fames excitatur maior. Hoc docuit paucis Aristoteles sect. 26. problem. 45. *Cur, inquit, aspirantibus Aquilonibus, cibi audiores sumus, quàm antea? an propterea quòd Aquilones frigidi sunt?* quarè dum hic aduocantur à diuino sponso flabra glacialia, & frigida Boreæ spirantis, innuitur ipso permittente aliquantulum diuexandam incommodis, & calamitatibus dilectam animam, quem autem in finem, nempè vt maior in ea generetur diuini pabuli appetitus.

Aristot.

Surge Aquilo, & veni Auster, persta hortum meum, & fluant aromata illius.

NOTVLA III.

Licèt ad tempus permittente Deo dilecta anima persecutionibus, & calamitatibus concutiatur, virtute tamen sacræ Synaxis eripitur, & mirificè delinitur.

VEntus Aquilo frigidus, & siccus est, Auster verò calidus, & humidus; quarè cùm amborū flatus inter se miscentur, paulò post ad inuicem ita attemperantur, vt ex illis Zephyrus gignatur, vt in cortice litteræ indicauimus; Zephyrus autem lenirer frigidus, & tepens suauissimam, & iucundissimam corporibus, & plantis D auram afflat. Quarè cùm diuinus sponsus iubet, vt ambo hi venti spirent, insinuat animam dilectam ipso permittente persecutionibus, & ærumnis paulisper concutiendam, sed tali gratia in sacta Synaxi donandam, qua omnia postea illi secunda & fauorabilia euasura sint, non secus ac cùm è duobus ventis Aquilone, & Austro spirantibus generatur tandem Zephyrus ad exhilarandū aptissimus, ad oblectandum opratissimus.

Israeliticum populum egressum esse è terra Aegypti, vbi audiuit Pharao, furore, & ira concitatus, vindictæ inhians instructo exercitu, & armatis cohortibus persecutus est abeuntes Israelitas. *Et nunciatum est Regi Aegyptiorum, quòd fugisset populus: immutatumque est cor Pharaonis, & seruorum eius super populo, & dixerunt: Quid voluimus facere vt dimitteremus Israel, ne seruiret nobis? Iunxit ergò currum, & omnem populum suum assumpsit secum. Tulitq; sexcentos currus electos, & quidquid in Aegypto curruum fuit: & duces totius exercitus. Indurauitq; Dominus cor Pharaonis Regis Aegypti, & persecutus est filios Israel: at illi egressi erāt in manu excelsa. Cumq; persequerentur Aegyptij vestigia præcedentium repererunt eos in castris super mare;* quo Israeliticæ turbæ via vlteriùs progrediendi impediebatur. Ecce ex vna parte persecutio Pharaonis, ex alia maris obstaculum, vndiq; angustiæ veluti contrarij venti conspirantes in perniciem Israelitarum. Sed quid tum? videamus quid facet textus subdit. *Cumquè extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in siccum: diuisaq; est aqua. Et ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris: erat enim aqua quasi murus à dextra eorum, & laua.* Et paulò post subnectitur. *Extende manum tuam super mare, vt reuertantur aquæ ad Aegyptios super currus, & equites eorum. Cumquè extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locum: fugientibusq; Aegyptijs occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus.* Exodi 14. Ecce post pugnaces ventorum flatus fauorabilis Zephyrus adspirans. Sed cur diuinus spiritus viros Israelitas adeò secundat, fouet, delinit? nonnè hi paulò ante, vt enarratur Exodi 12. pasti erant paschali agno, qui sicut Eucharistici Sacramenti typum gerebat, ita in eo præmonstratum fuit, quòd eiusdem Sacramenti gratia homines à persecutionum violentia vindicandi, ab ærumnarum pressura eripiendi, & postea mirificè recreandi erant?

Exod. 14.

Ibidem

Exod. 12.

Eucharistici cibi gratia homines à persecutionū violentia eripiuntur.

Ioseph postquam lauto cōuiuio, quos tenerè diligebat, fratres refecit, heu quo mœrore illos impleuit, quot molestijs affecit, in quot animi angores coniecit, dum inuestigatur, & inuenitur in sacco Beniamin scyphus argenteus quasi furtim sublatus, qui inclusus fuerat clam, mandante ipso Ioseph; vndè ad furti pœnam luendam videbatur seruitutis iugo addicendus in Aegypto Beniamin iunior frater. Dispensator domus *inuenit scyphum in sacco Beniamin. At illi scissis vestibus, oneratisq; rursum asinis, reuersi sunt*

ſunt in oppidum. Primuſq; Iudas cum fratribus ingreßus eſt ad Ioſeph (necdum enim de loco abierat) omneſq; ante eum pariter in terram corruerunt. Quibus ille ait: Cur ſic agere voluiſtis? an ignoratis quòd non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia? Cui Iudas: Quid reſpondebimus, inquit, Domino meo, vel quid loquemur, aut iuſtè poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem ſeruorum tuorum: en omnes ſerui ſumus domini mei, & nos, & apud quem inuentus eſt ſcyphus. Reſpondit Ioſeph: Abſit à me, vt ſic agam: qui furatus eſt ſcyphũ, ipſe ſit ſeruus meus: vos autem abite liberi ad patrem veſtrum. Gen. 44. non multò poſt pluribus beneuolis modis fratribus blãditur Ioſeph, gaudijs illos cumulat, oſculis, & amplexibus fouet, remittit in terram Chanaan, quæq; itineri neceſſaria ſunt, copiosè ſuppeditat, vt citò reuertantur, adducantq; ſecum genitorem Iacob, vniuerſamq; proſapiam cum omni ſupellectile, vt vrgente vbiquè fame abundè in Aegypto, vbi horrea re frumentaria redundant, paſcantur, vitamq; hilarem traducat pater cum filijs. Gen. 45. Hac felici viciſſitudine eam præfiguratam, quam Christus in ſacræ menſæ conuiuis operatur, facilè agnoſcent, qui cum Hugone Cardinali exponente illud 5. Cant. *Bibite amici, & inebriamini chariſſimi, animaduerrẽt in conuiuio celebrato à Ioſeph cum fratribus præadumbratam fuiſſe Eucharisticam alimoniam.* huius auctoris hæc ſunt verba. *Gen. 43. dicitur quòd Ioſeph inuitauit fratres ſuos in meridie: ſic Chriſtus in feruore charitatis ad hãc cœnam diſcipulos vocauit: vndè dicitur: Cùm dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos.*

Gen. 44. — Gen. 45. — Cant. 5. — Hugo Cardin.

Sed qui luculentius myſterium hoc contemplari deſiderat, in mentem reuocet Chriſtum cum diſcipulis in nauicula fluctuanti inter maris vndas ab impetu ventorum agitatas, paulò verò poſt ventos cohibentem, & mare tranquillantẽ. *Et ecce motus magnus factus eſt in mari, ità vt nauicula operiretur fluctibus, ipſe verò dormiebat. Et acceſſerũt ad eũ diſcipuli eius, & ſuſcitauerunt eum dicentes: Domine, ſalua nos, perimus. Et dicit eis Ieſus: Quid timidi eſtis modicæ fidei? Tunc ſurgens imperauit ventis, & mari, & facta eſt tranquillitas magna.* Matth. 8. Verùm ſicut idem Chriſtus in ſacra Synaxi ſuſcipitur, ità & pari modo permittere ſolet, vt aliquantulum aduerſantes perſecutionum, & calamitatum inſtantes venti pugnent contra piam animam, ſed breui tempore poſt ſedata omni contrarietate placida ſuæ diuinæ gratiæ aura omnia pacata, & ſerena reddere ſolet.

Matth. 8.

FINIS.

ELENCHVS LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVIBVS AVCTOR IN HOC TOMO VSVS EST.

Prior numerus capita Bibliorum librorum, posterior voluminis huius paginas significat.

EX VETERI TESTAMENTO.

Genesceos.

C 3. *IN sudore vultus tui vesceris pane.* Pag. 311. c
12. *Egredere de terra tua, & de cognatione tua.* 90. b
14. *At verò Melchisedech Rex Salem; proferens panem, & vinum, erat enim Sacerdos Dei altissimi, benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelso, qui creauit cælum & terram: & benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt.* 88. d, 115. a, 153. b, 305. c, 342. c
Ib. *Da mihi animas, cætera tolle tibi: Qui respondit ei: Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cæli & terræ, quòd à filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt.* 342. b
15. *Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoquè, & columbam. Qui tollens vniuersa hæc, diuisit ea per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecùs posuit: aues autem non diuisit.* 293. b
Cumquè eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes propè eum: quos cùm vidisset, accurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, & adorauit in terram, &c. 146. b
18. *Domine si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum: sed afferam pauxillum aquæ, & lauate pedes vestros, & requiescite sub arbore.* 267. d
Ponamquè buccellam panis, & confortate cor vestrum, postea transibitis. 183. b
Festinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei: Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcinericios panes. Ipse verò ad armentum cucurrit, & tulit indè vitulum tenerrimum, & optimum, deditque puero: qui festinauit, & coxit illum. Tulit quoque butyrum & lac, & vitulum quem coxerat, & posuit coram eis. 113. d, 122. b, 107. d, 235. d, 236. b, 322. b
Ipse verò stabat iuxta eos sub arbore. 89. c, 236. [illegible]
Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum? 240. a
Abraham verò adhuc stabat coram Domino: Et appropinquans ait: Numquid perdes iustum cum impio? &c. 257. a
Loquar ad Dominum meum, cùm sim puluis, & cinis. 51. a
Abijtque Dominus, postquam cessauit loqui ad Abraham; & ille reuersus est in locum suum. 260. d
21. *Creuit igitur puer, & ablactatus est: fecitque Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius.* 327. a, 90. d
22. *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstrauero tibi.* 383. a
Igitur Abraham de nocte consurgens, strauit asinum suum: ducens secum duos iuuenes,

ne, & Isaac filium suum: cùmq; concidisset ligna in holocaustum, abijt ad locum, quem praeceperat ei Deus, &c. 75. c, 383. b

35. Factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola; Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. 76. b, 241. c, 256. d

37. Sume arma tua, pharetram, & arcum; & egredere foras: cùmque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi indè pulmentum. 284. c

Nosti quòd Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis: si attrectauerit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducam super me maledictionem pro benedictione. 285. a

Pelliculasq; hoedorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit. 305. d

Statimq; vt sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi ait: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini. 300. d, 76. a, 102. d, 381. b, 297. b

Benedic etiam & mihi, pater mi. 352. d

Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituti illius subiugaui. ibid.

Frumento, & vino stabiliui eum, & tibi post hæc fili mi, vltra quid faciam? 31. d, 41. d, 82. b, 103. b, 268. d, 312. c, 388. d

28. Viditq; in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælum: Angelos quoq; Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ. 242. a, 244. a

Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusq; fuero prosperè ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum. 242. a, 244. a, 265. c

30. Tollens ergò Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas, detractisq; corticibus, in his, quæ spoliata fuerant, candor apparuit: &c. 73. b

32. Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Respondit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. 296. d

35. Interea locutus est Deus ad Iacob: Surge, & ascende Bethel, & habita ibi, facque Altare Deo. 355. b

37. Et sedentes vt comederent panem, viderunt Ismaelitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata, & resinam, & stacten in Aegyptum. 328. c

38. Instante autem partu, apparuerunt gemini in vtero: atque in ipsa effusione infantium vnus protulit manum, in qua obstetrix ligauit coccinum dicens: Iste egredietur prior. Illo verò retrahente manum, egressus est alter. 166. d

42. Audiens autem Iacob, quòd alimenta venderentur in Aegypto, dixit filijs suis: Quarè negligitis? audiui quòd triticum venundetur in Aegypto, descendite, & emite nobis necessaria, vt possimus viuere, & non consumamur inopia. 39. a, 280. c

Et locuti sunt ad inuicem: Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus, &c. 70. a

Iussit ministris vt implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis. 144. b, 175. c

Non descendet filius meus vobiscum. 382. d

43. Interim fames omnem terram vehementer premebat. Consumptisque cibis, quos ex Aegypto detulerant, dixit Iacob ad filios suos: Reuertimini, & emite nobis pauxillum escarum. 285. c, 382. c

Sumite de optimis terræ fructibus in vasis vestris, & deferte viro munera, modicum resinæ, & mellis, & storacis, stactes, & terebinthi, & amygdalarum. Pecuniam quoq; duplicem ferte vobiscum, & illam, quam inuenistis in sacculis, reportate. 140. a, 382. d

Quos cùm ille vidisset, & Beniamin simul, præcepit dispensatori domus suæ, dicens: Introduc viros domum, & occide victimas, & instrue conuiuium: quoniam mecum sunt comesturi meridie. 79. a, 77. c, 388. a

Sederunt coram eo, primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam. 166. c

Maiorq; pars venit Beniamin, ita vt quinque partibus excederet. 147. d

Biberuntq; & inebriati sunt cum eo. 71. d, 79. b, 163. b, 165. b

44. Præcepit autem Ioseph dispensatori domus suæ, dicens: Imple saccos eorum frumento, quantum possunt capere, & pone pecuniam singulorum in summitate sacci. 329. b

Inuenit scyphum in sacco Beniamin. At illi, scissis vestibus, oneratisq; rursum asinis, reuersi sunt in oppidum, &c. 395. d

Respondit Ioseph: Absit à me vt sic agam: qui furatus est scyphum, ipse sit seruus meus. 71. a

47. Cùmq; defecisset emptoribus pretium, venit cuncta Aegyptus ad Ioseph, dicens: Da nobis panes: quarè morimur coram te, deficiente pecunia? quibus ille respondit: Adducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, si pretium non habetis. 91. c, 246. b

Emit igitur Ioseph omnem terram Aegypti, vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis. Subiecitque eam Pharaoni, & cunctos populos eius à nouissimis terminis Aegypti, vsque ad extremos fines eius. 320. d

49. Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem, ò fili mi, asinam suam. 164. c, 336. c

Aser, pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. 89 b

Exodi.

C 1. *Surrexit interea rex nouus super Aegyptum, qui ignorabat Ioseph: & ait ad populum suũ. Ecce populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est, &c.* 12. d

3. *Moyses autem pascebat oues Iethro soceri sui Sacerdotis Madian: cùmq; minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb.* 319. d

Apparuitq; ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quòd rubus arderet, & non combureretur. 72. b 354. a

Cernens autem Dominus quòd pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi. 168. b

Ne appropies, inquit, huc: Solue calceamentum de pedibus tuis; locus enim, in quo stas, terra sancta est. 181. c, 354. b

9. *Linum ergo, & hordeum laesum est, eo quòd hordeum esset virens, & linum iam folliculos germinaret.* 347. c

12. *Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias, & domos suas.* 251. b, 326. b

Sin autem minor est numerus, vt sufficere possit ad vescendum agnum. 104. b, 391. d

Erit autem agnus absq; macula, masculus, anniculus: iuxta quem ritum tolletis & hœdum. 16 c, 94. d

Et seruabitis eum vsq; ad quartam decimam diẽ mensis huius. 158. b 251. b, 307. b

Et sument de sanguine eius, ac ponent super vtrumq; postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum. 343. d

Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. 14. a, 157. c, 155. d, 207. c, 317. c, 388 c

Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua sed tantùm assum igni. 82. d, 254. d

Caput cum pedibus eius, & intestinis vorabitis. 47 c, 84. c, 157. c, 387. a

Si quid residuum fuerit, igne comburetis. 136. d

Sic autem comedetis illum: Renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus. 150. d

Et comedetis festinanter. 238. d

Septem diebus azyma comedetis: in die primo non erit fermentum in domibus vestris: quicunq; comederit fermentatum, peribit anima illa de Israel, à primo die vsque ad diem septimum. 157. c, 256. b, 384. c

Nullus vestrum egrediatur ostium domus sua vsque mane. 299. b

14. *Et nunciatum est regi Aegyptiorum, quòd fugisset populus: immutatumq; est cor Pharaonis, & seruorum eius super populo, & dixerunt: Quid voluimus facere, vt dimitteremus Israel, ne seruiret nobis, &c.* 395. a

Cumq; extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in siccum, diuisaq; est aqua, &c. 395. b

Extende manum tuam super mare, & reuertantur aquae ad Aegyptios super currus, & equites eorum. Cumq; extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locum, &c. ibid.

16. *Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate, &c.* 292. a

Vespere scietis, quòd Dominus eduxerit vos de terra Aegypti, & mane videbitis gloriã Domini: audiuit enim murmur vestrum contra Dominum: nos verò quid sumus, quia mussitastis contra nos? ibid. b

Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum. ibid.

Mane quoque ros iacuit per circuitum castrorũ. Cùmq; operuisset superficiem terrae, apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tusum in similitudinẽ pruinae super terram. 167. c, 292. c, 151. b

Requies Sabbati sanctificata est Dño crast: quodcunq; operandum est, facite: & quae coquenda sunt, coquite, quidquid autem reliquum fuerit, reponite vsque in mane. 81. d

Videte quòd Dominus dederit vobis Sabbatũ, & propter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices: maneat vnusquisque apud semetipsum, nullus egrediatur de loco suo die septimo. ibid. 178. d

Sume vas vnum, & mitte ibi Man, quantum potest capere gomor. 46. c, 312. c

17. *Elige viros: & egressus pugna contra Amalec.* 350. b

25. *Duos quoq; Cherubim aureos, & productiles facies ex vtraq; parte oraculi. Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero. Vtrumq; latus propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum, respiciantq; se mutuo versis vultibus in propitiatorium, quo operienda est arca.* 173 c, 337. a, 156. b

Facies & mensam de lignis Setim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum, ac semissem. 15. d, 106. c, 262. a, 321. b

Et inaurabis eam auro purissimo; faciesq; illi labium aureum per circuitum, & ipsi labio coronam interrasilem altam quatuor digitis: & super illam, alteram coronam aureolam. 42. b, 321. b

26. *Pones & propitiatorium super arcam testimonij in Sancto sanctorum: mensamque extra velum; & contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano: mensa enim stabit in parte Aquilonis.* 11. c

28. *Sumesq; duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel: sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum. Opere sculptoris, & caelatura gemmarij, sculpes eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro atq; circundatos.* 263. d

Pones autem in rationale iudicij doctrinam, & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quãdo ingredietur coram Domino 256. b

Facies & laminam de auro purissimo: in qua sculpes opere cælatoris, Sanctum Domino. Ligabisq; eam vitta hyacinthina, & erit super tiaram, imminens fronti pontificis. 172. d

30. *Dixitq; Dominus ad Moysen: Sume tibi aromata, stacten & onycha, galbanum boni odoris, & thus lucidissimum, æqualis ponderis erunt omnia: facietq; thymiama compositum opere vnguentarij, mixtum diligenter, & purum, & sanctificatione dignissimũ, &c.* 300. c

32. *Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti.* 169. a

37. *Duos etiam Cherubim ex auro ductili, quos posuit ex vtraque parte propitiatorij.* 106. a

Leuitici.

C 2. *Cùm autem obtuleris sacrificium coctum in clibano de simila, panes scilicet absque fermento, conspersos oleo, & lagana azyma oleo lita.* 30. c

24. *Accipies quoque similam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas: quorum senos altrinsecus super mẽsam purissimam coram Domino statues: & pones super eos thus lucidissimum.* 257. c

25. *Non eum opprimes seruitute famulorum, sed quasi mercenarius & colonus erit: vsque ad annum iubileum operabitur apud te, & postea egredietur cum liberis suis, & reuertetur ad cognationem, & ad possessionem patrum suorum, mei enim serui sunt, & ego eduxi eos de terra Aegypti.* 353. d

Numerorum.

C. 10. *Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes, qui dimicant aduersum vos, clangetis vlulantibus tubis.* 307. b

Quando habebitis epulum, & dies festos, & calendas, canetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis. ibid. c

Noli, inquit, nos relinquere: tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster. 367. c

11. *Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porriq; & cepe, & allia. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man.* 81. a, 283. c

Erat autem Man quasi semen coriandri, coloris bdellij, Circuibatq; populus, & colligens illud, frangebat mola, siue terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. 128. d, 240. b, 280. b

13. *Ascendamus, & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam.* 84. a

17. *Et turgentibus gemmis eruperant flores, qui folijs dilatatis, in amygdalas deformati sunt.* 35. b

20. *Cumq; eleuasset Moyses manum, percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet, & iumenta.* 323. a

21. *Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo.* 145. b, 283. d

Deuteronomij.

C 8. *Vestimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus, en quadragesimus annus est.* 106. b, 181. a

Iosue.

C 3. *Sequimini, sitq; inter vos & arcam spatium cubitorum duum millium.* 272. a

Ingressisq; eis Iordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis steterunt aquæ descendentes in loco vno, & ad instar montis intumescentes apparebant procul ab vrbe. 36. d

6. *Dixitquè Dominus ad Iosue: Ecce dedi in manu tua Iericho, & regem eius, omnesquè fortes viros.* 167. c

Circuite vrbem cuncti bellatores semel per diẽ: sic facietis sex diebus. 168. b

Septimo autem die Sacerdotes tollant septem buccinas, quarum vsus est in iubileo, & præcedant arcam fœderis: septiesq; circuibitis ciuitatem, & Sacerdotes clangent buccinis. 242. d

Cùmq; septimo circuitu clangerent buccinis Sacerdotes, dixit Iosue ad omnem Israel: Vociferamini. 258. a

Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox sonitusque increpuit, muri illicò corruerunt. ibid.

Ruth.

C 2. *Quæ cadẽs in faciem suam, & adorans super terram, dixit ad eum: Vndè mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem?* 148. d

Inueni gratiam apud oculos tuos domine mi, qui consolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non sum similis vnius puellarum tuarum. ibid.

Dixitq; ad eam Booz: Quando hora vescendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto. 111. c, 148. d, 171. c, 183. d, 271. b, 285. b, 364. d, 51. d, 74. a, 392. d

Sedit itaque ad messorum latus, & congessit polentam sibi, comeditq; & saturata est, & tulit reliquias. 148. a, 39. b

Præcepit autem Booz pueris suis, dicens: Etiam si vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eã:

&

& de vestris quoque manipulis proijcite de industria. 183. d, 365. a
Collegit ergò in agro vsque ad vesperam: & quæ collegerat virga cædens & excutiens, inuenit hordei quasi ephi mensurum, idest, tres modios. 392. a
Insuper protulit, & dedit ei de reliquijs cibi sui, quo saturata fuerat. 171. d, 39. b
3. Cùmq; comedisset Booz, & bibisset, factus est hilaris. 43. b

I. Regum.

C 2. Repleti prius, pro panibus se locauerunt: & famelici saturati sunt. 283. a
4. Et dixit ad Heli: Ego sum qui veni, & ego qui de acie fugi hodie, &c. 74. d
Respondens autem ille, qui nunciabat, Fugit, inquit, Israel coram Philisthijm, & ruina magna facta est in populo: insuper & duo filij tui mortui sunt, Ophni & Phinees: & arca Dei capta est. Cùmq; ille nominaret arcam Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est. 99. c, 385. d
5. Tuleruntq; Philisthijm arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon, &c. 312. a
6. Percussit autem de viris Bethsamitibus, eo quòd vidissent arcam Domini: & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. 306. a
21. Nunc ergò si quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quidquid inueneris. 153. b
Non habeo laicos panes ad manum, sed tantùm panem sanctum: si mundi sunt pueri maximè à mulieribus. 53. a
Neque enim erat ibi panis, nisi tantùm panes propositionis, qui sublati fuerant à facie Domini, vt ponerentur panes calidi. 81. d
Et immutauit os suum coram eis, & collabebatur inter manus eorum: & impingebat in ostia portæ, defluebantq; saliuæ eius in barbam. 165. b
Vidistis hominem insanum: quarè adduxistis eũ ad me? An desunt nobis furiosi, quòd introduxistis istum, vt fureret me præsente? ibid.
24. Nunc scio quòd certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel. 321. a

II. Regum.

C 6. Abijt ergo Dauid, & adduxit arcam Dei de domo Obededom in ciuitatem Dauid cum gaudio: & erant cum Dauid septem chori, & victima vituli, &c. 242. c
Et Dauid saltabat totis viribus ante Dominum, porrò Dauid erat accinctus ephod lineo. 163. c, 302. b, 379. a
Cùmq; intrasset arca Domini in ciuitatem Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem Dauid subsilientem, atque saltantem coram Domino, & despexit eum in corde suo. ibid.
Reuersusq; est Dauid, vt benediceret domui suæ: & egressa Michol filia Saul in occursum Dauid, ait, &c. ibid. d
9. Et ait ei Dauid: Ne timeas, quia faciens faciam in te misericordiam propter Ionathan patrem tuum, & restituam tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panẽ in mensa mea semper. 91. d
Quis ego sum seruus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem mei? ibid.
12. Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ego vnxi te in regem super Israel, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum domini tui, & vxores domini tui in sinu tuo, dediq; tibi domum Israel & Iuda: & si parua sunt ista, adijciam tibi multò maiora. 48. a
23. O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethleem iuxta portam. 389. c
24. Immisitq; Dominus pestilentiam in Israel, de mane vsque ad tempus constitutum, & mortui sunt ex populo à Dan vsque ad Bersabee septuaginta millia virorum. 120. d
Et ædificauit ibi Dauid Altare Domino, & obtulit holocausta & pacifica, & propitiatus est Dominus terræ, & cohibita est plaga ab Israel. ibid.

III. Regum.

C 6. Et fecit in oraculo duos Cherubim de lignis oliuarum, decem cubitorũ altitudinis. 240. c
Sed & pauimentum domus texit auro intrinsecùs & extrinsecùs. 265. a
17. Corui quoque deferebant ei panem & carnes mane, similiter panem & carnes vesperi, & bibebat de torrente. 148. a, 245. b
Factus est ergo sermo Domini ad eum, dicens: Surge & vade in Sarephta Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ, vt pascat te. 262. a
Cùmque venisset ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vocauit eam, dixitque ei, &c. 95. d
Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho, &c. 255. a, 262. a, 270. d, 334. b
Mihi primum fac de ipsa farinula subcinericiũ panem paruulum, & affer ad me: tibi autem, & filio tuo facies postea. 382. b
Hæc autem dicit Dominus Deus Israel: Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur vsque ad diem, in qua Dominus daturus est pluuiam super faciem terræ. 268. b
19. Misitq; Iezabel nuncium ad Eliam, dicens: Hæc mihi faciant dij, & hæc addant, nisi hac hora cras posuero animam tuam sicut animam vnius ex illis. 89. b
Timuit ergò Elias, & surgens abijt quocunque eum ferebat voluntas: venitque in Bersabee Iuda,

Iuda, & dimisit ibi puerum suum. 82. d, 155. e, 238. c

Cumq; venisset, & sederet subter vnam iuniperũ, petiuit animæ suæ vt moreretur. 254. b

Proiecitq; se, & obdormiuit in vmbra iuniperi: & ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: Surge, & comede. Respexit, & ecce ad caput suũ subcinericius panis, & vas aquæ. 76. c, 148. b, 155. b, 238. c, 254. e, 334. c

Surge, comede: grandis enim tibi restat via. Qui cùm surrexisset, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montẽ Dei Horeb. 309. e

Quid hic agis Elia? 208. a

Egredere & sta in monte coram Domino. ibid.

Et spiritus grandis & fortis subuertens montes, & conterens petras ante Dominum: non in spiritu Dominus, & post spiritum commotio, &c. ibid. b

IV. Regum.

C 2. Postula quod vis vt faciam tibi, antequam tollar à te. 177. e

Obsecro vt fiat in me duplex spiritus tuus. ibid. 252. d, 318. a

Rem difficilem postulasti. 177. d

Cumq; pergerent, & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumque: & ascendit Elias per turbinem in cælum, &c. 317. e

Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei. 178. a, 253. a

Vbi est Deus Eliæ etiam nunc? Percussitq; aquas & diuisæ sunt huc, atque illuc, & transiit Eliseus. 72. d

4. Et ascendit, & incubuit super puerũ: posuitq; os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius: & incuruauit se super puerum, & calefacta est caro pueri. 38. a

5. Misitq; ad eum Eliseus nunciũ, dicens: Vade, & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. 260. d

Restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, & mundatus est. 267. a

I. Paralipomenon.

C. 15. Igitur Dauid, & omnes maiores natu Israel, & tribuni ierunt ad deportandam arcam fœderis Domini de domo Obededom cum lætitia, &c. 326. e

Tobiæ.

C. 10. Flebat igitur mater eius irremediabilibus lacrymis atq; dicebat: Heu, heu me fili mi; vt quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatiũ vitæ nostræ, spẽ posteritatis nostræ. 212. c

Esther.

C. 14. Tu scis necessitatem meam, quòd abominer signum superbiæ, & gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostẽtationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, &c. 112. d

Iob.

C. 20. Cum dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua. 368. a

29. Iustitia indutus sum, et vestiui me sicut vestimento. 378. c

39. Numquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo eius hinnitum? Numquid suscitabis eum quasi locustas? gloria narium eius terror, etc. 93. a

Psalmorum.

2. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. 320. c

4. A fructu frumenti, vini, et olei sui multiplicati sunt. 312. e

In pace in idipsum dormiam et requiescam. 179. b

8. Ex ore infantium, et lactentium perfecisti laudem. 346. c

9. Sub lingua eius labor et dolor. 367. d

17. Qui perfecit pedes meos tanquã ceruorũ. 355. c

21. Edent pauperes, et saturabuntur: et laudabunt Dominum, qui requirunt eum: viuent corda eorum in sæculum sæculi. 80. d, 158. d, 281. b, 341. d, 390. b

22. Dominus regit me, et nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. 292. b

Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. 72. c, 312. c

Et calix meus inebrians quã præclarus est. 164. d

33. Gustate et videte, quoniam suauis est Dominus. 84. b, 137. a, 390. c

37. Domine ante te omne desideriũ meum: et gemitus meus à te non est absconditus. 207. b

38. Concaluit cor meum intra me: et in meditatione mea exardescet ignis. 297. d

40. Beatus qui intelligit super egenũ et pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. 120. b

44. Eructauit cor meum verbum bonum. 343. a

Myrrha, et gutta, et casia. 119. c

45. Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus, Deus in medio eius non commouebitur. 83. c

47. Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Sion. 243. c

48. Homo cùm in honore esset, non intellexit: cõparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis. 92. a

71. Et erit firmamentum in terra. 268. c

76. Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, et delectatus sum. 45. b

77. Et mandauit nubibus desuper, et ianuas cæli aperuit. Et pluit illis manna ad manducandum, et panem cæli dedit eis. 363. c

Panem

Panē Angelorū manducauit homo. 83. b, 178. b
Et excitatus est tanquam dormiens Dominus, tāquam potens crapulatus à vino. 165. b
95. Confessio & pulcritudo in cōspectu eius. 51. c
98. Adorate scabellum pedum eius. 163. d
102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. 35. b
103. Et panis cor hominis confirmet. 123. c
Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantauit. 102. a
106. Omnem escā abominata est anima eorum, & appropinquauerūt vsq; ad portas mortis. 12. c
113. Quid est tibi mare, quod fugisti: & tu Iordane, quia conuersus es retrorsum? 92. a
127. Labores manuū tuarum, quia manducabis: beatus es, & benè tibi erit. 279. d
Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tua. 172. a
Filij tui sicut nouella oliuarum, in circuitu mēsa tua. 13. b, 67. b, 258. b, 295. b, 340. b, 370. a, 380. c
128. Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi. 307. c
132. Quod descendit in orā vestimenti eius. 340. b
134. Psallite nomini eius, quoniam suaue. 138. d, 345. d
146. Qui dat iumentis escam ipsorum: & pullis coruorum inuocantibus eum. 245. c

Prouerbiorum.

C 5. Cerua charissima, & gratissimus hinnulus. 176. a
9. Sapientia ædificauit sibi domū, excidit columnas septem. Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suā. Misit ancillas suas, vt vocarent ad arcē, & ad mœnia ciuitatis, &c. 37. c, 78. b, 94. a, 101. b, 166. b, 239. d, 285. c. 306. b, 331. b, 370. d
16. Fauus mellis, composita verba. 367. d
21. Vir obediens loquetur victorias. 351. a
23. Quando sederis vt comedas cum principe, diligenter attende, quæ apposita sunt antè faciem tuam: & statue cultrum in gutture tuo. 14. b, 89. d, 348. d
31. Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suum. 41. c

Ecclesiastæ.

C 5. Cui dedit Deus diuitias, atq; substātiam, potestatemq; ei tribuit, vt comedat ex eis, & fruatur parte sua. 84. d
8. Laudaui igitur lætitiam, quòd non esset homini bonum sub sole, nisi quòd comederet, & biberet, atque gauderet. 390. d
9. Vade ergo & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum: quia Deo placent opera tua. 283. c

Canticorum.

C 5. Comedi fauum cum melle meo. 141. a
Bibite amici, & inebriamini charissimi. 396. b
8. Sub arbore malo suscitaui te. 259. d

Sapientiæ.

C 7. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa. 243. a
16. Panem de cœlo præstitisti eis omne delectamētum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. 282. d

Ecclesiastici.

C 4. Est confusio adducens gloriam & gratiā. 51. c
15. Cibabit illū pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. 338. d
24. Quasi plantatio rosæ in Iericho. 244. d
Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum. 369. a
Qui edunt me, adhuc esurient; & qui bibunt me, adhuc sitient. 123. c, 270. b
49. Memoria Iosiæ in compositionem odoris facta opus pigmentarij. In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria, & vt musica in conuiuio vini. 45. b

Isaiæ.

C 3. Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet à Ierusalem, & à Iuda validum, & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ. 350. d
In domo mea non est panis, nolite constituere me principem. 42. d
In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum. 354. c
6. Vidi Dominum sedentem super solium excelsū et eleuatum; et ea quæ sub ipso erant, replebant templum: Seraphim stabant super illud: sex alæ vni, et sex alæ alteri: duabus velabant faciē eius, et duabus velabant pedes eius, et duabus volabant, etc. 44. a, 97. d, 138. a, 253. a, 304. b, 310. a, 334. b, 348. d
Et volauit ad me vnus de Seraphim, et in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de Altari. 44. c
11. Et egredietur virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet. 143. b
19. Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, et ingredietur Aegyptum, et commouebuntur simulacra Aegypti à facie eius. 249. d
20. Vade, et solue saccum de lumbis tuis, et calceamenta tua tolle de pedibus tuis. 168. d
Sic minabit rex Assyriorum captiuitatem Aegypti. ibid.
21. Pone mensam, contemplare in specula comedentes, et bibentes: surgite principes, arripite clypeum. 94. a, 308. a, 352. c
30. Et dabit vobis Dominus panem arctum, et aquam breuem. 279. d
39. Et ostendit eis cellam aromatum, et argenti, et auri, et odoramentorum, et vnguenti optimi,

timi, & omnes apothecas supellectilis suæ, & vniuersa, quæ inuenta sunt in thesauris eius. 40. d
55. Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac. 236. d, 270. b, 276. c, 341. c
Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. 47. d, 99. e
60. Domum maiestatis meæ glorificabo. 142. d
61. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circundedit me. 181. b
63. Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ. 349. a

Ieremiæ.

C 1. Ab Aquilone pandetur malum. 11. d
7. Et quiescere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ierusalem vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ. 257. b, 279. a
22. Galaad tu mihi caput Libani. 328. c
25. Perdamq; ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ. 335. d

Baruch.

C 3. Vt scias vbi sit longiturnitas vitæ, & victus, vbi sit lumen oculorum, & pax. 175. b

Ezechielis.

C 1. Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone: & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius: & de medio eius quasi species electri, idest de medio ignis: & in medio eius similitudo quatuor animalium. 310. c, 317. b
Similitudo autem vultus eorum, facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autem bouis, à sinistris ipsorum quatuor: & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. 310. d
10. Quatuor facies habebat vnum: facies vna, facies Cherub: & facies secunda, facies hominis: & in tertio facies leonis: & in quarto facies aquilæ. 310. d
16. Similam, et mel, et oleum comedisti, et decora facta es vehementer nimis: et profecisti in regnum. 332. a, 361. b
17. Summam de medulla cedri sublimis, et de vertice ramorum eius, et plantabo super montem excelsum, et erumpet in germen, et faciet fructum. 388. d

Danielis.

C 1. Et ait rex Asphenez præposito Eunuchorum, vt introduceret de filijs Israel, & de semine regio, & tyrannorum, pueros, in quibus nulla esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia &c. 131. d
14. Miserunt eum in lacum leonum, & erat ibi diebus sex. 298. b
Erat autem Habacuc propheta in Iudæa, & ipse coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo: & ibat in campum, vt ferret messoribus, &c. 298. b, 302. a, 394. c
Et apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylone supra lacum in impetu spiritus sui. 394. d
Venit ergo rex die septimo, vt lugeret Danielem: & venit ad lacum, & introspexit, & ecce Daniel sedens in medio leonum. Et exclamauit voce magna rex, dicens: Magnus es Domine Deus Danielis. Et extraxit eum de lacu leonum. 298. c

Osee.

C 11. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis: & ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum: & declinaui ad eum vt vesceretur. 38. c
14. Conuertentur sedentes in vmbra eius: viuent tritico, & germinabunt quasi vinea: memoriale eius sicut vinum Libani. 360. a

Amos.

C 6. Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti. 37. c

Michææ.

C 5. Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda. 355. b

Habacuc.

C 3. Qui ascendes super equos tuos, & equitatio tua salus. 94. d

Aggæi.

C 1. Comedistis, & non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati. 80. d

Zachariæ.

C 9. Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? 132. b, 151. d, 244. c, 358. a
12. Sicut planctus Adadremmon in campo Mageddon. 381. c

1. Ma-

I. Machabæorum.

C 6. Et elephantis ostenderunt sanguinem vuæ et mori, ad acuendos eos in prælium. 348. d

II. Machabæorum.

C 2. Et veniens ibi Ieremias inuenit locum speluncæ: et tabernaculum, et arcam, et Altare incensi intulit illuc, et ostium obstruxit. Et accesserunt quidam simul, qui sequebantur, vt notarent sibi locum: et non potuerunt inuenire. 303. d

Quòd ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, et propitius fiat: et tunc Dominus ostendet hæc, et apparebit maiestas Domini, et nubes erit. 304. a

EX TESTAMENTO NOVO.

Matthæi.

C 2. Et procidentes adorauerunt eum: et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, et myrrham. 346. b

Surge, et accipe puerum, et matrem eius, et fuge in Aegyptum. 249. b

5. Beati qui esuriunt, et sitiunt iustitiam. 123. c, 253. e

Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. 379. d

6. Fiat voluntas tua, sicut in cælo, et in terra. 159. d, 351. b

Considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent. 326. a

8. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum; sed tantùm dic verbo, et sanabitur puer meus. 271. d

Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse verò dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli eius, et suscitauerunt eum dicentes: Domine, salua nos, perimus, etc. 396. b

9. Numquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? 42. e

Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retrò, et tetigit fimbriam vestimenti eius. e19. b

12. Ex abundantia cordis os loquitur. 343. b, 368. a

13. Simile est regnū cælorum grano sinapis. 129. b

14. Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: Desertus est locus, et hora iam præterijt: dimitte turbas, vt euntes in castella emant sibi escas. Iesus autem dixit eis: Non habent necesse ire: date illis vos manducare. 144. b

Et cùm iussisset turbam discumbere super fœnum, acceptis quinque panibus & duobus piscibus, aspiciens in cælum benedixit, & fregit, & dedit discipulis panes, discipuli autem turbis. 45. c, 87. c, 147. a

Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum plenos. 78. a

Manducantium autem fuit numerus, quinque millia virorum. 53. c

Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos ambulans super mare. 18e. c

Et cùm ascendisset in nauiculam, cessauit ventus. ibid.

15. Quæ procedunt de ore, de corde exeunt. 368. a

Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa clamauit, dicens ei: Miserere mei Domine fili Dauid: filia mea malè à Dæmonio vexatur. 385. c, 251. c, 319. a

Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. 108. b, 159. b, 251. d, 270. c, 319. b, 385. d

Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorū. ibid.

O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. ibid.

Et præcepit turbæ, vt discumberent super terram. Et accipiens septem panes, & pisces, & gratias agens fregit, & dedit discipulis suis, &c. 147. b

Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt septē sportas plenas. 363. b

Erant autem qui manducauerunt, quatuor millia hominum. 53. b

22. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum misit alios seruos, dicens, etc. 13. a, 243. a

Illi autem neglexerunt, & abierunt alius in villam suam, alius verò ad negotiationem suam: reliqui verò tenuerunt seruos eius, &c. 13. b

Tunc ait seruis suis: nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunq; inueneritis, vocate ad nuptias. 239. b

Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes, quos inuenerunt, malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. 37. c

Ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores. 327. a

24. Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. 47. b, 54. b, 101. b, 130. d, 242. b, 244. d, 352. b, 362. b, 366. b

25. Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. 149. a

Hospes eram, & non collegistis me. 237. b

26. Cœnantibus eis accepit Iesus panem. 178. c

Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes, &c. 361. d, 125. d

Dico autem vobis: non bibam amodò de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cùm illud bibam vobiscum nouum in regno Patris mei. 107. a

Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti. 36. c, 138. c, 357. a

Sic

Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? 297. b
Conuerte gladium tuum in locum suum. 209. a, 240. d
27. *Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam. Hic est Iesus Rex Iudaorum.* 321. c
Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra. 140. d, 150. b, 280 b, 380. b
28. *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi.* 311. d

Marci.

C 3. *Et veniunt ad domum: & conuenit iterùm turba, ita vt non possent neque panem manducare.* 76. d
5. *Et dixit dari illi manducare.* 117. b
6. *Et sustulerũt reliquias, fragmentorum duodecim cophinos plenos.* 45. d
Erant autem, qui manducauerunt, quinque millia virorum. Et statim coegit discipulos suos ascendere nauim, vt præcederent eum trans fretum ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret populum. Et cùm dimisisset eos, abijt in montem orare. Et cùm serò esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra. Et videns eos laborãtes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare: & volebat præterire eos. 71. b, 212. b
8. *Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me: nec habent quod manducent: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via: quidam enim ex eis de longe venerunt.* 49. d, 117. c, 156. b
Et accipiens septem panes, gratias agens fregit, & dabat discipulis suis vt apponerent, & apposuerunt turbæ. 87. c, 156. a
Et manducauerunt, & saturati sunt, & sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas. Erant autẽ qui manducauerant quasi quatuor millia. 78. a
Et obliti sunt panes sumere. 112. c
14. *Ite in ciuitatem, & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, sequimini eum.* 51. c, 95. d
Et hymno dicto exierunt in montem Oliuarum. 248. b, 339. c
15. *Audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu.* 93. c

Lucæ.

C 1. *Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda: Et intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth.* 394. b
Esurientes impleuit bonis. 341. a, 345. b
2. *Et pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio.* 315. c, 323. b
Et subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis laudantium Deum. 138. c
Pastores loquebantur ad inuicem: Transeamus vsque Bethleem, & videamus hoc verbum quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. 40. b
Et venerunt festinantes: & inuenerunt Mariã, & Ioseph, & infantem positum in præsepio. 237. c, 256. a
5. *Exi à me, quia homo peccator sum.* 274. c
Quarè discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorum: tui autem edunt, & bibunt? 153. b
Numquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere ieiunare? 123. d, 159. c
6. *Quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit, & manducauit, & dedit his, qui cum ipso erant.* 171. b
7. *Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti: Et stans retrò secus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.* 111. b, 300. d
Hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. 44. b
9. *Quod cùm cognouissent turbæ, secutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos, qui cura indigebant, sanabat.* 119. d, 158. a, 344. a
Ait autem ad discipulos suos: Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt. Et discumbere fecerunt omnes. 95. c, 119. a
11. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* 15. b, 46. b 38. d, 81. b. 238. d, 246. b
14. *Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata sunt omnia.* 147. a, 47 c
Dixit paterfamilias seruo suo: Exi citò in plateas, & vicos ciuitatis: & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. 91. a, 50. b, 144. d, 147 b, 274. a
Et ait seruus: Domine factum est, vt imperasti, & adhuc locus est. Et ait Dominus seruo: Exi in vias, & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea. 147. b
15. *Quis ex vobis homo qui habet centum oues: & si perdiderit vnam ex illis, nonnè dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cùm inuenerit eã, imponit in humeros suos.* 310. c
Dico vobis quòd ita gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm su-

per

per nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. 50. c
Et adhæsit vni ciuium regionis illius. Et misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. 352. a
Et cupiebat implere ventrem de siliquis, quas porci manducabant. 153. c, 157. a
Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo! Surgam, et ibo ad patrem meum. 12. a, 152. d, 246. c, 387. b, 352. a
Cùm autem adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius, et misericordia motus est, et accurrens cecidit super collum eius, et osculatus est eum. 30. b, 246. d, 251. b
Pater peccaui in cælum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. 247. a
Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius. 109. a
Et adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur. 39. c, 50. a, 144. c.
Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam mandatũ tuum præteriui, & nunquam dedisti mihi hædum, vt cum amicis meis epularer: sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiã suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum. 144. d
16. Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. 255. d
Miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam. 270. d
18. Oportet semper orare. 378. b
19. Zachæe festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. 49. e, 87. d, 147. a, 255. b
Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. 87. d, 237. d
Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. 87. d
Hodie salus domui huic facta est. 49. e, 88. a, 237. d
22. Venit autem dies Azymorum. 333. d
Et misit Petrum, & Ioannem, dicens: Euntes parate nobis pascha, vt manducemus. 16. a, 76. d, 274. b, 333. c
Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans: sequimini eum in domum, in quam intrat. 177. d, 266. e, 51. d
Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, & ibi parate. 77. a, 177. a
Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum. 327. d
Non bibam de generatione vitis, &c. 370. a
Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. 348. c
Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. 357. d
Et qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. 208. d, 241. a
Domine, ecce duo gladij hic. ibid.
Et ipse auulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis. 174. c
Et factus in agonia, prolixiùs orabat. Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. 357. a
23. Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. 321. d
Nos quidem digna factis recipimus. 70. d
Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus, & iustus. 253. e, 380. a
24. Vna autem Sabbati valdè diluculo venerunt ad monumentum, portantes, quæ parauerant, aromata. 76. a, 111. c
Et ipse Iesus appropinquans ibat cum illis: oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent. 249. d
O stulti & tardi corde ad credendum. 53. d
Et appropinquauerunt castello quo ibant: & ipse se finxit longiùs ire. Et coegerunt illũ, dicentes: Mane nobiscum, &c. 87. b
Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. 213. a, 170. e, 371. a
Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem. 87. b, 170. c, 371. a
Et inuenerunt congregatos vndecim, & eos, qui cum illis erant. 170. d

Ioannis.

C 1. Verbum caro factum est. 114. c
2. Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. 153. c
Vinum non habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. 130. b, 183. c, 272. b
Quodcunque dixerit vobis, facite. 95. c
Dicit ei Iesus: Implete hydrias aqua. 183. d
Omnis homo primum bonum vinum ponit: & cùm inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est: tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. 153. d
Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ: & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. 248. d
4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. 123. d
Quinque viros habuisti, & nunc, quem habes, non est tuus vir. 264. d
6. Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces. 156. a
Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque millia. 51. b 53. b
Colligite, quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerunt his, qui manducauerant. 364. c, 339. b, 305. a

Et

Et cùm ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum: & tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos Iesus. Mare autem, vento magno flante, exurgebat. Cùm remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta, vident Iesum ambulantem supra mare, & proximum naui fieri, & timuerunt. 173. d
Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. 281. a
Domine semper da nobis panem hunc. 80. b
Qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet vnquam. 123. b
Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. 37. b
Ego sum panis vitæ, &c. 153. d, 312. a
Hic est panis de cælo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. 108. c
Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. 39. c, 130. a, 210. c, 213. c, 250. d
Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. 18. c, 185. c
Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? 313. a
Amen, amen dico vobis: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. 18. c
Qui manducat meam carnem, & bibit meum sãguinem, habet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. 141. c
Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. 18. a, 22. b, 75. b, 329. d, 375. a
Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. 243. b, 261. c, 309. a, 354 a
Sicut misit me viuens Pater: & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me. 149. d, 274. d, 32. c, 160. b
Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. 29. c
12. *Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat: Lazarus verò vnus erat ex discũbentibus cum eo.* 117. b
Et domus impleta est ex odore vnguenti. 382. a
Quarè hoc vnguentum non venijt trecentis denarijs, & datum est egenis? ibid.
Nisi granum frumenti cadens in terram mortuũ fuerit, ipsum solum manet. 129. d
13. *Cùm dilexisset suos, in finem dilexit eos.* 71. a, 79. b, 129. a, 166. b, 343. d
Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus. 321. d
Cœpit lauare pedes discipulorum. 303. c
Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? 95. d
Non lauabis mihi pedes in æternum. 274. c
Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet. 267. a
15. *Ego sum vitis vera.* 336. c
Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. 240. b
19. *Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua.* 149. d
Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ, & aloes, quasi libras centum. 280. d
Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus. 380. b
Erat autem in loco, vbi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo propter Parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum. 140. d, 76. a
20. *Maria autem stabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum: & vidit duos Angelos in albis, sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum: & nescio vbi posuerunt eum.* 99. a, 174. c
Hæc cùm dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem: & non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus: Mulier quid ploras? quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset: dicit ei, &c. 213. b

Actuum Apostolorum.

C 2. *Erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus.* 258. a, 275. c, 170. d, 179. b
Quotidiè quoque perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis. 174. d
4. *Multitudinis autem credentium erat cor vnũ, & anima vna.* 264. c
5. *Non es mentitus hominibus, sed Deo.* 292. a
7. *Dura ceruice, & incircumcisis cordibus, & auribus, vos semper Spiritui Sancto resistitis, sicut patres vestri, ita et vos. Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri?* 316. b
Ecce video cælos apertos, et filium hominis stãtem à dextris Dei. 174. a
Domine ne statuas illis hoc peccatum. 316. c
12. *Videns autem quia placeret Iudæis, apposuit vt apprehenderet et Petrum. Erant autem dies Azymorum. Quem cùm apprehendisset, misit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum, volens post Pascha producere eum populo. Et Petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.* 258. c
Et ecce Angelus Domini astitit: et lumen refulsit in habitaculo: percussoq; latere Petri, excitauit eum, dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius. Dixit autem Angelus ad eum: Præcingere, et cal-

cea

cea te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi: Circumda tibi vestimentum tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eum, & nesciebat quia verum est, quod fiebat per Angelum: existimabat autem se visum videre. Transeuntes autem primam, & secundam custodiam, venerunt ad portam ferreã, qua ducit ad ciuitatem: qua vltrò aperta est eis. 258. d

Epistolæ B. Pauli Apost. ad Romanos.

C 8. *Quicunque enim spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei.* 159. d
Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei. 294. a
12. *Prouidentes bona non tantùm coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.* 386. c

Ad Corinthios Primæ.

C 3. *Lac vobis potum dedi.* 366. c
4. *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* 286. c
5. *Expurgate vetus fermentum, vt sitis nous consperfio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus.* 13. b, 358. b
10. *Et omnes eundem potum spiritalem biberunt (bibebant autem de spiritali, consequente eos petra: petra autem erat Christus.)* 31. c
Quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus, omnes, qui de vno pane participamus. 15. d
Omnia quaecunq; agitis, in gloriam Dei facite. 364. c
Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis. 56. b
11. *In qua nocte tradebatur.* 178. c
Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. 348. c
Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. 176. a
Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat. 73. a, 268. b
Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. 56. d
Ideò inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. 110. d

Ad Corinthios Secundæ.

C 2. *Christi bonus odor sumus.* 17. c
6. *Vos enim estis templum Dei viui, sicut dicit Deus. Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos.* 265. a, 140. d

Ad Galatas.

C 2. *Viuo autem, iam non ego: viuit verò in me Christus.* 35. d, 149. d
4. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* 295. d

Ad Ephesios.

C 5. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* 151. d
Erunt duo in carne vna. 149. c
Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. 1. a, 262. a, 327. b

Ad Hebræos.

C 2. *Semen Abraha apprehendit. Vndè debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi.* 306. b
7. *Hic enim Melchisedech, rex Salem, Sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abraha regresso à cæde regum, & benedixit ei: cui & decimas omnium diuisit Abraham: primum quidem qui interpretatur rex iustitia: deindè autem, & rex Salem, quod est, rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vita habens.* 90. b
9. *In qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron, qua fronduerat, & tabula testamenti.* 35. a

Iacobi.

C 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum.* 37. a
5. *Si in peccatis sit, remittentur ei.* 34. a

Petri Primæ.

C 2. *Sicut modò geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem.* 266. d
Vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, &c. 53. b

Ioannis Primæ.

C 4. *Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* 354. a

Apocalypsis.

C 2. *Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum: & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* 89. d
3. *Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua.* 30. c

Quia dicis: quòd diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & caecus. 91. c

5. *Vicit leo de tribu Iuda.* 1. a

6. *Et cùm aperuisset sigillum quintum: vidi subtus Altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant.* 316. a

7. *Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: stantes ante thronum, in conspectu Agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum: & clamabant voce magna dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & Agno. Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, & seniorum, & quatuor animalium: & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt eum, dicentes, Amen. Benedictio & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum, Amen.* 44. e

18. *Et vox citharœdorum, & musicorum, & tibia canentium, & tuba non audietur in te amplius: & vox sponsi, & sponsæ non audietur adhuc in te.* 325. d

19. *Gaudeamus, & exultemus: & demus gloriã ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se. Et datum est illi vt cooperiat se byssino splendenti, & candido.* 326. c

Vide ne feceris: conseruus tuus sum. 178. c

FINIS.

INDEX COPIOSIOR RERVM;

Quæ in hoc Tomo notatu digniores visæ sunt.

PRIOR NVMERVS PAGINAM, Posterior columnam designat.

A

ACcidentia aliqua panis, & vini remanere in Sacramento Eucharistiæ, certum est de fide. Pag. 230. columna 1. littera b
Omnia accidentia realia separabilia à substantia panis, & vini, & sensibilia in se, vel in aliquo effectu manent absque omni subiecto in hoc Sacramento. 230. c. 1. c
Accidentia modalia, quæ scilicet tantùm distinguuntur modaliter à substantia panis, & vini, non remanent in hoc Sacramento. 230. c. 1. d
Omnia accidentia panis, & vini remanentia in hoc Sacramento habent quantitatem pro subiecto non vltimo, sed immediato. 231. c. 1. a
Actio noua, & supernaturalis, qua Christi corpus miraculosè sustentat accidentia panis in genere causæ efficientis, necessariò interuenit in conuersione Sacramentali. 196. c. 1. b
Actiones quasque minimas in sui obsequium directas maximè appetit Dominus. 364. c. 1. d
Aeternæ gloriæ frequens recordatio excitatur in anima dono sacræ Synaxis. 106. c. 1. c
Agni paschalis intestina cur præcipiebantur manducari. 47. c. 1. c
Agni caput cur vorandum esset. 84. c. 1. c, 156. c. 2. e
Agni balatus ingeminati in domibus Israelitarum prænotabant multiplices Dei voces, quibus corda communicantium illustrantur. 235. c. 2. d
Agni esurientis balatus repetitus, typus desiderij, quod habet Christus, vt noster cibus fiat. 251. c. 1. b
Agnus, & hœdus cur adhiberentur ad celebrandum pascha. 16. c. 1. c
Agnus paschalis cur igne assandus esset. 82. c. 1. d, 130. c. 1. c, 207. c. 1. a, 254. c. 1. d
Agnus paschalis cur nocte comedendus esset. 155. c. 2. d
Agnus paschalis cur comedendus esset festinanter. 207. c. 1. c, 238. c. 1. d
Agnus immolandus cur anniculus esse deberet. 208. c. 1. c
Agnus Eucharisticus diuinæ charitatis igne concoctus quantum debilitatem nostram roboret. 182. c. 2. a
Agnum Eucharisticum manducaturus ante oculos mentis habere debet hominem deferentem lagenam aquæ, scilicet miseram hominis conditionem. 251. c. 2. c
B. Aloysius Gonzaga suis colloquijs alios excitabat in singularem erga sacram Synaxim deuotionem. 39. c. 2. d
Altare dicitur thalamus mysteriorum. 5. c. 2. b
Altaris conuiuium paratum à solo Dei liberali amore. 144. c. 2. a
Altaris esca eo affectu à nobis est suscipienda, ac si dies illa vitæ nostræ extrema esset. 239. c. 1. b
Altaris conuiuio assidentes semper arbitrentur se non satis Deum amare, seque continuò excitent ad ardentiorem dilectionem. 253. c. 2. d
Altaris ferculum sumens, spiritale palatum habeat necesse est nullo malo sapore vitiatum. 369. c. 1. d
Amans amatum etiam mortuum amore prosequitur. 142. c. 2. a
Amor sanctus non verbo æstimandus est, vel

lingua, sed opere, & veritate. 4.c.2.a
Amor duplex, amicitiæ, & concupiscentiæ. 43.c.2.b
Amor inordinatus erga consanguineos eliminandus ab Eucharistica mensa. 90.c.2.a
Amor vbi est vehemens, non ad laudandum solùm, sed ad largiendum impellit. 105.c.1.a
Amor Christi adeò perfectus, vt nullis iniurijs comprimi potuerit ab effundendis suis diuitijs in Eucharistia. 145.c.2.d
Amor cælestis fine mundanæ sapientiæ legibus operatur. 164.c.2.a
Amor nunquàm quiescit, donec efficiat, vt amans amens existimetur. 166.c.1.b
Amor Christi verborum auarus, munerum verò largissimus. 183.c.1.a
Amor plus sentitur, quem prodit indigentia. 212.c.1.b
In amore diuino fideliores, iucundiùs & cumulatiùs epulantur in Eucharistica mensa. 100.c.1.b
Amor Christi erga nos in Eucharistia flagrantissimus. 317.c.1.d
Amor Christi, & animæ perfectus, ac mutuus, præcipuus ad Eucharistiam apparatus. 333.c.1.d
Amor diuinus à concupiscentis appetitus seruitute nos vendicat. 354.c.2.a
Amplexus concordiæ, & amicitiæ symbolum. 4.c.1.b
Ananias, & Saphira subita morte abripiuntur, quòd Deum in Petro deludant. 292.c.2.a
Angelis familiaris fit Angelorum panem manducans. 54.c.1.d
Anima pia virtute Eucharistiæ fit indiuidua Christi comes, ac morum eius imitatrix. 38.c.1.d
Anima pia sacro conuiuio assidens alios secum habere conuiuas gaudet, & in eis deuotionis affectus excitat. 39.c.1.d
Anima, quæ in sacra mensa prælibauit diuinitatis suauitatem, magnoperè ambit supernam beatitatem. 84.c.2.b
Anima pia ius peculiare acquirit in sacra mensa ad futuram resurrectionem. 141.c.1.b
Anima pia sie à sacra mensa recedit, vt ad eam noua semper auiditate feratur. 170.c.1.c
Anima pia spiritaliter famescens, plures etiam in sacra mensa conuiuas ambit. 171.c.1.b
Anima Eucharistico conuiuio accumbens se totam ad diuini beneplaciti normam dirigit. 172.c.2.b
Anima pia Dominicæ mensæ conuiua suum in Christum amorem defecturum timet, si subtrahatur illius præsentia, qua amor fouetur. 174.c.2.d
Anima post sacram Synaxim ad altissimam contemplationem euecta in Deo dulcissimè quiescit. 179.c.1.d
Anima in Altaris mensa abundè refecta ad eã amoris violentiam adducitur, quo humanæ operationes consopiantur per ecstasim. 179.c.2.d
Anima pia præproperis virtutum fœtibus fœcundatur à singulari diuinæ escæ virtute. 248.c.1.b
Anima pia per gratiam in sacra Synaxi collatam, omnes peccatorum aditus sedulò declinat. 260.c.2.b
Anima pia eo affectu accumbere debet sacro conuiuio, ac si sola esset conuiua. 262.c.2.b
Anima solum Christum in amore habeat, qui se totum in sacra Synaxi ei præbuit. 264.c.2.d
Anima pia attentè considerans Christum totum, bonaq; omnia per Eucharistiam sibi tradi, illi omninò se deuouebit. 265.c.2.c
Anima non mouetur pedibus, sed affectibus. 274.c.2.a
Anima pia in virtutis palæstra se exerceat, vt benè disposita Eucharistica dape fruatur. 280.c.1.b
Anima cum Domino sumpta Eucharistia pijs affectibus colluctetur, vt prauos reprimat carnis motus. 297.c.1.c
Anima quò maiori gratia repletur in sacro cōniuio, eò se maiori custodiat humilitate. 334.c.1.b
Anima per sacram Synaxim ea virtute donatur, vt in terris cælestem vitam agere videatur. 361.c.2.a
Anima pia in sacra mensa vnicum cordis affectum in Christum intendit. 362.c.2.c
Anima in sacra mensa eam assequitur virtutis metam, vt quidquid agit, orationis Deo gratissimæ vim habeat. 378.c.2.d
Anima pia soli Deo cor suum aptet, & post cælestes epulas diuinum hospitem benè custodiat. 380.c.2.c
Anima pia per sacram Synaxim eo perfectionis dono ditatur, vt Deo libenter offerat, quidquid vehementer prius diligebat. 382.c.1.b
Anima pia Altaris esca refecta, quidquid durum, & asperum illi accidit, æquo animo fert. 386.c.1.b
Anima pia in Eucharistica mensa ea cumulatur gratia, vt ad celsioris iustitiæ incrementa semper aspiret. 388.c.1.c
Anima pia eum ab Eucharistico pabulo trahit spiritum, quo proximi necessitatibus facilè subuenit. 392.c.2.b
Animæ piæ maximo animi cruciatu anguntur ob iniurias, quæ ab hæreticis diuino Sacramento inferuntur. 75.c.1.a
Animæ nihil tam expedit, quàm obedire. 95.c.1.a
Animæ piæ maximo angore afficiuntur, cùm gratissima dilecti Iesu præsentia Sacramentali orbantur. 99.c.1.d
Animæ piæ in sacra mensa ea donantur virtute, vt inferorum colubros propulsent. 249.c.1.b

Animæ sufficienter dispositæ an vtilius sit ad sacram mensam accedere duce fiduciali amore, an verò ab ea recedere timoris reuerentialis suasu. 373. 374. 375.
Animam piam Christus in sacra communione obsignat virtutum characteribus, quibus ipse est insignitus. 38. c. 2. b
Animam, quæ spiritalis ducis, vt Dei vices gerentis directioni se addixit, copiosa in sacro conuiuio gratia saginat Christus. 393. c. 1. b
Animarum saluti vacans modis beneuolis vti debet. 366. c. 2. c
Animum reuocans ad affectum, quo Dominus se nobis in cibum tradit, summa lætitia perfunditur. 47. c. 1. a
Aquæ symbolum tribulationum. 72. c. 2. d
Aquarum in vinum conuersio transmutationem hominis in virum perfectum, quæ in Altaris mensa contingit, apprimè delineat. 248. c. 2. b
Aurum æternæ gloriæ, & charitatis symbolum. 105. c. 2. c, 264. c. 1. a

B

Beneficium Eucharistiæ fideles allicit ad diuinas laudes. 345. c. 1. d
Benignitas Christi in Eucharistia allicit nos ad sui amorem. 209. c. 1. d
Bonitatem Dei infinitam in Eucharistia considerans pia anima, de sua ingratitudine dolet. 347. c. 2. a
Bonorum absoluta possessio pijs hominibus in futuro sæculo reseruatur. 243. c. 2. d
Booz inuitans Ruth ad comedendum typus Christi pertrahentis animam ad Eucharistiam. 39. c. 2. c

C

Canes plagatas Lazari carnes lingentes typus fidelium Christi vulnera pio affectu in sacra Synaxi meditantium. 237. c. 2. b
Capilli mentis operationes designant. 335. c. 2. b
Caro Christi viuificatrix. 33. c. 1. c
Caro Christi in Eucharistia non datur mortua, sed viua. 213. c. 2. c
D. Carolus, antequam celebraret, aditum cuicunque negotiorum tractationi intercludebat. 76. c. 1. d
Castitate, & cautela in remouendis peccatorum occasionibus præditus esse debet sacræ mensæ assidens. 150. c. 2. a
B. Catharina Ianuensis vehementi sacræ Synaxis desiderio exarsit toto vitæ suæ tempore. 12. c. 1. c
D. Catharina Senensis ex aspectu Sacerdotis, qui Eucharistiam tetigisset, mirificè recreabatur. 45. c. 2. a
Charitatem Christi inuictam nullæ iniuriæ remouere potuerunt ab instituenda Eucharistia. 145. c. 2. b
Charitatem, & concordiam habere debent fideles sacræ mensæ conuiuæ, ita vt quidquid boni ex ea in omnes, & singulos effluit, vnusquisque in se ipsum deriuatum putet. 264. c. 1. b
Cherubim mutui in propitiatorium intuitus quid repræsentarent. 333. c. 1. b, 337. c. 2. b, 340. c. 1. b
Christi corpus, & sanguis sunt pars Sacramenti Eucharistici. 22. c. 1. d
Christi passio in sacra Synaxi attentè considerata spiritus excitat ad conformandum nos Christo, & appetitum prouocat ad desiderandas carnis macerationes. 74. c. 1. a
Christi iugum ornamentum est, non onus. 100. c. 2. c
Christi præsentia in Eucharistia ita exhilaratur pia anima, vt alia quæcunque solatia renuat. 112. c. 2. a
Christi amor in instituendo Eucharistiæ Sacramento, quod insaniam præsciebat esse ab aliquibus iudicandam. 166. c. 1. b
Christi flagrans amor in sacra dape animam diuinæ mancipat seruituti. 168. c. 1. d
Christi amor in nos non verbis, sed beneficijs declaratur. 183. c. 1. c
Christi mensa eum exoptat, qui & cogitatione, & voluntate ad cælestia fertur. 242. c. 1. c
Christi corpus terra nostra appellatur, à qua lectissimi flores prægustationũ cælestis gloriæ erumpunt. 244. c. 1. a
In Christi mensa deuotè manducantes nescio quid æternæ felicitatis subodorantur. 244. c. 1. c
Christi plagas contemplans, suauitatem diuinam ab illis profluentem delibat in sacra mensa. 255. c. 2. a
Christi corpus est ignis spiritualis. 276. c. 2. b
Christi caro, sanguisq; Virgine consentiente hominibus traditur. 323. c. 1. c
Christi sanguis in Eucharistico cibo propositus fideles prouocare debet ad dimicandũ pro Christo, & proximo vsque ad sanguinis effusionem. 348. c. 2. d
Christi passionem recolere, atque imitari debent communicantes. 357. c. 1. c
Tota Christi substantia est sub speciebus panis, & vini. 213. c. 2. b
Christi corpus est in Sacramento Eucharistiæ cum tota sua quantitate, cæterisque accidentibus non localibus, quæ habet in cælo. 214. c. 2. c
Christi corpus in Sacramento est quantum, & extensum in ordine ad se, non autem in ordine ad locum. 215. c. 1. c
Christi corpus, si comparetur ad locum accidentium non secundùm se, & immediatè, sed mediatè, potest aliqua ratione dici esse in loco accidentium. 218. c. 2. c
Christi corpus secundùm se consideratum in

ordine ad locum accidentium Sacramentalium, simpliciter & propriè loquendo non est in loco. ibid.
Christi corpus in Eucharistia non potest naturaliter videri oculo corporeo. 234.c. 1.c
Perfectus Christianæ legis Sacerdos ad voluntatem Dei implendam, quidquid operatur, collimeat. 173.c. 1.a
Christo Aegyptum ingrediente, cur idola cófracta corruerunt. 249.c. 2.d
Christus cur miserit Petrum, & Ioannem ad parandum pascha. 16.c.1. d
Christus in Eucharistia misericordiam suam retinere nequit, quin affluenter excurrat ad conuiuas. 30.c 2.a
Christus dignoscendus erat Deus, homo, & Rex in Ecclesia ex eo, quòd hæc Eucharistico pane abundat. 42. c. 1. c
Christus seipsum communicauit ad recipiendam quandam iucunditatem, & exultationem, 43.c. 1. b
Christus cur instituerit Eucharistiam in vltimo vitæ suæ periodo. 46.c. 1. d
Christus in Eucharistia nobis omnia simul tradidit. 48.c. 1.b
Christus cur apud Zachæum diuersari voluit. 49. c. 2. c
Christus ad Eucharistiam admittit libenter etiam imperfectos. 53. c. 2 d
Christus integro Sabbato inclusus intra sepulchrũ deuorat summam quietem, quam desiderat in anima, à qua excipiendus est in sacra Synaxi. 76. c 1. a
Christus Eucharistiam instituit in meridie, hoc est in maioris charitatis æstu. 79. c. 1.b
Christus in Eucharistia feruentiores charitatis radios in animas iaculatur. 79. c. 1. c
Christus ad sacram mensam libenter assumit cognoscentes suam vilitatem. 91. c. 2.b
Christus quandoque plus delectatur humilitate, quàm deuotione suscipientis Eucharistiam. 103. c. 2. a
Christus in Eucharistia dignoscitur supremus rex. 113. c. 2.b
Christus sumptus in Eucharistia sub specie panis explet famem, & sitim spiritualem; 121. c. 2. c
Christus cur ante passionem suam instituerit Sacramentum Eucharistiæ. 129. c. 1. d
Christus magnoperè cupit, vt multi ad Eucharisticam mensam confluant. 147. c. 1. b
Christus ad Eucharistiam libenter admittit nitidæ conscientiæ cultorem, & à peccandi occasionibus declinantem. 151. c. 2.a
Christus summo affectu properat ad nos suo corpore, & sanguine reficiendos, atq; exæstuat diù, & tenaciter detineri in nobis. 207. c. 2. b
Christus post sumptionem corporis, & sanguinis sui, quàm mansuetus euaserit. 208. c. 2. d
Christus sarræ mensæ conuiuis modò se occultat, modò se pandit. 213. c. 1. a
Christus in Sacramento Eucharistiæ habet omnia accidentia spectantia ad ipsius connaturalem, & debitam perfectionem, quæq; habet in cælo. 215. c. 1. b
Non habet accidentia localia, quæ habet in cælo. 215. c. 1. c
Christus vt existens sub vna hostia non habet motum localem, quo mouetur, vel eleuatur vt contentus sub alia hostia, vel eius parte. 218. c. 1. a
Totus Christus post diuisionem specierum est sub quauis parte diuisa, modò sensibilis sit, & est de fide. 218. c. 1. c
Totus Christus ante diuisionem specierum est sub quauis parte speciei Sacramentalis etiã sub minore minimo naturali. 218. c. 2. d
Christus existit ex vi consecrationis sub indiuisibilibus, quæ supponuntur ante consecrationem, non autem sub illis, quæ resultant post consecrationem. 227. c. 1. d
Christus, prout est in Eucharistia, non potest connaturaliter elicere actum sensationis internum, vel externum. 234. c. 1. a
Potest tamen elicere actus spirituales scientiæ infusæ, per quam operatur independenter à phantasmatibus. 234. c. 1. b
Christus existens in Eucharistia videri potest ab oculo corporeo virtute supernaturali prædito. 234. c. 1. d
Christus in accedentibus ad sacrum epulum exigit, vt oculos, cæterosque sensus cohibeant. 234. c. 2. b
Christus supernaturalia mysteria edocet sacræ mensæ conuiuas. 239. c. 2. d
Christus cur in Aegygptum potiùs, quàm in alias orbis partes transfugere voluit. 249. c. 2. b
Christus summoperè ambit se nobis in alimoniam tradere sub sacris speciebus. 251. c. 2. b
Christus sub sacris speciebus eo affectu se vnicuique tradit, ac si solus esset. 261. c. 2. c
Christus tali affectu pascit vnamquamq; ouem sacra dape, ac si illa totum gregem constitueret. 262. c. 1. d
Christus Eucharistia pascens puras animas ita oblectatur, ac si ipse pabulo reficeretur. 266. c. 1. b
Christus iucundè epulatur in sacro conuiuio, si conuiuas habeat puritate conspicuos. 266. c. 1. d
Christus Dominus in horto discipulorum somnolentiam increpat, quod sacra dape refectæ contemplationi non vacent. 297. c. 2. d
Christus in Eucharistia summè clemens. 306. c. 1. b
Christus Dominus cur nobis vt homo proponatur in sacra dape. 306. c. 2. c
Christus Eucharistici panis erogatione spirituale regnum in terris amplificat. 320. c. 2. a
Christus Dominus vitis, quæ vinum Eucharisticum nobis propinat. 336. c. 1. c
Christus cur post passionem non instituerit Eucharistiam, sed ante. 386. c. 1. b

Christus in Altaris mensa deuotè susceptus, lætitiam excitat maximam in anima. 390. c. 1. c
Christum in Eucharistia plurimo cum fructu recipere cupientes, largas egenis eleemosynas erogent, aliaque pietatis officia exerceant. 88. c. 1. a
Christum in sacra Synaxi dignè suscipiens, eũ vita, & moribus repræsentat. 149. c. 2. c
Christum in Eucharistia sumentes nullius boni egent, neque esurire, nec sitire possunt. 154. c. a b
Circulus æternitatis character. 105. c. 2. c
Cogitationes prauæ, earumq; exordia vulpeculis denotantur. 259. c. 2. c
Collum obedientiæ symbolum. 351. c. 1. d
Color niger symbolum aduersitatis, & tristitiæ, albus verò felicitatis, & lætitiæ. 70. c. 1. c
Columba typus mansuetudinis. 340. c. 2. a
Commodis proprijs indulgens anima ad Eucharistiam non admittitur ad tempus. 279. c. 2. b
Communicans eam à sacra mensa haurit virtutem, vt ad ardua quæq; subeunda pro Dei gloria strenuus euadat. 385. c. 2. c
Communicantes per Christi virtutem eò deueniunt, vt latifundia, & pretiosa quæque derelinquant. 246. c. 1. b
Communicantes veluti in specula constituuntur ad præcauendam hostium aggressionem. 308. c. 1. c
Communicantes etiam solo spiritu, & desiderio, ea virtute donantur, vt ad ea maximè à se proijcienda, quæ ardentiori affectu diligunt, disponantur. 383. c. 2. a
Concionatorum munus ad Eucharistiæ cultũ fideles allicere. 346. c. 2. d
Confidentiam nostram in Deo maximè obfirmat Eucharistia. 363. c. 2. a
Connubium maris, & fœminæ legitimum denotat coniunctionem Christi cum Ecclesia, & anima iusti. 1. c. 1. c
Consecratio non est pars formalis intrinseca Sacramenti Eucharistiæ. 29. c. 1. d
Ad Consecrationis rationem non est necesse proferre verba recitatiuè. 202. c. 2. b
Consortium cum puritatis cultoribus ad fouendam virginitatem efficax. 355. c. 1. d
Contagium mortiferum ad solam vmbram Eucharistiæ cessauit. 120. c. 2. a
Contemplationi diuinarum rerum vacantes maximè disponuntur ad sacram alimoniã. 241. c. 2. d
In conuersione Sacramentali nulla intercedit actio, quæ in Christi corpus influat esse substantiale, siue producendo, vel reproducendo, siue conseruando. 190. c. 1. d
Per conuersionem Sacramentalem nullus modus substantialis producitur in Christi corpore. 193. c. 1. a
In conuersione Sacramentali nulla qualitas producitur in speciebus, siue virtus motiua corporis Christi, similis virtuti magneticæ. 193. c. 2. b
In conuersione Sacramentali inuoluitur productio modi accidentalis in Christi corpore, ratione cuius modi idem corpus connectitur cum speciebus Sacramentalibus, sicut priùs cum ijsdem accidentibus connectebatur substantia panis. 193. c. 2. c
Conuiuia parare in meridie vsitatũ fuit apud priscos. 77. c. 2. c
Inter conuiuia ænigmata proponere, & soluere vetus mos fuit. 239. c. 2. b
Copula coniugalis an obliget ad abstinendum à communione, si habita sit eodem die. 133. c. 2. c, 134. c. 1. b
Coronæ geminæ super mensam panum propositionis quid præsignarent. 321. c. 1. b
Corpus communicantis contactu Christi remanet dignificatum. 11. c. 2. a
Coruus cur potius eligitur ad alendum Eliã, quàm columba. 245. c. 2. b
Crocus typus patientiæ. 384. c. 1. d

D

Daniel inter leones esca refectus typus animæ maximo in discrimine versantis, quæ per Eucharistiæ sumptionem à Domino liberatur. 298. c. 2. d
Dapes delicatæ, ac vina selecta plurimùm conferunt ad vultus elegantiam. 131 c. 2. c
A Dæmone facilè negotio profligantur, qui celeriter à diuino sympolio resilientes ad mundi negotia redeunt. 297. c. 2. a
Dauid mœrore oppressus sola Dei recordatione exhilaratus est. 45. c. 1. b
Dauid cur stola byssina, & ephod lineo conspicuus ante arcam. 326. c. 2. d
Dauid acerbissimam sitim sustinet meditans Christi sanguinem in Eucharistia fidelibus hauriendum. 389. c. 2. a
Dei amicis licèt suauitas Eucharistiæ delibanda exhibeatur, ij tamen simul affligantur innumeris infortunijs, calamitatibusque. 71. c. 2. d
Delicium Christo Domino maximum, sacram mensam conuiuis refertam esse. 271. c. 1. d
Dentes sapientiæ, ac meditationis typus. 337. c. 1. b, 338. c. 2. b
Deo valdè accepta est nostræ vilitatis, & imbecillitatis recogitatio, dum sacræ mensæ accumbimus. 51. c. 2. b
Deo acceptus est homo, cùm ex obedientia, non autem ex negligentia omittit sacram communionem. 96. c. 2. a
Deo magnoperè placet, vt in obsequium fidei intellectum nostrum subijciamus circa Eucharistiæ Sacramentum. 232. c. 1. c
Deo gratissima est anima, quæ ad Eucharistiam accedens de Christi cruce cogitat. 349. c. 1. a
Deo valdè gratum est post Eucharisticam refe-

fectionem curare, vt minima quæque actio nostra ad Dei gloriam dirigatur. 364. c. 2. c
Deuotè communicans eam à sacra mensa hauriat gratiam, vt diuinum dilectum animo perstringat, & in Domini obsequium, quidquid agit, collineet. 294. c. 1. c
Deuotè communicantes Christi vita viuunt, illique configurantur. 295. c. 2. b
Deuotionis affectus erga Eucharistiam in nobis excitandus est eo etiam tempore, quo humanis negotijs detinemur. 82. c. 1. a
Deum non hominem agnoscat in Prælato, qui cælestibus affici gratijs in sacra mensa desiderat. 292. c. 1. d
Deus diligendus est amore sincero amicitiæ propter se ipsum. 43. c. 2. d
Diacono ex commissione competit Eucharistiam distribuere. 286. c. 1. d
Diacono etiam nunc committi potest Eucharistiæ distributio vrgente necessitate. 287. c. 1. b
Dilecta Dei in sacra mensa agnoscit calicem tribulationum sibi pro peccatis à Christo propinatum, & libenter haurit. 71. c. 1. a
Dilecta Dei in Eucharistia contemplans carnem Christi flagellis excoriatam, spinis & clauis transfixam, corpus suum varijs anteritatibus castigat. 73. c. 2. d
Directoris spiritalis ductu ad sacram mensam accedendum. 284. c. 2. a
Discipuli euntes in castellum Emmaus licet imperfecti à Christo Eucharistia sunt refecti. 54. c. 1. a
Discipulorum ministerio cur voluerit Christus vti ad reficiendas turbas. 45. c. 2. c, 87. c. 1. d
Diuina gratia ad magnam perfectionem euectus, alios inducere debet ad feruentē Eucharistiæ susceptionem. 39. c. 2. a
Diuina luce illustratur mens accedentium ad Eucharistiam. 157. c. 2. a
Diuinæ suauitatis tanta est transfusio per Eucharisticum cibum in animam, vt beatificæ visionis prælibamina quædam degustare videatur. 390. c. 2. c
Diuinis laudibus vacare debēt fideles post sacram refectionem. 138. c. 2. c
Diuinitas modica tantùm in parte degustari potest in Eucharistia. 84. c. 1. c
Diuino pabulo dignior redditur, qui ad maiorem perfectionem semper anhelat. 253. c. 1. b
Diuinum beneplacitum adimplere in via spiritali magis prodest, quàm ex propria deuotione communicare. 96. c. 1. c
Dominicæ carnis esus auiditatem, & desiderium maximum excitat intimæ vnionis cum Christo. 139. c. 2. d
Dominico pabulo victitantes amore in Deum inflammantur, & alios inflammant. 314. c. 2. c
Donum Dei gratuitum est Eucharistia. 143. c. 2. c
Donum sacræ Synaxis vnusquisque sibi vni præstitum reputet. 263. c. 1. b

E

Ecclesiæ ianuæ cur pateant, dum administratur Eucharistia. 16. c. 2. b
Elias cibo refectus Eucharistiam prænotante talem facilitatem ad itineris incommoda sustinenda hausit, vt non longa peregrinatio, sed breuis deambulatio illa sibi visa sit. 309. c. 2. d
Eliseus longè à Iericho, idest à mūdo, de mysterijs Eucharisticis edocetur. 319. c. 2. d
Esau foras aberrans typus eorum, qui ad humana negotia nimiùm se effundunt, ac carnalium. 76. c. 2. b, 353. c. 1. b
Eucharistia capit omnem hominis appetitū, eiusque suauitas superat omnia mundi oblectamenta. 15. c. 2. a
Eucharistia confert augmentum gratiæ communicanti in statu gratiæ, etiamsi careat actuali deuotione. 32. c. 1. b
Confert quandoque primam gratiam per accidens. 32. c. 2. d
Eucharistia induit animam, vt veterem hominem deponat, & Christum induat. 34. c. 2. d
Eucharistia malorum habituum fœdum abijcit, & spiritalem iuuentam adducit. 35. c. 2. a
Eucharistia refecti ita facilè virtutum gradum scandunt, ac si semitam planam calcarent. 36. c. 1. c
Eucharistia quàm magnam vim habeat trahendi homines ad Christum. 38. c. 1. c
Eucharistia omnes diuinas opes amplectitur, qua data nihil aliud superest dandum. 41. c. 2. a
In Eucharistia omnia bona reperiuntur. 47. c. 2. d
Eucharistia pro omnibus instituta, sed quodammodò præcipuè pro peccatoribus pœnitentibus. 50. c. 1. b
Eucharistia erigit mentem à terrenis negotijs seiunctam, & in superna eleuatam. 77. c. 1. b
Eucharistia ita animam satiat, vt in ea nouum simul sui appetitum excitet. 80. c. 1. c
Eucharistia spiritus renouationem exigit in accedentibus ad eam. 81. c. 2. a
Eucharistia recreat eos maximè, qui sensuum cupiditates in homine instar regis dominantes cohibent. 89. c. 1. a
Eucharistia omnem pauorem eliminat. 93. c. 2. d
Eucharistia magnam vim habet exhilarandi, & excitandi charitatis feruorem. 95. c. 1. b
Eucharistiæ figuræ, ac typi complures. Agnus paschalis. pag. 14. c. 1. a, Arca fœderis. 36. c. 1. d, Conuiuium Iosephi meridianū. 71. c. 2. a, Rubus visus à Moyse. 72. c. 2. b, Pallium Eliæ. 73. c. 1. a, Epulum paratum ab Abraham in feruore diei. 79. c. 2. b, Nuptiæ

ptiæ Canæ Galilææ. 79. c. 2. c, Benedictio collata Iacob ab Isaac. 82. c. 2. b, Botrus terræ promissæ. 84. c. 2. a, Panis & vinum Melchisedech. 89. c. 1. a, Refectio Eliæ parata à vidua Sarephtana 95. c. 1. c, Panis subcinericius delatus ab Angelo Eliæ. 148. c. 1. c, Ignis qui ardebat in Altari. 300. c. 1. b, Pabulum delatum ab Habacuc Danieli. 302. c. 1. b, Colmna ignis, & nubis præcedens Israelitas. 304. c. 2. b. Mensa panum propositionis. 11. c. 2. c, Refectio turbæ in deserto. 45. c. 2. d

Eucharistiæ encomia varia antonomastica, quibus à Patribus potissimùm, vel Ecclesia celebratur. Eucharistia omnis esca. pag. 12. c. 1. c, Lac, mamilla. 14. c. 2. a, Memoriale Dei. 36. c. 1. b, Lætitiæ fluentum. 43. c. 1. a, Ignis. 44. c. 1. b, Symbolum resurrectionis. 141. c. 2. b, Cibus nutriens ad immortalitatem, & vitam æternam. 141. c. 1. d, Panis filiorum. 159. c. 1. c, Testamentum. 176. c. 1. a, Mysterium fidei. 232. c. 1. c, Exultatio. 243. c. 1. b, Firmamentum. 268. c. 1. d, Pharmacum immortalitatis, medicamentũ purgans vitia, & omnia pellens mala. 275. c. 2. c, Cibus grandiũ. 282. c. 1. b, Mensa pacis, panis concordiæ. 339. c. 2. d

Eucharistia ijs præcipuè parata, qui sincero, & submisso sunt animo. 102. c. 1. b

Eucharistia causat gratiæ augmentum, quandiù in stomacho perseuerat, si augeatur dispositio communicantis. 115. c. 1. d

Eucharistia non est simpliciter necessaria ad conseruationem vitæ spiritualis. 118. c. 1. d Est adeò vtilis, vt dici possit moraliter necessaria ad perseuerandum in gratia. ibid.

Eucharistia pharmacum sanitatis. 120. c. 1. a

Eucharistia per se loquendo non confert maiorem gratiam sub vtraq; specie, quàm sub altera tantùm. 124. c. 1 a

Eucharistia vt nobis sapiat, animo sæpiùs voluenda, ac meditatione veluti mola terenda. 129. c. 1. a

Eucharistia plurimum spiritalis pulchritudinis animæ confert. 132. c. 1. a

Eucharistia eliminat quidquid castitatem labefactare potest. 151. c. 2. d

Eucharistia producit gratiam, dum per guttur traijcitur sacrata hostia. 160. c. 2. d

Eucharistia congruè dicitur vnguentum, & vinum. 169. c. 2. b

Eucharistia hominis affectus ab infimis euellit, eleuatq; ad superna. 177. c. 2. b

Eucharistia deuotè pluriès sumpta retrahit hominem ruentem in libidines, aliaq; vitia. 246. c. 1. a

Eucharistia ad perfectiorem peccatorum pœnitudinem trahit. 246. c. 2. c

Eucharistia quàm efficax ad reddendam animam virtutum omnium feracem. 248. c. 1. d

Eucharistia hominem ad perfectionis apicem singularibus gratiæ donis euehit quàm citissimè. 248. c. 1. c

In Eucharistia per affectum totus Christus ita agglutinatur cuilibet animæ, ac si illius solius vnicus sponsus esset. 262. c. 1. a

Eucharistia ita pro omnibus fidelibus, ac pro vnoquoq; eorum instituta. 262. c. 1. c

Eucharistia eo affectu sumenda, vt Dominum propter se tantùm diligamus. 281. c. 2. b

Eucharistia hominem reddit in iustitiæ semitis expeditissimum. 310. c. 2. b

Eucharistia piæ animæ affectus ita ad se trahit, vt à quibus irretitur amoris vinculis expedire se nesciat. 335. c. 2. d

Eucharistia pro sola Virgine magis, quàm pro cæteris fidelibus simul sumptis instituta. 369. c. 2. b

In Eucharistia sub accidentibus panis solum Christi corpus est præsens ex vi verborum, sanguis verò, anima, & diuinitas tantùm per concomitantiam. 371. c. 2. a

Eucharistia eam animæ virtutem confert, qua non iactet, sed celet prærogatiuas, quibus decoratur. 385. c. 1. a

Eucharistiæ sola recordatio, & appetitio hominem à vitijs ad cælestem vitam traducit. 12. c. 1. b

Eucharistiæ obliuio in peccatorum barathrum detrudit hominem. 12. c. 1. d

Eucharistiæ oblectamenta percipiuntur ab ijs, qui puro corde, humiliq; fide communicant. 14. c. 2. a

Eucharistiæ subsidio roboratus ardua quæcunque superabit in vita spirituali. 36. c. 1. a

Eucharistiæ sola cogitatio dulcedinem affert. 45. c. 1. c

Eucharistiæ sola figura plurimum virium contulit Moysi, vt æquo animo ardua quæque toleraret. 72. c. 2. c

Eucharistiæ virtute homo virilẽ animum induit. 94. c. 1. c

Eucharistiæ virtute aperti sunt oculi discipulorum, vt Christum agnoscerent. 137. c. 2. b

Eucharistiæ suauitas nos impellere debet ad encomia Dei canenda. 138. c. 2. d

Eucharistiæ suauitatem degustant conformes diuino beneplacito. 159. c. 1. d

Eucharistiæ virtus in humanis actibus moderandis, & ordinatæ charitati conformandis. 167. c. 1. b

Eucharistiæ præsidiò nostra in peccatum propensio facilè comprimitur. 175. c. 2 a

Eucharistiæ solus typus Deum quodammodo impulit ad cordis secretum Abrahæ patefaciendum. 240. c. 1. b

Eucharistiæ virtute homo diuitiarum cupidus terrenos affectus ablegat. 245. c. 2. a

Eucharistiæ solus typus adeò efficaces reddidit apud Deum Abrahæ orationes. 257. c. 2. d

Eucharistiæ vis ad fidelem animam erga Dominũ in dilectione stabiliendam. 294. c. 1. b

Eucharistię virtute corroboratur quidquid in homi-

ho mine est imbecillum. 302.c.1.c
Eucharistiæ virtute pia anima ea vi supernè effertur, vt corpus etiam in aera subleuetur. 303.c.2.c
Eucharistiæ mysteriũ eò magis innotescunt, quò fidei nubes circa ea extenditur. 304.c.1.b
Eucharistiæ virtute sic omnis delinitur defatigatio, vt speciem tantùm laboris referre videatur. 311.c.2.b
Eucharistiæ virtus efficax ad carnis concupiscentiam coercendam. 355.c.2.d
Eucharistiæ donum est, se nondum è vitæ spiritalis primordijs excessisse putare. 370.c.2.d
Eucharistiæ virtute pia anima ita Deo vnitur, vt cætera omnia excludat. 380.c.2.d
Eucharistiæ sola figura eò nos adducit, vt iucundissimis quibusq; rebus nos spontè priuemus. 382.c.2.b
Ab Eucharistiæ figura adeò strenuum concepit spiritum Abraham, vt dilectam sibi sobolem Deo immolare non dubitarit. 383.c.1.c
Eucharistiæ virtute submisse de nobis loquimur, & sentimus. 385.c.1.d
Eucharistiæ dono non quoad internos actus tantùm, verùm etiam quoad externas actiones sanctificamur. 387.c.1.a
Eucharistiæ efficax vis ad pertrahendos homines ad quodlibet vel arduum facinus ob Dei gloriam aggrediendum. 394.c.1.b
Eucharistiæ participes, vt opus aliquod præclarum præsteut, vel leuis inspiratio sufficiens est. 394.c.2.a
Per Eucharistiam omnia bonorum genera in nos deriuant, cunctaque mala ablegantur. 11.c.2.d
Eucharistiam sumentes animum referre debemus ad ea omnia, quæ pro nobis pertulit Christus. 52.c.1.a
Eucharistiam sumpturi ad vile nostrum principium cogitatione reuerti debemus. 92.c.1.b
Ad Eucharistiam accedentes talibus gratiæ suffragijs subleuantur, vt in adimplenda lege diuina non fatigentur. 101.c.1.d
Ad Eucharistiam dignè suscipiendam, B. Virginis, & Sanctorum patrocinium implorandum. 104.c.1.a
Per Eucharistiam præseruatur homo à peccatis. 118.c.1.a
Eucharistiam suscipientes domus Domini appellantur. 140.c.2.d
Ad Eucharistiam accedentes magna cum esurie, iucundiùs epulantur. 156.c.2.b
Ad Eucharistiam vtiliter suscipiendam piæ meditationes de ea exeitandæ. 158.c.2.b
Eucharistiam deuotè suscipientes spiritaliter inebriantur. 163.c.2.b
Ad Eucharistiam eo affectu accedendum est, vt iudicemur insipientes, & stolidi. 164.c.1.b
Ad Eucharistiam pio affectu accedentes talibus gratiæ auxilijs proteguntur, vt à periculis omnibus eruantur. 181.c.2.d
Eucharistiam dignè suscipiens eos à sacra mẽsa haurit diuini amoris igniculos, vt obleetamentis cæteris vale dicat. 294.c.1.d
Post Eucharistiam sumptam se statim colligat, qui à noxijs quibuscunque incolumis seruari desiderat. 299.c.1.c
Eucharistica alimonia satis mercedis est pro plurimis in proximorum beneficium laboribus exantlatis. 341.c.2.d
Ab Eucharistica mensa talis erga proximum trahitur amor, vt blandum in animarum salute procuranda quisque se demonstret. 366.c.2.a
Eucharisticæ mensæ accumbentes diuinarum inspirationum aura deliniuntur. 236.c.1.c
Eucharisticam cœnam benè gustare cupientibus recubandum est sub tegmine fidei. 156.c.1.a
Eucharistici cibi inappetentia deducit homines in extremum æternæ mortis periculum. 12.c.2.c
Eucharistici edulij dulcedo in ficu præsignata. 247.c.2.d
Eucharistici Sacramenti duratio vsque ad diẽ iudicij præfiguata fuit in farina Sarephtanæ non defectura. 268.c.1.b
Eucharistici Sacramenti efficacia amorem nostrum perficit. 294.c.2.b
Eucharistici cibi gratia homines à persecutionum violentia liberantur. 395.c.2.d
Eucharistico pabulo expeditissimi redduntur fideles in aduersarios. 307.c.2.c
Eucharistico cibo refecti cliuosos difficultatũ tramites facillimè superant. 310.c.1.c
Eucharistico cibo vescentes spiritalis iuuentutis gratia semper vigent. 387.c.2.c
Eucharisticum epulum institutum, vt vnanimes reddat fideles. 339.c.2.d
Eucharisticum ferculum, quem reficit, ita roborat, vt ad difficillima quæque subeunda promptissimum reddat. 350.c.1.b
Eucharisticus cibus perfectè animã alit, eãq; simul ad edendũ magis incitat. 371.c.1.b
Eucharisticus cibus ab amore datus amorem pariter exigit. 318.c.1.d
Eucharisticus cibus institutus ad reparanda damna, quæ vetitus Adamo cibus intulit. 337.c.2.d
Existentia Eucharistiæ est euidenter credibilis. 18.c.1.b
Actualis existentia præsentiæ corporis Christi in Eucharistia naturali virtute ab Angelo cognosci non potest. 234.c.2.a

F

Fames, & sitis spiritalis Eucharistiæ in anima gignitur, à qua exulant mundi oblectamenta. 157.c.1.d
Fausta omnia sibi vendicat Altaris Sacramen-

mentum. 326. c. 2. c
Ferculū Salomonis est Eucharistia. 309. c. 1. c
Qui ferculo Christi vehuntur, ad supernam patriam feliciter pergunt. 309. c. 2. a
Ficus dulcedinis, & tranquillitatis typus. 147. c. 2. d
Fideles mutuò se incitare debent ad ferculū communicandum. 40. c. 1. b
Fideles in Ecclesia militanti colluctantes cum nequissimis spiritibus, Eucharistiæ gratia delibuti non difficulter se subtrahunt ab hostilibus aggressionibus. 168. c. 1. c
Fideles ad sacram mensam accedere sine charitatis veste ægrè fert Christus. 327. c. 1. b
Fideles virtute Eucharistiæ ea donantur libertate, vt suis cupiditatibus perfectissimè dominentur. 354. c. 1. a
Fidelis anima, dum fidei velo Eucharistiæ veneratur mysterium, mira de hoc Sacramento diuina luce illustrata edocetur. 304. c. 2. a
Vnusquisque fidelium dicitur minor Ecclesia. 264. c. 1. d
Fides, quam postulat Eucharistia, est victoriæ monumentum de Stygio angue. 108. c. 2. d
Fides quò præstantior, eò sacræ mensæ fructus vberior. 303. c. 1. b
Filius prodigus panem appetens typus animæ piæ panem Eucharisticum esurientis. 10. c. 1. c
Filius prodigus resipiscens typus hominis pœnitentis, & vitæ in melius commutandæ cupidi. 15. c. 1. a
Finis conseruandi, & augendi vitam spiritalem animæ non conuenit alteri Sacramento ex propria institutione, quàm Eucharistiæ. 330. c. 1. d
Firmitatem maximam recipit Ecclesia ab Eucharistico Sacramento. 168. c. 2. c
Fons delectationis est corpus Christi irrigans oïa animæ, & corporis interiora. 263. c. 1. c
Fortitudinem maximam ostendit Christus instituendo Eucharistiam ea nocte, qua Iudas illi proditionem moliebatur. 45. c. 1. d
Fortitudinem animi inspirat hominibus Eucharistia ad strenuè dimicandum in spiritali prælio. 93. c. 2. b
Fortitudinem leoninam haurit homo in sacra mensa. 150. c. 1. b
B. Francisci Borgiæ magna in celebrando humilitas. 52. c. 1. d
Furorem diuinæ iræ compressit Eucharistia. 209. c. 1. a

G

Gratia vberiori donantur sacræ mensæ conuiuæ, quò longiùs recedunt à mundi tumultibus. 77. c. 2. b
Gratia vberiori replet Christus in sacra Synaxi maiori submissione conspicuos. 148. c. 2. b
Gratia, quam Eucharistia confert ex opere operato, proportionem habet cum dispositione communicantis, ita vt meliùs disposito maior gratia conferatur. 331. c. 1. d
Melior dispositio ea est, quæ constituitur ex actibus virtutum, quàm quæ à sola habituali gratia desumitur. 331. c. 1. b
Inter dispositiones actuales illæ meliores, quæ per actus fiunt, qui magis vniunt Deo creaturam. 332. c. 1. d
Gratiæ diuinæ illustratio præuenit eos, qui ad Eucharisticam cœnam pergunt. 37. c. 1. b
Specialia gratiæ auxilia à communicante recipiuntur in sacra mensa, quibus antea actæ vitæ crimina detestatur. 147. c. 2. a
Gratiæ habitualis augmentum ex opere operato confertur dignè Eucharistiam sumentibus. 329. c. 1. c
Gratiam vberem hauriunt ab Eucharistia non solùm orationis dono præstantes, sed etiam spiritus sterilitatem coram Deo humiliter recolentes. 101. c. 2. c

H

Habacuc cur per capillum apprehendatur ab Angelo. 302. c. 2. b
Habacuc per aera Danieli cibum deferens, eleuationes, quas sacra Synaxis operatur, prænotat. 302. c. 2. b
Hæreticorum frustraneus labor in occultanda reali Christi præsentia in Eucharistia. 312. c. 2. c
Hinnuli capreæ visu acutissimo, & cursu velocissimo pollent. 355. c. 1. c
Hœdus symbolum peccatoris conuersi, agnus verò typus viri probi. 16. c. 1. c
Homo mutabilitati subiectus per sacram Synaxim. diuinæ immutabilitatis fit particeps. 301. c. 2. d
Hominem vagantem per Eucharistiam beatorum gregi associat Dominus. 310. c. 2. d
Hostibus formidabilis fit prodigus peccator, dum in annulo Christi imaginem gerit. 109. c. 1. b
Humanæ laudis affectus omnis ablegetur, vt Deo magis in sacro ferculo placeamus. 334. c. 1. d
Humilitatem maximam exercet Christus in Altaris Sacramento. 114. c. 1. b

I

Iacob domi vitam degens typus contemplatiuorum. 76. c. 2. b
Spiritalis Iacob cumulatis Eucharistiæ bonis ditatur, quibus infaustus Esau priuatur mundanis curis addictus. 76. c. 2. c
B. Ida Louaniensis ad solam Eucharistiæ memoriam adeò ardenti charitate incalescere solebat, vt eius etiam membra externa mirificè arderent. 45. c. 1. d
Ignis Eucharisticus ita homines amore in Deū perfectò accendit, vt Seraphim amore ardentes vocari possint. 44. c. 2. a

Ignis symbolum amoris. 317.c.1.e
Inertes, & socordes eliminandi à sacra mensa. 111.c.2.a
Innocentiæ candore conspicuus, vt gratior appareat in sacro conuiuio, perfectiorem affectet puritatem. 267.c.2.b
Inspirationibus diuinis alliciuntur fideles ad Altaris mensam. 37.c.1.c
Ioannes virtute Eucharistiæ transformatus in Christum. 150.c.1.b
Ioannes symbolum amoris, & fiduciæ, Petrus verò typus timoris reuerentialis. 274.c.2.c
Ioannis amorem Eucharistia perfecit. 44.c.2.d
Ioseph distribuens frumentum in Aegypto typus Christi Eucharisticum panem fidelibus suppeditantis. 12.c.2.b
Mysticum Ioseph Christum obliuiscens primũ omnium malorum limen ingreditur. ibid.
Ioseph fratres conuiuio excipiens typus Christi Eucharistia pascentis fideles. 30.c.1.d
Ioseph à fratribus venditus typus Christi à Iuda proditore vendiri. 70.c.2.b
Ioseph Christi corpus sepeliens typus fidelis animæ dignè Dominicum corpus suscipientis. 253.c.1.c
Ioseph & Abraham cur sub meridiei ardore conuiuia parari iubent. 388.c.1.a
Irradiationibus peculiaribus ita diuinitùs illustrantur deuotè ad Eucharistiam accedentes, vt Christi præsentiam miro modo præsentiant. 510.c.1.b
Isaac ablactatus typus animi virilis, qui infantiles mores deposuit, nec affectu parentum blandimentis adhæret. 90.c.2.a
Iubilei anno perfecta libertate donabantur Hebræi. 353.c.2.d
Iustitia, & vitæ probitate conspicui, ac perfectæ mortificationis studiosi esse debent Eucharistiam sumpturi. 280.c.2.a
Iustitiæ diuinæ furor temperatus est in sacro ferculo. 306.c.2.a
Iustitiam suam quantum cohibeat Christus in sacra Synaxi. 209.c.1.c

L

Labia sponsæ charitatis minio illiniuntur, dũ Christi sanguine inebriatur. 343.c.1.e
Lac symbolum fidei. 108.c.1.a
Lacte diuinæ dulcedinis B. Virgo in sacra mẽsa eos pascit, qui puritate, atque humilitate sunt prædici. 325.c.1.e
Lactucæ amarę amaritudinem, quam de peccatis sentire debemus, significãt. 14.c.1.a
Lactucæ agrestes cur cum agno comederentur. ibid. 247.c.1.e
Lætitia summa replet animam Christus in Eucharistia. 42.c.2.c, 243.c.1.c
Lateri Christi os admouere se putet communicans. 318.c.1.b
Lazarum redinuum cur mensæ conuiuam voluerit Dominus. 117.c.2.b
Lazarus Christum repræsentat sub Eucharistia existentem. 338.c.2.d
Lectulus Salomonis Eucharistiam denotat. 305.c.2.e
Leuitate insignes esse debent sacræ mensæ participes. 340.c.2.d
Libertate filiorum Dei conspicui esse debent ad Eucharistiam accedentes, peccati seruitute deposita. 352.c.2.b
Libidinis ardorem extinguit Eucharistia, animamque castitatis prærogatiua dealbat. 351.c.2.b
Lilium lætitiæ symbolum. 326.c.2.a
Linguam diuinis aptare eloquijs Eucharistiæ effectus. 343.c.2.d
Lucem diuini solis in Eucharistia intueatur vnusquisq; ac si sibi soli oriretur. 263.c.2.a

M

Magdalena non dilexisset multum, si non dilexisset Deum, sicuti diligendus est propter se. 44.c.2.e
Magdalenam celat se tantisper Christus post resurrectionem, vt addita noua flammula in ea magis exæstuet dilectio. 213.c.1.c
Magi ad Christi recens nati pedes prouoluti, cur eius laudes non celebrant. 346.c.2.a
Mala punica cur in Aaronicæ vestis limbo collocabantur. 320.c.2.b
Mammæ compatientis animi symbolum. 366.c.1.b
Mammas duplices mulieribus cur natura tribuerit. 16.c.1.a
Mannæ ros diuini amoris in Eucharistico pabulo simulacrum. 167.c.2.d
Matris munere fungitur Christus in Eucharistia. 366.c.1.d
Mel repertum à Samsone in ore leonis demortui typus Eucharistiæ. 209.c.1.a
Mel & lac eloquentia symbola. 367.c.2.c
Mens simplex humili fide, sinceroque affectu comitata magis idonea ad contemplandam Eucharistiã, quàm quilibet intellectus valdè perspicax, & acutus. 8.c.1.a
Mens à curarum strepitu libera Eucharistiæ secreta scrutabitur. 319.c.2.b
Mensa panum propositionis cur in parte Aquilonari collocata erat. 11.c.2.c
Mensa Eucharistica aliquo modo similis mensæ gloriæ. 80.c.2.c
Mensa Eucharistica suppeditat plenissimam fidelibus conniuis refectionem, etiam sub vna cibi specie. 122.c.2.d
Mensa Eucharistica ad charitatem excitandã efficacissima. 343.c.1.d
Mensa Eucharistica parsimoniæ, & frugalitatis amicos suos conuiuas reddit. 389.c.2.b
Mensæ Eucharisticæ dignè accumbentes cælestem fragrantiam qua replentur, vbique effundunt. 17.c.1.e
Per meridiem denotatur clara Dei visio. 83.c.2.d

Mira-

Miracula quamplura de Sacramento Eucharistiæ, 31. c. 2. c, 99. c. 2. a, 145. c. 1. b, 146. c. 1. a, 154. c. 2. a, 237. c. 2. d
Misericordes in Altaria conuiuio, vt filij Dei aluntur, pluribusque gratijs decorantur. 87. c. 1. c
Misericordia Christi sequitur eũ, qui de Christi gratia biberit. 31. c. 1. d
Misericordia vberiori non potest ditari homo, quàm in Eucharistia. ibid.
Misericordiæ operibus nobis vacandum est, vt copiosa gratiarum benedictione ditemur in sacra communione. 87. c. 1. a
Misericordiæ, & beneficentiæ spiritum per Eucharistiam dilectæ animæ communicat Dominus. 102. c. 1. c
Misericordiam Christi in Eucharistia contemplabatur B. Virgo. 31. c. 2. b
Mixtio aquæ in vino, quod consecratur, quid innuat. 340. c. 1. c
Monile hieroglyphicum pudicitiæ. 96. c. 1. d
Mortificationum multiplici genere excolendus animus, vt benè ad sacram mensam disponatur. 280. c. 2. e
Ad mortificationem, & orationem inuitantur sacræ mensæ conuiuæ. 357. c. 1. b
Motus carnis reprimat, qui dignè de cælesti pabulo participare desiderat. 353. c. 1. d
Mundi pabula quò magis nobis delibantur, eò magis sapit cibus Eucharisticus. 340. c. 2. d
Mundo senescentes maximè habiles sunt ad dignè sumendam Eucharistiam. 166. c. 1. d
Munus licitè dispensandi Eucharistiam, ordinem exigit, & iurisdictionem. 288. c. 2. a
Murenulæ aureæ symbolum fidei. 107. c. 1. d
Myrrha incorrupta seruat corpora, & corpus Domini piè sumptum corda. 117. c. 2. a
Mysterium Eucharistiæ submisso silentio meliùs, quàm sapientum eloquio comprehenditur, atque explicatur. 346. c. 2. e

N

Nardus olim conuiuiorum potissimum delicium. 109. c. 2. d
Nardus humilitatis symbolum. 112. c. 2. d
Nocturna pollutio inuoluntaria an indecentiam afferat, ob quam abstinendum sit die sequenti à susceptione Eucharistiæ. 134. c. 2. c
Nocturno tempore cur Christus instituerit Eucharistiam. 178. c. 2. e
Noui semper mentis affectus deferendi sunt ad esum Agni Eucharistici. 81. c. 2. a
Nuptiæ Eucharisticæ sub velamine humani connubij indicantur in hoc Cantico. 6. c. 2. c.
In nuptiali conuiuio mariti in sinu accumbebat sponsa. 9. c. 1. b
Nuptias desiderare ob prolem, virgines non dedecet. 3. c. 2. b
Nuptias spirituales iniens Christus cum Ecclesia per Eucharistiam futuræ sobolis gaudio gestit. 327. c. 2. b

O

Obedientia exacta erga Superiores optima est dispositio ad sacram Synaxim. 95. c. 1. c
Obedientia dignum reddit hominem Eucharistica mensa. 96. c. 2. b
Obedientia perfectissima, Eucharistiæ peculiare donum est. 351. c. 2. a
Ab obedientiæ magistro Christo Domino parere discendum. 351. c. 2. d
Oculi columbarum amoris indices inter Christum, & animam in sacra mensa. 332. c. 2. d
Oleum misericordiæ symbolum. 29. c. 2. d
Oliua pacis, & amicitiæ insigne. 13. c. 2. b
Oliuarum recentibus plantis cur æquantur cõmunicantes. 370. c. 2. b
Operationes externæ sacræ Synaxis virtute orationi connectuntur. 379. c. 1. c
Opum abdicatio, & spiritalis prolis educatio Eucharistici ferculi famem acuit. 341. c. 1. a
Orantium precibus facillimè annuit Christus in Eucharistia. 258. c. 2. b
Oratio ante Altaris Sacramentum effusa Deo est valdè accepta, & ad impetrandum efficax. 257. c. 1. d
Oratio perfecta cunctas hominis operationes dirigit, & componit. 379. c. 1. d
Oratio perfecta, præcipuum sacræ Synaxis donum. 379. c. 2. a
Oratione Abrahæ veluti ligatus Dominus detinebatur, ne ad vindictam procederet. 257. c. 2. d
Orationi & secessui vacandum est post sacram communionem. 397. c. 2. c
Osculum licitum, si amicitiæ, pacis, beneuolentiæ, & patriæ consuetudinis gratia fiat. 4. c. 1. b
Per osculum anima quasi in alienum corpus transmigrat. 10. c. 1. b
Osculum inter Christianos olim, cùm ad Eucharistiam accederent. 10. c. 2. d
Osculum quoddam interuenire videtur, dum Christus sub Sacramentalibus speciebus ore recipitur. 10. c. 1. b
Osculum amicitiæ, fœderis, & concordiæ symbolum. 13. c. 1. d
Oues in vnum agmen se colligentes, mutuam pacem, & concordiam referunt. 339. c. 2. b

P

Pane subcinericio innuitur in esu panis Eucharistici admiscendam esse considerationem nostræ abiectionis. 52. c. 2. a
Panem Eucharisticum manducantibus magna fidei incrementa communicantur. 308. c. 1. c
Panes azymi, & lagana oleo conspersa typus

Eucharistiæ diuinam misericordiam effundentis in fideles. 30. c. 2. c
Panis triticeus cur materia Eucharistia, non autem hordeaceus. 31. c. 1. b
Panis Eucharisticus cur dicatur quotidianus. 46. c. 1. b, 81. c. 1. c
Panis Eucharisticus dicitur bonus antonomasticè. 47. c. 2. d
Panis Eucharisticus confirmat cor hominis plurimùm vagantis. 83. c. 1. a
Panis Eucharisticus cur Angelorum panis nominetur. 83. c. 1. b, 178. c. 1. c, 378. c. 2. d
Panis Eucharisticus perfectè cor hominis exsaturat. 153. c. 1. a
Panis azymus cur manducandus esset cū agno paschali. 207. c. 1. c, 247. c. 1. b
Panis Angelorum Angelicæ vitæ est stipendium. 266. c. 2. c
Panis frumentarius labores, quibus homo subiectus est, denotat. 311. c. 1. b
Panis Eucharistici figura vim Dauidico lapidi contulit ad Goliam sternendum. 350. c. 1. d
Panis fermentatus inflati animi index, azymus verò sinceri, & humilis. 384. c. 2. c
Panis Eucharistici virtus homines ad amplectenda, quæ sensui sunt iniucunda, inducit. 388. c. 2. d
Panis, & vini desitio in sacra conuersione non est annihilatio. 198. c. 2. a
Paruulis non habentibus mentem implexam mundanis negotijs instructum est Altaris conuiuium. 72. c. 2. c
Passionem Dominicam attentè meditans dignus redditur sacra dape. 354. c. 2. d
Pastores sine mora conuolantes ad Bethleem præadumbrarunt non segniter se ferentes ad Eucharistiam. 237. c. 1. d
Pastores vitæ simplicitate ingenuos imitetur ambiens in domo diuini pabuli excipi, & ali. 356. c. 2. a
Pastoribus ordinarijs competit ordinaria potestas dispensandi Eucharistiam. 289. c. 2. c
Pastoris consensus tacitus sufficit ad Eucharistiam licitè dispensandam. 290. c. 1. d
Peccata venialia dupliciter remittuntur virtute Eucharistiæ. 359. c. 1. b
Ad remissionem venialium consequendam ex opere operato Sacramenti promanantem satis est præuia negatio affectus, seu complacentiæ ad veniale. 359. c. 1. c
Aliqua saltem peccatorum venialium ablatio semper sequitur in communicante nullum affectum, aut complacentiam habente ad veniale. 359. c. 2. d
Omnia peccata venialia saltem aliquandò remittuntur virtute Eucharistiæ illam sumenti in statu gratiæ, & carenti omni affectu, seu complacentia ad omnia venialia. 360. c. 1. d
Peccati seruitus procul ab ijs, qui ad regium Altaris conuiuium benè disponuntur. 352. c. 2. d
Peccatores à Deo excitantur ad pœnitentiam, vt conuersi Eucharistiam sumant. 50. c. 1. d
Perditio certa imminet renuentibus accedere ad sacrum conuiuium. 13. c. 1. b
Petra, quæ Israelitico populo aquas suppeditauit, figura Christi in Eucharistia. 31. c. 1. c
Petræ foramina, & maceriæ cauerna sunt vulnera Christi. 254. c. 1. b
Petrus typus peccatoris pœnitentis, Ioannes autem viri innocentis. 16. c. 2. a
Petrum mansuetudinis ferculo refectum dedecebat vltionis munus exercere. 241. c. 1. a
Pœnitentiæ amaror longè necessarius ad Eucharistiæ dulcedinem delibandam. 283. c. 1. b
Pœnitudinis actus pluries repetat, & lacrymas sæpiùs effundat quisque, vt recenter baptizati munditiem afferat ad Christi symposium. 267. c. 1. b
Potestas dispensandi Eucharistiam duplex. 289. c. 2. b
Præceptum confitendi ante communionem semper fuit in Ecclesia Dei. 55. c. 2. b
Est diuinum positiuum. 56. c. 1. a
Aliquandò licet sumere Eucharistiam sine præuia confessione post peccatum mortale commissum. 56. c. 2. a
Quibus in casibus liceat, pag. 57. vsque ad 64.
In quibus casibus fit obligatio post celebrationem, vel communionem confitendi quàm primùm. pag. 64. vsq; ad 70.
Prælatorum regimini se subijciat, qui cælestibus gratijs in Eucharistica mensa donari cupit. 385. c. 1. b
Preces animæ Eucharistico Sacramento roboratæ ad placandum Deum efficacissimæ. 257. c. 1. c
Pretium, quod in sacra mensa exigitur, est auiditas spiritalis, & grandis appetitio huius diuini pabuli. 237. c. 1. b
Prodigium insigne de virtute Christi in curandis hominum morbis. 119. c. 2. c
Protectione diuina contra omnia aduersa munitur, qui post cælestes epulas Domini vacat consortio. 299. c. 1. a
Pudor ingenuus piæ animæ veniam à Deo in Eucharistico conuiuio facillimè impetrat. 347. c. 2. d
Pudore suffundi debet communicaturus cogitans suam ignobilitatem. 97. c. 2. c
Pulchritudo est quidam diuinæ lucis radius. 132. c. 1. c
Puritati vacandum est ei, qui pane vult vesci Angelico. 247. c. 1. c
Ea puritate ad sacram mensam accedentes splendere studeant, qua in baptismate donati fuerunt. 266. c. 2. d
Ad puritatem fouendam nil efficacius, quàm Christi carne frequenter vesci. 355. c. 2. a

Quàm

Q

Quàm efficax sit Eucharistiæ virtus in fugandis morbis. 119. c. 2. a
Quàm iucundè epulentur in sacra mensa accedentes ad eam valdè cupidi Dominicæ alimoniæ. 157. c. 2. b
Quàm ægrè ferat Christus priuari exoptatis conuiuis in Eucharistia. 207. c. 2. d
Quàm suaue sit Altaris pabulum, nescit qui vel affectum à sæculi voluptatibus non auellit. 283. c. 1. d
Quantum elaborandum sit fidelibus, vt dignè Eucharistiam suscipiant. 111. c. 1. c
Quies vera in animo diuinæ voluntati mancipato. 158. c. 2. d
Quibus laudibus efferre debeamus Christum in sacra Synaxi. 138. c. 2. b
Qui in Eucharistico pane consolationes spirituales præcipuè quærunt, reprehendendi. 281. c. 2. d
Qui in virtutum profectu desudant, suauiori voluptatis torrente in sacra mensa fruuntur. 283. c. 2. b
Qui in primis vitæ spiritualis rudimentis hærere se putant, ad suauissimè epulandum in sacra mensa inuitantur à Domino. 370. c. 2. a
Quo temporis spatio abstinere debeat à communione, qui lethali culpa voluntariæ pollutionis, vel copulæ illicitæ se deturpauit, etiam si peccati turpitudinem per Sacramentalem confessionem abstulerit. 135. c. 2. c, 136. c. 1. d
Quoties Christum comedimus, simul etiam ad illius passionem recolendam excitamur. 254. c. 2. a

R

Radijs solis Eucharistici anima repercussa, mirificos elicit virtutum actus. 335. c. 1. c
Recens natus Dominus suauissimè in paleis conquiescit propter Eucharistici Sacramenti repræsentationem. 315. c. 2. a
Regalibus diuini sponsi diuitijs digna efficitur anima Eucharistico cibo enutrita. 361. c. 1. c
Regem tum maximè præbuit se Christus, cùm atrocioribus appetitus iniurijs hostibus sacram dapem suppeditauit. 321. c. 2. b
Regia Christi dignitas in Eucharistia præsignata fuit in corona aurea, quæ erat super mensam propositionis. 42. c. 1. b
Regiæ potestatis argumentum pro iniurijs honorem reddere. 321. c. 1. a
Regis pacifici personam sustinet Christus in Eucharistia. 305. c. 2. d
Regium titulum in cruce sibi supra caput erectum cur non reiecerit Christus. 321. c. 2. c
Regulares ex priuilegio Summorum Pontificum possunt fidelibus Eucharistiam administrare. 290. c. 2. c
Rerum temporalium curæ, nimiæq; sollicitudines de humanis negotijs eliminandæ sunt à sacra mensa. 77. c. 1. a
Resurrectio pluribus titulis debetur corporibus nostris ob comestionem Dominici corporis. 142. c. 1. b
Rubeus color pudoris typus. 347. c. 1. c

S

Sacerdos extra Missam vrgente necessitate potest sibi Eucharistiam administrare. 288. c. 1. c
Sacerdotes celebraturi maxima solertia curas abigere debent sæculares, vacuumq; mundi sollicitudinibus animum ad Altare deferre. 75. c. 2. d
Sacerdotis proprium munus est Eucharistiam administrare. 286. c. 1. b
Sacra mensa gestiente Seruatore nostro fundata. 326. c. 2. b
Sacræ mensæ accumbentes diuinos concipiunt animos ad strenuè dimicandum contra spiritales hostes. 307. c. 2. a
Sacræ mensæ accumbentes, cælestes quos hauriunt ab Eucharistia spiritus alijs communicant. 314. c. 2. b
Sacræ mensæ conuiuæ tali animi constantia roborantur, vt nullis aduersitatibus frangantur, & cuncta æquo animo perferant. 72. c. 1. d
Sacræ mensæ accumbentes amorem recolant, quo sacer cibus paratus est. 317. c. 2. a
Sacræ mensæ conuiuæ, quæ statui proprio necessariæ non sunt, opes pauperibus erogare docentur. 339. c. 1. b
Sacræ mensæ participes ea donantur virtute, vt facilè blandientis sensus appetitiones coerceant. 389. c. 1. b
Sacræ mensæ participes ea beneficentia ditantur, vt & ipsi in proximos beneficentiam, & pietatem transferant. 392. c. 1. a
Sacram mensam frequentans ea gratia donatur, vt in se quem diligit Christum efformet. 295. c. 1. c
Ad sacram mensam ob Dei gloriam tantùm, & non vt videamur ab hominibus, accedendum. 334. c. 1. a
A sæculi voluptatibus sit alienus, qui de arcanis altissimi Sacramenti particeps fieri desiderat. 319. c. 1. c
Sanctimonialis quædam communicans tantam ex Christi corpore sentiebat dulcedinem, ac si fauum mellis reciperet. 368. c. 2. b
Sanguinem pro Christi amore effundere saltem cupiat communicans, vt vicem Christo rependat. 316. c. 1. d
Sapientia diuina ad inuitandos homines ad sui corporis, & sanguinis cœnam mittit cælestes inspirationes. 37. c. 1. d
Sapientiæ dono ditatur anima in Eucharistico con-

consulo. 337.c.2.a
Sapientiæ iacturam fecit Adam degustato fructu prohibito. 337.c.2.c
Saia subcinericium panem conficiens, Beatam Virginem præfigurat Eucharistico pani cooperantem. 322.c.2.d
Scyphus Iosephi typus sapientiæ. 338.c.1.c
Sensus litteras duplex in hoc Cantico. 4.c.2.b
Sepulchrum Christi figura Dominici Altaris. 213.c.1.c
Sepulchrum cur sibi elegerit Christus in horto. 140.c.1.d
Seraphim cur facies suas alarum umbraculo tegant. 334.c.2.c
Seruitutis nota discoopertis plantis ambulare, libertatis verò calceamenta deferre. 354.c.1.b
Simplicitatis studiosus esse debet cupiens donari cælestibus gratijs in sacra Synaxi. 356.c.1.d
Sindon munda Christi corpus inuoluens typus fidelis animæ Christum in Eucharistia excipientis. 280.c.2.c
Socordiam omnem eliminent, qui ad Eucharistiam aspirant. 280.c.1.d
Solatia, quæ a sacra mensa promanant, cæteris mundi delicijs longè præstant. 390.c.1.d
Species Sacramentales sunt pars Sacramenti Eucharistiæ. 23.c.1.c
Sub speciebus vini consecrari solus sanguis Christi est ex vi verborum, corpus verò, anima, & diuinitas per concomitantiam. 371.c.2.c
Sub vtrisq; speciebus Sacramentalibus nō sunt accidentia corporis, & sanguinis Christi ex vi verborum, sed tantùm per concomitantiam. 371.c.2.d
Spiritales magistri summa benignitate peccatorum animos inescare debent, vt illos ad Deum faciliùs attrahant. 367.c.1.b
Spiritus geminus à mystico Elia Christo nobis postulandus est. 318.c.1.a
Stella supra Bethleem consistens quid præsignauerit. 338.c.1.d
Stephanus sanguinem Domino retribuens, in Iudæos mitior redditur. 316.c.2.c
Stephanus Eucharistiæ virtute firmus contra lapidum impetus redditur. 350.c.2.a
Studij plurimum adhibendum, vt labia, quæ Christum exceptura sunt, impolluta seruentur. 345.c.1.c
Suauitas Christi in sermonibus. 344.c.1.c
Suauitas Eucharistici cibi degustatur ab eo, qui velut apis vni studet puritati. 368.c.2.a
Subdiaconis, Clericis, & laicis neque in casu necessitatis committendum munus distribuendi alijs Eucharistiam. 286.c.1.d
Probabilius est nec posse sibi ministrare. 288.c.1.a
Sumptio Sacramenti Eucharistiæ non est pars eiusdem Sacramenti. 28.c.1.d
Superbiæ tumorem procul agit Eucharistia. 384.c.2.b

T

Templum vndequaque auro contectum typus est animæ sincera charitate nitentis, vt dignè excipiat Christum in Eucharistia. 265.c.1.b
D. Teresia virtute Eucharistiæ liberata à vomitu. 120.c.2.c
Post Eucharistiam sumptam in ecstasim rapta. 180.c.1.b
Plurimis illustrationibus, & cælestium arcanorum cognitione irradiata à Christo Domino in sacra Synaxi. 236.c.2.a
Terminus ad quem vltimatus conuersionis Sacramentalis est corpus Christi, aut sanguis, vt contentus sub sacratis accidentibus. 196.c.2.c
Thus orationis symbolum. 378.c.2.c
Titulum legitimum confert fidelibus sacra Synaxis ad cælestem hæreditatem percipiendam. 176.c.1.b
Tribulationū calicem propinat Christus amicis suis, quos Eucharistia reficit. 71.c.2.d
Tribulationum aquæ virtute Eucharistiæ in vinum spiritalis lætitiæ cōuertuntur. 73.c.1.c
Turtur constantis amoris symbolum. 98.c.2.b
Turtur & columba, fidi & incorrupti amoris indices. 294.c.1.d

V

Vbera typus suauitatis, quę in Eucharistia degustatur. 14.c.1.b
Vbera bina Christus habere dicitur instar piæ matris. 16.c.1.a
Veneris simulacrum apud veteres pede testudinem premens. 355.c.1.c
Verba consecrationis sunt pars intrinsecè constituens Sacramentum Eucharistię. 23.c.2.d
Per verba consecrationis panis verè conuertitur in Christi corpus. 184.c.1.d
Ex illis verbis Christi, *Hoc est corpus meum*, *Hic est sanguis meus*, benè colligi potest nihil substantiæ panis, & vini post consecrationem manere cum corpore, & sanguine Christi. 176.c.1.c
Ex verbis consecrationis colligitur conuersionem panis in Christi corpus, & vini in sanguinem esse substantialem. 188.c.1.d
Hæc verba, *Hoc est corpus meum*, essentialiter requiruntur ad consecrationem panis, & sufficiunt. 200.c.1.a
Hæc verba, *Hic est calix sanguinis mei*, vel *Hic est sanguis meus*, sunt necessaria in consecratione sanguinis. 201.c.1.c
Verba consecrationis à Sacerdote proferuntur significatiuè, & aliquo modo recitatiuè. 202.c.2.c
Verba consecrationis sunt causa conuersionis Sacramentalis, non quatenùs sunt vera, sed quatenùs sunt significatiua. 205.c.2.c
Verba consecrationis effectum suum operantur

tur ratione veritatis radicalis. 206. c. 1. c
Verbum diuinum non est in Eucharistia virtute Sacramenti, sed côcomitanter. 372. c. 1. d
Pater & Spiritus Sanctus sunt per concomitantiam sub accidentibus panis, & vini. 373. c. 1. c
Neque ipsa vnio hypostatica est sub accidentibus consecratis ex vi verborum, sed concomitanter tantùm. 373. c. 1. d
Totum constitutum ex materia, & formis partialibus carnis, ossis, &c. ipsius Christi ex vi verborum est præsens sub accidentibus panis. 375. c. 1. b
Formæ partiales quænam sint, & cur sic nominentur. 376. c. 1. b
Tota sanguis, qui nûc est in corpore Christi glorioso, etiamsi non totus fuerit effusus in passione, est ex vi verborum sub speciebus vini. 378. c. 1. a
Si quid sanguinis reperitur extra corpus Christi, nullo modo est in Sacramento. 378. c. 1. b
Verecundia humili nobis accedendum est ad sacram Synaxim. 97. c. 2. d
Veritas Eucharistiæ de hæretica peruicacia triumphans. 312. c. 1. b
Veritas Eucharistiæ nullis hæreticæ prauitatis erroribus denigratur. 312. c. 2. d
Verno tempore cur Christus instituerit Eucharistiam. 140. c. 1. c
Vestes Iacobi suaueolentes virtutum odorem præfigurarunt animę in sacra mensa æstuantis. 300. c. 2. a
Vestimenta typus operum. 378. c. 2. b
Vineæ assimilantur sacram mensam frequentantes, ad denotandum mirificos eorum progressus in vita spirituali. 36. c. 1. b
Vinearum suauis halitus serpentes fugat. 249. c. 1. a
Vinum iucunditatis, & furoris symbolum. 14. c. 2. d, 366. c. 1. c
Vires validas confert Eucharistia ad ardua quæque peragenda, & dæmonum tentamenta superanda. 94. c. 1. d
Virgæ floridæ cum manna coniunctio denotat animam virtute Eucharistiæ in vita spirituali iuuenescere. 35. c. 2. b
B. Virgo diuinis inspirationibus fideles excitat ad Altaris conuiuium. 324. c. 1. c
B. Virgo Eucharistici fontis dulcedinem vberiorem præ cæteris mortalibus degustauit. 369. c. 2. a
Virgine annuente Eucharistiæ donum collatum est. 322. c. 1. d
Virgine interpellante diuina tribuuntur solatia in sacra mensa. 324. c. 2. d
Virgini adscribendum, quòd deliciosè sapiat Altaris esca. 324. c. 2. c
Virtutes mortalium in sacra mensa augmentur. 301. c. 2. c
Virtutes quò excellentiores, eò cautiùs obtegendæ. 334. c. 2. b
Virtutis iugum redditur leue per gratiæ subleuamina, quæ conferuntur in Eucharistia. 101. c. 1. c
Virtutibus omnibus, & orationis dono in Eucharistica mensa illustrantur communicantes. 379. c. 2. c.
Virtutum progressibus studentes ad diuinam escam trahuntur solo Christo contenti. 282. c. 1. a
Virtutum odorem vndique diffundunt ad Eucharistiam accedentes. 300. c. 2. b
Virtutum actus præstantiores fiunt, si prudentiæ spiritu concinnentur. 384. c. 1. c
Singulares virtutum actus eliciendi sunt ab accedentibus ad Eucharistiam. 140. c. 2. b
Vitæ spiritualis ratio instituenda iuxta eorum præscriptum, quibus regendæ commissæ sunt animæ. 284. c. 1. c
Vitam pro Christo oppetere cupiamus, vt vices ei rependamus. 348. c. 2. a
Vmbra iuniperi, sub qua Elias refectus est, denotat fidem ad Eucharistiam fructuosè sumendam. 155. c. 2. d
Vnguenta adhibebant Hebræi in conuiuijs. 17. c. 1. c

Z

Zachæus Christum hospitem excipiens typus feruenti desiderio communicantis. 237. c. 2. a

FINIS.

Errata, prout animaduerti potuerunt, ſic corrige.

		Errata	Corrige
Pag. 4.	col. 2. c	Secundo	Secundus
15.	1. a	ſponſam	ſponſum
21.	2. d	abundè	aliundè
47.	1. c	comederent	comederentur
80.	1. b	iuxta hunc locum	ita hunc locum exponit
98.	2. d	affectum, cùm	affectum, quo
101.	1. c	quæ inter omnes	quæ omnes
ibid.		ſed grauaturnè	grauatur ne
151.	2. c	incendium	incentiuum
151.	1. c	generali	geniali
172.	2. d	aure	auræ
306.	2. a	in quo vt quantum	in quo quantum
308.	1. b	quod nobis cõſiderãdi	nobis conſiderandi
309.	1. a	Sionidis	Sionija
311.	1. a	Panis tritici	Panis triticei
316.	2. a	formatæ	firmatæ
385.	2. c	ab illa, vt haberi ſolent	ab illa haberi ſolent

MEDIOLANI, Apud Dionyſium Gariboldum.

SVPERIORVM PERMISSV. 1641.